Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
XXVI
C
52
NAPOLI

XXVI
C
52

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
C
52
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Iohannis Angelii VVerdenhagen I. C. C.

SYNOPSIS:

SIVE MEDVLLA

IN

Sex Libr. IOHAN. BODINI ANDEGAVENSIS,

De

REPVBLICA.

Vbi per Quæſtiones omnia ſuccinctè & nervosè explicantur.



AMSTELODAMI,

Apud IOANNEM IANSSONIVM.

ANNO M. DC. XXXV.

Digitized by Google

Reverendiſſimis, Sereniſſimis & Illuſtriſſimis Principibus ac Dominis

Dn. FRIDERICO, Chriſtiani IV. Regis Daniæ Potentiſſimi Filio natu ſecundo, Epiſcopo Verdano, Coadjutori, & mox cum Deo futuro Archiepiſcopo Bremenſi, Hæredi Norvagiæ, Duci Schleſvic. Holſat. Storm. & Dithmarſ. Comiti in Oldenburg & Delmenhorſt, &c.

Dn. AUGUSTO, Epiſcopo Razeburgenſi, Duci Brunſvicenſi & Luneburgenſi, Zell. Regenti, &c.

Nec non

Dn. FRIDERICO, Epiſcopo Suerinenſi, Præpoſito ſummo Archiep. Bremenſis, Duci Brunſvicenſi & Luneburgenſi, &c. Præpoſito in Bucken.

Principibus ac Dominis ſuis clementiſſimis:

S. C. V. P.

OMnia ad ædificationem fiant, ait *D. Paul.* 1 *Cor.* 14. Aureum ſanè dictum eſt, Sereniſſimi Principes, Domini Clementiſſimi, quod omnium cordibus tàm

eorum, qui aliquid ſcriptis promunt aut exprimunt, quàm, qui ex aliis quid percipiunt aut legunt, unicè inſcriptum optarem, minus quid eſſet ſcandali, & diſſenſionis aut diſcordiæ in mundo. Etenim dum quiſque pro gloria ſui proprii Deaſtri, quem Amor ſui ipſius humano in corde gignit, tàm fortiter pugnat & heroem agit ſibi in actionibus cunctis proprium, fit inde, ut nuſpiam fermè ædificationis Chriſtianę veſtigia ulla appareant. Quiſque aut in potentiæ ſuæ viribus ſe oſtentat magnũ, aut ampullas ſapientiæ ſuæ effundere cupit altiſonans. Nemo in ſe reverti prius, quàm inde egredi tentat. Hinc quiſque ex ignorantia ſui in ſuperbiam elatiſſimo proruit faſtu; & humile Conſilium Chriſti pedibus conteritur. Non tamen ipſe B. Petrus confirmare potuit fratres, antequam ipſe eſſet converſus. Quis enim felici omine quid ædificare poſſit in communem mortalium ſalutem, niſi Spiritus Iehovæ ipſe ſit artifex & architectus? Tanta conformitas in unitate Spiritus requiritur, ut toties docet & precatur D. Paulus. Nam fundamentum non poteſt eſſe, niſi unum, nec valet aliud extra Chriſtum ſtatui, 1 *Cor.* 3. 9. 10. Ædificationi huic, & non alii juxta præſcriptum Verbi Dei. *Rom.* 14. 19. *&* 15. 2. *&* 1. *Corinth.* 10. 24 *&* 14. 4. 12. 19. 26. *&* 2 *Cor.* 10.

8, *&* 12,

Digitized by Google

8, *&* 12,19. *Eph*.4.12.29. *Col*.4.6. *&* 1 *Theſ*. 5.11. & 1 *Tim*.1.4. *&* 2 *Tim*.2.14.15. *Tit*.1.9. *&* 2.1. *Hebr*. 5. 12. *&* 1 *Pet*.2.12. omnino eſſe inſerviendum, agnovere quidem olim iam viri boni & ſapientes; ſed adeò miſerè per calumnias naſutulorũ & adulatorum mundanorum ſunt ſuppreſſi, ut ſcripta & monita ſancta eorum penitus ſint extenuata, & è manibus juventutis excuſſa. Obtigit idem magno illi ſapientiæ ſanioris patrono D. Eraſmo Roterodamo; qui tempore ſuo & etiam apud poſteros inter præeminentes ſemper potiſſimo loco eſt habitus. Veritatis odium, quum tàm obſtinatum deprehendiſſet, variis eam formis veſtire coactus eſt. Sic admodum ardua & ſacra ſub ſpecie Silenorum retegit. Hoc vidêre multi; & quùm nimis aperta poneret, penitus hunc libellum occultarunt, nec ad tomos ejus retulerunt invidi. Sed nolo quid meis proferre verbis. Proinde ipſe audiatur ſic loquens in ſequentibus: Percipiat modo hunc quiſque candide & ſano corde: ſatis argutè ſe in omnibus explicat optimus auctor, & noſtris temporibus meritò toties repetendus: Audiatur ſyncerè & candidè: Audite, ergo: ipſe jam ſic loquitur:

SILENI ALCIBIADIS,

Authore Deſiderio Eraſmo Roterd.

Σιληνοὶ Ἀλκιβιάδου, id eſt, *Sileni Alcibiadis, apud eruditos in proverbium abiiſſe videntur: certè in collectaneis Græcorum proverbii vice referuntur: quo licebit uti, vel de re, quæ cum in ſpeciem, & prima,* quod aiunt, *fronte, vilis ac ridicula videatur; tamen interius ac propius contemplanti, ſit admirabilis; vel de homine, qui habitu, vultuque, longè minus præ ſe ferat, quàm in animo claudat.*

Aiunt enim, Silenos imagunculas quaſpiam fuiſſe ſectiles, & ita factas, ut diduci & explicari poſſent, quæ clauſæ, ridiculam ac monſtroſam tibicinis ſpeciem habebant, apertæ ſubitò numen oſtendebant, ut artem ſculptoris gratiorem jocoſus faceret error. Porrò ſtatuarum argumentum ſumptum eſt, à ridiculo illo Sileno Bacchi pædagogo, numinumque poeticorum morione.

Quandoquidem habent & illi principum noſtratium exemplo ſuos γελωτοποιὺς. *Proinde Alcibiades apud Platonem in convivio, Socratis Encomium dicturus, eum Silenis hujuſmodi ſimilem facit, quod is multò alius eſſet propius intuenti, quàm ſummo habitu videretur. Quem ſi de ſumma, quod dici ſolet, cute quis æſtimaſſet, non emiſſet aſſe. Facies erat ruſticana, taurinus aſpectus, nares ſimæ, muccoque plenæ. Sannionem quempiam bardum, ac ſtupidum dixiſſes: Cultus neglectus, ſermo ſimplex, ac plebeius, & humilis, ut qui ſemper aurigas, cerdones, fullones & fabros haberet in ore. Nam hinc ſumebat illas ſuas* εἰσαγωγάς. *Fortuna tenuis, uxor, qualem ne viliſſimus quidem Carbonarius ferre poſſet. Videbatur mirari formas adoleſcentulorum, videbatur Amare, & Zelotypia tangi, cum eum ab his affectibus* δὶς διὰ πασῶν *abeſſe compererit etiam Alcibiades.*

Digitized by Google

biades. Denique jocus ille perpetuus, nonnullam habebat Morionis ſpeciem. Cum ea tempeſtate ad inſaniam uſque ferveret inter ſtultos, profitendi ſapientiam ambitio, nec unus eſſet Gorgias, qui ſe nihil neſcire jactitaret, & Ardelionibus hujuſmodi nuſquam non referta eſſent omnia, ſolus hic hoc unum ſcire ſe dictitabat, quod nihil ſciret. *Videbatur ineptus ad omnia Reip. munia, adeò, ut quodam die, neſcio quid apud populum adverſus agere, cum riſu ſit exploſus.*

Atqui ſi Silenum hunc tàm ridiculum explicuiſſes, videlicet numen inveniſſes potius, quàm hominem, animum ingentem, ſublimem, ac verè philoſophicum, omnium rerum, pro quibus cæteri mortales currunt, navigant, ſudant, litigant, belligerantur, Contemptorem; injuriis omnibus ſuperiorem, & in quem nullum omninò jus haberet fortuna, & uſque adeo nihil timentem, ut mortem quoque nulli non formidatam contempſerit, in tantum, ut Cicutam eodem ebiberit vultu, quo vinum ſolet, utque jam moriens etiam in Phædonem ſuum jocaretur, admonens, ut, voto ſe liberans, Æſculapio Gallum perſolveret; perinde, quaſi, ſumpto pharmaco, jam ſanitatis beneficium ſentiret, cum exiret è corpore, unde omnes animi morbi ſcatent ac pullulant.

Proinde non injuria cùm id tempeſtatis, plena ſophis eſſent omnia, ſolus hic Morio, ſapiens oraculo pronunciatus eſt, & plus judicatus eſt ſcire, qui nihil ſciebat, quàm ii, qui nihil neſcire ſe prædicabant; Immo ob id ipſum judicatus eſt plus cæteris ſcire, quod unus omnium nihil ſciret.

Hujuſmodi Silenus fuit Antiſthenes, baculo ſuo, pera, pallioque, maximorum regum fortunas antecellens. Hujuſmodi Silenus fuit Diogenes, vulgò Canis habitus. Verum in hoc divinum quiddam animadverterat Alexander Magnus, Principum, ut videbatur, omnium κορυφαῖος, *& alpha, cùm animi magnitudi-*

nem admiratus, optaturum ſe diceret, ut, ni Alexander eſſet, Diogenes eſſet. Cum hoc magis optare debuerit, Diogenis animum, quod Alexander eſſet. Hujuſmodi Silenus fuit Epictetus, ſervus, pauper, claudus, ut indicat illius epitaphium; ſed idem, quod eſt feliciſſimum, Charus ſuperis; id quod ſola vitæ præſtat integritas, cum ſapientia conjuncta. Hæc nimirum eſt natura rerum verè honeſtarum, quod habent eximium; id in intimis recondunt, abduntque; quod contemtiſſimum, id prima ſpecie præ ſe gerunt; ac theſaurum ceu vili cortice diſſimulant, nec prophanis oſtendunt oculis. *At vulgarium & umbraticarum longè diverſa ratio, ſumma ſpecie blandiunt, quodque pulcherrimum habent, ſtatim obviis oſtentant, ſin penitius introſpicias, nihil minus ſunt, quàm quod titulo, ſpecieque præ ſe ferebant.*

Annon mirificus quidam Silenus fuit CHRISTVS? *(ſi fas eſt de hoc, ad eum loqui modum?) quem equidem haud video, cur non omnes pro virili debeant exprimere, qui Chriſtiani nomine gloriantur. Si ſummam Sileni faciem intuearis, quid juxta popularem æſtimationem abjectius, contemptius? Tenues & obſcuri parentes, domus humilis, ipſe pauper & pauculos & pauperculos habuit diſcipulos, à telonio & retibus aſcitos.*

Tum vita quàm à voluptatibus omnibus aliena, per famem, per laſſitudinem, per convitia, per ludibria, ad crucem denique pervenit. Hac illum parte contemplabatur, myſticus ille vates, (Eſa. 53. 2.) *cum eum depingens, Non erat, inquit, ei ſpecies, neque decor. Vidimus eum, & non erat adſpectus; & deſyderavimus eum deſpectum, ac noviſſimum virorum. Cæteraque per multa, quæ in hanc ſequuntur ſententiam.*

Iam ſi contingat apertum Silenum propius intueri; hoc eſt, cui dignetur ipſe ſe, purgatis animi luminibus, oſtendere;

Digitized by Google

oſtendere; Deum immortalem! quàm ineffabilem reperies theſaurum! in quanta vilitate, quale margaritum! in quanta humilitate, quantam ſublimitatem! in quantæ paupertate, quantas divitias! in quanta infirmitate, quàm incogitabilem virtutem! in quanta ignominia, quantam gloriam! in quantis laboribus, quàm abſolutam requiem! denique in morte tàm acerba, perennem immortalitatis fontem. Cur ſic abhorrent ab hac imagine, qui titulo tamen illius ſe jactitant? Nimirum erat in proclivi CHRISTO *totius orbis occupare Monarchiam, atque id poſſidere, quod olim Romani principes fruſtrà affectarunt, ſatellitio ſuperare Xerſes, opibus anteire Cræſos, philoſophis univerſis ſilentium imponere, & inanes ſophos detrahere. Verùm hæc una forma placuit, quam ſuis diſcipulis & amicis, hoc eſt, Chriſtianis proponeret, hanc potiſſimum delegit Philoſophiam, à Philoſophorum decretis,* à mundi ratione longè, lateque diverſam; *Sed eam quæ ſola omnium præſtaret, quod alii aliis viis conantur aſſequi, nempè felicitatem.*

Hujuſmodi quondam Sileni fuêre prophetæ, exules, errantes in ſolitudinibus, cum feris exigentes vitam, vili oluſculo victitantes, ovium & caprarum amicti pellibus. Sed introſpexerat hos Silenos ille, qui dixit, quibus dignus non erat mundus. Hujuſmodi Silenus fuit Iohannes Baptiſta, qui camelorum tectus pilis, Zona cinctus pelliceâ, longè regum purpuras, ac gemmas vicit; locuſtis veſcens, principum omnium delitias ſuperavit; cernebat quid theſauri lateret ſub agreſti pallio, qui miro illo elogio laudum ſummam complexus; inter natos, inquit, *mulierum, non ſurrexit major Iohanne Baptiſta.*

Hujuſmodi Sileni fuerunt Apoſtoli, pauperes, inculti, illiterati, ignobiles, impotentes, abjecti, omnibus omnium contumeliis expoſiti, irriſi, inviſi, execrabiles, ac

 penè

penè publicum orbis ſimul & odium & ludibrium. Verum aperi Silenum; quis tyrannorum cum horum potentia poſſit æquari, qui dicto imperant dæmonibus, nutu ſedant ſævientia maria, verbo vita defunctos in vitam revocant? Quis non Cræſus ad hos pauper eſſe videatur? Qui vel umbra ſui conferunt ſanitatem ægrotis, qui ſolo manus contactu, Spiritum illum cæleſtem impertiunt? quis non Ariſtoteles ſtultus & indoctus, ac nugator, cum his collatus, habeatur, qui ex ipſo fonte cæleſtem hauſerant ſapientiam, ad quam omnis humana ſapientia, mera ſtultitia eſt? Tum verè regnum cælorum grani ſinapis imaginem habebat, ſpecie puſillum & contemptum, virtute maximum: A quo prorſus, ut dixi, & ἐκ διαμέτρου quod aiunt, diſſidet, hujus mundi ratio.

Hujuſmodi Silenus fuit contemptus & irriſus ille Martinus. Tales fuerunt veteres illi Epiſcopi, humilitate ſublimes, paupertate locupletes, gloria neglecta glorioſi. Latitant & hodiè boni quidam Sileni, ſed heu! nimium pauci. Bona pars hominum, præpoſterum Silenum exprimunt.

Siquis rerum vim, ac naturam penitus introſpiciat, reperiet nullos à vera ſapientia longius abeſſe, quàm iſtos, qui magnificis titulis, qui ſapientibus pileis, qui ſplendidis cingulis, qui gemmatis annulis abſolutam profitentur ſapientiam. Adeo, ut non rarò plus veræ, germanæque ſapientiæ deprehendas in uno quopiam homuncione, juxtà vulgi opinionem, idiota ſimplici, ac ſemifatuo, cujus mentem non ſubtilis, ut vocant, Scotus, ſed cæleſtis ille CHRISTI docuit Spiritus, *quàm in multis Theologorum tragicis perſonis, ac magiſtris noſtris, Ariſtotele ſuo turgidis, magiſtralium definitionum, concluſionum & propoſitionum turba, differtis. Item videas in nullis minus eſſe veræ nobilitatis, quàm in Thraſonibus iſtis, qui vetuſtis ſtemmatibus, qui tor-*

quibus

quibus aureis, qui ſplendidis cognominibus ſummam jactitant nobilitatem; nec alios à vera fortitudine longius abeſſe, quàm eos, qui ob temeritatem, ac præ feroces animos, vulgò fortiſsimi judicantur & invicti. Nullos abjectius ac ſervilius ſervos, quàm hos, qui ſe Diis, ut aiunt, proximos, & omnium Dominos putant. Nullos æquè calamitoſos, atque eos, qui videntur feliciſsimi. Nullos pauperius eſſe pauperes, his quos hominum vulgus ut divites adorent. Nullos eſſe minus Epiſcopos, quàm qui inter Epiſcopos primas tenent. Atque utinam illud quoque falſum eſſet; ſæpenumerò longiſsimè ſemotos eſſe à vera religione, qui titulo, qui cultu, qui cerimoniis, religionem abſolutam profitentur.

Adeò, quicquid in omni rerum genere præclarum eſt; id minus in conſpicuo eſt. In arboribus, flores & folia blandiuntur oculis, ipſa ſe latè moles oſtentat. At ſemen, in quovis eſt omnium, quàm eſt res minutula, quàm abdita, quàm non lenocinans aſpectui, quàm non oſtentatrix ſui. (Nota hoc, mi homo, in omni rerum genere præclariora minus in conſpicuo ſunt; deteriora in ebulliente faſtu florent, bonos ſupprimẽdo) *Aurum & gemmas in altiſsimas terræ latebras abdidit natura. In elementis, quæ vocant, quo quicquam præſtantius eſt, hoc longius à ſenſibus eſt remotum, velut aer & ignis. In animantium genere, quod eſt optimum & efficaciſsimum, id in intimis abditum habent. In homine, quod eſt maximè divinum & immortale, id ſolum cerni non poteſt.* In quovis rerum genere, materia præſens vilior, maximè patet ſenſibus. Formæ vis & beneficium, utilitate ſentitur, & tamen ipſa procul abeſt à ſenſibus.

Rurſum in corporis phyſici temperatura, cum phlegma & ſanguis ſenſibus ſit familiaris & pateat; id quod plurimum confert ad vitam, minimè patet, nempe Spiritus. *Demum in univerſo, quæ maximè ſunt, ea*

Digitized by Google

non videntur, veluti ſubſtantiæ, quas ſeparatas vocant; Et quod in his ſummum eſt, id à ſenſibus quàm maximè ſepoſitum eſt, nempè Deus; *adeò, ut nec intelligi, nec cogitari poßit, cum hic fons ſit unicus omnium.*

Quin & in Eccleſiæ ſacramentis reperire liceat nonnullam Silenorum imaginem, Aquam vides, vinum & panem vides, vocem audis, ceu ſummam Sileni faciem, vim cæleſtem nec audis, nec vides; quæ, ſi non adſit, mera ludibria ſint cætera. Iam habent & ſuos Silenos arcanæ literæ: Si conſiſtas in ſuperficie, ridicula nonnumquam res ſit; ſi penetres uſque ad anagogen, divinam adoras ſapientiam.

Etenim, ut de veteri loquamur Inſtrumento, Si præter hiſtoriam nihil ſpectes, & audias, Adam è limo conditum, uxorculam è dormientis latere furtim ſubtractam, ſerpentem illecebrâ pomi ſollicitantem mulierculam, Deum ad auram inambulantem, rompheam foribus præſidentem, ne poſtliminio redirent exules, nonne putes ex Homeri officina profectam fabulam? Si legas Loth inceſtum, David adulterium, & in ſenis frigidi gremio cubitantem puellam, Oſeæ fornicarium matrimonium, nonnè qui verecundioribus ſit auribus, ut obſcenam fabulam averſetur? At ſub his involucris, Deum immortalem! quàm ſplendida latet ſapientia!

Evangelicas parabolas, ſi primùm æſtimes corticem, quis non judicet hominis eſſe Idiotæ? Si nucem frangas, nimirum reperies arcanam illam, ac verè divinam ſapientiam, planeque quiddam ipſi CHRISTO *ſimillimum. Et ne ſingula perſequens fiam prolixior, in naturæ, ſimul ac myſticis rebus,* ut quicquam præſtantiſſimum eſt, ita quàm maximè videbis abſtruſum, & à prophanis oculis longiſſimè ſemotum. *Itidem in cognitione, germana rerum veritas, ſemper altiſſimè latet, quæ nec facilè, nec à multis deprehenditur. Craſſum vulgus, quoniam præpoſterè judicat, nimirum ex his quæ maximè ſenſibus corporis obvia ſunt æſtimans omnia,*

nia, paſſim labitur & errat, ac falſis bonorum & malorum ſimulacris deluditur inverſoſque Silenos miratur, ac ſuſpicit.

De malis loquar, bonos non lædam; immò ne malos quidem: Quandoquidem generalis de vitiis diſputatio, ad nullius perſonæ pertinet injuriam. Atque utinam pauciores eſſent, in quos hæc competere poſſint. (En, mi homo, hactenus præpoſteros, nunc inverſos noſces Silenos.) *Nonnè, cùm ſceptrum vides, cùm inſignia, cum ſatellitium, cùm titulos audis, Principem adoras, terrenum quoddam numen, & quiddam homine majus intueri te putas? Sed aperi Silenum præpoſterum, tyrannum invenies, civium hoſtem, latronem, ſacrilegum, inceſtum, aleatorem; breviter, ut eſt in Græcorum proverbiis ἰλιάδα κακῶν.*

Sunt, qui titulo, ſpecieque præ ſe ferant magiſtratum, & Reip. Cuſtodem, cùm re lupi ſint & prædones civitatis. Sunt, quorum ſi conſideres raſum verticem, venereris ut ſacerdotes, ſi Silenum introſpicias, plus quàm laicos reperies. Fortaſſis & Epiſcopos aliquot reperias, quorum ſolennem illam conſecrationem ſi ſpectes, ſi novum ornatum inſpicias, mitram gemmis & auro nitentem, pedum item gemmeum, in ſumma, totum illum ἐκ ποδὸς κεφαλὴν, myſticam τὴν πανοπλίαν videlicet; Cæleſtem quempiam, & homine majorem virum exſpectes. Inverte Silenum, nihil invenies, niſi bellatorem, negociatorem, denique tyrannum. Iamque magnifica illa inſignia, comœdiam fuiſſe judicabis. Sunt, atque utinam non tàm paſſim obvii ſint, quos, ſi quis è barbæ ſylva, pallore, cucullo, cingulo, ſupercilio, vultuſque truculentia velit æſtimare, Serapiones, ac Paulos eſſe ducat. Sin explices, meros invenies balatrones, planeque, quod aiunt ἄνθρακας τὸν θησαυρόν. (Rurſum admoneo, neminem his offendi oportere, cum nullius deſignetur nomen. Siquis hujuſmodi non eſt, nihil ad ſe pertinere cogitet, Sin agnoſcit ſuum malum, admonitum ſe putet.

Ille ſibi gratuletur, hic mihi gratias agat.) Denique paſſim in omni mortalium genere ſunt, quorum ſi formam contemplere corporis, homines, & præclaros homines, dicas; Si Silenum explicueris intus, ſuem, aut leonem, aut urſum, aut aſinum, fortaſſis invenies. *Ac diverſum quiddam eveniet ei, quod de „Circes veneficiis poetarum fabulis eſt proditum. Apud „hanc enim ferarum figuram habebant, mentem homi- „nis. Iſti ſub humana ſpecie plus quam beluam tegunt. „Contra ſunt, quos de ſpecie, ſicut dictum eſt, vix ho- „mines judices, cum in animi penetralibus Angelum „occultent.* In hoc igitur diſcrimen eſt mundani & Chriſtiani, quod ille craſſiſſima quæque, ac ſtatim oculis obvia, maxime ſuſpicit & ſectatur; quæ ſecus habent, aut omninò negligit, aut certè poſtremo loco ponit. Hic è diverſo, quæ minime cernuntur oculis, quæque longiſſime receſſerunt à natura corporum, ea ſola ſectatur, cæteris aut præteritis, aut contemptius adhibitis, ab intimis illis omne rerum judicium ducens.

In bonis, (ſic enim vocat Ariſtoteles) quæ non pertinent propriè ad hominem, extremæ ſunt opes. At apud vulgus, imò penè apud omnes, is plurimi fit, qui has quacumque via poſſidet, has per ſaxa per ignes expetunt univerſi. Proximum habet locum, generis claritas, ſi nihil accedat aliud, ridiculum prorſus & inane nomen. Semideus habetur, qui ſanguinis ſeriem ad Codrum Athenienſem, aut ad Brutum Trojanum, qui, haud ſcio, an unquam natus fuerit, aut ad fabuloſum Herculem referre poſſit? & obſcurus eſt, qui ſibi literis & virtute famam paravit. Illuſtris eſt, cujus tritavus in bello ſtrenuum præſtitit homicidam; & plæbejus eſt, & imaginibus caret, qui bonis animi profuit orbi? In tertia claſſe ſunt, corporis commoda, id cui contigerit, ingens, robuſtum, formoſum, prævalidum eum non ſimovent quidem è numero felicium, ſed ita ut nihilo ſecius,

primas

primas teneant divitiæ, proximas nobilitas, animi poſtrema cura eſt.

Iam hunc ipſum, ſi juxta Paulum NB. in treis parteis dividas, Carnem, Animam, & Spiritum, (*utar enim illius verbis.*) Infimam, *quæ maximè in conſpicuo eſt, quanquam prorſus damnat Apoſtolus, vulgus potiſſimum amplectitur*: Mediam, *quam ita demum probat, ſi ad* Spiritum *acceſſerit, plures approbant.* (Agnoſciſne hinc clarè tres in hominis conſtitutione partes? Num adhuc cœcus inſanire tibi pergis?) *Porrò* Spiritum, *optimam noſtri partem, à quo ceu fonte, felicitas omnis noſtra proficiſcitur, quoque Deo copulamur, adeò non habent in precio, ut nec illud inquirant, ſitnè, aut quid ſit Spiritus; de quo tamen Paulus toties inculcat. Atque hinc præpoſterum de rebus multitudinis judicium, ut quibus primus debebatur honos, horum ὥσπερ τῶν μεγαρέων ὐδεὶς λόγος, & quæ summo ſtudio fuerant expetenda, hæc in contemptiſſimis ducant.* (En, cœca rerum confuſio & calamitas maxima unde? Sed annè rabies potius ſit?) *Hinc au-* „ *rum anteponitur literis, generis antiquitas honeſto, cor-* „ *poris dotes, animi bonis,* cerimoniis poſthabetur vera, „ pietas, CHRISTI præcepta decretis hominum, *per-* „ *ſona veritati, umbra rebus, fucata nativis, fluxa ſoli-* „ *dis, momentanea æternis.* „

Deinde ex præpoſteris opinionibus, præpoſtera rerum vocabula. (Qualia nobis Metaphyſica inanis & garrulæ Logicæ vana crepitacula habitualiſtica gignunt.) *Quod excelſum eſt, humile vocant; quod amarum, dulce; quod precioſum, vile; quod vita, mortem; utque nominatim obiter pauca delibem;* NB. *Amare dicuntur, qui vel indulgentia corrumpunt, vel pudicitiæ ſimùl ac famæ inſidiantur, cum hac re quid eſſe poſſit hoſtilius? Iuſtitiam appellant, cùm malum malo, ſcelus ſcelere vincitur, cùm injuria accepta, multo cum fænore reponitur. Parum æquus matrimonio dicitur, qui illud*

in-

Digitized by Google

incontaminatum, & quàm poteſt virginitati ſimillimum, ganeis diſsimillimum eſſe poſtulet.

NB. Proditorem appellant, & principis hoſtem, qui nihil illi ſupra leges, ac præter æquum licere velit, *hoc eſt*, qui illum optet verè principem agere, & à tyranni, (*quâ belua non eſt alia tetrior*,) imagine, quàm maximè velit abeſſe. *Ille contrà conſultor, amicus, fautor principum dicitur*, qui illos perverſa educatione corrumpat, qui ſtultis inficiat opinionibus, qui aſſentatione ludat, qui malis conſiliis, in odium populi pertrahat: qui bellis, & inſanis rerum tumultibus involvat. *Aiunt auctam principis majeſtatem, ubi tyrannidis aliquid acceſsit*, hoc eſt, *ſummi mali magna portio. Peculator eſt, qui de extortis vectigalibus velit non nihil circumcidi.*

At cum principis præcipua bona ſint tria, quibus Deum, qui verè ſolus eſt Rex, quodammodo repræſentat, bonitas, ſapientia, potentia; *num iſte principi videtur amicus eſſe, qui duobus præcipuis bonis illum ſpoliet*, bonitate & ſapientia, *ſolamque* potentiam *illi relinquat, & hanc non modo falſam, verum ne propriam quidem? Siquidem* potentia *niſi ſit cum* ſapientia, bonitateque *conjuncta* tyrannis eſt *non potentia, quam ipſam tamen populi conſenſus, quemadmodum dedit, ita poteſt eripere; Cum interim depulſum, ab imperio*, bonitas & ſapientia, *ceu propria bona comitentur.*

“*Capitale eſt, violare Principis Inſignia, & præmium*
“ *eſt his, qui animum illius vitiantes, pro bono crude-*
“ *lem, pro ſapiente verſutum, pro potente tyrannum*
“ *reddunt?*

“ *Parum eſt una mors, ei, qui principis calicem toxico*
“ *tentârit inficere; & præmium fert, qui mentem illius,*
“ *peſtilentiſsimis opinionibus corrumpit, ac venenat? &*
“ *veluti publicum Reip. fontem inficit, ſummo totius or-*
“ *bis malo.*

Principis munus dominium vocant, cum revera nihil aliud

aliud ſit agere Principem, quàm rem communem adminiſtrare. Regum inter ipſos affinitates, ac ſubinde novanda fœdera, Chriſtianæ pacis glutinum appellant; cùm his fontibus omnia penè bella, plurimos rerum humanarum tumultus naſci videamus.

Auctum ducunt imperium, cum unius, aut alterius oppiduli titulus acceſſerit Principi, tanta civium expilatione, tanto ſanguine, tot viduitatibus, tot orbitatibus emptus. (ô quæ non rabies, veſania diraque mundi! En vero Eccleſia verè quid ſit.)

Ad eundem modum Eccleſiam vocant ſacrificos, epiſcopos, ac ſummos pontifices, cùm hi reverà nihil aliud ſint, quàm Eccleſiæ miniſtri. Cæterum Eccleſia populus eſt Chriſtianus, quem CHRISTVS ipſe majorem vocat, *ut cui recumbenti, miniſtrent Epiſcopi, obſequio minores, ſed alia ratione majores, ſi modo* CHRISTVM, *ut ſucceſſione muneris, ita morum ac vitæ referunt imitatione, qui cum modis omnibus, princeps ac dominus eſſet omnium, miniſtri partes ſuſcepit, non domini. Omne fulmen torquetur in illos, hoſtes Eccleſiæ vocantur, ac propemodum hæretici, qui ſacerdotum crumenam, nummulis aliquot fraudârint.*

Equidem non adſum fraudatori, ne quis hoc interpretetur. Verum cedò, ſiquidem hoſtem Eccleſiæ juvat odiſſe, Num eſſe poſſit hoſtis Eccleſiæ pernicioſior, aut capitalior, quàm impius Pontifex? *Vbi non,, nihil de Sacerdotum prædiis, aut cenſu diminutum,, fuerit, clamatur undique, opprimi Chriſtianam Eccle-,, ſiam. Vbi concitatur orbis ad bellum, ubi palam im-,, proba ſacerdotum vita, tot animarum millia pertra-,, huntur in exitium, nemo deplorat Eccleſiæ vicem: cùm,, verè jam affligatur Eccleſia, ornatam & cohoneſta-,, tam vocant Eccleſiam, non, cùm in populo gliſcit pie-,, tas, cùm vitia decreſcunt, boni mores augeſcunt, cum,, ſacra doctrina viget, verum cum auro, gemmiſque lu-,, cent altaria, immò cùm, his neglectis, prædiis, famu-,, litio,*

Digitized by Google

" *litio, luxu, mulis, equis, ſumptuoſis ædium, vel magis* " *palatiorum ſubſtructionibus, ac reliquo vitæ ſtrepitu,* " *ſatrapas æquant ſacerdotes.*

Neque enim libet interim eorum meminiſſe, qui cenſum Eccleſiaſticum in impios uſus, magno plebis ſcandalo profundunt. His ſi quid accreverit, gratamur, & *auctam* CHRISTI *Eccleſiam dicimus, cum verum & unicum Eccleſiæ lucrum ſit, Chriſtianæ vitæ profectus.*

Blaſphemiam vocant, ſi quis parum reverenter de Chriſtophoro loquatur, aut Georgio, nec omneis omnium „ *fabulas æquet Euangelio. Verùm Paulus blaſphe-* „ *miam appellat, quoties impiis Chriſtianorum moribus* „ *fit, ut* Chriſti nomen *infametur inter Ethnicos. Quid enim conſentaneum eſt Chriſtianæ religionis hoſtes dicere, cùm in Euangelicis literis viderint* Chriſtum *ad opum contemptum, ad voluptatum abdicationem, ad gloriæ neglectum, & è regione conſpexerint primores etiam, ac duces Chriſtianæ profeſſionis, ita vivere, ut opum accumulandarum ſtudio, ut voluptatum amore, ut vitæ ſplendore, ut belli ferocitate, cæteriſque ferè vitiis omnibus, ipſos ſuperent Ethnicos? Intelligit prudens* Lector, *quid his taceam, ob honorem Chriſtiani nominis, & quid apud me ſuſpirem.*

Hæreſim appellant, ſi quis dixerit, aut ſcripſerit aliquid, quod aliquo pacto, cum magiſtralibus Theologorum propoſitiunculis, vel in re Grammatica diſſentiat? Et hæreſis non eſt, qui ceu præcipuam felicitatis humanæ portionem effert, id, quod ipſe Chriſtus *ubique docet eſſe negligendum? Qui vitæ rationem inducit, ab Euangelicis præceptis & Apoſtolicis inſtitutis longè diverſam, qui contra ſenſum Chriſti Apoſtolos ad Euangelii prædicationem profecturos, pro gladio Spiritus, qui terrenis affectibus omnibus amputatis, ſolus facit, ut gladio non ſit opus; ferro armat, quo ſe adverſus perſecutionem* " *defendant? Neque dubium, quin ſub gladii nomine,*

ne, ba-

ne, baliſtas, bombardas, machinas; ac reliquum ,,
belli apparatum velit comprehendi. Tum pera one- ,,
rat, in qua geſtent pecuniam, videlicet ne quid uſ- ,,
quam deſit. Ac ſub peræ nomine, quidquid ad hujus ,,
vitæ proviſionem pertinet, vult intelligi. Huc enim magnus ille Lyra, & multis anteponendus Hieronymus, Lucæ verba detorquet.

Sacrilegium eſt inexpiabile, ſi quis quidlibet è phano ſuſtulerit; & leve crimē habetur pauperculos & viduas, vivum Dei templum, expilare, fraudare, opprimere?

Prophanus eſt, qui pugna, aut ſeminis profluvio ſacram ædem contaminârit, & non execramur eum, qui puram & Caſtam virginem, templum Spiritus Sancti, *blanditiis, muneribus, pollicitis, lenociniis, violat, corrumpit, prophanat? Non patrocinor malefactis, ſicut ante teſtatus ſum. Illud oſtendo, vulgus hominum multo pluris ea facere, quæ cernuntur oculis, quàm quæ hoc verius ſunt, quò minus conſpiciuntur.*

Saxei templi conſecrationem vides, animi dedicationem quia non vides, negligis; Pro tuendis illius ornamentis digladiaris, pro ſervanda morum integritate, nemo capeſſit gladium illum Euangelicum, quem Chriſtus *jubet etiam tunicæ divenditæ precio parari. Summa pietas vocatur, ſi quis pro defendenda, aut augenda ditione & pecunia ſacerdotum, ſumat arma, ac bellicis tumultibus, ſacra, prophanaque miſceat. Atque intereà, dum ſacrificorum pecunia, nimirum res viliſſima vindicatur, quàm ingens totius pietatis diluvium admittitur, admiſſo bello.* Quid enim eſt omninò mali, quod non ſecum trahat bellum?

Sed forſitan obſtrepet interim mihi tacita lectoris cogitatio, quorſum hæc tam putida tendunt, inquiens? Num tu principem ejuſmodi vis eſſe, cujuſmodi Plato facit in ſua Republica cuſtodes? Num Sacerdotes imperio, dignitate, gloria, divitiis ſpoliatos, ad Apoſtolorum peram & baculum revocas?

Bona

Digitized by Google

Bona verba. *Non ſpolio ; ſed his potioribus locupleto ; non dejicio de poſſeſſione , ſed ad meliora provoco.*

Quæſo te, uter noſtrûm de Regis excellentia magnificentius ſentit? tu, qui vis illi licere quicquid libet ; qui tyrannum vis eſſe, non Principem ; qui voluptatibus exples ; qui luxui prodis ; qui cupiditatibus omnibus ſervum, ac dedititium facis ; qui his oneras rebus , quas apud Ethnicos quoque ſemper magnificum fuit contemnere? An ego? qui Principem , Deo, *cujus imaginem quandam gerit, quàm fieri poteſt , ſimillimum eſſe cupio ſapientia, quæ propria Regum laus , cæteris antecellere, ab omnibus ſordidis affectibus, animique morbis, quibus craſſum & humili vulgus ἄγεται καὶ φέρεται , procul abeſſe, nihil mirari plebejum , opibus eſſe ſuperiorem ; denique id eſſe in Republica, quod animus eſt in corpore, quod Deus in univerſo?*

Vter noſtrum verius perpendit Epiſcopi dignitatem? tu, qui, illum terrenis opibus oneras, ſordidis , ac plebeiis implicas curis, bellorum procellis involvis? An ego, qui Chriſti *vicarium , & cæleſtis ſponſæ cuſtodem, ab omni terræ contagio puriſſimum eſſe cupio , & quo ad licet , ei , cujus loco munereque fungitur quàm ſimillimum?*

Stoici negant bonum virum eſſe poſſe , niſi qui vacet animi morbis ; morbos autem animi cupiditates , ſive affectus vocant. Multò igitur magis Chriſtianorum eſt, ab his eſſe liberos , ſed omnium maximè Principem , *ac rurſum plus quàm maximè,* Principem, *ac* Patrem Eccleſiæ ; *hoc eſt , cæleſtis illius populi, Volo regnare ſacerdotem , ſed mundanam iſtam ditionem indignam judico, ut hac vir cæleſtis oneretur. Volo quàm maximè triumphare Pontificem , non his ſanguinariis triumphis, quos ſceleratus Marius, quos impius egit Iulius, adeo vanis, ut Satyrarum jocis inceſſantur ; quos ſi Democritus ille ſpectaſſet, riſu crediderim emoriturum ; ſed vere magnificis*

gnificis & Apoſtolicis, cujuſmodi Paulus bellator, ac dux, longe ſplendidior Alexandro magno, deſcribit, ac veluti jactat. In laboribus, inquit, plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in motibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas, una minus accepi; Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui; in itineribus ſæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus; in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti; in jejuniis multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia, mea quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror? Rurſum paulò ſuperius; in omnibus, inquit, exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei *miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuavitate, in* Spiritu Sancto, *in charitate non ficta, in Verbo veritatis, in virtute* Dei, *per arma juſtitiæ à dextris & à ſiniſtris; per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut ſeductores & veraces, ſicut ignoti & cogniti; quaſi morientes, & ecce vivimus, ut caſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes; ſemper autem gaudentes: Sicut egentes, multos autem locupletantes: Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.*

Vides quæ belli decora, quæ victoria, qui triumphus Apoſtolicus! Hæc eſt illa gloria, per quam ceu ſacram rem Paulus aliquoties dejerat. Hæc ſunt egregia facinora, pro quibus ſibi coronam immortalem eſſe repoſitam confidit. Non gravabuntur Apoſtolorum ingredi veſtigiis, qui locum & autoritatem ſibi vendicant Apoſtolo-

ſtolorum. Cupio quàm maximè divites eſſe Pontifices, ſed Euangelico margarito; ſed cæleſtibus opibus, quas quo largius in omnes effuderint, hoc ipſi magis abundabunt; nec periculum erit, ne benignitas pereat benignitate. Volo quàm munitiſſimos eſſe, ſed armis Apoſtolicis, nempe ſcuto Fidei, lorica juſtitiæ, gladio ſalutis, " quod eſt Verbum Dei. NB. Volo bellaciſſimos eſſe, " ſed adverſus veros illos Eccleſiæ hoſtes, ſimoniam, ſu-" perbiam, libidinem, ambitionem, iracundiam, impie-" tatem. En hoſtes Eccleſiæ quinam veri ſint & cotidie " expugnandi. Hi Turcæ ſunt ſemper obſervandi, ſem-" per oppugnandi Chriſtianis. Ad hujuſmodi bella dux " ſit & hortator Epiſcopus. Volo cum primis ſuſpicien-" dos eſſe Sacerdotes; at non tyrannico ſtrepitu; ſed exel-" lentia doctrinæ ſanctæ; ſed eximiis virtutibus. Volo reverendos eſſe, ſed ob integritatem, ac ſeveritatem vitæ; non ob titulos, aut ornatum Tragicum. Volo timeri; ſed ut Patres; non ut tyrannos. Denique volo delitiis affluere; ſed raris, ac longè quàm quas vulgus novit, ſuavioribus; Vis audire verè ſummi Pontificis divitias? audi, à Pontificum principe proximum? Aurum & argentum non eſt mecum, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu, ſurge & ambula. Vis audire Apoſtolici nominis decus, quod omnes titulos, quod omneis ſuperet formas, ac ſtatuas? Audi Paulum illum, verè inclytum, Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco. Vis plus quàm regiam audire potentiam? Omnia poſſum, inquit, in eo qui me confortat. Vis audire gloriam? gaudium meum & corona mea vos eſtis in Domino. Vis audire titulos Epiſcopo dignos, & ornamenta verè Pontificia? Paulus idem tibi depingit, doctorem non vinolentum; non percuſſorem, ſed modeſtum; non litigioſum, non lucri cupidum, non neophytum, qui bonum habeat teſtimonium, & ab his qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

Contemplare quibus ornamentis honeſtet Aaron Ponti-

Pontificem Moyſes, quibus ornet opibus, quibus picturet coloribus; quàm variis gemmarum ſtellis illuſtret, quanto auri fulgore decoret! Quæ quid ſibi velint, ſi Origenis, Hieronymique cognoveris interpretationes, nimirum intelliges, quæ ſupellex paranda ſit Epiſcopis. Quos potius exprimant vita Pontifices, quam quos exprimunt plumbo, quos titulis referunt, quorum vices occupant? An magis convenit, Iulios, Alexandros, Craſſos, & Xerſes, nihil aliud quàm magnos latrones imitari Chriſti *vicarium, quam ipſum Chriſtum? quos juſtius æmulentur Apoſtolorum ſucceſſores, quam Apoſtolorum principes?* Chriſtus *palàm negavit regnum ſuum hujus eſſe mundi, & tu convenire putas, ut* Chriſti *ſucceſſor, mundanam ditionem non ſolum admittat, verum etiam ambiat, proque hac omnem, quod aiunt, moveat lapidem?*

In hoc mundo, veluti duo ſunt mundi, modis omnibus inter ſe pugnantes. Alter, craſſus & corporeus, alter cæleſtis, jam nunc pro virili meditans id eſſe, quod aliquando futurus eſt. In illo primus eſt, qui a veris bonis quàm maximè ſemotus eſt, ac falſis oneratus. Veluti rex Ethnicus, libidine, luxu, violentia, ſuperbia, faſtu, divitiis, rapacitate ſuperat univerſos, & ita primus videtur, ſi maxima hujus ſentinæ portio, in hunc influxerit: ſapientiæ, temperantiæ, ſobrietatis, juſtitiæ, ceterorumque, quæ verè ſunt bona, quàm minimum. Contra, in hoc qui ſummus eſt, is, ut plæbeiis illis & craſſis bonis, minimum eſt inquinatus, ita veris illis, ac cæleſtibus opibus eſt cumulatiſſimus.

Proinde cur Chriſtianum principem id eſſe vis, quod Ethnici quoque Philoſophi ſemper damnarunt & contempſerunt? Cur illius majeſtatem, in his collocas rebus, quas contempſiſſe pulcherrimum eſt? Cur Angelum Dei, (ſic enim in arcanis literis appellatur Epiſcopus,) his rebus oneras, quæ vel homine bono ſint indignæ? Cur eum hiſmetiris opibus, quibus latrones ſunt divi-

divites, quibus Tyranni magni ſunt. Cæleſte quiddam eſt ſacerdos, & homine majus. Nihil hujus ſublimitate dignum, niſi cæleſte. quid hujus dignitatem vulgaribus rebus dehoneſtas? quid hujus puritatem mundanis ſordibus contaminas? Cur non ſinis eum ſua ditione potentem eſſe? Cur non pateris ſua nobilem eſſe gloria? ſua majeſtate reverendum, ſuis divitem opibus? Hunc è cæleſti corpore, quod eſt Eccleſia, cæleſtis ille Spiritus, ad res ſummas delegit. Cur eum ad Satraparum furioſos tumultus pertrahis? Paulus ſegregatum ſeſe gloriatur, cur tu meum præſulem in medium infimæ plebis ſentinam immergis? cur ad fæneratorum ſollicitudines dejicis? cur hominem divinum ad negocia detrahis, vix homine digna? Cur hiſce rebus felicitatem Chriſtianorum ſacerdotum metiris, quas ut ſtultiſſimas riſit Democritus, ut miſerrimas flevit Heraclitus, ut frivolas ſprevit Diogenes, ut oneroſas abiecit Crates, ut peſtiferas ſemper fugêre ſancti? Cur Petri ſucceſſorem his opibus æſtimas, quas ipſe Petrus ſe non habere gloriatur? Cur Apoſtolicos principes, eis ornamentis magnos videri vis, quibus calcandis magni fuerunt Apoſtoli? Cur illud Petri patrimonium vocas, quod ipſe Petrus ſe non habere gloriatus eſt? Cur Chriſti vicarios opibus irretiendos putas, quas ipſe Christus *appellavit ſpinas? Cur eum, cujus ut proprium, ita præcipuum officium eſt, divini Verbi ſemen jacere, divitiis obruis, quibus vel maximè jactum præfocatur? cur æquitatis doctorem ac judicem, iniquo vis ſervire mammoni? Quid cæleſtium ſacramentorum diſpenſatorem, viliſſimarum rerum facis procuratorem?*

Expectat ab hoc Chriſtianus orbis ſacræ doctrinæ pabulum, expectat ſalutare conſilium, expectat paternam conſolationem, expectat vivendi formam. Quid tu rebus tàm præclaris deſtinatum, ac dicatum, in vulgarium curarum ergaſtulum detrudis, pariter & ſua

dignitate

dignitate ſpolians Epiſcopum, & populum orbans Epiſcopo?

Habet ſuum Chriſtus *regnum excellentius, quàm ut gentili regno, vel ut verius dicam, tyrannide pollui debeat: ſuum habet ſplendorem, ſuas habet opes, ſuas voluptates; Quid tàm inter ſe pugnantia miſcemus? Quid terrena cæleſtibus, quid infima ſummis? quid ethnica Chriſtianis, quid prophana ſacris confundimus? Tàm „ multa, tàm magnifica ſunt bona ditiſsimi, ſimul & be- „ nigniſsimi* Spiritus*, Dona linguarum, dona Pro- „ phetiæ, dona ſanitatum, dona ſcientiæ, dona ſapien- „ tiæ, dona doctrinæ, diſcretio ſpirituum, exhortatio, „ conſolatio. Cum his ſacris donariis, quid tu propha- „ na mundi dona conjungis, ne dicam extinguis? Quid cum mammona* Chriſtum, *cum* Chriſti Spiritu *Belial conaris jungere? Quid mitræ cum galeâ, quid ſacræ pallæ cum mavortiâ loricâ? Quid benedictionibus cum bombardis? Quid paſtori cum armatis latronibus?* Quid ſacerdotio cum bello? *Quid machinis oppida ſubruit, qui claves habet regni cælorum? Quî convenit, autorem eſſe belli eum, qui pacis omine ſalutat populũ? Quonam ore docebit plebem Chriſtianam, opes eſſe contemnendas, qui puppim & proram rerum ſuarum conſtituit in pecunia? Qua fronte docebit, quod & docuit & exhibuit*Chriſtus? *Quod toties inculcant Apoſtoli, non eſſe reſiſtendum malo, ſed malorum improbitatem bonitate ſuperandam, injuriam beneficio penſandam, inimicum benefactis obruendum? Qui propter oppiduli ditionem, aut ſalinarum vectigal, orbem bellorum tempeſtatibus commovet? Quo pacto duxerit ad regnum cælorum (ſic enim* Chriſtus *ſuam vocat Eccleſiam) qui totus ſit in regno mundi?*

Sed impendio pius es; Ornare vis Eccleſiam, harum etiam opum acceſſione. Probarem niſi cum paululo commodi, tantum ſecum ea traheret malorum. Cum imperium

rium dediſti, ſimul dediſti congerendæ pecuniæ curam; Dediſti tyrannicum ſatellitium, ferratas copias, exploratores, equos, mulos, tubas, bellum, ſtrages, triumphos, tumultus, fœdera, pugnas; breviter, omnia, ſine quibus imperium adminiſtrari non poteſt, ut animus adſit, quando futurum eſt ocium, Apoſtolico fungendi munere, quem tot curarum millia diverſum trahunt? Dum ſcribitur delectus militum, dum panguntur & reſcinduntur fœdera; dum coërcentur, qui detrectant imperium; dum in fide retinentur, qui ad res novas ſpectant; dum expugnantur hoſtes; dum muniuntur arces; dum audiuntur rationes; dum tractantur prophanæ legationes; dum ad honores provehuntur amici; dum alia fiunt, quæ nec meminiſſe libet, & tamen fieri neceſſe eſt? An is tibi videtur intelligere pontificis & cardinalium excellentiam, qui eos ab oratione, qua cum deo confabulantur, à ſacra contemplatione, quâ verſantur inter Angelos, à vernantiſsimis divinæ Scripturæ pratis, in quibus feliciſsimè ſpatiantur, ab Apoſtolico Euangelizandi munere, quo Chriſtum *maximè referunt, ad has rerum ſordes detrahendos eſſe cenſet?*

An eis benè velle videtur, qui à tanta felicitate, vitæque tranquillitate, quâ fruebantur, ad has ærumnas, ad hos rerum tumultus, pertrahi cupit? Etenim cum per ſe regnum infinitis laboribus obnoxium eſt, tum vero longè minus feliciter cedit ſacerdotibus, quàm laicis: Idque duabus ferè de cauſis, partim, quod vulgus hominum libentius pareat in hoc genere prophanis, quàm Eccleſiaſticis, partim, quod illi ceu liberis ſuis relicturi ditionem ſtudent eam quàm florentiſsimam reddere; Hi contra, quemadmodum ſerius, ac plerumque jam ſenes ad imperium aſciſcuntur, ita quoniam ſibi gerunt, non hæredi, magis expilant quàm ornant, perinde quaſi præda ſit objecta, non provincia. Ad hæc ubi prophanus rerum potitur, ibi ſimel fortaſſe de regno digladiandum,

diandum, ſimel evehendi, locupletandique, quibus favet princeps. Vbi ſecus, ibi ſubinde nova digladiatio, dejiciendi de poſſeſſione, quos prior evexerat. Rurſus alii, atque alii novi homines, populi malo locupletandi.

Iam eſt & illud nonnihil, quod populus multò facilius fert imperium ejus, cui jam aſſuevit, etiamſi durius imperet. Qui ſi deceſſerit; tamen in hærede filio ſuperſtes eſſe videtur, ac plebes imaginatur principem, non in alium eſſe mutatum; ſed eundem ſibi renovatum. Et ſolent liberi parentes utcumque referre moribus, præſertim ab his inſtituti. E diverſo, cum Deo dicatis viris commiſſum eſt imperium, ſubita plerumque rerum omnium commutatio. Adde his quod prophanus ille accedit ad rem gerendam, meditatus, & ab incunabulis inſtitutus. Illic ſæpenumerò præter omnem ſpem obvenit rerum ſumma, ut quem remis genuerat natura, fortunæ ludus evehat ad regnum.

Poſtremò vix fieri poteſt, ut quemadmodum Hercules duobus monſtris, ita unus duabus difficillimis rebus adminiſtrandis par ſit. Omnium difficillimum eſt bonum præſtare principem. At longè pulchrius, ſed idem longè difficilius, bonum agere ſacerdotem. Quid tandem utrumque? His nimirum rebus fit, niſi fallor, ut cum laicorum regum vrbes, opibus, ædificiis, ac viris, magis ac magis florere videamus, ſacerdotum oppida frigeant & collabant? quorſum igitur opus fuit, harum acceſſione rerum, quas tot incommoditates comitant? An vereris, ne parum potens futurus ſit Chriſtus *propriis opibus, niſi laicus tyrannus aliquid impertiat ſuæ poteſtatis? Parum ornatum putas, niſi prophanus bellator, aurum, phrygionem, candidos mannos, & ſatellitium illi indulſerit, hoc eſt aliquid de ſuo faſtu aſperſerit? Parum ſplendidus videtur, niſi his liceat inſignibus uti, quæ propter invidiam ambitioſiſſimus recuſavit Iulius? Hu-*

 milem

milem judicas, niſi ſit mundano onuſtus imperio, quod ſi ſibi gerit, tyrannus ſit, ſi Reip. negocioſiſſimus. Habeant prophana prophani; in Epiſcopo, quod infimum eſt, totius imperii ſuperat faſtigium. *Quò plus addideris de mundi bonis, hoc minus de ſuis impertiet* Chriſtus, *Quo ab illis erit purgatior, hoc effuſius hiſce locupletabitur.*

Vides, opinor, ut tota res in diverſum exeat, ſi Silenum inverteris. Qui principi Chriſtiano maximè ſavere videbantur, hos proditores & hoſtes principis maximos deprehendis. Quos Pontificum dignitatem tueri dixiſſes, ab his conſpurcari comperis. Neque vero hæc dixerim, quod ſacerdotibus eripiendum putem, ſi quid quocunque modo contigit, vel ditionis, vel opum, verum illos ſuæ magnitudinis conſcios, ac memores eſſe volo, ut iſta plebeia, ne dicam gentilia, vel rejiciant ultrò, & infimis cedant, vel certè contemptim poſſideant, & juxta Paulum ſic habeant, quaſi non habeant. Denique ſic eos Chriſti *opibus ornatos eſſe volo, ut quicquid acceſſerit, ex hujus mundi ſplendore, aut meliorum obſcuretur luce, aut ſordidum etiam ex collatione videatur. Ita fiet, ut & quod poſſident, hoc felicius poſſideant, quo ſecurius; Nec enim angentur metu, ne quis eripiat, nec pro rebus caducis & humilibus tanto tumultu dimicabunt.*

Poſtremò, non orbabuntur ſuis bonis, dum alienis gaudent diteſcere. Nec Evangelicum amittent margaritum, dum vitreas mundi gemmas conſectantur, ut illud interim omittam, hæc ipſa quæ contemni volumus, ita copioſius acceſſura, ſi fuerint contempta; & honeſtius ſequentur fugientes, quàm ab inſequentibus arripiuntur. Siquidem unde tandem natæ ſunt opes Eccleſiæ, niſi ab opum contemptu? Unde gloria, niſi à gloriæ neglectu? Libentius iſta donabunt laici, ſi viderint rejici ab his, quos plus ſapere credunt. Fortaſſe nonnunquam tole-

randi

randi ſunt & mali principes. Deferendum aliquid eorum memoriæ, quorum occupare videntur locum; dandum nonnihil titulo. Non erit tentandum remedium, quod haud ſcio, an infeliciter tentatum vergat in graviorem perniciem. Verum quàm malè interim cum rebus humanis agitur, ſi quorum omnis vita debebat eſſe miraculo, tales ſunt, ut applaudant peſſimi, boni ſuſpirent & ingemiſcant, & quorum omnis dignitas, vel ab improborum favore, vel à mediocrium modeſtia, vel à ſimplicium imperitia, vel à bonorum tolerantia pendet.

Sed quo me ſermonis curſus abripuit? ut parœmiographum profeſſus, Eccleſiaſtes eſſe cœperim? Nimirum in hanc tam ſobriam diſputationem, ebrius Alcibiades ſuis Silenis nos induxit. Verum hujus erroris non admodum me pœnituerit, ſi quod ad proverbiorum enarrationem non pertinet, ad vitæ pertineat emendationem, & quod ad eruditionem non confert, conducat ad pietatem, quodque ad operis inſtituti rationem πάρεργον καὶ ἀπροσδιόνυσον videtur, ad vivendi rationem fuerit accommodum. Edit. Baſil, menſe Aprill. An. 1517.

Huc uſque iſta protulit Optimus Eraſmus, quem ſic ipſe ſuis propriis introducere volui verbis, quum tanto odio iſte libellus hucuſque ſuppreſſus fuerit, ut, propter veritatis propalationem nimis apertam, ne dignum quidem judicare alii voluerint, qui cæteris ejus ſcriptis, novem Tomis digeſtis, insereretur; nec ego iſtud vidi amplius, niſi quod hoc exemplar mecum communicarit vir *Clariſſ. Rudigerus Timplerus, Medicinæ Doctor & Philoſophiæ Hermeticæ experientiſſimus*, ac

 Practi-

Practicus nobiſcum inſignis, cui etiam non vereor inter omnes primas modernorum Med. adſcribere partes, ita miranda nobis in transſmutatione metall. præſtitit. De quibus alias ſuo loco agam cum Deo plenius.

Calumniarum ingens vis eſt; quæ, ſi cum falſa accuſatione in nervum erumpat, etiam innocentiſſimum veritatis nimis amantem ſupprimere valet in ipſo ſynceritatis ſtudio. Nonnè olim etiam ipſi Chriſtiani pro atheis habiti ſunt, & ex ea falſiſſima ac nugaciſſima impoſitione variis tormentorum plagis & perſecutionibus expoſiti fuerunt? Quid iniquius, acerbius, & perfidioſius ac malignius crudeliusvè poteſt excogitari? Teſtis eſt Athenagoras in Apologia ad Antoninum; Teſtis Tertullianus in Apologia pro Chriſtianis; Teſtis Origenes contra Celſum; nequitioſos illos Chriſti nominis oſores Chriſtianis objicere conſueviſſe, quod Athei eſſent; quod omnia Numina Deorum tollerent; quod in ſodalitiis ac ſecretis conciliis infantes ex mutuis inceſtibus conceptos mactarent, iiſque veſcerentur, &c. Imò talia confingere crimina in Chriſtianos ſoliti ſunt & evomere, quę ne quidē crudeliſſimus mortalium poſſet comminiſci, ut execrabiliſſimum omnibus hoc genus hominum redderent, licet viverent piiſſimi. An verò mirum

iſtud

iſtud ſit, quùm ipſi noſtrates idem præſtare non vereantur, quoties vident, quod aliquis ſit, qui vanitati ſecularis ſcientiæ, (*ut ait Thom. de Kemp. lib.3.cap.43. de imit.Chriſt.*) ferventius, in ſanctitate ſe debita opponat, & homines mortificationi ſui ſuorumque vitiorum ſtudere ac Chriſto corde renato ſe propius ſiſtere jubeat. Dici non poteſt, quantus continuò furor mundi & ſapientum hujus ſe exerat! Ignem, gladios, necem fremunt. Sic etiam *Anno* 1555. id optimo *Serveto* obtigit; Licet vir fuerit inculpatiſſimæ vitæ; tamen ſub falſa affixione opinionis vanæ illum ad mortem, inſtigante id *Calvino*, & quidem ignis combuſtionem auſi ſunt iniqui condemnare, & neſcio quid horrendi de ejus doctrina ſpargere, quùm libros ejus è medio partim ſuſtuliſſent. Hanc opinionem quidem multi de eo, quod tàm abominabilis fuerit hæreticus, concipere & diffamatione nova in gratiam condemnatoris diſpargere non dubitarunt, quùm tamen vel unicus ille libellus ſuperſtes, quem Theſaurum animæ vocitavit, poſſit atteſtari, qualis vir fuerit ſummè pius, & veræ ſanctitati vitæ addictiſſimus, in Chriſto, & quàm nihil à Kempiſio Gerſone, Savanarola, David. Georgio, & talibus optimis ſanctorum loquatur alienum. Sed hæc ars eſt ſingularis

 Diabo-

Diaboli, ut ſe in Angelum lucis transformet, & Chriſtum ſub ſpecie falſa Chriſti quàm atrociſſimè perſequatur.

Poſſem plurima talium exempla referre, ſi opus foret. Quid etiam vel nuper non ante pauculos annos Optimo illi viro *Dn. Iohan. Arndio p. m.* contigit. Memoria ejus adhuc eſt recentior. An non ipſe propter inſignem librum de vero Chriſtianiſmo tot calumniis, inverſionibus, perſecutionibuſque fuit obnoxius? Quid non etiam nuper nova conſpirantium turba vicinorum excõmunicationibus & proſcriptionibus ſuis malignis & hypocriticis auſa fuiſſet tentare, niſi veſter reſpectus, ô Duces Chriſtianiſſimi, terrori invidis illis rerum perverſoribus, & vineæ Chriſti deſtructoribus fuiſſet. Sed quum *in quæſt. 14. lib. 6. cap. 4. Bodin.* infra pluribus de Arndii maſtyg. egerimus, heîc iis ſuperſedebimus. Carnalitatis illi inſtigatores frontis ſignatæ ſuæ præmia ſuo tempore auferent, niſi convertantur maturius ad ſaniora, dum Chriſtus in via hujus vitæ adhuc nobiſcum eſt, quod ex animo illis precor. Ipſe enim quoque memini quæ olim ſimilia iſtud genus hominum & fortè crudeliora in me dirigebant facinora, quàm ſubdolè in necem quoque meam conſpirarent plurimi, quùm veritati Chriſtianæ & pietati ſolidæ, non fucatæ,

fucatæ, eos ſiſtere aut revocare propius ſtuderem, nonnulliſque ſuas ſeductiones pravas ob oculos ponerem. Tàm abſurdi etiam nuper fuerunt alii, ut noluerint intelligere, quid *libera civitas Dei* ſibi velit; niſi D. Auguſtinus volumen quoddam de eo conſcripſiſſet, palmam ſe abſtuliſſe putarent.

Sed bene eſt, quod illis non talis, velut nec ulli mortalium aut ſummo aut imo, competat poteſtas in animarum ſalutem, ceu Regibus & Principibus terræ in externa mundana; aliàs longè diſſecaſſent dentibus aut leonibus tradidiſſent, quos carnalitatis ſuæ deprehenderent contradictores. An Spiritus Iehovæ ſuas ſic non vindicet eluſiones in iis, qui tanto conatu ex proæreſi ſe tradiderunt veſanæ ſapientiæ in littera mortua ethnicorum? Exhorreſco, quoties ad tàm vana temporis litigia vel cogitationibus ſaltem recurro. An non ingens iſta belli confuſio inde exorta eſt? Nihil veræ pietatis & virtutis apud mortales adeò ſupereſt, ut ne quidem veſtigia ſoliditatis uſpiam, niſi apud pauciſſimos, appareant. Hinc idololatria & hypocriſis mundi potius propriæ virtutes ejus cenſentur meritò, quibus tàm nitidè & magnificè is ſe oſtentare novit, ut eò callidius ac citius *Pietatem* veram cum *Probitate* ſua, id eſt, Fidem in vero Charitatis actu

 cum

cum ſimplici, integritate & veritate , aut prorſus occidendo extinguat , aut in peſſimum præcipitet exitium. Ita morte ipſa veritas amarior putatur ; & quò quis mundo affinior, eò acerbior hoſtis eſt veritatem dicenti. Hoc quoque olim ita ſenſerat *Eraſmus Roterod.* vir longè ſapientior , quàm hoc ingrato excipitur à naſutiſtis vanis ſeculo. Deus ipſi certè miraculoſum præſtitit undique præſidium, quod tàm audacter abſque confidentia & tutamine ullius brachii ſecularis , non veritus fuit univerſo papatui & cuivis Potentiorum ſuos detegere nævos, etiam ante Lutheri tempora diſſidiorum. Quid non Moria ejus ? Quid non Enchiridion militis Chriſtiani ? Quid non commentaria in Pſalmos aliquot ? Quid non Lingua ejus ? Quid non Præfationes in Paraphraſin novi Teſtamenti ? Quid non Querela Pacis, & reliqua nobiliſſima ejus teſtantur ſcripta ? Ita quoque Silenos hos ſuos Alcibiadis ſcil. non fruſtrà produxit. Occaſionem veritatis dicendæ inde meritò arripuit. Nam Alcibiadem ferunt, *ait Majorag. in Præf. 1. Orat.* imagines quaſdam habuiſſe, qui Sileni dicerentur , ita fabricatas , ut clauſæ quidem ridiculam aliquam & monſtroſam ſpeciem præ ſe ferrent, apertæ verò ſtatim divinum Numen oſtenderent. De quibus &

Plato

Plato in ſympoſio, ac Diodor. Sicul. lib. 5. ſimilia referunt.

Eodem modo Eraſmus quoque nunquam quid ſcripſit, quod nõ omnes cujuſvis ſtatus mortales plenè informarit de Voluntate Dei, aut ædificationi communi non inſigniter inſerviret. Quin iſte ſcopus in omnibus ſemper in corruptiſſimo illo ſeculo ipſi fuit unicus, ut cœcitaté, quam perverſo ethniciſmo Eccleſiæ Chriſti introduxerant, apertam dederet, & è contra monſtraret, quomodo ritè Chriſto in luce vera ejus & vitæ ſanctitate vivendum eſſet, ſi verè Chriſtiani & eſſe & dici vellent. Atque ut ejus ſcripta eò promptius legerentur, variis formis illa induere coactus eſt; ne uſpiam fine ſuo ſacro defraudaretur. Quid enim prodeſt lectio ulla ſi non veritas ejus cordi inſcribatur altius, ut ibi vividas ſuas exerat operationes in Spiritu Dei? Si cerebro ſolummodo & Spiritui rationalitatis vanæ commendetur, ut ibi meros conſuat vanitatis & logomachicæ doctrinæ ſyllogiſmos, nil prodeſſe poterit tàm vana notitiæ litteralis ſcientia.

Quid curat Iehova nudum ſcire noſtrum, niſi id, quod ſcis, in vitæ exprimas figura ſanctæ? Quid homines multum de orali & in ipſo ore mortua fide gloriantur, qui nulla

efficacia ſe in charitate vividos oſtendant? Quiſque paterfamilias ſe ſaltem examinet, an ſufficiat ipſi ſervi oralis aut in lingua ſaltem nata veneratio, & nihil præſtet, quod officii eſſentia requiritur? An Dominus id contento modo accipiat, ſi nihil ipſi operis ſit, quo curet familiam? An Iehova fruſtrà cum mandatis ſuis miſerit filium, ut ſaltem ocioſis ſuum communicet ſanguinem, qui fide hiſtorica in littera ſaltem eum jactent?

Quis eſt Regentum, qui non expedita negotia in ſuis exigat miniſtris? Præſertim ſi juſta ſint imperata, nolunt in iis negligi. Sin minus penetrare quid noſcant, id committunt Conſiliariis ad introſpiciendum, conſultandumvè: & maximè iis quid committendum, qui in Iehovæ Lege & Verbo innutriti ſunt. Conſilium enim Iehovæ in ſeculum conſiſtit. Pſal. 33. 11. Quandoquidem penes hunc eſt fons & origo veræ vitæ, Pſal. 36. 10. non aliunde. Namque in tua luce videmus lucem ait David, d. Pſal. 36. 10. Quicquid extra hanc lucẽ vitæ homini, ſive in politicis, ſive in artificialibus ullis aut Eccleſiaſticis ſuſcipitur, fraudes tenebrarum ſpirat & ſapit. Adeo nemo ſibi quid perſuadere auſit, quod non ſit potius ad Chriſtum, quàm ad mundum & ejus amorem revocãdum.

Digitized by Google

dum. Quippe mundi amor omnis Idololatriam meram cunctis ſuggerit. Vſque nec pax eſt ponenda in hominibus, ut rectè loquitur *Thom. de Kemp. lib. 3. cap. 42. de imit. Chr.* Atque *Eraſm. Roter. ait in lib. de purit. Eccleſ. Chr.* Fraus eſt, quicquid animę damnum adfert: „ excluditur autem, ut dixi, & ocioſus; Quicquid enim non prodeſt, nocet. Dominus „ præcipit, ut ſermo noſter ſit, eſt eſt, & non „ non, hoc eſt, ut nō affirmemus quicquam, „ niſi verum, nec negemus quicquam, niſi „ falſum; Et Paulus admonet, ut ſermo noſter ſit cum gratia ſaleque conditus; idem „ præcipit, ne quem mendacio fallamus, ſed „ veritatem loquamur inter nos invicem, & „ erga omnes. Si Chriſtianæ ſynceritatis eſt, „ nec Ethnicos fallere doloſo ſermone; an „ non pudendum eſt nobis Chriſtianis, inter quos tam rari ſunt, qui verè ex animo „ loquuntur proximo? Annon omnia commercia vulgi fraudibus, dolis ac mendaciis „ plena ſunt? quotuſquiſque eſt, qui non vel „ exigui lucelli gratia imponit proximo, „ nec fecit proximo ſuo malum. Plurima „ pernicies linguâ peragitur; à lingua venitur ad malefacta, quorum lingua veluti lena eſt & conſiliatrix, &c. „

In primis quid non malorum conſilia præſtant apud magnates? Non particula-

res, ſed univerſales tempeſtates calamitatum inde exoriuntur omnium, ſi pietati ſuus non concedatur locus in rebus magnis, & totum Reipubl. ſtatum concernentibus. Qui aliquid ſingulare in Politicis vident, confiteri coguntur, Bodinum certè talem fuiſſe, qui omnibus ſuperiorum temporum Politicis præripuerit palmam. Ideo in manibus plurium eſt.

Sed prout quis ſuis abripitur affectibus; ita & judicio indulgere ſolet. Sunt enim, qui ex ipſis floribus vernis ſibi venena conficiant inſtar aranearum; Alii nullius æquitatis cenſores ſe produnt: alii mitiori ingenio nati, ſecus ſentiunt. Commune eſt vitium mortalium, ut etiam rectè dicta & facta ſæpius invertantur. Veluti nec ipſe Jehova Chriſtus ſuis miraculis ipſis non cuiq; placere potuit. Habuit ſuos blaſphematores, & collaudatores: habuit etiam hypocritas, qui neutralitate nitebantur, ceu ſolent facere ii, quibus ſolis ſplendor nimis lucidus affulget in oculis, ut cogantur aliquo uſque ſupprimere & diſſimulare malitiam innatam.

In diverſitate tanta judiciorum quùm eſſent, qui hæſitarent de Bodino, fuerunt plurimi, etiam ſat exercitati in hoc genere viri, qui rogarent inſtarentque ſæpius, ut ego hunc

Digitized by Google

hunc ſumerem laborem in percenſendo pleraque. Alii aperto ore à me hóc exigebant, ut bono publico tantum operis concederem, & enuclearem ſingula. Vidi id pridem, quum adhuc in Acad. Iul. Profeſſorem agerem, quod fundamentalia nemo rectius in externis Rerumpubl. tetigiſſet, præter Bodinum: Sed quid non invidia & æmulationes valent? Tum quoque quid non falſa mundanorum ſapientia ſibi vendicat. Soli dum ſe in cœcitate ſua ſapere ſomniant, nihil non taxare acrius, aut penitus ſubvertere deſinunt. Hoc certè veriſſimum eſt, ex quo vera Ioſephi ſapientia per Græcorum maximè ſectas diverſas obnubilationem aut potius expunctionem ſuam paſſa eſt, atque vires aſſumpſit graviores Sophiſticarum argutiarum mater. illa Logomachica depeculatrix; miris tenebris populi ſunt involuti paſſim, adeò, ut etiam lucem ipſam advenientẽ agnoſcere non potuerint. *Ioh.* 1.5. Nam ecce tenebræ operiunt terram, & caligo nationes, *ait Eſa.* 60.2. Hinc ille populus in tenebris ambulans, magnam lucem videbat. *Eſa.* 9.2. Sed exiguum erat gaudium, quum homines tenebras amarent magis, quàm lucem, ut ait ipſe Chriſtus *Ioh.* 3.19. Ac quid clarius poteſt proferri, quam quod ipſe Iehova Iheſus alta voce elocutus eſt, haut fu-

catis

catis id teſtans verbis, quando ait: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris; ſed habebit lumen vitæ, *Ioh.* 8.12. Nihilominus Sophiſticæ illius ſapientiæ patroni undique contra Chriſtum proclamata ſua publica ita emittunt, ut ſe pro luminibus mundi non vereantur venditare. An non paſſim fulminans hæc vox ex omnibus ferventis Ethniciſmi cultoribus auditur, *Ad nos venite, nos vobis præferemus lucem ad Chriſtum.* Nemo ad Theologiæ cognitionem perveniet, niſi noſtræ Philoſophiæ, Logicæ, Metaphyſicæ, Syllogiſticique habitus ductu & beneficio ipſi porta cognitionis aperiatur altioris. Quid vero ſtultius poteſt effingi, aut dici?

An lux ſplendorem à tenebris mutuatur? Quid abſurdius poteſt affirmarier? Quid lucis habeat Ethniciſmus? Ex Sione exoritur ſplendor ille Iehovæ formoſus, *Pſalm.* 50. 2. ait David. Et tamen quis hoc cogitat aut animadvertit? Quid heîc cauſſæ ſtatuemus? Ipſe Chriſtus ſatis apertè teſtatur, quod Spiritus Dei non in talibus, ſed in ſua virtute nobis ſit doctor, quùm is ſolus nos in omnem veritatem ducat. *Iohan.* 16.13. Homines non cupiunt eſſe θεοδίδακτοι, *Iohan.* 6. 45. & 1. *Theſſ.* 4.9. & *Eſa.* 53.13. & 1. *Tim.* 4.6. & 1. *Ioh.* 2.27. ut uncti ſint Spiritu Dei; ſed potius

ſui

ſui cerebri & rationis homines, αὐτοδίδακτοι, ex habitu Ethnico omnia ſapiendo, nil Chriſti Spiritum, aut ejus inhabitationem curantes; quum tamen nemo ſit Chriſti verus diſcipulus, qui non ipſi templum exhibeat aptum. *Iohan.* 14.23. 2. *Cor.* 6.16. *Rom.* 8.11.

Omnibus irriſoribus Chriſti ridiculum hoc accidit, quùm non ſint in Chriſto. Quippe nolunt Chriſtum inhabitantem & Spiritualem, quique fores clauſas poſſit pertranſire. *Ioh.* 14.23. & 20,26. Sed pure carnalem expetunt, ut ſoli ſint in ſua Sophiſtica aut litteraliter mortua ſapientia, ſuæ carnis prudentes. Sed de his & quæ ad veram Dei ſapientiam faciant, & quomodo ea omni vitæ noſtræ humanæ ſtatui in hac temporalitate competat, quis librum noſtrum de Triplici Eruditione rectius conſulere poterit; ubi ſimul inveniet, quid & quantũ Sophiſtica eruditio à litterali, & utraq; à Spirituali diſtat, dum vix jam pultem in litteratura lingunt mortales, à vera Philoſophia longiſſimè excluſi, carni ſaltem & externæ hujus mundi conſtellationi in vanitate habitualiſticæ rationis viventes.

Hunc autẽ laborem, qualemcunq; meum, *Rever. Se ren. & Illuſt. Principes, ac Dn. Clementiſſ.* ſub veſtro auſpicio prę cunctis aliis in lucem emittere & divulgare volui, quò non tantum in

in conſpectum inimicorum ſuorum tutius prodire queat, ſed etiam quum aliæ rationes plures ſint, quas *Gener. & Nob. Dn. Iulio à Bulovv*, Proprincipi Duc. Luneb. Zellis, pluribus & ſpeciatim aliquando aliiſq; amicis aulicis corã explicavi. Etenim ſunt certè leones rugientes, & quęrentes ſedulò, quam devorent veritatem; etiamſi fruſtra faciãt, omne quod poſſint. Rectius agent, ſi ſævitiæ vanæ modum ponant. Tales eſſe ſtudeant, quales à bonis haberi volunt. Compendiaria via eſt, ut Deo ſe prius rite ſacrificent, quàm bonos in perſecutiones nequiter protrahant. Diſcant prius, quid Verbum æternum in figura ſua interna jubeat. Etenim deſignare, quicquid libet, & cogere mortales, ut, quod vident, non videant; quod ſciunt, neſciant; quod execratione dignum eſt, laudent, an nõ plus quàm tyrãnicum eſt? Hoc peto, ne quis rapiat in contumeliam bonorũ, quod in malos jure dicitur, ut vel vitentur, vel corrigantur. Nî quis recte hujus vitæ tempore in ſolida utatur pietate, Iehova juſtus eſt vindex, & propugnator veritatis, per media, quibus uti cõſuevit. Is *Rev. Seren. & Illuſt. Celſ. Veſt.* Reipubl. communi Chriſtianæ diutiſſimè incolumes conſervet, eaſque ita dirigat, ut Majeſtatẽ domus Dei heîc apud mortales omni cura & fide ſancta in deſtructionem ethni-

ciſmi

ciſmi perfidi, promovere non deſinant. Qui veritate cœleſti non debite pium præſtabit patrocinium; certo certius peribit. Dat. Bremæ, die natalis mei, 1. *Aug. Anno* 1634.

Rever. Ser. & Illuſt. Celſ. Veſtr.
addictiſſimus
Iohan. Ang. VVerdenhag. I.C.C.
& pro tempore C. C. Arch. Brem.

IEHOVA SALVS MEA.

Politici Integritas, in probitate conſcientiæ.

Paraphr. Pſalm. 26.

I. *O Ihova cauſſam juſtitiæ meam*
Defende, praſto ſit bonitas tua;
Quippe innocenter tot doloſas
Perfero nequitias malorum.

II. *Eſt Ihova tutum perfugium mihi,*
Fidenter in quem ſpem fidei meæ
Depono; nullus proinde lapſus
Me facilem trahet in ruinam.

III. *Adſit tui mi, Ihova, probatio*
Examinis; me quin penitus Tibi
Perquire, perſcrutando renes,
Et penetralia cordis ima.

IV. *Namque, ecce, ſemper coram oculis meis*
Benignitatis munera ſunt tua:
Tuaq; curſus Veritatis
Eſt mihi ſedulus in tenore.

V. *Soliditatem vana loquentium,*
Fucoſq; cunctos totus abhorreo;
Nec adſeclam ſortitur ulla
Duplicitas ſibi me faventem.

VI. *Deteſtor omnes conſilii mali*
Communiones: Sunt odio mihi
Conſortii talis nefanda,
Me nec habent ſocium profani.

VII. *Integritati deditus unicæ,*
Purè lavatas exhibeo Tibi
Manus meas, totum tuaq;
Conſecro me pietatis aræ:

VIII. *Ubi*

Digitized by Google

VIII. *Ubi ſonora voce melos Tibi*
Gens ſacra geſtit pangere, perpetim
Grates agendo, & prædicando
Mirifica tua facta laudis.

IX. *O Ihova, certè eſt nîl habitaculo*
Domus tua mî charius uſpiam,
Quam diligo totus, locumque,
Cuncti ubi te celebrant honores.

X. *Ah, ne malignis cum ſcelerum reu*
Abſorbeas Tu, Ihova, animam meam!
Vitam nec hanc mî cum cruentâ
Cæde madentibus ipſe tollas!

XI. *Quorum doloſis pectora fraudibus*
Repleta turgent, omne animi nefas
Secum coquendo, neſciant dum
Muneribus ſatiari avaris.

XII. *Aſt inſtitutum currere tramitem,*
Nævo carentem, curo fideliter:
Tu libera me cuncto ab hoſte,
Facque Tua bonitate ſalvum.

XIII. *Quod recta ſecter tàm valido pede,*
O Ihova, totum muneris eſt Tui:
Hinc in ſacrata Te caterva
Carminibus celebrabo ſanctis.

Meditatio cotidiana ad Iheſum Immanuelem noſtrum.

IHeſu Principium meum,
Qui præſtas Medium ſimul,
Idem finis ades mihi;
Facta, oro, mea tempera,
Sancto in vulnere ſanguinis
Abſtergens mihi crimina.
Fac, ut cum Patre Spiritus
Adſit perpetuò mihi;
Me ducat, regat, incolat,
Nec deſit tua gratia
Cordi cælica nec Fides,
Ceu promiſſio fert tua;
Sed lucem mihi præferens,
Tu duc tramite me tuo,
Verbi dico viam Tui;
Ac da rebus in omnibus
Abs Te ſemper ut ordiar,
Fidus progrediar Tibi,
In Te denique deſinam,
Ac vivam & moriar Tibi,
Arbor ne ſterilis ſiem.
Mundus nil alias mihi
Lucro proderit in ſuo,
Et vitâ minus in ſua,
Ipſo hoc ritè ſat ut mones,
Ni Tu des, miſeri nimis,
Nobis proficimus nihil:
Quin & nil ſimul hinc ſumus;
Quùm nos ſimus id unicè
In Te, quod dederis bonus.
Ergo principium meum
Es Tu, finis & hic manes

Vita

Vita perpetuò mihi: *Et promiſſio ſ[?]rt tua.*
Id Tu perficias modò, *Audis hæc Deus? Audias*
Quod crux, mors, meritum, cruor, *Ihova; hoc cotidiè precor.*

D. IOHANNI ANGELIO VVERDENHAGEN I.C.C. Hiſtor. Philoſopho celeberrimo, duorum Archiepiſcop. Magdeburg. & Bremenſ. Conſiliario Cam. intim. ac Synd. Capit.

De ſymbolo ejus, & Inſigni animæ Roſaceo, dulciterq; roſcido.

Dum Chriſto plures lucratur, & eripit Orco,
Fallor, an Angelius Angelus eſſe poteſt?
Sit tibi Dux Chriſti Crux, ſit Roſo vivida ſemper,
Si crux dura premit, te Roſa odora levat.
Quas Crux enervat vires, quæ corda fatigat,
Vivifico reficit mox Roſa odore ſuo.

EIDEM.

De ejus calumniatoribus diris.

Ad novam mentem Solyma Sionis
Dum viam monſtras ſine fraude tutam,
Et brevem, plures rapis è ſceleſti
Faucibus orci;
Et domas vanos ſophies miniſtros,
Spiritum mundi, logicoſque Sancto
Spiritu Chriſti, & Fidei, ut triumphet
Iheſus in orbe.
Te Satan frendens rabida canum vi
Cingit, infeſtat, ſua tela vibrat
Dira; proh! quantum eſt Satanæ furenti
Vellere barbam!
Sed fremat, Dis, Styx, ruat orbis axis,
Ignis abſumat mare, flamma terram:
Quid times geſtans valido repoſtum
Corde Iehovam?
Nil canes, venti, mare, mundus in Te,
Nil Satan Iuris tenet: Eſt potentis
Cauſa nam Chriſti, Duce quo ſub uno
Victor ovabis.

Lub. me faciebat Iohan. Scerbetius
Doct. & Med. Lubeccenſ. Dan.

EIDEM

EIDEM.

QVis pietatis honos, virtutis, & inclyta ſemper
Tibi debeatur gloria,
Nemo negare valet: Tu præſtas cuncta Iehovæ,
Non uſpiam vivens Tibi.
O pergas itidem Bodini ſcripta vigore
Sublimiori tollere,
Conciliesque Dei Verbo, ſic Maximus inter
Fulgebis omnes Angeli;
Debebitque tibi quævis Reſpublica laudem,
Præ cæteris Politicis.

M. Hermannus Niger Neoburg.

EIDEM.

CEdat Ariſtoteles, & quicquid neſcia Chriſti
Congeſſit centum turba profana libris.
Angelii ſacris inſueſce laboribus, aut tu
Qui pares: aut qui Iura regentis habes.
Diſce Dei tandem, ſpretis gentilibus, eſſe:
Hinc tibi conſilium non aliunde pete.
Sive quies lætos & pax beat alma colonos:
Seu ſunt intrepidâ bella gerenda manu.
Dat Xenophon, pariterque Plato, totumque Licæum,
Virtutem & Princeps, quâ doceatur, habet.
Angelius quantò divinior! Ille Iehovæ
Dat præcepta tibi: aſt terrigenûm reliqui.
Quantum terra igitur meritò concedit Olympo:
Angelio tantum ceſſerit ipſe Plato.

Petrus Maſtorpius Hamb. Med. C.

ANAGRAMMA

Iohan. Angelii Werdenhagen I.C.C.

Ah non ignavus; inde verè elegans.

DE ſe, ſuiſque gloriantur plurimi
Arte inſolentes; futili ac inutili
Faſtu tumentes: non agit IAN-ANGELIVS
Sic VVERDENHAGIVS, Iehovæ Floſculus.
Namq; Alpha doctos inter hic quum ſit viros,
Criſtas tamen non erigit procaciter:

Diſſimulat

Diſſimulat eruditionis copiam
Et ſcrinium cordis, refertum floribus
Virtutis, & ſcientiæ fragrantibus
Iactanter ipſe haud prædicat: Modeſtia
(Sal vitæ) eum commendat & ſolertia:
Gaudet tamen, præ cæteris perenniter,
Adeſſe cuivis nomine, & facto pius.
Eccleſiæque verna Chriſti dicier.
Plus ſemper in receſſu habet, quàm primulum
In fronte præ ſe fert, ſub omni ſcibili
Palmam eripit (tabeſce Mome) *maximis.*
Ignavus ah non eſt *Sophorum in atriis;*
Sed veritatis veriori in ſemita:
Nec eſt Dices Ignavus *in conflictibus;*
Aſt quæ Iehovæ comprobatur legibus.
Inde elegans verè patronus eſt piis,
Uti hoc fuit pridem ſuis Saxonicis,
Et Magdeburgicæ *Urbis optimus: Deus*
Quem perpetim ſervare non hinc deſinet.

M. Iohannes Bergerus Hal. Sax.
P. L. Cæſareus.

Eidem, Legato ad Civitates Hanſeaticas ex annis aliquot.

Vitâ, Iane, tuâ gaudet nunc Elmus & Albis,
Eloquioque tuo, conſilioque tuo.
Ah tecum pariter colerent ſacra Cælica cuncti,
Sanctior inde foret gloria Parthenopes!
Balthiacis quod enim Cothmannus, Grothius oris
Belgarum, Italiæ quod Sadoletus erat;
Hoc tu Saxoniæ præſtas feliciter: illa
Ut te vix noſtri ſanguinis eſſe putet.
Angele, *ritè places; Decus eſque maneſq; piorum:*
Tutoremne ferat clara ea Virgo parem?

M. Ianus Vicoſtadius Hamburgi
ſec. Paſtor jam Chilonii ad
S. Spir.

EIDEM.

Digitized by Google

EIDEM.

SIc eſt: viget, felice concitus thyrſo
Virtutis, atque ſeculi ſeneſcentis
Enatus optato bono: viget magno
Heros per orbem nomine; indoles lenti
Ignava torpet ſanguinis, ſepulchro poſt
Suique tormentum teporis effœto
Ineſt: ſiniſtro luditur piger voto.
Sic eſt: *pio fortunat ætheris Princeps*
Amore conatus probos, vacillanſque
Tumentis ingeni ſuo perit faſtu
Documen, fugaci ceu levis mari bulla.
O, quàm Vir eminentior probè hæc calles!
Vir VVERDENHAGENI, *Dias ſancta*
Iubar, decus Sophiæ, labore qui raro,
Et elegantiore perpolis filo,
Quæcunque mentis pignora huic ſacras ævo.
Lex ſanctitatis congrua tibi eſt ſumma.
Prædives ecce ſic probat SYNOPSIS *ne,*
BODINEVM *qua lance penſitat docta*
Acumen, amne ex pectoris locuplete
Tui liquores exhibetque manantes?
Næ tanta laude digna perpeti virtus!
Molli popellum ſub jugo fovet tutum,
Et mutua conglutinat fideì nexu,
Sanos docere, quîs ſalus venit, ritus
Anna, peranna, induſtria diu ſoſpes
Manu: è cerebri fauſtiter tholo perge,
Quos dente lancinabit haud vafro Momus,
Mandare fœtus poſterûm novos ſecio;
Æternitatis aureo tuum donec
Honore nomen ſplendicans, coroll&que
Imago Hyperboreo ſub axe luceſcat.

In officioſiſſimi affectus ſymbolum
exaſciabat

Henricus Alers Brem.

Iohan.

Iohannis Angelii Werdenhagen I.C.C.

SYNOPSIS

IN

Sex Libros IOHAN. BODINI,

De

REPVBLICA.

ΠΡΩΤΟΠΟΡΕΙΟΝ generale & neceſſarium.

Quæſtionibus omnia explicantur.

1. *Bodinus iſte quo loco, inter Politicos, eſt habendus?*

VSitata id ita fert conſuetudo, ut prius de fide auctoris, quàm de materia, quæ ſcriptis continetur, ſimus ſolliciti. Ideoque non inconvenienter in veſtibulo ſtatim hujus libri, pro meliori informatione rei propoſitæ iſtud quæritur, quo loco habendus is noſter veniat Bodinus? Quod etiam eò magis heic obſervandum eſt, quùm non pauci huc uſque inventi ſint, qui ſatis aculeatos abſque ſolidæ veritatis reſpectu ſe exercuerint in hunc cenſores. Etenim ita homines affecti ſunt, & eo maximè nati ingenio, ut potius de *feſtuca* aliorum, quam de *trabe*

malitiæ propriæ ſibi judicium ſumere ſatagent, ut ait ipſe Salvator, *Matt.7. v.3.* Præſertim ex invidia aut indignationis injuſtæ perverſitate multa evomuntur cotidiè, quæ rectius obtegi deberent honeſtatis cauſſa. Vnde fit, ut ſæpius optimi calumniis & perſecutionibus premantur peſſimè, atque econtra commendentur inventuti quàm nitidiſſimis fermè notis, qui tamen nihil aliud in fundamento quàm meras ſpirant ſeductiones, quibus inficiuntur uſq; animi tenelli, ut neq; per totum vitæ ſpacium ejuſmodi venenatiſſimę opiniones illis eximi queãt.

Oſoribus enim veritatis cunctis hoc commune eſt innatum vitium, ut fuco quovis potius ludere & obnubilare lucida, quam Veri ſplendorem clarius detegi patiantur. Imò & quis eſt fermè mortalium, juxta externæ rationis ductum induſtriamque viveas, qui non obvium quodvis, ex utilitate & amore ſui, quàm Charitate & dilectione proximi metiatur? Nonnè infallibilis regulæ loco id conſummatum habetur, quod Ordinata charitas incipiat à ſemet ipſa? *arg.l.6.C.de ſervit.& aq.* Vnde illud quoque axioma contra *S. Scripturæ,* & omnium verè renatorum fundamentum, pro abſoluto decreto, apud omnes fermè habetur, quo ex Comico gentili clamitant: Proximus ſum Egomet mihi. An non verò illud *Egomet mihi,* cauſſam omnis mali in totum orbem terrarum per omnes gentes & linguas diſſeminat? Quæ non (proh dolor) ex *Amore ſui & proprii commodi* extrema naſcitur confuſio, & turpiſſimæ confuſionis calamitas? Inde omnis homo mendax rectè à Spiritu Dei convincitur, quod totum genus mortalium Regno Dei erga veram dilectionem & humilitatem ſit emortuum, & jam externis aſtris ac 4 Elemen[illegible]at dicatum, ut ait *Teut. in Myſt. Mag. 38. c.*

Hinc

Hinc proximitas ſui ipſius tot evibrat cotidiè malignitatis diſſidia, ut nemo in ſui ipſius cognitionem ſolidam ſe regerere queat. Nihilominus tamen glorioſiſſimo illi Verbi cœleſtis Enunciato longè perfectior ea debetur reverentia & firmitudo, quæ neque portis inferorum valebit infringi, quod quiſque, poſt Deum, teneatur proximum ſuum diligere ſicut ſemet ipſum. *Deut.* 6, 5. & 11, 18. *Matth.* 22, 37. *Marc.* 12, 31. *Luc.* 10, 27. Vnde & D. Paulus cum ſeriâ præceptione hoc ita cunctis inculcat: Quod nemini ea ſint quærenda, quæ commoda cuique ſua importent; ſed quiſque, quod alterius ſit. 1. *Corinth.* 10, 24: & *Philip.* 2, 4. Ne ſint igitur (*ait Eraſmus Roterodam. in Paraphr. ad d. l. Phil.*) vobis in conſilio ira, aut ambitio, aut ſuperbia, conſultores peſſimi; ſed potius fraterna charitas, &, hujus comes, animi modeſtia, qua nemo ſe præferat alteri; ſed quiſque alterum ſe præſtantiorem exiſtimet, ſibi nihil arrogans, aliorum dotibus benignè, & candidè favent: Neque ſuum quiſquam privatum ſpectet commodum; quod ubi fit, ibi publica Concordia periclitatur, &c. dum nemo alteri cupit cedere: quibus ex rebus inter mundi diſcipulos oriuntur, jurgia, rixæ, diſſidia &c. imò bellum, & omnis mali calamitas.

Hæc ſi rectius conſideraſſent plurimi, qui inter eruditos litterarios non ultimum ſcientiæ Politicæ ſubſellium ſibi vendicant, haud tantis Bodinum noſtrum traduxiſſent in vulgus calumniis. Quidnam enim aliud ſit, & quorſum tendat hoc, quod nonnulla ex Iure Majeſtatico & aliis locis, non ſatis congruè intellecta, aut ſtudio inverſa excerpſerint, & propterea Bono publico optime cupientem virum uſq; adeò acriter nec minus injurioſè

perſtringere haut veriti fuerint? An veritatis cultui vel intentioni ejus ſynceriori talia competunt? Sed veræ & ſolidæ virtutis licet præmia apud mortales exigua ſint, præſertim ſi invidioſos & malevolos, propriæque gloriæ inveniat æſtimatores; tamen huic viro ſemper laus iſtius eminentiæ manebit, quod noſtro ſeculo Primus, & in profunditate Politices exercitatiſſimus fuerit Auctor, qui quaſi ex cineribus hanc nobiliſſimam (dum alii in phantaſticis ſuis ſpeculationibus ſordeſcerent, & cum Machiavello fundamenta ſolidiora Politiæ ſubverterent temerè) doctrinam nobis verè reſtauratam ediderit, ut eò rectius eandem excolere inciperent excitata ingenia, & penitius plurima ſynceriori praxi accommodata introſpicerent.

II. *Quales igitur putas ejuſmodi acredinis cenſores?*

VEritatis quidem indagatio cuique libera eſt, nec ei ſua perluſtratio denegari debet; aſt ſi quis ejuſdem ſpecie ita mortales illudere cupiat, ut fuco hanc ſuo ſupprimat, malitiæ haut obſcuræ edet de ſe indicium. Sunt tamen non pauci, qui partim ex errore ſecum pertinacius concepto; alii, qui ex ignorantia; plurimi, qui ex ſeductione fortius animis impreſſa non leviter peccare; alii, qui ex malitia & odio injuriam bonis ſcriptoribus facere ſolent: Imò multi ſunt, qui invidiæ & arrogantiæ faſtu tumefacti, ſibi cuncta adſcribant, quaſi ſoli in theatro ingenioſitates arduas ſpirent. In peſſimo autem numero quis non habeat illos, qui ea laborant ingratitudine, ut, licet multa diſſimulent, tamen maximam ſępius partem ſuæ intelligentiæ ab hoc mutuati ſint, quem tàm rabioſè immeritò perſequuntur?

Ita

Digitized by Google

Ita quoque Bodini noſtri Politica inſtar cotis ſe ante annos aliquot exeruit, quæ aliorum ingenia quaſi cultellos uſque ad acumen exercuit. Sed utinam non tam ad mali, quàm boni propagationem & ædificationem communis ſalutis id plurimi arripuiſſent. Nuſpiam certe Machiavellum hic aut Reipublicæ impoſtorem, qui ſimulationibus omnia aut pleraque involverit, agere ſtuduit; ſed potius talem ſe comparavit in omni diſcurſu, qui omnia, juxta rationis externæ captum, ad normam veritatis in hoc curſu dirigere ſategerit. Si quid ultra eſt? Lapſus humani generis ſunt varii: velut etiam optimè cogitata, ſæpius peſſimè cadunt. Neque quis ad eventum rerum dubitim alligatus eſt, modò in id conſilia ſua extendat, ut quàm optimè ubique in publicis prodeſſe valeat.

III. *Vnde autem Authoris bonitas ritè agnoſcitur?*

IN omnibus ſcriptis & actionibus tàm intentio vera boni Authoris, quâ ad ſcopum pium & honeſtum collimat, quàm motiva & cauſalis inductio, ex qua quid conceperit, animadvertenda venit. Vnde facilè reliqua conſtare poterunt, & maximè quâ fide & diligentiâ ſubjectam materiam alicujus doctrinæ pertractârit; num potius veritatis ſtudio, quàm propriæ gloriæ & oſtentationis gratiâ ductus, laborem ſuum ſubierit. Etenim accuratiſſimè ea obſervari debet diſcrepantia, quid interſit inter malam & bonam intentionem animi. Adeò in electione authoris alicujus omne hæret periculum; præſertim quum hodiè, & fermè à tot ſeculis plures ſeductores, quàm ſolidæ veritatis perſcrutatores invenias. Et quæ grandior ingenii, ætatis & laboris ſumptuumque jactura eſſe aut dari poterit, quàm

in falſa opinionum congerie confundaris, illiſque tota defraudaris vita? Cogitet quiſque, ſi modo ritè poſſit, quanta diſtantia ſit inter lucem & tenebras, inter viſum & cœcitatem, inter venenum & ſalutarem medicinam, inter vitam & mortem: Ita quoque maxima diſtinctio adhibenda eſt, in ſelectione doctorum aut ductorum, doctrinæque ipſius applicatione, ne mendaciis opinionum plus fidei habeas, quam ipſi veritati. Ac potiſſimum nugacitatum vanitates apud mortales ſæpius graviorem applauſum merentur, quàm vera ſapientia.

Hinc fit, ut falſa Philoſophia raro à vera diſcernatur, quùm humanum ingenium ob lapſum primi Adami, magis nugis ac tenebris innutriri, quàm lucis ſtudio delectari geſtiat. Veluti plerumque ii quam maximè opinionibus immori cupiunt, qui à prima juvente ſeductoribus ſe mancupio ſuis devoverunt. Quod ipſe Iehova Chriſtus ad oculum nobis in Phariſæis demonſtrat, qui pervicaciſſimæ perverſitati adeò callum obduxerant, ut ne quidem miraculis in Chriſto quid crederent, licet ipſi ſe jactarent eruditiſſimos Scripturæ litteratos, *Ioan.* 9 ut cœcitatem ſuam occultarent. Nihilominus Chriſtus eos cœcos & cœcorum duces appellat. *Matth.* 23.16. qui tamen ſibimet ipſis hoc perſuaſum habebant, quod ſoli regnum tenerent ſapientiæ in omnes.

Atque iſte morbus illis erat omnium pernicioſiſſimus, ut nec cura ulla corrigi poſſent, *uti Chriſtus ait.* Si cœci eſſetis, non haberetis peccatum. Iam verò dicitis, videmus: Itaque veſtrum manet peccatum.

O quanta cœcitas mundi hæc eſt, quod ſapientiam eam ſibi adſcribat, quam nullatenus habet; ac eos ſibi ſeligat duces viæ, qui ipſa cœcitate ſunt cœcio-

Digitized by Google

cœciores, ac in meris obfuſcationes tradunt tenebris! Αφετε αὐτοὺς. ὁδηγοὶ εἰσὶ τυφλὸν τυφλῶν, & mittite illos: ait Chriſtus *Matth.* 15, 14. cœci ſunt cœcorum duces. Quod ſi cœcus cœcum per viam duxerit, ambo in foveam cadent. O quot caſus hodiè apud omnes ſunt aperti, quùm nemo id ſapere cupiat, in quo vera ſapientiæ lux conſiſtat, ſed omnes cœcitate ſuorum ductorum aut potius ſeductorum nitantur nimis confidenter, & ſinguli fermè hoc morbo epidemico quaſi laborent turpiter!

IV. *Quomodo & quibus ſignis cœci & falſi ductores à veris dignoſcuntur?*

HOc opus, hic labor eſt, quùm nemo omnium ſit, qui non ſe verum profiteatur doctorem in ſua profeſſione. Falſitas enim ſub ſpecie veritatis maximè imponit hominibus, ut nihil difficilius ſit in hac vita, quàm verum à falſo diſcernere. Ratio eſt; ὅτι ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς. quia homines potius tenebras, quàm lucem diligunt. *Ioh.* 3, 19. Namque quivis maximè externorum ſenſuum, & inde profluentis rationis ſervus eſt in corrupta natura. Adeo nemo ſibi fermè domi habitat ſecundum interni hominis eſſentiam, quem vix pauci noſcunt. Proinde altius hæc introſpicienda ſunt, quàm vulgus diſcentium facit, ne falſus ſplendor oculos involvat nebulis. Veritatis autem omnis Centrum, diameter, medium, via, & ſcopus unicus eſt *Chriſtus Iehova* in cunctis creaturis ſive æternis ſive temporalibus. Quicquid igitur ex hoc Centro non profluit, aut in eundem ſcopum non legitimè dirigitur, à ſuis quoque undique mediis exorbitat, nec ſibi in ſua ſolida veri congruentia ritè conſtare poteſt; ſive veritas rei, ſive mentis

mentis heîc cum conjunctione cordis & omnium ejus actionum intelligatur, perinde eſt.

Quod Chriſtum tanquam Patris verbum non ſapit & ſpirat intus unicè, fundamento omnis integritatis caret, & falſitate mixtum manet ſua: Vnde nec coram adſpectu Dei ſubſiſtere valet. Concipias diſtinctiones quaſcunque velis, ſive politicæ ſive theologicæ pallio differentiæ id veſtire aut obfuſcare labores, nil aliud obtinebis, niſi tui ipſius deceptionem & ſeductionem. Quicquid enim in mundo eſt, viget, agitur & vivitur, in juſta ſubordinatione cum Chriſto cohærere omninò cogitur, aut falſitatem protenus inducet atque conſtituet ſuam.

Fortè cum Nicodemo quæris, *πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;* Quomodo poſſunt hæc fieri? At facillimè reſpondet Chriſtus: *Αμὴν, ἀμὴν λέγω σοὶ*: Certè verè dico tibi: Quod ſcimus *ὃ οἴδαμεν, λαλοῦμεν*, loquimur; & quod vidimus *ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν*, teſtamur: aſt Teſtimonium noſtrum *μαρτυρίαν ὑμῶν οὐ λαμβάνετε*, non acceptatis. *Iohan.* 3, 9, 11. Depravatio cordis humani in his egregiè depingitur, quum potius à mendaciis ſemper dependere cupiat, quàm illud ſequi, quod veritatem debitè monſtrat, & cuivis inculcat ſedulò.

Qui verò omnia ab æterno novit, videt, prævidet, pervidet, teſtatur; an ille non veritati ſolidum teſtimonium exhibeat & omnia intelligat, deque iiſdem verè loqui noſcat? Creator an non ritè ſuum plaſma exploratum intus teneat? Qui ipſe eſt Sapientia Patris, an non ille veram docere queat Sapientiam? *Pſalm.* 94, 10. Qui ſolus eſt ſcrutator cordium 1. *Sam.* 16, 7. *&* 1. *Reg.* 8, 39. *&* 1. *Paral.* 28, 9. *&* 2. *Par.* 6, 30. *Iob.* 16, 19. *&* 42, 2. *Pſalm.* 7, 10. *&* 44, 22. *Ierem.* 11, 20. *&* 17, 10. *&* 20, 12. *Luc.* 16, 15. *Actor.* 1, 24. *&* 15, 8. *Sap.* 1, 6. *&* 1. *Corinth.* 4, 5. *&*

1. *Theſſ.*

1.*Theſſ.*2, 4. *Hebr.* 4, 13. & 1.*Ioh.*3, 20. an ille non noſcat cogitationes, quod vanæ ſint? *Pſalm.* 94, 11. Omnium igitur doctrina, & quæ non directò cum Verbo Dei juxta Verbum Chriſti & ejus teſtimonium coincidit, aperta de ſe edit ſigna ſeductionis, & pro verâ non eſt accipienda; ſed omninò ita dignoſcenda, quòd manifeſtum inter veram & falſam notationem ponat interſtitium: veluti S. Scriptura toties inter mundi, carnis ſive gentium & rationis externæ ſive animalis ſapientiam, atque inter veram Dei Sapientiam diſtinguit.

Quapropter qui illam potius, quàm hanc ſectantur ejuſque apprehendunt fundamenta, non aliter, quàm cœci & falſi doctores ſunt æſtimandi; licet ab illa tota humana conſuetudo adeò fervidè dependere ſemper cupiat, ſeque totis omnis rationis viribus deſtinare geſtiat undique.

V. *Vnde verò homo potius falſitati quàm veritati addictus eſt?*

ID habet ex lapſu Adamico, quo ſe homo, amiſſo rectæ mentis in animâ lumine, ita à Deo propriæ voluntatis motu avertit, & ex paradiſiaca in hanc craſſam, bono maloque ſubjectam præcipitavit vitam, ut totus animalis externâ ratione ſua redditus, planeque ad ea, quæ ſunt Dei, mortuus ſit. Ideoque hinc Spiritui ſydereo mundi ſubditus, & civis ſubjugatus, mendaciis ita ſe oblectat, ut pleno in iis volutetur gaudio, ac magis odio habeat veritatem, quàm ejus ſolida afficiatur cupiditate, niſi corde renato ad lumen gratiæ reviviſcat, & ita ſanctiora videat. Inde non fruſtra eſt, quod tàm curioſè Verbum Dei omnem hominem proclamet mendacem. *Pſalm.* 116, 11. *Eſa.* 9, 17. *Rom.* 3, 4. Quod rectè

obſervavit *Lactant. lib. 3. de falſa ſap. c. 27.* qui nec tunc Philoſophis gentilibus quid credendum aſſeverat, licet interdum verum dicant, quùm nil ponderis habeant eorum præcepta: quia ſunt humana, (*inquit*) & authoritate majori, id eſt, divina carent. Nemo igitur credit: quia tam ſe hominem putat eſſe, qui audit, quàm eſt ille, qui præcipit. Præterea nil apud eos certi eſt; nihil, quod à ſcientia veniat: ſed omnia conjecturis aguntur &c.

VI. *Quæ igitur eſt vera ſapientia, quæ falſa?*

QVamvis ex ſuperius dictis id haud obſcurè colligi queat; tamen: quùm diu hoc admodum acri certamine hucuſque inter mundi rationaliſtas & Chriſti imitatores ſit diſceptatum, nec falſi doctores quid loci cedere cupiant iis, qui veritatem impenſius amant; ſed ſpecioſitate fuci ſemper obruere ſtuduerint filios lucis & veræ ſapientiæ, indeque ſe Philoſophos dixerint conſtituerintq; potentiores rationalitate ſua ſe profana jactatores; juvat idem nonnihil enucleatius paucis explicare.

Ne verò quid ſequius quis accipiat, ex ipſo S. Scripturæ fonte talia hauriemus gratius, ut brevius. Nonnè ibi Salomoni illud Encomion à Spiritu Dei attribuitur, quod illì vera Sapientia cœlitus ſit donata? Sic enim loquitur: *lib. Sap. cap. 1. v. 17, 18, 19. & ſeqq.* Αὐτὸς (θεὸς) μοὶ ἔδωκεν &c. Ipſe (Iehova) mihi dedit eorum, quæ ſunt undique, ſcientiam falſitatis exortem, ut noſcam conſtitutionem mundi, & vim Elementorum: Principium & finem mediumq; temporum: Solſtitiorum mutationes, & varietates tempeſtatum, anni circuitus, & ſtellarum ſitus: naturas animantium, & animos beſtiarum, Spirituum vires, & ratiocinationes hominum, differentias plantarum, virtutes radicum; ac quæcunq; denique

que ſunt occulta & manifeſta novi. NB. Nempe δ' πάντων τεχνίτης ἐδίδαξεν με Σοφία. Hæc enim mnium artifex me docuit Sapientia. NB. Ἔστιν γὰρ αὐτῇ πνεῦμα νοερὸν, ἅγιον, μονογενὲς, πολυμερὲς, λεπτὸν, εὐκίνητον, τρανὸν, ἀμόλυντον, σαφὲς, ἀπήμαντον, φιλάγαθον, ὀξὺ, ἀκώλυτον, εὐεργετικὸν, φιλάνθρωπον c. Quippe ineſt ei Spiritus intelligens, ſanctus, ſimplex, multiplex, ſubtilis, mobilis, ſplendidus, impollutus, perſpicuus, perpeſſionis expers, amans boni, utus, expeditus, beneficus, humanus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnipotens, omnia intuens, & permeans omnes ſpiritus intelligentes puros & ſumme ſubtiles. Nam omni motu res mobilior eſt Sapientia, & pervadit ac permeat omni puritate ſua. *NB.* Ἀτμὶς δ' ἐστὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ἐ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής. Halitus eſt enim potentiæ Dei, & ſyncera emanatio omnipotentis glorię: propterea nihil inquinatum in eam incidit. Ἀπαύγασμα γὰρ ἐστι φωτὸς ἀιδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Splendor enim eſt ex luce æterna, & ſpeculum Dei operationis, expers maculæ, ac imago bonitatis ejus. Quùm una ſit, omnia poteſt, & in ſe ipſa manens, innovat omnia ac per ætates ſingulas in animas ſanctas tranſiens, amicos Dei & Prophetas comparat. οὐδὲν ἀγαπᾷ γὰρ θεὸς, εἰ μὴ τὸν σοφίᾳ συνοικοῦντα. Nihil enim diligit Deus, niſi eum, qui habitat cum ſapientia. Eſt enim hęc ſpecioſior ſole, & ſuperat omnẽ ſtellarum diſpoſitionẽ. Luci comparata invenitur prior: Etenim illã excepit nox. Sapientię vero non eſt prævalitura malitia. Pertingit autẽ à fine in finẽ fortiter, & diſponit omnia utiliter. *ibi c.8. v.1.*

Hactenus D. Salomon. Quid glorioſius utiliuſq; & gratioſius poterit de vera efferri ſapientia. Nullũ heic verbum ocioſum eſt poſitum, quum tam ſancta ſit natura ſapientiæ verę in ſeſe. Singula verba exa-

minare pro loci commoditate ſi licitum eſſet, in immenſi operis res excreſceret laborem. Quid enim magnificentius extolli queat, quum non ſint verba humanæ locutionis; ſed ſingula ipſis ponderibus æſtimabiliora? Verum quis cuncta hæc ritè examinando penetrat? Pauciſſimi mortalium inde imo corde tanguntur.

Inprimis notatu dignum eſt, quod non tantum artificem rerum eam vocet ſapientiam, humanam, ſtabilem, certam, beneficam, &c. Sed etiam halitum ſive expirationem potentiæ Dei, & emanationem omnipotentis gloriæ; imo & ſplendorem lucis æternæ, & ſpeculum operationis aut efficacitatis Dei, imaginemque bonitatis ejus abſque macula ulla eandem faciat.

Ex quibus patet, in quantum omnis homo in ſua nobilitetur natura, qui eam ſolummodo ritè ſectetur, nec ullo illam adulterio falſæ opinionis afficiat. Proinde etiam ſanctiſſimè hoc addit Salomon, quod nihil amet Deus, niſi eum, qui habitet cum ſapientia hac. Quum igitur non cum ulla alia ſit habitandum, quomodo amorem Dei ingredientur illi omnes, qui in profanitate toti ſe mancipant ethnicorum ſapientiæ, vulgò Philoſophiæ nomine celebratæ? Quomodo enim veram Philoſophiam ex ductu cæcæ rationis externæ inveniant, qui Deum ipſum non agnoſcunt; ſed in mera vivunt idololatria, & veritatem Dei in injuſtitia detinent? An illi naturam externi mundi uſpiam intelligant, qui ne quidem tria Principia ejus palpare valent? Vnde rectè Philoſophiam falſam à vera ſeparavit diſtinctione admodum commoda Lactantius in ſuis libellis de utraque ſcriptis: ſicut Philoſophos ethnicorum ita ſcitè quoque exagitavit, putans, quod talibus tum maximè credendum ſit, quùm [illegible]am

ignorantiam

ignorantiam profiteantur. *Lib.* 3. *de falſ. Phil. cap.* 1. Imò illis etiam non credendum cenſet, licet interdum videant verum, quum illud non ita percipiant. *Lib. d. cap.* 27. Vti idem ſatis oculariter demonſtrat *Corn. Agrip. in lib. ſuo de Vanit. Scient.* & nuper *Sanchet. de eo, quod nihil ſciatur.* Sed de ſapientia vera in pluribus conſulatur Verbum Dei. *Ioh.* 28, 28. *Pſalm.* 105. 34. & 111. 10. *Proverb.* 1. 7. & maximè 8. *per totum* 28, 7. *Eſai.* 14, 10. *Ier.* 9, 23. & 1. *Cor.* 1, 31. & 2. *Cor.* 2, 17, 18. & 10, 7. *Rom.* 16, 19. *Eph.* 5, 15. *Phil.* 1, 10. *Coloſ.* 1, 28. & 4, 5. *Heb.* 8, 11. *Iacob.* 1, 5. & 3. 17. Veluti quod ea quoq; ſolummodo verum ſit donum Dei, habetur 1. *Reg.* 3. 9. 12. & 4. 29. & 2. *Paral.* 9. 23. *Prov.* 2. 6. *Dan.* 2. 20. 21. *Iac.* 1. 5. *Pſalm.* 33. 4. & 40. 10, 11.

VII. *Quænam verò falſa dicitur propriè ſapientia?*

OMnis ea Philoſophia, quæ non ex mente & voluntate Dei, ac proinde non ex naturæ internæ conſtitutione propria; ſed ſolummodo ex nudis cœcæ rationis conceptibus ac opinionibus variis juxta delineationem & regulas ethnicorũ vanorum conſtituitur, & propterea extra Verbi cœleſtis ductum ac normam per ſuas vagabatur conjecturas, & concluſiones inde ab externo deſumptas. Licet ſpecioſiſſimis ſe terminis ac phraſibus reguliſque variis litteraliter exornet ac veſtiat, definitionem ſatis pompoſam oſtentet; tamen ubique erroneam & falſam ſe prodit, quum nihil, niſi logomachiis & incertis concluſionibus, ex meris præſumptionibus petitis, expediat, verſabilique omnia lubricitate linguæ involvat, ut habitum inde crepet magnificum ſui.

VIII. *Quomodo vero ea definitur aut deſcribitur ſapientia?*

VT eò rectius quilibet eam agnoſcat, & eò melius ab iſtius fucoſitate ſe cavere diſcat, definitionem hujus adducemus eorum, qui poſt varias laborum ſuorum anxietates ita illam deſcribunt: Quod ſit *doctrina ductu lucis naturæ inventa, ut conſiderare doceat omnia ea, quæ Deus homini in hoc mundo contemplanda propoſuit, & mores noſtros in communi hac vita dirigere ad normam rectæ rationis.* Aliàs vulgari more, receptam hanc doctrinam vocitant Philoſophiam, quod nomē quàm ita ex uſu ſuo creberrimo apud gentes paſſim invaluerit, omnes litterati, & qui ſe præ aliis quid ſapere ſibi putant, hoc titulo ſalutari gaudent.

IX. *An non ſatis congruè & decenter ita hæc definita eſt doctrina?*

QVi nihil aliud quàm externam litteram, in mundanis amant & quærunt, ignarique ſunt propriæ rationis, adeò ut pro cæcitate profundiſſima ſibi nimis arroganter rectitudinem talem, quam nullatenus habent, adſcribunt, ſatis quidem perfectè ſuam Philoſophiam ſe definiiſſe clamant, & ut eò potentius fucum ſuis auditoribus obducant, ſatis expeditè per reſolutionem quatuor cauſſarum, ex quibus unamquamque rem conſtare ritè autumant, eandem enucleare & incautis explicare noſcunt; ſed ſi veritatem intus rectius examinando & perluſtrando penſites, atque juxta Dei mandatum Verbumque, quod normæ loco ubique ſe habet ſanctiſſimæ diſcutias exactius, facilè involutiones nebulis contextas & complicatas invenies, ut deſiderio veritatis ſtudioſi minus ſufficiant.

X. Quidnam

X. *Quidnam igitur deſideras in tali definitione?*

NIhil aliud, quàm quod diæ veritati non in omnibus ſatis facere queat. Falſa enim pro veris qui venditat, & adulterinam mercem cum precioſis commiſcet margaritis, aut cicutam pro ſalutari medicina cuiquam propinat, non candidum ſanè perficit opus; ſed rem ſaltem intricatam reddit, ne manifeſtam ſeductionis ſpeciem edere videatur.

XI. *Sed unde probari hoc poteſt, tantam ſub ea definitione latitare falſitatem?*

TAm ex ipſius definitionis ambiguitate, quàm ex ejuſdem reſolutione & partibus, ſi bene examinentur. Nam licet ſatis ſpecioſè ſit contexta juxta ſtili ſplendorem; tamen inanitate & vanitate tali laborat, ut omni veritatis fructu careat. Pollicetur enim, quod nec novit, nec habet. Ideoque falſum eſt, quod de rectitudine rationis ſibi ſomniat, quùm nulla ſit recta ratio extra Chriſtum & regenerationem cordis. Sicuti nec ipſius virtutis, de qua perpetuò gloriantur, naturam veram & vim ejus propriam intelligunt omnes falſæ Philoſophiæ hujus ſectatores.

XII. *Quid igitur in ejus ambiguitate latet?*

TAlis falſitas, quod ea promittant ejus auctores juventuti, quæ nunquam juxta veritatem naturæ internæ præſtare poſſunt; quùm hujus Philoſophiæ putativæ adjumenta, non in veris Principiis indagent, neque ex Verbo Dei eadem eruendo petant; ſed ſaltem opinionum ſuarum imaginationibus ferventioribus ita inſerviant, falſa veris miſceant, nil inde aliud niſi logomachias conſuant & termi-

nis

Digitized by Google

nis variis vaniloquis ſeſe involvant, ut credant ſe ſapientes, Dei veri gloriam ſecum in injuſtitia, juxta aſtralis rationis captum, detinendo. Quamobrem tradidit eos Deus *εἰς πάθη ἀτιμίας* in cupiditates ignominioſas; ut ait *D: Paul. Rom.* 1. & tradidit illos Deus *εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα*, in reprobam mentem, ut facerent, quæ non oportebat &c. *ibid.* Quod contingit omnibus, qui ductum talem ſequuntur, ut palpitent in tenebris, licet in medio ſe glorientur vere Chriſtianiſmo, uti exemplum illud in Phariſæis & litterarum eruditis clarè ſatis demonſtrat, qui non tam Spiritui Iehovæ, quàm rationis ſuæ litterali ſenſui mancipati vivebant animaliter. Cæca enim hominis ratio, quam diu aſtrali ſuarum virium ductui ſe non abnegat, tenebras lucis imagine cenſere non deſinit, quod etiam ii faciunt maximè qui in medio degunt Chriſtianiſmo.

Ideoque Iehova aperto Verbi ſui ore: Huc venite; heu emite abſque pecunia. *Eſa.* 55. 1. Audi, *inquit*, popule mi; ſine, ut ego loquar: Iſrael, inter te conteſtabor. Ego Iehova ſum Deus tuus. *Pſ.* 50. 7. Quin etiam hoc ſeriò addit: Erudiam te, & docebo te, qua via ambulare debeas: Conſilium dabo, attento in te oculo meo. *Pſal.* 32. 8. Nimirum unicè à mortalibus cunctis id avertere ſtudet, ne in devia inobedientiæ incidant. Etenim ille novit, quod cogitationes hominum perverſæ ſunt, & ſemitæ eorum depravatæ *Eſa.* 59. 8. 9. Vnde, *ait*, cogitationes meæ non ſunt ſicut cogitationes veſtræ, nec uti viæ veſtræ, viæ ſunt meæ. *Eſai.* 55. 8. Ideoque falſa eſt talis perſuaſio, quæ ſub hac figura ſe tàm compto exerit habitu, quum longè alia ſit, quæ propius Dei veſtigia adoret, omnes à ſe excludens profanitates,

tates, in quibus tam proterviter ſuperbi ſe oſtentant litteraliter docti.

XIII. *At nonnè Philoſophia potius per ſe, quàm juxta mentem alicujus Auctoris eſt conſideranda?*

HOc quidem fieri debebat, & Sophiſtarum eſt proprium, ut clamore tali ſuam obvelent tergiverſationem & aſtutiam, ne in falſitate aperta ita ſimpliciter deprehendantur ſibi ignari; Inde ambages ejuſmodi effugii loco quærunt, ut habeant rimas elabendi, in tantis perplexitatibus; Interim tamen nihil aliud quærunt, quàm ut Stageritæ ſui profani, (quem irriſorem mundi & incarnatum diabolum alii dicunt) opinionibus vagabundis digladiatores glorioſi vivere poſſint & victores perpetui. Nihilominus quomodo Sapientia itidem & Philoſophia talis inter ſe differant juxta ethnicorum ſententiam, non incongruum erit ex Seneca referre, dum poſtea ex Theophraſto affulgeat clarior illa falſitas. Interim tamen audiamus quoque Lactantium *lib.* 3. *de fal. ſap.* ita Ciceroni reſpondentem: An tu, *inquit cap.* 14. magiſtram virtutis aut parentem vitæ vocas, ad quam ſi quis acceſſerit, multò quis ſit incertior neceſſe eſt, quàm prius fuerit? Cujus enim Virtutis, quæ ipſa ubi ſit adhuc Philoſophi non expediunt? Cujus vitæ? quùm ipſi doctores ante fuerint ſenectute ac morte confecti, quàm conſtituerint, quomodo vivi debeat. Cujus Veritatis indagatricem profiteri poteſt; qui ſæpe teſtaris, cum tanta multitudo fuerit Philoſophorum, ſapientem tamen adhuc extitiſſe neminem? &c.

14. *Vbi*

Digitized by Google

XIV. *Vbi habet Seneca ea verba iſtius differentiæ?*

IN *Epiſt.* 89. priuſquam partes Philoſophiæ ſuæ enumeret, ſic ait: Primum itaque, ſicut videtur tibi, dicam inter ſapientiam & Philoſophiam quid interſit. Sapientia perfectum bonum eſt mentis humanæ. Philoſophia ſapientiæ amor eſt & affectatio. Hæc oſtendit, quo illa perveniat. Philoſophia autem unde dicta ſit, apparet: Ipſo enim nomine fatetur. Quidam ſapientiam itaque finiūnt, ut dicerent eam divinorum & humanorum ſcientiam. Quidam ita: Sapientia eſt noſſe divina & humana, & horum cauſſas. Supervacua mihi videtur hæc adjectio; quia cauſſæ divinorum humanorumque partes ſunt. Philoſophiam, quoque fuerunt qui aliter atque aliter definirent. Alii ſtudium illam virtutis eſſe dixerunt: Alii ſtudium corrigendæ mentis. A quibuſdam dicta eſt; Appetitio rectæ rationis. Inde illud conſtat, aliquid inter Philoſophiam & Sapientiam intereſſe. Neque enim fieri poteſt, ut idem ſit, quod affectatur, & quod affectat. Quomodo multum inter avaritiam & pecuniam intereſt; quùm illa cupiat, hæc concupiſcatur. Sic inter Philoſophiam & ſapientiam. Hæc enim illius effectus eſt & præmium. Illa venit, ad hanc itur. Sapientia eſt, quam Græci σοφίαν vocant. Hoc verbo quoque Romani utebantur, ſicut Philoſophiâ nunc quoque utuntur. &c. Adjiciatur his *Lactant. cap.* 16. *lib.* 3. *de fal. ſap.* ubi Philoſophiam rejicit, & Sophiam ceu divinam traditionem defendit unicè.

XV. *Quid ex his jam colligis tibi Senecæ verbis?*

QVamvis plurima heîc eſſent in dictis iſtis examinanda; tamen in his jam acquieſcimus, quæ aſſerit, de proprietate quaſi utriuſque & Sapientiæ & Philoſo-

Philoſophiæ. Inde quoque illam perfecto bono mentis in ſtudio virtutis; hanc affectationi & appetitioni rectæ rationis adſimilat; licet etiam intricatè ſatis hoc ponat. Vti & in exemplo id declarat, quod inter avaritiam & pecuniam conſtituit: Quaſi diceret Philoſophiæ talis inſtar Avaritiæ ſe habet, quæ cupit id, quod ejus appetitum movet & concupiſcitur, videlicet Sapientia; ceu pecunia Avaritiæ ſuum exhibet objectum. Nec minus tamen Sapientiam pro Philoſophiæ præmio & effectu habet, quod aliam diverſitatis rationem parit, quùm objectum non idem ſit cum effectu, multò minus præmium ſive ἆθλον, ſi accuratè loqui & rem examinare nobiſcum velimus. Sicut enim pecunia & poſſeſſio ejus, ac modus acquirendi longè inter ſe diſtant, atque divitiæ tandem avaro præmii loco ſunt: ita quoque inter Philoſophiam & Sapientiam iſte diſtinguendi modus foret applicandus.

Sed tamen hoc apparet, quod non inconvenienter Seneca voluerit aliquem inter utramque differentiæ terminum conſtituere, quùm Philoſophiæ modum perveniendi ad Sapientiam attribuat, utpote quum ea ſit ad quam procedatur, quaſi in ipſis rebus tanquam in ſuo proprio lateat domicilio, nec in poſſeſſionem redigi juſtam poſſit, niſi legitimus modus acquirendi adhibeatur; aliàs & Philoſophiæ & ipſius Sapientiæ, reſpectu noſtræ mentis, inutile & inane prorſus manebit nomen. Quod adeò eſt veriſſimum, ut nunquam appetitioni aut deſiderio mẽtis in coadunitione rei cognoſcẽdæ ſatisfieri ulla in parte poſſit, nedum quod ad fundamentum veritatis pervenire valeat, niſi de modo & via ritè ad ſapientiam vel potius veritatem perveniendi eamq; in poſſeſſionem ſuam redigendi conſtet. Aliàs enim ſemper in tot devia falſitatis & defraudationem ſui ipſius

ipſius undique incidet: Sic ratio hominis tenebris circumquaque obruta jacet, ut non niſi per unam viam, unicum ſc. mortificationis medium ad veram lucem tàm rerum divinarum quàm mundanarum deduci poſſit, ſi ad mentis cæleſtis altitudinem ritè pervenire cupiat. Quod olim ſapientiſſimus Rex David, ſatis acutè perſpexit, quum à nemine alio, quam ab ipſo lucis Authore vellet in omnibus vitæ veſtigiis duci, & captivata ratione ſuitatis edocerier. *Pſal.* 25. 3. 4. & 27. 11. *It.* 43. 3. *It. Pſal.* 119. *per totum*, & paſſim alibi. Quo exemplo & aliorum ſanctorum potius quàm avari moverier debemus, ut hunc ſequamur ducem, præſertim quum ſimus Chriſtiani, & omnem à nobis hoc nomine ter ſancto excludere cupiamus ethniciſmum aut barbariſmum, ne hujus inficiamur falſitatis veneno peſſimo. Etenim quomodo cœcus dux eſſe queat cæci? nonnè ambo in foveam præcipites ruant? Ait ipſe Chriſtus. Conſule Lactant. ſedulò dicto loco.

X V I. *An non igitur competat Chriſtianis ut ab Ethnicis ſuam addiſcant ſapientiam?*

NOn certè ea ratione hoc nos decet, id velut uſus modernus expetit, quum non tantum nobis indignum ſit; ſed etiam corruptiones & ſeductiones meras nobis & remoras ea in omni pietatis curâ vitæ procreet. Etenim quomodo illi nobis veritatis ſemitas monſtrent, qui ipſi nec viam nec modum ad veram ſapientiam noſcunt, ſed ſemper in anxiis ſuis dubitationibus hæſitant & fluctuant perpetim; medicinam & ſolatium ſibi ibi quærentes, ubi nec finem nec fundum inveniant. Imò potiſſimum etiam hoc eſt, quod ipſe Iehova, nos mandato ſuo expreſſo ad verbum ſuum non tantum allegatos voluerit; ſed quoque moneat, ne miſceamur cum

cum Ethnicis. Si opificium hujus artificis nos ritè putamus, ceu conſcientiæ noſtræ æternùm inſcriptum hoc hæret, omninò nos oportet juſſa noſtri capeſcere Domini, quæ ἀμετάπτωτα planè, & immutabilia perpetim manent; ceu id rectè veriori modo ille vir ſummus optimè philoſophans *Theophr. Par.* agnovit, quod omnibus inculcatum vellem, qui veritati ſyncerè ſtudent.

XVII. *Quænam iſtius ſummi Philoſophi ſunt verba, & ubi hoc docet?*

TRactatu 2. *de Invent. artium*, ita hæc notatu digniſſima habet: Cæſar proximus à Deo eſt ad condendas & figendas leges: At quæ præcepta æternare poteſt? Nulla certè. Præcepta autem, quæ in æternum ſunt duratura, ſolus Iehova ſanxit. Hæc unicè ita ſunt ſervanda, ut ritè perficiantur. Atque ſi iſtud debitè præſtetur, tunc quoque Cæſari juſta ſua ſervantur mandata & leges, quæ ex illis profluunt. Quod ſi igitur Imperator poſteris ſuis nequeat quid durabile ſemper præcipere; ſed Succeſſori Regi cogitur leges relinquere; quid poterit privatus homo aſſequi? Tempus enim quemvis mortalium abſtrahit; aſt Deum nullatenus trahit. Ideoque ejus præceptiones in æternum durant. Ac ſi Imperator fortè tentet æterna ſibi confingere mandata, inſanus certè eſt, nec in hoc conatu hominis ratione ſaltem utitur; ſed oblitus eſt, quod ſolus Iehova ſit moderator temporis, qui ſolus in eo omnia peragit, quæ ipſum lubent, dum homo intereà cum tempore conſumitur, &c. Quum ejus conditio prorſus ſit alia, labilis & fragilis, &c. Ideoque quiſque Scriba, id eſt, unuſquiſque viæ monſtrator aut dux θεοδίδακτος ex Deo doctus eſſe debet, ne quid ex ſemetipſo conficiat; ſed ex Iehova ſolo, qui tàm ultimo

ultimo, quàm primo regimen ſuum concedit. Inde ultimus Cæſar, tàm Imperatorem in poteſtate ſua agit, quàm primus aut alius ſubſequens. Quod ſi igitur doctrina quæque ex Deo progredi debeat, ipſa quoque naturæ evidentia hoc largitur, quod ipſus iſte confringere aut conficere pro nutu poſſit omne, quod veteres conſtituère mortalium. Quippe ſapientia Dei non uni viro data eſt ſolummodo; ſed multis. Quapropter non unus aut alter ſaltem magiſter extat ſibi. Iactatur hoc ab omnibus, quod Cicero vir ſingulari eloquentia fuerit præditus; unde multi noſtratium ſunt, qui ejus ſibi expetūnt linguam & id seriò optant (quamvis NB. indignum planè eſt, hominem Chriſtianum ſibi adoptare linguam ethnici!) Nihilominus cerne modo, quidnam ejus eloquentia hiſce temporibus proſit. Quomodo enim quis benè loqui valet, qui præcepta & Verbum Dei ignorat? Quidnā ſaporis in ejus erudita ſit eloquentia? An quiſquam benè loqui queat, qui Chriſtum non novit, qui omnes ſuavitate & elegantia ſuì ſermonis exuperavit Rhetoras? Quænam hæc eſt veſania, ſi quis ejus linguā expetat, à quo omne fundamentum abeſt ejus, quod omnem Rhetorices ſuavitatem exhibeat! Ideoque quiſque videat ut in Fide ſua ſit eruditus & eloquens ſecū intus; quod ab externo ſequitur, nil ſunt niſi vana præcepta Quintiliani. Quod verò illa debeant ſervari aut obſervari, nullatenus ſequitur; quùm Chriſtus talia cuncta confregerit, ſicut & D. Paulus, etiam Iohannes, Petrus, aliique reliqui.

Quare non decet nos, ejuſmodi velle æternare res: quia mutationi & mutabilitati obnoxiæ ſunt. Huic verò ſoli intendendum eſt, & Chriſti memoriæ omnibus ſtudiis ita incumbendum, ut omnes nos quò fervidiores eò quoque acutiores in hoc evadamus; atque ſic etiam Iehova nos cœleſtiores

& ſubli-

& ſublimiores in eodem evehet doctrina ſua. Sic quoque fiet, ut quò propius ad extremum diem accedamus, eò ſimul in Chriſto doctiores, acutiores, ſapientiores, & eruditiores nos præſtemus. Etenim omnia in apertum erumpent, ita, ut ultimi ſint futuri primi, & primi ultimi in doctrina vera, in ſapientia, & intelligentia &c. Atque ſic hoc modo dictum illud (*Matth.* 10.) intelligitur, quod primi futuri ſint ultimi. Id eſt: Primitus acutiſſimi & ingenioſiſſimi in ordine habentur, quos ſequuntur poſtea ſimpliciores. Ita quoque in hoc ordine huc uſq; primariò poſiti, erunt ultimi. Ac licet ſit, quod Salomon, David, atque tales alii in eo ordine, non ſint futuri; tamen ſaltem loquor de ordine hominum, qui ad talem ultimi temporis ſapientiam deſtinati ſunt. Idcirco nec præcepta ejuſmodi præcisè in illis rebus dari poſſunt.

Ac licet jam hoc noſtro tempore nil meliùs ſit nobis conceſſum, quam informatio veterum; culpa tamen inde eſt unica, quod nos ethnicis adſimilemus iis deditiſſimi, ethnicaque ſtulti NB. addiſcamus tàm inexhauſto labore, proinde quoque Deus nos inſanos in ethniciſmo noſtro relinquit. Nam ſi nos Chriſtum ſequi nolimus, manebunt noſtra peccata & tenebræ nobis.

Aſt qui hoc adſpicit, quod Chriſtus effatus eſt: vos eſtis lumina mundi, facilè Chriſti mentem aſſequitur, à quo quid diſcendum. Quid igitur jam eſt Ariſtoteles? quid Plato? Quid tales reliqui? Nil prorſus. Ex Chriſto enim omne fundamentum promanat & omnis Philoſophia, Medicina, Aſtronomia, Rhetorica, Logica, Muſica &c. ex fundamentis Fidei hæc nobis ſunt. In eo (*Chriſto*) ſecunda vice naſcimur, atque ea regeneratione docti evadimus verè in Medicina, Philoſophia, & in omnibus artibus,

bus, quæ noſtram decent ſcientiam. Ideoque in hoc lumen naturæ, quod hucuſque protulerunt, nolite confidere ſed aptitudini ſuæ linquatur. Iam verò perfectiora erunt & pleniora: quia hæc magis magiſq; illuceſcunt; veluti tempus ipſum declarat, quod jam hominem trahit, & meliorem à Deo cotidiè plantationem illi infert, &c.

Hactenus ille. Ex quibus facilè conſtat, in quantas abeat vanitates, qui extra Chriſtum quid ſapere cupiat, quum non tantum homo heic nil ſit in ſuis externæ rationis viribus; ſed etiam ſæpius in ipſam per devia ſua relabatur ſtultitiam, uti alibi docet, *in lib. de generat. ſtult.* & *de fundam. ſapient.*

XVIII. *Vnde autem ſtultitia hæc eſt mortalium in propria ſapientia eorum?*

NOn levis cauſſa exoritur ex falſa propriæ opinionis perſuaſione, quando ſe quis in ea edoctum putat parte ſui, in qua tamen maximè bruteſcit. Namque rationi omnes ſe concredere ſemper geſtiunt ſuæ, quum hanc partem ducant, quâ ſolummodo diſtent ab animantibus. Quæ craſſa ignorantia adeò divexat mortales, ut nec ipſi noſcant, quid intus in ſuæ ſint naturæ conſtitutione. Proinde quum altibra & diviniora in vero animæ & mentis lumine æternæ ſapere deberent, nil aliud in nimio amore ſui curant, quàm quæ aſtralis ratio carnali homini dictitet. Ita prorſus neſciunt, quid ſit propriè homo internus, quid verum ejus eſſe conſtituat, in hac poſt lapſum corruptibilitate, licet toties S. S. Scriptura de eo nos commonefaciat 1. *Cor.* 2, 15. *Rom.* 7, 23. 2. *Cor.* 4, 16. *Epheſ.* 3, 16. & 4, 24. *Col.* 3, 10. & 1. *Pet.* 3, 4. &c. Hinc rectè ait *Theophr. in prol. de generat. ſtult.* Informandus ita eſt homo, ut noſcat, quidnam ſit, & ex quo ſit: Atque hinc ſecum conſiderare

ſiderare diſcat, quod ejus ſapientia nil ſit, coràm Deo; ſed quod omnes cum ſapientia noſtra ſimus ſtultis quàm ſimillimi. Et hoc, quantum ratione animali noſtra aſſequi poſſumus, & quidquam diſpicere, veriſſimum eſt, quod omnia ſic in nobis ſint ſtultis ſimilia, adeò, ut Chriſtus ſolus nobis auxilio ſit; aliàs ſtulti manemus, &c. Namque, (*ait in tract. 1. de fund. ſap. & art.*) nihil ex nobis eſt (in vera cauſſarum cognitione) quùm haud quid nobiſmet ipſis ſimus; ſed Dei ſumus toti. Quapropter ex eo probari tenemur, & iſtud omne, quod in nobis eſt. Quia ipſius eſt illud omne, ac nullatenus noſtrum. Ille nobis hoc plaſma formavit corporis, & eidem vitam indidit; atque author ſapientiæ ſolus extat, &c.

Quare omnis ſapientia, quæ non ab eo petitur, pro ſapientia haberi nequit vera, quùm ſaltem in eruditione litterali externa, juxta ductum aſtralis gubernatoris in homine, vigeat. Homo enim quod ita ſequitur, hoc facit in excellenti gradu animalitatis, quùm homo ſupra omnia animantia ratione animali ſit præditus, *ut, ait Parac. tract. 3. de fundam. ſap. & art.* ut ſupremus inter animantia ritè dicatur. Quoniam omnium eorum ratio in homine confluit; nec hominis ratio animalis quid aliud eſt, quam omnium animantium ratio: dum omnium eorum ſapientia, prudentia, aſtutia, calliditas, ratio & perceptio in homine quaſi vinculo contextæ ſunt, & in coagulationem coactæ, quùm aliàs in ſingulis animantibus diſtributim hæreant. *Theophr. de fund. ſapient. tract.* 3. Sic ejuſmodi genus hominum (*ait tract. 3. de invent. art.*) licet noſcant omnium humanæ ſcripta, litteras, eloquentiam, ornatum, decus & pompam elevare, tamen nullam aliam cantant cantilenam, quàm quæ ſit avium *&c.* Sunt enim hi autodi-

todidacti & ex habitu docti litteraliter, juxta artem rationis & ejus ſapientiæ &c. Quid verò eſt talis eruditio, etiamſi Magiſter aut Baccalaureus in ea dicatur? Manent ſaltem in animali regno & naturali, quum non cœlitus ſint ex Spiritu Deo docti, &c. Præterea alia ſubeſt ſimul corruptela, quæ non minus mortalium acerbiſſimè expugnat animos, & in tam barbaram abripit confuſionem.

XIX. *Quænam verò eſt hæc corruptio ſtudii ſapientiæ?*

QVum opinionibus ſuis perverſis tam pertinaciter adhæreant, propriis verbis id exprimere non auſim, ſed unus atque alter authenticus procedat in medium, qui talia proferat, quæ veritati ſint conſentanea, ne ego ſolus id videar in contemptum alicujus aut mundanorum ſapientum dicere.

XX. *Quos igitur auctores heic produces?*

TAm veterum duos treſve, ubi ſimul ad centenos alios ſollicitum quæſitorem remittere poſſim, ſi ſit opus; Sed pauci etiam neotericorum jam ſufficiant. Quis inter Chriſtianos D. Auguſtino ſuum auſit denegare locum? Illius verba *lib.* 18. *cap.* 41. *de Civit. Dei* ita ſe habent.

Penè innumerabiles diſſenſiones Philoſophorum quis unquam populus, quis Senatus, quæ poteſtas, vel dignitas publica impiæ Civitatis dijudicandas, & alias probandas ac recipiendas, alias improbandas, repudiandaſque curavit; ac non paſſim ſine ullo judicio confuſeque habuit in gremio ſuo tot controverſias hominum diſſidentium, non de agris, & domibus, vel quacunque pecuniaria ratione; ſed de his rebus, quibus aut miſerè vivitur, aut beatè? Vbi etſi aliqua vera dicebantur, eadem licentia dicebantur

tur & falſa prorſus, ut non fruſtrà talis civitas *NB.* myſticum vocabulum Babylonis acceperit. Babylon quippe interpretatur confuſio, quod nos jam dixiſſe meminimus. Nec intereſt diaboli regis ejus, quàm contrariis inter ſe rixentur erroribus, quos meritò multæ variæque impietatis poſſidet. At verò gens illa, ille populus, illa civitas, illa Reſpublica, illi Iſraelitæ, quibus credita ſunt Eloquia Dei, nullo modo Pſeudoprophetas cum veris Prophetis pari licentiâ confuderunt; ſed concordes inter ſe atque in nullo diſſentientes, Sacrarum litterarum veraces ab eis agnoſcebantur, & tenebantur auctores. Ipſi eis erant Philoſophi, hoc eſt, amatores ſapientiæ; ipſi ſapientes, ipſi Theologi, ipſi Prophetæ, ipſi doctores probitatis atque pietatis. Quicunque ſecundum illos ſapuit & vixit; non ſecundum homines, NB, ſed ſecundum Deum, qui per eos locutus eſt, ſapuit & vixit. Ibi ſi prohibitum eſt Sacrilegium, Deus prohibuit. Si dictum eſt: Honora patrem & matrem tuam, Deus juſſit. Si dictum eſt: Non mœchaberis; non homicidium facies; non furaberis; & cætera hujuſmodi; non hæc ora humana, ſed oracula divina fuderunt. *NB.*

Quicquid Philoſophi quidam inter falſa, quæ opinati ſunt, Verum videre potuerunt, & laborioſis diſputationibus perſuadere moliti ſunt: quod mundum iſtum fecerit Deus; eumque ipſe providentiſſimus adminiſtraret: de honeſtate virtutum, de amore Patriæ, de fide amicitiæ, de bonis operibus, atque omnibus ad mores probos facientibus rebus, *&c.*

En, ſi ita hæc Philoſophia ſit Babyloniæ adſimulanda, ubi Diabolus rex ſit, quid boni inde exſpectent Chriſtiani? Nonnè inde igitur omnis confuſio profluat ex hac diaboli Babylonia, in univerſum

Chriſtianiſmum. Idem certè Tertullianus non minoris authoritatis Pater & ſcriptor aſſerit, & quidem luculentioribus verbis, quando ſic *in lib. de præſcrip. adverſ. hæret.* loquitur.

Nemo ſapiens eſt, niſi fidelis; nemo major, nemo Chriſtianus. Nemo autem Chriſtianus, niſi qui ad finem uſque perſeveraverit. Tu ut homo extrinſecus unumquemque noſti: putas, quod vides. Vides autem quouſque oculos habes. Sed oculi, inquit David, Domini alti. Homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur. Et ideo cognoſcit Dominus, qui ſunt ejus; & plantam, quam non plantavit Pater, eradicat: & deprimis noviſſimos oſtendit; & ventilabrũ in manu portat ad purgandam aream ſuam. Avolent, quantum volent paleæ levis fidei, quocunque afflatu tentationum; eò purior maſſa frumenti in horrea Domini reponetur. Nonnè ab ipſo Domino quidam diſcentium ſcandalizati diverterunt? Nec tamen propterea cæteri quoque diſcedendum à veſtigiis ejus putaverunt: Sed, qui ſcierunt illum vitæ Verbum eſſe, & à Deo veniſſe; perſeveraverunt in ejus comitatu uſque ad finem, quum tamen illis, ſi vellent, & ipſis diſcedere placidè obtuliſſet, &c. Et paulo poſt. Nobis verò nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet; ſed nec eligere, quod aliquis de ſuo arbitrio induxerit. Apoſtolos Domini habemus auctores, qui nec ipſi quidquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus adſignarunt. Itaque etiamſi Angelus de cælis aliter Euangelizaret, anathema diceretur à nobis. Providerat jam tum Spiritus Sanctus, futurum in Virgine quadam Philumene angelum ſeductionis, transfigurantem ſe in Angelum lucis, cujus ſignis & præſtigiis Apelles inductus, novam hæreſim induxit.

Hæ

Hæ ſunt doctrinæ hominum, & dæmoniorum, prurientibus auribus natæ, de ingenio Sapientiæ ſecularis, quam Dominus ſtultitiam vocans, ſtulta mundi, in confuſionem etiam Philoſophiæ ipſius, elegit. Ea enim eſt materia ſapientiæ ſecularis, *NB.* temeraria interpres divinæ Naturæ & diſpoſitionis. *NB.* Ipſæ denique hæreſes à Philoſophia ſubornantur. Inde icones & formæ, neſcio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate: à Stoicis venerat. Et uti anima interire dicatur, Epicurus obſervatur. Et ut carnis reſtitutio negetur, de una omnium Philoſophorum ſchola ſumitur. Et ut materia cum Deo æquetur, Zenonis diſciplina eſt. Et ubi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus intervenit. Eædem materiæ apud hæreticos & philoſophos volutantur, iidem retractus irreplicantur. *NB.* Vnde malum: & quare? Et unde homo; & quomodo? Et quod proximè Valentinus propoſuit, Vnde Deus? Scilicet de enthymeſi & ectromate. *NB.* Miſerum Ariſtotelem; qui illis dialecticam inſtituit, artificem ſtruendi & deſtruendi verſipellem; in ſententiis coactam; in conjecturis duram; in argumentis operariam contentionum; moleſtam etiam ſibi ipſi: Omnia retractantem, ne quid omninò tractaverit.

Hinc illæ fabulæ, & genealogiæ indeterminabiles, & quæſtiones infructuoſæ, & ſermones ſerpentes velut cancer, à quibus nos Apoſtolus refrenans, nominatim Philoſophiam teſtatur caveri oportere, ſcribens ad Coloſſenſes: Videte nequis ſit circumveniens vos per philoſophiam, & inanem ſeductionem, ſecundum traditionem hominum, præter providentiam Spiritus Sancti. Fuerat Athenis, & iſtam ſapientiam humanam, affectatricem & interpolatricem veritatis, de congreſſibus noverat,

ipſam quoque in ſuas hæreſes multipartitam varietate ſectarum invicem repugnantium. Quid ergo Athenis, & Hieroſolymis? Quid academiæ, & Eccleſiæ? Quid hæreticis, & Chriſtianis? Noſtra inſtitutio de porticu Salomonis eſt, qui & ipſe tradiderat, Dominum in ſimplicitate cordis eſſe quærendum. *NB.* Viderint, qui Stoicum, & Platonicum & dialecticum Chriſtianiſmum protulerunt. Nobis curioſitate opus non eſt, poſt Chriſtum Ieſum; nec inquiſitione poſt Euangelium. Quum credimus, nihil deſideramus ultrà credere, &c.

An non ſatis apertè de veritate rei hujus teſtatur iſte Pater divus? Ac ne quid temerè hoc loco poſuiſſe videatur, ejuſdem ſententiæ confirmationem repetit *in Apologet. ſuo adverſ. gent.* dum oppoſitionem mutuam ita declarat exclamando:

Quid adeò ſimile Philoſophus & Chriſtianus? Græciæ diſcipulus & cœli? Famæ negotiator, & vitæ? Verborum & factorum operator? Rerum ædificator, & deſtructor? Amicus & inimicus erroris? Veritatis interpolator & expreſſor? Furator & cuſtos antiquior omnibus, nî fallor? Et hoc mihi proficit antiquitas præſtructa divinæ litteraturæ, quo facilè credatur, theſaurū eam fuiſſe poſteriori cuique ſapientiæ. Et ſi jam non onus voluminis temperarem; etiam excurrerem in hanc quoque probationem. Quis enim poëtarum, quis Sophiſtarum, qui non omninò de Prophetarum fonte potaverit? Inde igitur philoſophi ſitim ingenii ſui rigaverunt, ut, quæ de noſtris habent, ea nos comparent illis. Inde opinor à quibuſdam quoque philoſophia ejecta eſt, à Thebanis dico, à Spartiatis, & Argivis, dum noſtra contaminantur, & homines gloriæ (ut diximus) & eloquentiæ ſolius libidinoſi; ſi quid in S. Scripturis offenderunt digeſtis, pro inſtituto curioſitatis ad

propria

propria verterunt, neque ſatis credentes divina eſſe, quo minus interpolarent, neque ſatis intelligentes, ut adhuc tam ſublimia, etiam ipſis Iudæis adumbrata, quorum propria videbantur. Nam etſi qua ſimplicitas erat veritatis, eò magis ſcrupuloſitas humana Fidem aſpernata mutabat, per quod incertum miſcuerunt, etiam quod invenerant *NB.* certum, &c.

Sub tyrannide Imp. 20. Iulio Cæſare plurima expertus hæc non fruſtrà protulit, quod etiam ejus *Comment.* *Franc. Zephyrus* ita approbat, inquiens:

Diſcipulus nempe Græcia & hominum, philoſophus eſt: at Chriſtianus cæli & Dei. Philoſophus totum ſe ad comparandam dirigit: Chriſtianus ut honeſtè vivat. Ille verbotenus laudabilis; hic etiam factis: Ille ſuis placitis &c. conjurat contra res humanas &c. huic nihil antiquius eſt, quàm *NB.* mutua charitate omnia ſimul devincta conſervare. Alter porrò quùm in univerſa natura providentiam videat, ſuis tamen ſophiſmatis in errore verſari contendit; alter ſua ſimplicitate errorem, quàm maximè poteſt, abigit à ſe. Alter interpolat, fucoque veritatem condemnat, id eſt, elegantia tantum verborum & ſyllogiſmis nititur; alter exprimit re. Præter hæc, tantum Philoſophus à Chriſtiano differt, *NB.* quantum is, qui furatur, & veritatem quaſi precario tenet ab eo, qui ſuo antiquo Iure ac mancipio ſemper poſſedit, &c. Licet invitus hæc proferat; tamen veritati non potuit ſuum ſubducere teſtimonium, quum toties Tertullianus id pervidiſſet, Sanctè id in lib. de anim. adſeverando, quod veritas nulli abſque Deo cognita fiat, quando dicit: Cui enim veritas comperta ſine Deo? Cui Deus cognitus ſine Chriſto? Cui Chriſtus explora-

tus ſine Spiritu Sancto? Cui Spiritus S. accommodatus ſine Fidei Sacramento? &c. Quis philoſophorum huic adſtipuletur, qui adeò obſtinatè ſuæ inhærent rationi, ut ipſis ubique loco Dei ſit. Proinde talium ingeniis non tantum omnem hereſeum animationem adſcribit *lib. 5. adverſ. Marc.* ac eos in *lib. adv. Hermog.* hæreticorum Patriarchas vocat; ſed etiam gloriæ in *d. lib. de anim.* & alicujus ſapientiæ animalia, *in lib. de patient.* appellat, qui variis ſemper ſectarum & ſententiarū libidinibus æmulationibuſque diffluant, *quùm Philoſophia quoque eorum nihil contineat, quod non ad gloriam propriæ artis inflet* præ ſtudio eloquii quidvis ſtruere atque deſtruere &c. Dum formas rebus imponat, eas nunc peræquet, nunc privet; de certis incerta præjudicet, ad exempla nunc provocet quaſi comparanda, nunc omnia præſcribat propria ætatibus, etiam inter ſimilia diverſis; nihil divinæ licentiæ ſervet; leges naturæ opiniones ſuas faciat &c. Ferrem, *inquit,* ſi naturalis ipſa, ut compos naturæ de conditionis conſortio probaretur, &c. *d. lib. de ann.*

Quibus verbis nihil aliud adſerit, quàm quod etiam nihil commune habeat cum veris naturæ principiis, unde etiam perpetuis erroribus obnoxia manet talis falsò nominata Sapientia.

XXII. *Itanè priſcis Patribus hæc Philoſophia cum ſuis auctoribus ſemper ſuſpecta extitit?*

QVibus unicè hoc ſemper cordi fuit, ut ſe ritè Deo in Verbo ſuo ſimpliciter conſecrarent, & in Chriſti obedientia, eundem ſanctè imitando, viverent, noluerunt quid à cœcis ductoribus profanis quid petere; ſed indeſinenter magno ardoris ſpiritu à vanitatum cultoribus illis revocarunt

ſuos

Digitized by Google

ſuos auditores & diſcipulos; licet Philoſophi toties omnia ex lumine naturæ promitterent ſua. Sicut quoque inde *D. Aug. lib. 2. de Civit. Dei cap. 7.* inutilia omnia inventa philoſophica ſine authoritate Dei atteſtatus eſt, utpotè, quæ magis ad vitia & idololatriam perfidam pronum quemque moveant, licet accuratiſſimè diſputentur, quàm quod monſtrent ſolidam vitæ Chriſtianæ viam. Namque nunquam inter ſe benè conveniunt, ductus Spiritus S. & externæ rationis, niſi regeneratio interni hominis intercedat.

Vnde jam apparet, *ait idem D. Aug. de Civit. D. c. tract. lib. 14. cap. 9. circa fin.* utrunque, quales eſſe debeant in hac peregrinatione Cives civitatis Dei, viventes ſecundum Spiritum, non ſecundum carnem; hoc eſt, ſecundum Deum, non ſecundum hominem; & quales in illa, quò tendunt, immortalitate futuri. Regnum enim vel Reſpublica Chriſti ac regnum mundi, nunquam non ſeparatas imò & mutuo oppoſitas Civitates referunt; nec ullo unquam medio conſociationis ſe connecti ſinunt, uti eodem loco id ſubnectit: Civitas porro, *inquit*, hoc eſt ſocietas impiorum, non ſecundum Deum, ſed ſecundum hominem viventium, & in ipſo cultu falſæ, contemptuque veræ Divinitatis, doctrinas hominum, dæmonumve ſectantium, his affectibus pravis tanquam morbis & perturbationibus quatitur. Et ſi *NB.* quos cives habet, qui moderari talibus motibus, & eos quaſi temperare videantur; ſic *NB.* impietate ſuperbi & elati ſunt, ut hoc ipſo in eis ſint majores timores, quo minores dolores. Et ſi nonnulli tanto immaniore, quantò rariore vanitate hoc in ſe ipſis animadverterint, ut nullo prorſus erigantur & excitentur, nullo flectantur atque inclinentur affectu: humanitatem

nitatem potius amittunt, quàm veram aſſequantur tranquillitatem &c.

Vſque adeò periculoſum eſt, tali ſe concredere ethnicorum Philoſophiæ, quum longè obſtinatiores reddat homines, quàm quod uſpiam Spiritui Dei locum aliquem cordis concedere velint pro ſanioti informatione. Quos duriores unquam ipſe Christus expertus eſt adverſarios præ litteratis & rationalitati addictis illis Scribis? An non potius humanitatem amiſiſſent omnem, quàm veram in Chriſto tranquillitatem aſſequi ſtuduiſſent? Tanti certè laboris eſt ſapientem hujus mundi Chriſto lucrifacere, ut non fruſtrà exclamet D. Paulus, naturalem hominem nullatenus eſſe capacem eorum, quæ ſunt Spiritus Dei, quùm non poſſit ſpiritualiter iſta dijudicare aut cognoſcere. 1. *Cor.* 2, 14. veluti *ὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν*, nec cognovit mundus Deum per ſuam ſapientiam 1. *Cor.* 1, 21. Proinde veriſſimum manet, quod ita *D. Paulus* concludit *verſ.* 26. Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, &c. Sed quæ ſtulta ſunt coram mundo elegerit Deus, &c.

XXIII. *Sed quæſo, num id, quod Philoſophi delinquunt, ipſi Philoſophiæ imputari valet?*

Nimirum illud hîc infertur, quod olim quoque propugnatores ferventiores ethniciſmi in defenſionem ſui habitus rationalis profaniſſimè advocabant, quum toties obgannirent, abſtractum à concreto ſemper ſeparandum eſſe, ſi benè de ea re quid conſtitui deberet. Quippe, ajebant, Philoſophiæ nihil rei eſt cum noëmatis hominum ethnicorum, quùm hæc adeò libera ſit, ut non minus animo ethnico, quàm Chriſtiano alligata haberi oporteat.

teat. Proinde clamant, non idem eſſe, ſi quis de Philoſophia agat, & de noëmatis ethnicis diſputet: Item, non omnes res ad ſuam ſpectare Philoſophiam, nec eam teneri ad quæſtionem talem reſpondere, An Verbum caro factum ſit: nihilominus volunt regnum Philoſophiæ ſuæ tàm latè expanſum, ut throno magnifico & tribunali ſyllogiſtico tàm res divinas quàm humanas ſubjecerint, uti in definitione Philoſophiæ hoc quoq; conſtitutum fovent firmiter. Ita quoque adſerere non dubitant, quod nemo ab hæreſium tot myriadibus Verbum Dei propugnare queat, quàm ille, qui ſtudio Theologico Philoſophiam eorum ſupra definitam adjunxerit. Quod niſi ita eſſet, *ait Cor. Mar.* ſanè de veritate nobis eſſet concedendum iis, qui Sacras litteras quidem legunt; Sed propter bonarum ſcientiarum *NB.* ignorantiam intelligere non poſſunt. Itaq; (*ſic pergit*) prævaricari ego eos cenſeam, qui patrocinium ejus heîc abjiciant, præſertim quùm ſummè ſit neceſſarium, uti rectè intelligat juventus, quid ex ſtudio philoſophiæ ſperare habeat, quæ ejus pulchritudo & neceſſitas, ac quomodo per ejus cognitionem cæleſtia rectius intelligamus, &c.

An verò hæ & tales impudentiſſimæ adſertiones non apertam ponant blaſphemiam in Deum vivum & Spiritum Dei? An is indigeat ope ethniciſmi & rationis animalis in ſui cognitione Verbi & cultus? Quid verò non falſæ ejuſmodi & profanæ Philoſophiæ patroni in phantaſticis opinionib. ſibi arrogant?

Longè rectius illi ſentiunt, qui contrarium docent, ſtatuuntque quod nulla ſit vera Philoſophia, niſi ex Verbo Dei ejuſq; miniſterio Theologico petatur, uti *Theophr. tract. 3. de vot. alien. teſtatur,* quùm in eo ſolummodo fundamentum ſuum inveniat. Quandoquidem, *ait David Pſ.* 36, 10. penes te eſt fons vi-

tæ, & *NB*. in tuo lumine videmus lucem. Vnde Deus Iehova eloquitur, & inclamat terram ab ortu ſolis, uſq; ad occaſum ejus: Ex Sione perfectiſſimi ſplendoris pulchritudo illuceſcit. *Pſalm*. 50, 1, 2.

Si igitur ex Sione & Verbo Dei exortū ſuum nanciſcatur Sapientia, non certè ex rationis tali dictamine, qualem ethnicorū ſapientes in Græcitatis ſuæ habitu nobis vendunt, petenda erit; ſed recurrendū eſt ad fontē Sionis ipſum, unde hauriamus ubertim ſine precio; quæ veræ ſapientiæ largitur gratia. Quippe ratiocinationes mortalium ſunt timidæ & inſtabiles cogitationes eorum. Infeſtum enim corruptioni corpus aggravat animam, & deprimit terrena habitatio mentem multis anxietatibus plenam. *Sap*. 9, 14, 15. Vbi igitur illorū recta ratio, de cujus rectitudine tam potentes paſſim à ratiociniſtarum turba audiuntur gloriationes? Profectò qualis arbor, tales quoq; edet fructus, ait Chriſtus ipſe: *Mat*. 7, 17, 18. Quum lumen illud rationis, ex quo ſtulti ſapere cupiūt ſolo, cujuſq; fuſcatas radiationes tantopere defendunt, obtenebret inſipiens cor eorum, quomodo non ipſi philoſophi tales altiora & rectiora ſapere queant? Velut propterea quoq; *D. Luth*. toties recte lumen illud falſum proclamat; quod idem quidem nuper Schroderus in pugna ſua Philoſophię cum Theol. præſtitit; ſed molliori ſimulatione, quando diſtinguit inter Philoſophiam in ſeſe conſideratam, & inter Philoſophiam caſtigatam & illuſtratam aliunde. Nihilominus ait, eam in ſeſe ex principio tenebrarum extructam, ignorantię & vanitati obnoxiam, patefactionis divinæ penitus ignaram, ſtultitiæ deditam, medium ad depravandum diſcipulos Chriſti, cum Theologia pugnantem eſſe &c. An non hæc ſufficientia ſint falſitatis, quæ lateat in ea Philoſophia, teſtimonia? Qualis præceptor, talis certè diſcipulus evadit: Qualis cauſa,

ſa, talis effectus. Qualis lux, talis crux rationis falſæ. Quis ejuſmodi non abhorreat Philoſophiam?

XXIV. *An igitur non datur recta ratio in hoc ſtatu hominis?*

INter omnes periculoſitates, nulla eſt periculoſior & nocentior res, quàm alta ſapiendo ſpirans ratio, rectè ait *D. Luth. tom.* 1. *Germ. p.* 94. Namque principium, medium & finis omnium errorum eſt, quod ex ſimplici Verbo Dei excedatur, & ratio hominis in mirabilia Dei inſeratur, ut ita res quaſi meliorentur, ait idem *Tom.* 3. *Germ. p.* 574. Et quamvis S. Scriptura hominem externum dicat totaliter eſſe carnem *Gen.* 6. & caro in ſummo gradu oppugnet Spiritum. *Gal.* 5. tamen (*Rationaliſtæ*) ita omnia temperatura ſua concoquunt miſcendo, quod libertas rationis, quę nil niſi caro eſt mera, quærat Spiritum. *Id. Tom.* 1. *Germ. p.* 400. Sic ex rectitudine rationis omnes ſe magni oſtentant Philoſophi, quam in lumen naturæ deponunt, quod ex ea convenientia tantus illis effulgeat ſplendor, ut non tantum ſupra mortales omnes in precio ſint habendi ſummo, ſed etiam hoc modo referri debeant inter Semideos, quum adeò parum abſit, quin totum deorum concilium & conſeſſus non ad ſua ipſis ſit obligatus conſilia.

Quid non cibus & otium faciat ſpeculativum! Sic ubique nugæ & falſitates pro ſummo venduntur rationis lumine; quum tamen *Phil. Mornæus cap.* 16. *de Ver. Rel. Chr.* ipſe confiteatur, quod homo undiq; deterior ſit animalibus. Quum enim, ait, brutorum natura ex ſeſe ſuſtineatur; noſtra tot fulcris ſuſtineri, tot cancellis contineri, tot frænis retineri non poſſit; quis inficietur, quin noſtra quam illorum ſit deterior, &c. Quid ſi etiam (juxta animam) qua præſtantior brutis factus, eadem deterior evaſit &c. Ex

humano genere ſi beſtias & dęmones ſuſtuleris, quot invenias homines? Rationis enim lumen, quod ſibi nimis præpoſterè confingunt, adeo obſcurum eſt, ut etiam in mediis lateat obrutum tenebris. *Eſa.*60,2. *Matt.*6,23. *Luc.*1,78,79. *Ioh.*1,5. & 3,19. *Act.*26, 18. *Eph.*5,8. & 6,8. obnoxium ſimul ſit penitus ignorantiæ, *Eſa.*8,9,10. *Ioh.*17,25. *Act.*17,30. *Galat.* 4,9. *Epheſ.*4,17,18. nec minus ipſi vanitati, *Pſalm.* 62,10. & 116,11. *Rom.*1,21,22. *Eph.* 4,17. Imò ita quoque, ut caliget in iis paſſim, quæ obvia & quaſi ſub manu ipſi eſſe videantur. *Iohan.* 9,9,10. *Iob.*38,4,6.17,18,22,23. *Eccl.*3,10.11. & 8,17. & 11,5. *Sapient.* 9,16,17. *Ioh.* 3,12.

Nihilominus tanto perverſitatis hodiè nati ſunt homines ingenio, ut non vereantur huic intricato lumini potius ſe credere juxta animalem naturam, quàm quod veritati cœleſti quidquam fidei habere velint. Etenim illud ſecum luminis loco fovent, quod tamen ne umbram quidem veri poſſidet luminis in obſcuritate ſua; quia lumen hoc falſum eſt, ait rectè *D.Luth. in Eccl. Conc.* Ac quod falſitate plurima laboret, argumenti loco ſatis eſt, dum ipſi Philoſophi circa ea ſolliciti hærent media, quæ meras vanitates repræſentant. Etenim quid eſt aliud, quod tàm operosè tot varios ſibi confingunt, & ex omnibus mundi phantaſiis conquirunt terminos, quibus ſuas rationes concludendi in tot formas cogant, ut ſic more Andubatarum cœcas digladiationes inter ſe acerrimo conatu exerceant? Si ratio ſuo verè accommodato uteretur lumine, quur non ſe naturæ poſſet ſtatim propius abſque talibus cœcitatis inſtrumentis cognitione illuſtriori inſinuare? Videlicet cœcum eſt lumen, ac proinde, quùm non diſpicere ſecum aliud queat, nec ſe animalitati ſubducere velit ſuæ, ejus ductum & inclinationem, quæ nugacitati

gacitati addicta eſt, in hoc ſequitur, nec animæ quid concedit virium, ut ad altiora ſe queat extollere, unde obtenebratum cor nobiſcum manet, quamvis ſapientiſſimi nos nobis in noſtro falſo naturæ lumine videamur.

Quippe, ait rectè, *D. Lut. in Conc. Eccl. Dom. Trin.* 1. quod optimum apparet in natura, nihili eſt; ac ubi putas omnium eam quàm pulcherrimè, lucidiſſimè & nitidiſſimè effulgeſcere, ibi maximè cæca & mortua eſt coram Deo. Sic & *in Conc. Nat. Chr.* idem confirmat: omne, *inquiens*, quodcunq; extra Verbum Dei tibi inculcatur, ab eo caveas, ne ei quid credas, nec illud pro lumine cenſeas, quod animæ quid lucis aut rectitudinis adjicere queat; ſed quaſi externum quid reputa, &c. Procul dubio in mundo nemo ſapientia & intelligentia æqualis eſt diabolo, nec quis poterit ſe hocce probiorem ſimulare; & omnis ſapientia ſanctitaſq;, quæ non ex Deo profluit, tum quoque pulcherrimam quod mundi ſpeciem repræſentat, fortiſſimum eſt in diabolo: Nam quum ſit princeps & caput mundi, ſapientia mundi & ejus juſtitia ex hoc profluxum tenet, inde gubernator quoque ejuſdem eſt in plena fermè potentia. *Id. d. l. ad Ioh.* 14. Ideoq; prorſus impoſſibile eſt, quod illud, quod adeò ſapientia ſui, prudentia, magnitudine, pulchritudine, potentia, & violentia prævalet coram mundo, cum Verbo Dei conſentiat, *Id. d. l. Dom. 24. Trin.*

Hæc & ejuſmodi ſi quis rectè ſanus in anima examinet, & penſitando ſecum penetret, an non exhorreſcat, ad tam cœcam & ſtolidè obſtinatam ignorantiam ſui, quod homo ſibi eam attribuat rectitudinem rationis quam non habet? Nihilominus obtinere eam poſſet, niſi tàm pervicaciter ſe in ignorantia ſua captivum duceret; quod ſibimet ipſi imputare cogitur.

XXV. *Vnde*

XXV. *Vnde autem hoc habet homo, quod tàm obſtinatè ſuæ indulgeat ignorantiæ? & eam tamen pro ſapientia venditet?*

SI rem rectè ex fundamento vero arceſſere & nobiſcum examinare velimus, duæ potiſſimum ſunt cauſſæ, quæ hominem miſere heîc diſtrictum tenent & fovent adeò, ut nunquam ritè ſe poſſit ad Deum elevare, niſi ex iſtis ſe laboret antè omnia exſolvere tricis craſſioribus, quæ illum in devia abripiunt, & turpiter ſeducunt.

XXVI. *Quænam igitur iſtæ ſunt cauſæ hujus ſeductionis?*

PRima eſt, quod homo ſemper ex ſua egrediatur naturæ ſphærâ, ac nunquam in ſeſe ſui agere rectè velit cognitorem, ut propriè & principaliter ſemetipſum agnoſcat, quidnam intus ſibi ſuaque ſit in natura ſecum intus; quamvis hoc toties etiam ipſi apud ethnicos ſapientiores ſuis inculcarint gentibus, unde & diabolus illud diffiteri non auſus fuit; uti duæ id oſtendunt luculenter inſcriptiones Templi idololatrici apud Delphos in Græcia, quarum una erat: Noſce teipſum; ſive *γνῶθι σεαυτὸν*: altera *μηδὲν ἄγαν*, nequid nimis: quaſi perpetua inſtigatione ſuis id imprimeret cultoribus, ut quidem omnem in ſui cognitionem ante omnia converterent laborem; ſed ne nimium altè ſapere poſteà ex hoc intentarent, præcludere illis quaſi proditionem ſui voluit. Aliàs enim ipſi larva detecta fuiſſet, quâ genus mortalium ſeducebat peſſimè. Inde quaſi in gyrum abripuit omnium animos, ut duæ iſtæ inſcriptiones, variarum ſpeculationum & litigationum incitamenta extiterint, ut id confitetur *Plutarch. in exord. libelli de EI.* Quantas, *inquit*, Philoſophorum, (iſta duo veſtibulo

bulo inſcripta, *Noris teipſum*, & *Nequid nimis*,) excitaverunt diſputationes, quantaque de ſingulis ſermonum multitudo tanquam è ſemine pullulavit. Idem *de Conſol. ad Apol.* explicat; eodem fermè modo, &c.

Quod ſi homo ſe rectè noſceret in ſua natura ejuſq; corruptione, & quàm mirabile ſit opus in partibus conſtitutivis, non ita ſe confunderet in opinionibus ſuis, nec falſum pro vero arriperet; ſed perciperet facilè quomodo *Anima, Mens, Voluntas, Intellectus, Animus, Ratio, Spiritus*, & alia ritè forent diſtinctè accipienda, quæ corpus hoc fovent, ut non ſimpliciter nudum ſit *Animal rationale*, velut ethnicorum olim & nunc noſtratium ſcholæ ſibi talem confingunt hominem. Sed quod longè excellentius & divinius quid in ſeſe intimius contineat, quod ita vix agnovêre priſci ethnicorum ſophiſtæ.

Deinde altera cauſſa eſt, quod penitus ignorat, nec addiſcere cupit, quouſque Spiritui mundi ex naturali influxione aſtrorumque conſtellationibus & in ipſa ratione ex lapſu Adamico, ſit obnoxius, ut ita tandem cerneret, quomodo ex hujus regno mundi ad Dei vivi imperium tranſire poſſet. Vtrumq; heic nobis erit explicandum.

XXVII. *Quæſo, dic proinde mihi, quid eſt homo? an non eſt Animal rationale? ζῶον λογικὸν?*

QVod in omnibus debebat eſſe principaliſſimum, ut homo à ſemetipſo inciperet in rerum indagatione, id tàm ſupinè neglectum cernimus fermè ab omnibus, ut vix quidam inveniantur, qui à cognitione ſui ad altiora ſe extollere voluerint: quum tamen veriſſimum ſit, quod *D. Plato in Alcib.* 2. affirmat: quod nemo prudens poſſit dici, qui ſemetipſum non cognoſcat; quia ſi nos & noſtra ignoremus,

mus, nec ea quæ noſtrorum ſunt intelligimus: Τὸ δὲ γιγνώσκειν, ὁμολογοῦμεν σωφροσύνην εἶναι, ſeipſum verò cognoſcere, prudentiam eſſe confitemur, *ait*: quur non huic curæ à principio cognitionis incumbimus, ut verè intelligamus, quid Homo in ſua natura propriè ſit? quur non, in noſmetipſos, radios mẽtis noſtrę reflectimus, intus nos primitus examinando, quã velimus in res alias extra nos conſtitutas excurrere? An ita ad craſſitiẽ ſui caligat? vel potius ad perverſitatem homo ſuam nimis exhorreſcit? O quã multas feras, *inquit Morn. in d. l. de Verit. Rel. c.* 16. in hominis corde, tanquam in abditiſſima ſylva latitantes, detegas? Et noſtra igitur ſcientia, quid niſi ignorantia? Sapientia, niſi vanitas? Pietas, niſi hypocriſis? Et quid virtus, niſi vitii velamen? &c. Quid vita hæc noſtra? Tigillum tigillo applicamus, lapidem lapidi; obulum obulo: de animæ vita tabeq; non magis ſolliciti ſumus, quàm ſi nullam haberemus, &c.

Ita planè homo in præcipitium animalitatis ſuæ abreptus eſt in omnibus. Sed quamvis D. Plato olim, ex Schola Moſaica ita edoctus, ſatis ſcitè *in Alcib. 2. & Cratyl.* protulerat, hominem non eſſe illud, quod in corpore cõſpiciatur, ſed maximè quod ei imperat, adeoq; animam ipſam verum conſtituere hominẽ; *Plut. in lib. de Hom.* tamẽ neſcio in quod veſanię prolubium illi abrepti ſint, qui ita eſſentialiter tantũ modò eum definiri putãt, etiam in ſummo ſuæ proprietatis gradu, ſi exprimatur juxta *Plut. de ani. prol.* quod ſit animal ratione præditum. *Id. d. lib. 1. de plac. phil.* ſive rationale; quùm tamen *idem in lib. de ſoler. anim.* dicat, quod animal quodvis rationis ſit particeps, & homo rectitudinem ac ſapientiã, qualis requiratur, nullã prorſus foveat. *Id. in lib. de educ. ait,* duo eſſe in hominis natura, quæ principatum facile obtineant, Mentem & Rationem; Mentem rationi pręeſſe, & rationem

tionem mentis imperia exequi. Sic & *in lib.de Hom.* animo duas adſcribit partes, alteram intelligentia & ratione prędítam, alteram brutam, affectibuſq; obnoxiam, unde homo quaſi mediũ inter Deum & beſtias ſe habeat; Idem repetit *in lib.de ani. & adul.deſcr. & de virt.moral.in princ.* Interim tamẽ *in lib.adv.Colet.* confitetur hominem ex anima & corpore cõſtare, & qui naturam animæ quærat, hominis naturã is indaget à potiore prorſus orſus principio. Animam autẽ ratione difficulter perſpici, ac ſenſu nullo cõprehendi, ſapientibus credendum putat. Nihilominus *in lib. de fac.in orb. Lunæ,* menti longè potiores partes adſcribit in excellentia ſua, quàm animæ. Etenim, ait, Mens tanto præſtantior eſt, quàm anima, ac divinior, quanto anima præſtat corpori. Vnde *lib.1.de plac. Phil.ait,* Mens eſt unitas; ac mens quæ præcipit, unitatis in morem præcipit; veluti ibidem eam cauſſæ efficienti adſimilat, quæ diſponat univerſa: Nec minus tamen *in lib.de virt.moral.* rationem ita animo ſubmittit, ut dicat, quod in animo rationi victoria paretur in domandis affectibus.

Apertiſſimè autem hoc *in lib.de Hom.* pronunciat, ſanguinem eſſe alimentum ſpiritus, ac ſpiritum eſſe vel ipſam animam, vel animæ vehiculum. *In lib. de ani.tranq.* vult, quod recta ratio in quodvis vitę cadat genus, quãvis mutationem faciat facilem, ut ita fons ſit tranquillitatis animi, quum animi pars una veritati atq; honeſtati dedita rationi rectæ obtemperet; altera vero bruta ſit, falſi appetens, *lib.de adul. & ani. diſcr.* Non enim uti vas, ita mens quoq; impleri opus habet, ſed fomitem tantum & alimentum (ſicut materia effectoris eget) requirit, quâ incitetur ad inveniendum, & ad veritatis indagationem feratur, *in lib. de audit.* Quippe vis(*inquit in lib.de cobib.Iræ*) rationis non medicamenti eſt, ſed ſalubris alimẽti ſimilis quę

nobili

nobili indoli familiaris uſu facta, probum inducit habitum.

XXVIII. *Quid ex his locutionibus colligis?*

EX his ambiguis & variis Plutarchi locutionibus, quibus etiam alii paſſim abſque ulla utuntur diſcretione & intellectu verè vivido, quis poſſit verum & ſolidum ſibi percipere ſenſum? Non tantum enim non dicunt, quid propriè ſit unum quodque in ſua genuina natura; ſed etiam ſibi ipſis non conſtant ex quot partibus propriè compoſitus homo ſit: tum quoque confundunt mire in ſeſe nomina, quæ eſſentiam verè exprimere & attingere debeant. Quippe *ratio non eſt idem, quod anima; nec ſpiritus idem quod mens; nec mens quod animus, nec animus quod intellectus, &c.* nihilominus ita inter ſe confunduntur, ut nullum fermè diſcrimen in iis appareat, dum Rationis nomen ita generale faciunt, ut contra omnem rationem, animam, ſpiritum, mentem & animum comprehendat; nunc è contra animæ eandem attribuunt amplitudinem, ut cum omnibus participetur animantibus, & tamen ſimul mentem, rationem, ac animum ſpiritumque includat: mox iterum Spiritui has adſignant partes, ut ambitu ſuo generali dicta complectatur reliqua.

Inter omnes ex Plutarcho ſuperius locos adductos, nulla fermè convenientior reperitur locutio, quàm *in lib. de Hom. ex Platone* eam allegavit, ubi ſanguinem Spiritus alimento applicat, & Spiritum pro Animæ habet vehiculo. Etiamſi hanc ſententiam veram & Pythagorę & Platoni non abnegare poſſit; tamen haud obſcurè ſimulat, quaſi ab Homero ſuo ſit mutuata, quùm tamen ex Platonis Scriptis id undique pateat, quod hoc ex Oraculis ſacris & Aegyptiorum præceptis maximè hauſerit, velut & vatibus illis

illis potius credendum eſſe *in epiſt.* 2. affirmat, quæ nec minus *in Phæd. Alcib. & 3. de ll. paſſimque alibi* allegat, utpote, quùm planè idem loquatur, quod *Herm. Triſm. in Pœmandr. cap.* 10. docet, Animæ Spiritum quendam veſtimento mentis adſimilans, quo illa corpori connectatur, ut Spiritus intercedens inter Animam ſive mentem inſtar vinculi ſeſe habeat, quod corpus externum cum anima ſua conſtrictum aut involutum teneat. Inde addit; *Mens eſt propriè quòd hominem appellamus, videlicet animal divinum,* quod cæteris animalibus nullatenus; at diis ſive geniis Cœleſtibus & Angelis ipſis rectiſſimè comparari poteſt, niſi & excellere etiam dicatur. Cælites enim in terram deſcendere non poſſunt, niſi rèlicto cœlo: homo, licet in terra conſiſtat, metitur cœlos. Itaque homo terreſtris, veluti mortalis Deus eſt: Deus cœleſtis, tanquam immortalis homo.

Sic & Plato ξυγγενῆ Θεοῦ affinem Dei & ἀειγενῆ ſempiternam, ac plantam cœleſtem facit; quem ſequitur Cicero *in Tuſc. q. lib.* 1. *de ll. & ſomn. Scip.* ac in nobis Spiritum creatum apertè profitetur, qui immortalis quidem, tamen fragile hoc corpus regat: quem aliàs Seneca partem divini Spiritus vult in nobis, ac Epictetus ἀπόσπασμα Θεοῦ, ramum à Deo avulſum, ſive ſurculum divinum, nec non ſcintillam emicantem à Deo appellat.

Vt pateat inde, quàm longè altiori & diviniori conceptu illi priſci viri, hominis definitionem exprimere voluerint, quàm quod juxta ſtilum noſtri ſeculi barbarum, in quo nos tamen Chriſtianos confiteri ſtudemus tàm jejunè & contumeliosè fermè in animalium rationalium ſaltem conſortium, omiſſa parte principaliori divinitus ex æternitate inſitâ, extrudere non veriti noſtrates hominem fuerint. Miſerior ſanè definitio non potuit dari, Si enim homini

mini tantummodo hoc competat in ſui deſcriptione, quod rationem exerat, certè non multum diſtabit ab animalibus, niſi quod gradus excellentior ei adjudicari poſſit. Proinde vix carnalem definirent hominem, ut *S. Script.* loquitur. An non Chriſti ſanctiſſima merita diviniori cenſenda veniant nobis æſtimio & precio? Pudeat ſanè omnes eos tàm exilis locutionis, quos nec minus mordicus hanc elumbẽ definitionem defendere pudet. Ruborem non levem illi ſupradicti auctores nobis incutiunt. Nec eſt tamen, quod heîc noſtrates ſe excuſare velint, quaſi rationis vocula non ita ſtrictè accipienda ſit in anguſtis iſtis terminis, ut ſaltem ejus natura cum animalibus concurrat, quum longè generalius quid ambitu ſuo exprimat, & importet, quàm cõmunicatio hęc cum animãtibus requirat. Etenim non latius omnis rationis efficacia cũ operationibus ſuis ſe extendit, quàm ad externũ in hoc mundo hominẽ, ſi juſto ſuo uſu & ſignificatione nomen hoc conſtare ſibi debet.

Quid verò externus homo ἔξωθεν ὤν, ſive παλαιὸς ἄνθρωπος in S. Scriptura ſit, & quomodo ab eo contra diſtinguatur, qui ἔσωθεν ὢν eſt, ac καινὸς ὁ κτ᾽ θεὸν κλισθεὶς, novus homo ſecundum Deum creatus; *Eph. 4. & Eph. 3.* nemo noſtrûm ignorat, & publicè notoriũ eſt omnibus, qui modo nõ cum ratione ſua inſanire velint. Quis enim eſt, qui non ſentiat, quod ſpiritus ille, qui ratiocinatur, ex ſenſibus utilitatẽ ſuam capere noſcat? *ut ait Morn. in lib. de Verit. Chr. c.* 14. Nam ubi vitã tum bruto, tum exteriori homini ſuſtuleris, ſublata eſt ratio ſtatim; ſublatus eſt ſenſus, *inquit idem d. l. paulo inferius.* Ita arctiſſima neceſſitate & inevitabili cohęrẽt ſenſus & ratio, ut ab invicẽ abſq; corruptione extrema non queãt ſeparari; velut id quoq; in animãtibus ratiocinativis oculariter apparet, quę etiã in multis cõditionibus exuperare hominẽ videas, ut teſtatur *Plut. in lib. de ſort.*

XXIX. *Quid*

XIX. *Quid audio! An homo cum animalibus rationem ſuam habet communem?*

QVid hoc miraris adeò, quod ipſa animantium natura dictitat? Vide in quanta cœcitate mens ſtra ſit, exclamat meritò *Sen. epiſt.* 120. In quibus nina ſcientiæ ſuæ natura ipſa ſparſit, num illa animalia ratione careant? Quodnam eſt animal, quod n conſervationem ſui intendat, damnumq; evitaaut cavere cupiat? An non exinde ſanitatem ſuam olligit, ac propterea ſeligit, quæ conducant ipſi præ ilibus, quę nocumento id afficiant? Nonnè heîc ſtaim tibi veſtigia rationis & ratiocinationis ejus obvia unt? Ex eo enim quoq; motum ſuum adſumere, fingere & flectere novit, & ſua ſponte hoc vel illud ſuſcipit, confidentiâ naturæ ſuæ nitens? Ideo magnus animus, *ait Sen. in d. epiſt.* Conſcius ſibi melioris naturæ, dat quidem operam, ut in hac ſtatione, qua poſitus eſt, honeſtè ſe atque induſtriè gerat. Prout unum quodque naturæ excęllentia urget; ita & ſtationem ſuam arripit. Interim permitte mihi, *ait Sen. epiſt.* 121, ea, quæ paulo remotiora videntur, excutere.

Quærebamus, *an eſſet omnibus animalibus conſtitutionis ſuæ ſenſus?* Senſum autem eum eſſe ex eo maximè apparet, quod membra aptè & expeditè movent; non aliter, quàm in hoc erudita. Nulli non partium ſuarũ agilitas eſt. Artifex inſtrumenta ſua tractat ex facili. Rector navis, ſcit gubernaculũ flectere: Pictor colores, quos, ad reddendam ſimilitudinem, multos varioſque ante ſe poſuit, celerrimè denotat, & inter ceram opuſque facili vultu ac manu commeat. Sic animal in omnem uſum ſui mobile. Mirari ſolemus ſcenæ peritos, quod in omnem ſignificationem rerum & effectuum paratā illorum eſt manus, & verborum velocitatem geſtus aſſequitur. Quod illis ars præſtat, his natura. Nemo ægrè molitur artus ſuos: nemo

nemo in uſu ſui hæſit. Ad hoc edita protinus faciunt. Cum hac ſcientia prodeunt, inſtituta naſcuntur. Ideò, *inquit*, partes ſuas animalia aptè movebunt; quia ſi aliter moverint, dolorem ſenſura ſunt. Ita, ut vos dicitis, coguntur, metuſq; illa in rectum, non voluntas movet; quod eſt falſum. Tarda enim ſunt, quæ neceſſitate impelluntur. Agilitas ſpontaneus motus eſt. Adeò autem non adigit illa ad hoc doloris timor, ut in naturalem motum etiam dolore prohibente nitantur. Sic infans, qui ſtare meditatur, & ferre ſe adſueſcit, ſimul tentare vires ſuas cœpit, cadit, & cum fletu toties reſurgit, donec ſe, per dolorem, ad id, quod natura poſcit, exercuit, &c. Nullum tormentum ſentit ſupinata teſtudo: Inquieta eſt tamen deſiderio naturalis ſtatus; nec antè deſinit niti, quatere ſe, quàm in pedes conſtitit. Ergo omnibus conſtitutionis ſuæ ſenſus eſt, & inde membrorum tam expedita tractatio: nec ullum majus indicium habemus, cum hac illa ad vivendum venire notitia, quàm quod nullum animal ad uſum ſui rude eſt. Conſtitutio eſt, *inquit*, ut vos dicitis, principale animi quodam modo ſe habens erga corpus. Hoc tam perplexum & ſubtile & vobis quoque vix enarrabile, quomodo infans intelligit? Omnia animalia dialectica naſci oporteret, ut iſtam finitionem magnæ parti togatorum obſcuram intelligant, &c. Præterea ipſam conſtitutionem ſuam craſsè intelligit (animal) & ſummatim & obſcurè. *Nos quoque animum habere non neſcimus: quid ſit animus, ubi ſit, qualis ſit, & unde neſcimus.* Qualis NB. ad nos pervenit animi noſtri ſenſus, quamvis naturam ejus ignoremus, ac ſedem; talis ad omnia animalia conſtitutionis ſuæ ſenſus. Neceſſe eſt enim, id ſentiant, per quod alia quoque ſentiunt. Neceſſe eſt, ſenſum ejus habeant, cui parent, à quo reguntur.

Nemo

Digitized by Google

Nemo non ex nobis intelligit, eſſe aliquid, quod impetus ſuos moveat: quid ſit, illud ignorat. Et conatum ſibi eſſe ſcit; quid ſit, aut unde ſit, neſcit, &c. En luciddiſſimus eſt locus, quem nemo negare auſit, quod non ſufficienter paritas in communi ratione homini & animali ſit demonſtrata. Imò poſſit & hoc ſimul luculentius probari, quòd animalia etiam in plurimis naturę ratiociniis longè exuperent homines, quos longo intervallo à ſe relinquant in actionibus ſuis expeditiſſimis, quas vix homo longo uſu & arte exquiſita imitari aut aſſequi queat, etiamſi labores in habitu adſiduos & velut imperatos talibus negotiis adjiciat.

XXX. *Num igitur ratio in animalibus adhuc eſt ſubtilior & expeditior, quam in homine?*

Optimè ad hanc quæſtionem reſpondet Spineus *in lib. 7. de ambit.* ubi ait: Quando hominem, uti nunc eſt, adſpicimus, & ex horribili lapſu, in quem incidit, cenſere eum judicareque velimus, longè infra alias creaturas erit nobis ponendus. Ac fermè haut novi, num gloriari in hoc poſſimus, quod Iehova creator noſter ſit, quùm adeo impuri penituſque perditi ſimus. Vt ut ſit tamen; ſi abſq; privatis affectibus, rationem & experientiam cotidianam ſecuti, veritatis æqui judices ſine locutionis ambagibus ſimus; non audeamus nos naturæ noſtræ reſpectu, uti nunc eſt, brutis excellentiores in multis pronunciare. Quandoquidem cogimur fateri, in plurimis nos ab illis ſuperari: veluti à columba in ſimplicitate; à formica in diligentia & induſtria; à Ciconia in humanitate; à cane in amore & fidelitate; à bove & aſino in benefactorum grata memoria; ab agno in manſuetudine; à pullis in prompta obedi-

Digitized by Google

obedientia; à leone in magnanimitate; à gallo in vigilantia & liberalitate; à ſerpente in prudentia; ab omnibus denique in ſobrietate & continentia. Ac ut naturæ bonitate ab illis vincimur, ſic malitia & corruptione eadem vincimus. Homo enim crudelior eſt & inſidioſior lupo; callidior vulpe; ſuperbior pavone; voluptuoſior ac ingratior porco, & aſpide venenatior &c.

Iam igitur (*ita pergit in ſequentibus*) gloriemur, quantum libet, *de ratione noſtra, quæ tenebris ſcatet:* jactemus libertatem, ſeu potius licentiam effrænatam voluntatis noſtræ: laudemus erectos vultus; & oculos in capite poſitos, quo longius vanitatem mundanam proſpiciamus, & appetamus: celebremus linguam, quâ ferè ad mendaces ac blaſphemas voces, & obloquendum abutimur: manus in precio habeamus, quas ad cædes & furta adhibemus, tanquam maleficiorum omnium inſtrumenta: chari ſint pedes, qui ad malum velociſſimè currunt: denique omnes reliquas magnifaciamus corporis noſtri partes; quænam eſt earum, quæ non ſub iniquitatis imperio mereat, uti Apoſt. Paulus teſtatur? &c.

Quod ſi ulterius ad aliarum rerum examinationem progrediamur, & quomodo unumquodque animal ſuis naturalibus inventionibus in quovis artificiorum genere incumbat, iterum heic producam Senecam. *d. epiſt.* 121. Non vides, *inquit*, quanta ſubtilitas ſit apibus ad fingenda domicilia? quanta dividui laboris obeundi concordia? Non vides, quàm nulli mortalium imitabilis ſit illa araneæ textura? Quanti operis ſit, fila diſponere? alia in tectum immiſſa firmamenti loco; alia in orbem currentia, ex denſo rara, quæ minora animalia, in quorum perniciem illa tenduntur, velut retibus implicata teneant.

Naſcitur

Digitized by Google

itur ars iſta; non diſcitur. Itaque nullum animal
xero doctius ? Videbis aranearum pares telas,
in favis angulorum omnium foramen. Incertum
x inæquale, quicquid ars tradit: ex æquo venit,
d natura diſtribuit. Hæc nihil magis, quam tute-
ſui, & ejus peritiam tradidit. Ideoque etiam ſi-
l incipiunt & diſcere & vivere, &c. Natura hæc
s contulit, ad permanendum in conciliatione ſui
charitate, &c.

Ecce ita nullum eſt animalculum, quod non indu-
iæ ſuæ vivat deditum, & in ſuum operetur obje-
um non ſine prudentia, quam ipſi indigentia &
onſervatio ſui imponit. Inde ſapientiſſimus rex
nortalium Salomon, *Prov.* 6, 6. *&* 30, 24. Sapien-
iam etiam exiguis animalculis audet adſcribere, ubi
dicit: Quatuor iſta parva, ſunt humilia, tamen ſa-
pientia, apprimè ſapientia. Formicæ populus infir-
mus, quæ comparant æſtate cibum ſuum. Abi ad
formicam, *ait c.* 6, 6. ô piger, & adſpice vias ejus, ac
ſape: quum non ſit illi ductor, moderator, aut do-
minator, comportat per meſſem eſcam ſuam. Mures
montani, populus invalidus, diſponunt in petra do-
mum ſuam: Rex non eſt locuſtis, tamen proce-
dunt confertæ omnes: Aranea manibus prehendit,
quæ eſt in palatiis regalibus. *cap.* 30, 26, 27, 28.

Quid non in Grycetis perſpicacitatis eſt? Quàm
mirabiles & involutas ſtructuras habitationi ſubter-
raneæ Fiber ſive κάστωρ, ſibi conficere novit; ut ab
omni irruptione, poſſit eſſe liber & tutus? An non
& Sciurus, animalculum illud ſylveſtre benè cauda-
tum, accurato artificio navigandi tranſire novit in-
gentes fluvios? Corticem aut ſegmen ligni avellet
arbori, &, ubi impoſuit aquæ, conſcendit navicu-
lam vel cymbulam ſuam, tàm loco remi, quam ve-
li, acatii & ſipari exporrectam caudam ventis com-

 mittens,

Digitized by Google

mittens, cum ſingulari obſervatione tempeſtatis, ut noſcat ad cujus fabri lineam curſum ſuum tutò, juxta intentionem, dirigere poſſit, & debeat. Imò quis auſit avibus pietatem adſcribere? Nihilominus *Reg. Proph. David Pſalm.* 147, 9. pullis corvorum invocationem Dei adſignat, τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, quùm eos corvi ex nido, antequam plumeſcant, abjiciant. Nonnè inde ad confidentiam ſimplicem avium ipſe Chriſtus nos remittit, quod ex hac illis paternam in ſuſtentatione adjiciat curam? *Matth.* 6, *v.* 26. Rectè proinde affirmat Theoph. quod plurimis animantibus nil niſi apta corporis inſtrumenta deeſſe videantur, quibus rationalitates ſuas plenius exprimant. Quod ſi linguis ita articulatim uti valerent, ſæpius ex illis perciperes, quæ ſtupore & pudore confunderent mortales. Vnde & Galenus, licet ſaltem humoriſticam profeſſus ſit diſciplinam in Medicina, nuſpiamque Spirituum veram aſſecutus cognitionem in altiori gradu, non audet animalibus rationem ex cotidiana abnegare experientia, uti ſtatim in exordio *Exhort. ad bon. art.* teſtatur, *inquiens:* Tametſi animalia bruta non habeant illam enunciativam, ſermocinatricemve rationem, qua nos ipſi præditi ſumus; eam tamen, quæ ſecundū animam intelligitur, quam ἐνδιάθετον vocant, hoc eſt rationem intus deliteſcentem, proculdubio nobiſcum omnia habent communem. Nimis craſsè protenus in veſtibulo ſuæ Medicinæ quidem impingit, dum animalibus non tantum animam, ſed etiam iiſdem rationem intellectivam in anima latentem attribuit; quùm tamen homo illud unicè proprium habeat & ſpecificum & immortale eſſe ſui, quo diſtet ab animalibus, quod anima ejus ſit æterna & intellectiva, velut etiam paſſim ſatis incogitanter animantibus animam *in lib. de trib. facult.* adſignat,

at, adeò ut ſimul veri microcoſmi iiſdem con-
mem *lib. 3. de uſu part.* applicet. quæ tamen
iè & propriè in hominis natura effulget om-
erè philoſophantibus; qui verè noſcunt, quam
per animam ſuam ab omni mortalitatis con-
ſit alienus, *ut ait Macrob. l. 2. Sat. c.* 12. An
uno & abſurdo tali inconvenienti, ubi in ip-
cipio fundamentali graviſſimè impingitur, in-
quantur?

ſufficiat heic id nobis, quod rationis exerci-
m etiam in brutis deprehenderit, quùm aliàs
uum diverſitatibus nihil intellexerit; uti pro-
quoque pluſquam improbè & blaſphemè ex
imal rationale & immortale facit, per ſuam
m definitionem *lib. 1. de method. medend.* Ho-
quidem ſupremum animal poſſis appellare,
is rationis externæ regnum ex aſtris includit
ta animalis naturam, ut docet *Theophr. in
und. ſap. & art.* quum ex Spiritu ſydereo ra-
eam habeat, *Id. lib. 2. Phil. ſag.* Aſt de Deo,
rum & omnium rerum cœleſtium ac mun-
m Creator eſt, id affirmare, quod ſit ani-
onale plus quàm impium & ἄτοπον eſt. Vi-
lem ſuæ Medicinæ agat auctorem, quum neſ-
nguere inter regnum minerale, vegetabile &

*An verò non mirum, quod animalia ſua
10 eo uſque progrediantur, ut tam prudenter
exerceant & regant naturam ſuam?*

ulla heic admiratione capi, *ait Theophr. in
. de fund. Sap. & art. pag.* 326. *m.* Namque
n mus tantæ dignitatis & nobilitatis eſt in
natura, quàm tumet ipſus: Si tu aliquid ore,
valeas, non minus hic ſtridenti murritu. At-

que ſi tu quid cibi poſtules, non certè in te Angelus id expetit; Sed animalis tua natura in te; ea hoc requirit. Iam verè tu es animal, atque in hoc loco ejus generis, uti etiam ita omnium animalium conſors. Mus autem non eſt tui generis; Sed tu hujus. Ideoq; non mireris, quod animalia tantæ ſint rationis & prudentiæ: Sed potius hoc mireris, quod eodem modo intellectum foveas, ſicut animal, & brutum es, quum illa imiteris, nec illa tibi ſe adſimilent. Vt rectè percipias; tu æmulus illorum es, non illa te imitantur. Serpens vulneratus ſeipſum curat. Queî ſic? Homo quoque curationem ſuam in herbis quærit & lapidibus. Vnde autem rationem habet & artem? ex animali genere: inde hoc quærit. Quod ſi igitur ſerpens id faciat, nil eſt, quod mireris hoc; quia tu filius in hoc genere es ſerpentis. Parens tuus id facit, atque tu hæres ejus es; idemque ſi præſtas, ſequeris parentem tuum: Serpens doctorem in hoc naturæ agit; atque tu itidem ex animali ratione Doctor tibi es. Verum queî ſerpenti hoc datum eſt, quod talia intelligat? noſcat ſerpentinam, noſcat colubrinam, noſcat conſolidam ſapientiam &c. Tu verò ignoras hoc, niſi id ab eo diſcas? Iam pater ille tuus, animalis eſt mater tua & informatrix. Herba ea non ex te nomen gerit, ſed ab origine verè ſua, ut ſerpentina à ſerpente dicatur. Iam ſi ſerpens ſuum intelligit ſubſidium, & novit herbam · ita quoque in te talis eſt ratio intellectus, quod per Spiritum eundem noſcere debeas, qui ſerpentem inſtruit & docet; ceu eſt animalis ille Spiritus, qui animantium eſt proprius. Ideoque non mireris id in hoc loco, quod ſerpens medicinam ſuam calleat; multò citius hoc intellexit quàm tu; quùm ab eo id didiceris, & inde calleas idem: Namque ex ejus materia naturæ

animalis tu creatus es: unde ambo pares eſtis, &c. Quod ſi igitur hominum animalis ratio, intellectus, ſapientia, prudentia agnoſci debet, quomodo *ſeſe habeat*, ex animalibus ejus eruetur cognitio. Namque illa præfigurant ſe nobis ita, ut monſtrent, *qualis* in illis lateat, talis quoque in hominibus eſt: Simili modo velut Angeli in cœlis hominem in ſua ſapientia repræſentant, & quatuor elementa ejus corpus indicant: ita animale genus ſuam animalem ſapientiam, rationem & artem. Iam vero animalis ratio ex brutis ſumenda eſt, & homini adjicienda, & omnes eorum artes. Cernitis, quod aves *juxta neceſſitatem* ſuam ſibi conficiant nidos: ita quoque animalis ratio eſt in homine, quodcunque *inhabitationem* ſuam ſibi ædificat, & ſimilia. Namque omnia hominis ædificia ex ratione procedunt, veluti bruta faciunt, quæ ex ſemetipſis ædificant: Atque ulterius ſtructura hominis nil aliud eſt, quàm animale ædificium. Sic & ulterius, quodcunque homo *tali* ædificio adjicit, eſt ſeductio animalis rationis; id eſt, idololatricè conficitur, atq; pro veri*tatis jure* cenſetur, quùm tamen ſaltem animale ſit.

Videtis, quomodo pulli à ſuis progenitoribus a*limen*tentur, & ſic ſeniores avium quadrupedumq; enutriunt pullos ſuos. An non hæc animalis ratio & ſapientia præſtat? Ita quoque in homine eadem eſt, & ab animante hæreditatis jure tranſit ad hominem. .c veluti animal unum potiori amore ſuas fovet æ *alio:* Ita quoq; inter mortales unus præ altero agis in hac natura prævalet, magiſque eam ſecum *vet:* Attamen omnes utrinque ſunt animales, nec idquam Angelici ordinis vel æternitatis exprins naturam. Eodem modo, velut amor qui in animantia colitur, ut bini atque bini conjungan- fœminei atq; maſculini ſexus: Ita etiam inter

 morta-

mortales talis viget animalis amor, & animalitatis naturâ hæreditarium id arripitur; proinde nec quid aliud ulterius ab eo, quàm animale præmium, utilitatem, fructum & corpus acquirit. *Amor iſte mortalis eſt, mutabilitati obnoxius; ſaltemque animalem rationem attingit laboremque ejus; ad altiora non exurgit.*

Quod alter alteri affectionem bonam, aut contrariam, hoſtilem, favorem aut adverſitatem invidiamq; &c. præſtat, hoc exoritur ex ratione animali, quùm etiam ipſa animalia eodem utantur proceſſu inter ſeſe, & nunc mutuo favore, nunc invidia & indignatione afficiantur. Atq; uti ſimili modo ſerpens aut bufo in ſua ſe conſervant natura; ita quoque homo: ſicuti iidem inter ſeſe mutuo confodiunt odio adinſtar canum & felium; ſic quoque regiones inter ſe hoc peragunt. Hæc omnia ſolummodo ex ratione animali abſq; altiori animę intellectu proficiſcũtur. Quod ſi canes inter ſe diſſidere & mutuo mordere incipiant, ex invidia, aut aviditate id fit, quod unus id ſolus occupare, devorare cupit, ne alteri quid relinquatur: Ita etiam animalis homo in hoc filius canis exiſtit, non animæ cœleſtis: unde homini innatus hæret talis invidiæ, infidelitatis, perfidiæq; affectus, ut alter alteri nil cupiat relinquere, ſed cuncta ſolus ſibi devorare geſtit. Ac quemadmodum canes ob canem feminam mutuis ſe morſibus divexant, ſic etiam res amatoria caninum laborem inter mortales refert: quia ejuſmodi res omnes ab animantibus mutuantur, nec aliud quid in homine ponunt aut repræſentant.

Aviculæ cantant ſub dio, id animale in iis eſt: homo quoque canit, idque ex eadem præſtat natura. Piſces in undis natant, & ex rapinis ſe ſuſtentant: ita homo in hoc aëre ambiente cum circumambulat, &

ex

ex rapinis ſuis vivit, & iis quæ obvia cotidiè fiant ipſi. Namque hoc omne animale eſt, & animantium natura iis hoc dictitat, in qua homo ejus eſt filius, unde & ipſe ita affectus eſt.

Hic repræſentat aut eſt merops ſive apiaſter, alter graculus, ille milvus, iſte mergus, alius nycticorax, mox alius pica: hic vulpem, ille lupum, alter urſum, leonem, equum aut tragelaphum refert in ſe, & ſic ulterius, ut ita homo in tali ratione nihil aliud ſit quàm animalis natura, quùm ejus proprietatem & eſſentiam intimè ſecum foveat; imò brutorum proprius filius & hæres eſt, unde & hac eorum natura, artibus, aſtutia & ſapientia utitur. *Nec minus quodcunque animantia in ſeſe continent, id ex iis addiſcit, & ex eorum ratione arripit, rationalitateque hac eſt animal, & animaliter agit.*

Vnde quæſo homo artem ſuam ſumit coquinariam, qua multivaria & mira edulia præparare poſſit in culina? Nonne ex ratione animali hoc habet? Omninò certè. Etenim adſpiciat quis genticulam apium, quomodo mel ſuum coquendo præparent & in maturitatem ſuam id redigant. Quiſnam illis talis eſt coquus ſimilis? Nemo certè mortalium in terris. Proinde in hoc pater exuperat filium. Namque apud parentem ſemper ſumma ars manet, & debilitatur in filio: velut pædagogus ſemper intelligentia præſtat & evincit diſcipulum: ſenior omninò ſemper præeminet juniori; atq; ſic deinceps perpetim.

Ita quoque ſe res habet in aliis artibus. Quis lac ex gramine conficere poteſt? Nemo certè niſi vacca. Quiſnam ex lacte carnem conficit? nemo, niſi ubera feminina. Ab utraque parte naturale & animale eſt. Sic omninò perpetim inviſibilis magiſter viſibilem exuperat: atque inviſibilis

ille eſt, qui ita animantia docendo informat, ut hinc unicuique ſua natura, proprietas, & modus maneat. Ex hoco cculto ſpiritu animali accreſcunt aves in ratione ſua, in cantilena, & arte ſua: quod idem quoque præſtat homo iſta virtute. In eo latent omnes cantiones, omnium animantium natura, proprietas, eſſentia, vita & modi. Ac quodcunque ſpiritus in ratione animali exſuſcitat & propellit, illud inde reſultat in homine: Hinc iſte jam eriget ædificium; ille compactorem agit, alter cantorem, alius loquaculum aut Rhetoricum: *Res tamen hæ omnes ad rationem animalem ſpectant, in quibus nihil Angelicum: ſed omnia mortalia & evanida.* Ideoque non verè hominis propria; ſed animalitatis ſigna ſunt manifeſta.

XXXII. *Num bruta animantia hominis naturam ratione exuperant?*

QVemadmodum nunc igitur ratio, ſapientia, ars & ſimilia animalium hæreditario modo ad hominē tranſeunt; ita quoq; ejuſmodi cuncta in homine imbecilliora inveniuntur, quam in animantibus. Quippe brutum quodvis ex ſemetipſo hæc abſque ſcholæ frequentatione diſcit munia; homo verò nullatenus. *Quare autem hoc?* quod in eo omnis natura animalitatis latet. Inde neceſſum eſt, ut una quæpiam talium vis ex omnibus excitetur, pro confuſione evitanda. Namque omnes animalitates latent in homine; ſed non omnia ſimul animalia ſe exerunt, nec agnoſcuntur aut manifeſtantur. Hoc quidem verum, quod mortalium quis vulpinam habeat calliditatem, nec minus & leporinum viſum, deinde etiam lupinam invidiam, atq; ita conſequenter; ſed is tamen ſimultaneè non omnia exerit. Namque

Digitized by Google

i in ſuas ſpecies diſperſa ſunt ſingula; ita quo-
homine ſuum locum inveniunt. Ideoque,
omnes animalitates in homine ſint,neceſſum
na,quæ præ cæteris excellit,excitetur & pro-
r: atque ſic ea prævalens electionem gene-
giſtro docendi. In homine latent omnes a-
nguæ: aſt in homine maximè ſe diſpergendo
unt; unde iſte Germanicam,ille Belgicam,al-
icicam,alius Anglicam callet: quia ex eo eli-
& addiſcuntur. Animal verò quodvis ex ſe-
o addiſcit hæc; ex eo, quod in ſpeciem ipſi
i corpore ejus ſint divisa & appropriata; ita
e hujus ſpeciei ductum ſequuntur. Homo au-
ntummodo unum habet corpus, nec in alias
ſe dividit: Proinde ratio animalis hominem
dividit; ſed neceſſum habet,ut ipſe hanc divi-
exſuſcitet in eo,quod ipſe effundit,ut in infan-
t elici & ita exprimi.

es natare queunt,aves volare, quadrupedes
ire, nunquam ita edocti ſinguli. Iam cujuſ-
e corporeitas eſt,quale corpus non ita geſtat
homo,proinde nec eo modo natare aut vola-
t: ſed corpus ejus,quod fovet, exiguarum eſt
nimalia virium,craſſum ſatis,miſerrimum fer-
inhabiliſſimum:Inde cogitur,ut doceat filium
quomodo poſſit pedibus uti,& poſtea res ob-
diſcere.Nihil ſecum affert, quod manifeſtum
quod ipſe in propatulum edat: hæc culpa in
atem corporis redundat. Animantia autem
viſa in corpore ſuo; volatilia ſingulariter, piſ-
aratim, ſerpentes ſuo modo, locuſtæ diverſi-
&c. Aſt homo in his omnibus ſuos patitur de-
ut ſaltem quodcunq; addiſcat,id norit.Nihil-
s corpus ejus ita diſpoſitum eſt, ut poſſit ta-
liſcere, quadamtenus natare diſcat, ſaltare,

currere, ſerpere, volare quoque. Namq; corpus ita eſt habile, ut poſſit dirigi, ad quævis poſſibilia diſcenda, nec quid omittatur, quùm capacior ſit cunctis aliis ratione animalitatis ſuæ.

XXXIII. *Vnde autem impreßiones tales patitur homo?*

PRoinde nunc ulterius ita eſt homo in parente aut genitore ſuo conſiderandus; nempe in cœlo, in firmamento, & conſtellatione, ex quibus etiam ſic cõpoſitus exſtat. Namq; uti piſcis in aqua & ex aqua gignitur, creſcit, & eſt: Ita firmamentum eſt hominis piſcina, lacus & mare. Iam noſcatis, quod homo ſic quoque ex eo ſuam *animalem rationem* ſimul hauriat. Namq; animale genus quodvis cœlo ſubditum paret; velut homo non minus, quàm animal quodvis: unde ſigna manifeſta, quod homo talia ſecum ſentiat, uti animalia reliqua. Quapropter homo nil aliud cogitet, quàm quod bella ejus, lites, concertationes, ex nullo alio procedant, quàm ex animali natura, quæ ita ex conſtellatione propendent; quia ipſe ex conſtellationum influxu conſtat talis. Inde quoque eſt Mars, & Mercurius, eſt quoque Saturnus, & nec minus vel Luna, aut Iupiter &c. prout prædominationes patent; & adſimilatur iis, uti hic cibum requirit mollem, alter durum, tertius alium &c. Sic quoque appendices Planetarum & conſtellationum ſe dividunt. Cernitis, uti in homine omnia lateant animalia &c. ita etiam ex cœlo influentia ſequitur per talem naturam, quod alius homo galli imitamen habeat: Gallus eſt Martis naturæ, ita & homo Martem agit, ſi ejus eliciatur ſpicies: quippe homo ex cœlis non aliter regitur, quàm animal: velut inde gallus excitatur, ut juſto ſuo tempore cantet ad exſtimula-

zed by Google

mulationem cœli ; ita & homo excitatur, quùm natura galli in eo luceat. Ac ſicuti cœlum concitat lupum ad furandum & ſpoliandum, ita quoque hominem, qui lupi naturam fovet. Iſtæ res ſunt planè animales, velut Cœlum ſolum in animalitatem Dominum ſaltem agit, & eo uſque ejus poteſtatem continet, non verò homini interno imperat. Quod ſi hominem liberalem, beneficum, patientem faciat cœlum, ut dicatur, homo iſte inſtar agni eſt, & ſolis amici ; tunc certè agninam naturam fovet, ſapientiam & intelligentiam candidam, atq; ita eum ſolgubernat in bonitate ſua juxta ovis naturam, *non verè* ut hominem internum. *Etenim animalitas eſt ex conſtellatione :* Proinde ubi ex aſtris eſt compoſita ; ita cum iiſdem judicatur, & ſuam ſortitur dependentiam, & cum iis conjungitur, quouſque ſe animalitas extendit. Qui iracundia fervet, ille rabiem canis habet, non hominis: qui ſanguinolentus eſt necator, urſum repræſentat ; qui furto addictus, ex corvo id habet: qui adulteriis favet, caninus eſt : ſuperbus ex gallo aut equo id gerit, &c. Vnumquodque complexionis vitium ſuam ſtellam concernit. Superbia ſuam ; ſanguinolentia ſuam; adulterium ſuam; infidelitas ſuam; &c. ut cuique ſua ſit appropriatio in animalitate ea. Ita quiſque mortalium etiam juxta animalitatem virtutes nimales ſecum ad nutum ſtellæ ejus fovet. &c.

XXXIV. *Num ita homo juxta rationis animalis virtutes & vitia ritè agnoſci valet ſtellis obnoxius ?*

Atis commodè Theophr. *tract. 3. de invent. art.* ad hæc reſpondet. Quàm homo, *inquit*, ſupra omanimantia animali ratione præditus ſit, ex exlis ipſis, quomodo id ſit, agnoſcitur facilè :

Digitized by Google

XXXV. *An verò homo animalis cum ratione & actionibus ſuis ita expoſitus eſt aſtris, ut neceſſitate ſemper urgeatur fatali quaſi, nec iis ſe ſubducere queat?*

Effugium iſtud perpetuum eſt eorum, qui habitui ſuo naturali omnem adſcribere ſtudent ſapientiam; quique putant, nihil ulterius ſapientiæ dari poſſe in mundo aut homine, niſi ipſorum id dictet habitus juxta putativam rationem rectam. Sed quùm curva & in curvitate ſua corruptiſſima ſit, aſtrorumq; ductus ſequax, inde ſeductioni expoſita variæ manet, ſi in ſuo maneat tenore, uti id ſuperius ſatis explicatum eſt. Non autem ita ſtricte homo obnoxius eſt conſtellationibus & influentiis aſtrorum, ut non confringere eas, aut his ſe ſubducere poſſit, modò velit, & ipſe ſaltem in animæ ſuæ centrum regerere ſe noſcat.

Quomodo hæc autem ſe habeant, nemo rectius quàm Theophr. deſcribit paſſim in ſuis tractatibus, inprimis ejus verba ſunt notabilia, quæ in *Phil. ſag. lib.* 1. *p.* 347. ſic ſe habent: De imagine Dei in homine ſi quid proferre velimus; invenitur heîc, quod homo ſit ſupernaturalis; quia, quantum ad hanc ſpectat, nec elementis, nec ſyderibus ea adſcribitur; quum eſſentia ſit æterna: hoc verò corpus fragile & pulveri ſimile, licet non ceu pulvis appareat, ſed in forma carnis & ſanguinis hominem externum exprimens. Attamen verò, quod ex mundo factum eſt, id pulverem denotat eſtque plane pulvis, quamvis illius formam in adſpectu non repræſentet, ſed ſanguinem & carnem ferat, ac in pulverem redigatur. Vera ſapientia hominis in iſta imagine latet: Aſt animalitatis hoc eſt, quod tranſit; atque ſimul in ſanguine & carne abſconditum jacet; in homine eo, qui quintam eſſen-

eſſentiam refert, & aliis microcoſmus quodammodo *dicitur*, qui eſt filius mundi, qui conſtat ex mundo, inque ſe continet mundum. Ideoque *quod* mundum ſequitur, parentem terrenum ſequitur. Filii hujus mundi qui ſunt manent in mundo, nec quid curant imaginem divi[illegible]m, nec ejus ſapientiam, cui tamen homo unicè incumbere debet.

Iam verò ſapientia Salomonis nobile profert dictum: Vir ſapiens altior aſtris dominatur; id eſt: *Imago hæc* longè exuperat animalitatem. Namque imago animalitatis nil aliud eſt, quàm terreſtris *idea* rationalitatis, quæ perit: Aſt imago Dei nunquam perit; quia ipſe Deus æternus eſt. Itaque hoc modo dictum iſtud intelligite: *Vir ſapiens*, id eſt, *vir ille, qui ex divina vivit ſapientia in imagine ſanctâ; ille aſtralibus & elementaribus corporibus imperat. Verum huic imagini ſatisfacere tenetur homo, in quacunque vitæ via & ambulatione, ut in voluntate & præceptis Iehovæ inveniatur in natura, in obedientia, in ſpiritu divino: unde nullatenus mortalis corporis curam & ſapientiam aut rationem ejus preferet imagini cæleſti æternæ, ne hanc imaginem ob corporis animalis amorem rejiciat; nec idem corpus brutale cum ſua ſapientia habituali loco æterni ſanctuarii cenſeat, aut magnifaciat. Proinde dictum* [illegible]*ud ſapientis hoc inſert, quod quiſque intelligens in* [illegible]*iritu vivere debeat, juxta imaginem Iehovæ, &* [illegible]*n ſecundum mundum. Quod ex terra eſt, edit & bi-* [illegible] *ex terra, ac ſe ſpiritui mundi deſtinat: Qui ex* [illegible]*o eſt, ille mannâ cæleſti ſaturatur unà cum An-* [illegible]*s. Elementa mundi & ſydera ſunt quidem filii hu-* [illegible]*parentes, ex quibus, & in quibus cogitur vivere;* [illegible]*tiam nova generatio in Chriſto non hinc excludi,* *debet, &c.*

Quod

tatis; tincturæ videlicet virtutis ex igne & luce, juxta Patris & Filii proprietatem, involutim in eo ſe inſenſibiliter habebant, tanquam in ſempiternâ & indeſinenti conjunctione cupiditatis, in qua ignea amoris attractio & deſiderium conſiſtebat. Quum verò diabolus proprietatem igneæ quæreret Tincturæ, & falſum ſuum appetitum ei introduceret, ut ignis Tinctura in iſtis proprietatibus æternæ Naturæ ſe in diſtractionem diſſolveret, & unaquæque proprietas ad centrum ſuam in ipſeitatem (ut ita loquar) abiret; unde ſolius ſui ſtudioſa & cupidi abſciſſa voluntas, ac falſa oblectatio ſui exorta eſt, quæ delitioſe ſibi pruriens cupiditas tenebricoſi mundi eſſentiam, tanquam ex terræ eſſentia, in tenebricoſo mundo appetebat probare, atque in ſemetipſa guſtare, quemnam ſaporem referret, ſi malum & bonum, ac quodvis utriuſque in ſemetipſo manifeſtaretur, nempe in inæqualitate extra divinam Vnitatem; hinc falſa ignis cupiditas occludebat proprietatem Tincturæ lucis vanitate introducta ex diaboli cupiditate nec non terreſtri eſurie, quæ vanitatem tenebricoſi mundi in terra & elementis appetebat, ut ita cœleſtis feminea aut vera virginalis vita in lucis ente deleretur. Namque Spiritus ſanctus diſcedebat ex introducta vanitate: unde ſancta Matrix nempe cœleſtis procreatrix patiebatur obtenebrationem, & concipiebat matrem externæ naturæ, videlicet externam naturalem mulierem, vel potius proprietatem mulieris, id eſt regimen in procreatione. Atque ſic Adam in diſtractionem ſeparabilem ſui concidebat, ut in marem & feminam divelli aut dividi cogeretur.

Quùm verò ignea proprietas Tincturæ, quæ jam tantummodo in viro imperium tenet, & Vir inde vocatur propter Patris proprietatem, cauſſa eſſet infectionis venenatæ, ut Veneris tanquam mulieris

aut

aut lucis Tinctura mortificaretur, & nauſeam ſive *faſtidium* oblectationis in muliebrem proprietatem introduceret, ex quo poſtea mulier nempe Heva *ipſius* adeò ardenter malum & bonum appetebat, & terreſtrem eſum tentabat; hinc jam quoque nobis heîc conſiderandum venit, quod etiam illa ignis anima, nimirum virilis Tinctura cogatur rurſus divino amoris igne baptizari, ne illud introductum diaboli & ſerpentis Ens in ſemen virile ita venenatum in mulieris matricem introduceret: Iſtam potius rurſus *divina* amoris Tinctura, ceu cum ſancto amoris Ente, tingi & baptizari oportebat, quod fiebat in *Ente* Fidei, in promiſſo corporato Verbo potentiæ Dei.

Mulier autem, ceu Adami virginitas, jam ex Adami natura & eſſentia in conjugem aut viraginem transformata aut formata erat, atque in eadem manebat ſancta quidem, ſed apud Iehovam obliterata virginitas, nempe amoris & lucis Tinctura: habet *ſe autem* quaſi mortuam & obſcuratam. Quippe externa matrix, nempe ex 4 Elementis conſtans, jam *loco illius* vivebat, & procreatrix erat naturæ talis, quam Adami uti mariti ſemen in ſeſe recipere coge*batur*. In hanc expiratam cæleſtem Tincturam lucis, tanquam in veram ſanctitatis Virginitatem, ſe promittebat & corporaliter æternum Verbum ter nctum potentiæ Dei, quod Adamum in effigiem & maginem Iehovæ crearat, novo fœdere ingerebat , quod vellet diabolo & ſerpentis Enti caput conere, &c.

Quum ita ſe Adam ex harmonia æternæ tempe*tàm miſerè*, ex vita & corpore Paradiſiaco in pro*tatem* inæqualem hujus mundi præcipitaſſet; ſtaibi in imagine Dei diſſimilis redditus & in mon*im* formam, amiſſo corpore Paridiſi cœleſti, hanc

mittens, cum ſingulari obſervatione tempeſtatis, ut noſcat ad cujus fabri lineam curſum ſuum tutò, juxta intentionem, dirigere poſſit, & debeat. Imò quis auſit avibus pietatem adſcribere? Nihilominus *Reg. Proph. David Pſalm.* 147, 9. pullis corvorum invocationem Dei adſignat, τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, quùm eos corvi ex nido, antequam plumeſcant, abjiciant. Nonnè inde ad confidentiam ſimplicem avium ipſe Chriſtus nos remittit, quod ex hac illis paternam in ſuſtentatione adjiciat curam? *Matth.* 6, *v.* 26. Rectè proinde affirmat Theoph. quod plurimis animantibus nil niſi apta corporis inſtrumenta deeſſe videantur, quibus rationalitates ſuas plenius exprimant. Quod ſi linguis ita articulatim uti valerent, ſæpius ex illis perciperes, quæ ſtupore & pudore confunderent mortales. Vnde & Galenus, licet ſaltem humoriſticam profeſſus ſit diſciplinam in Medicina, nuſpiamque Spirituum veram aſſecutus cognitionem in altiori gradu, non audet animalibus rationem ex cotidiana abnegare experientia, uti ſtatim in exordio *Exhort. ad bon. art.* teſtatur, *inquiens:* Tametſi animalia bruta non habeant illam enunciativam, ſermocinatricemve rationem, qua nos ipſi præditi ſumus; eam tamen, quæ ſecundū animam intelligitur, quam ἐνδιάθετον vocant, hoc eſt rationem intus deliteſcentem, proculdubio nobiſcum omnia habent communem. Nimis craſsè protenus in veſtibulo ſuæ Medicinæ quidem impingit, dum animalibus non tantum animam, ſed etiam iiſdem rationem intellectivam in anima latentem attribuit; quùm tamen homo illud unicè proprium habeat & ſpecificum & immortale eſſe ſui, quo diſtet ab animalibus, quod anima ejus ſit æterna & intellectiva, velut etiam paſſim ſatis incogitanter animantibus animam *in lib. de trib. facult.*

adſignat,

it, adeò ut ſimul veri microcoſmi iiſdem con-
nem *lib. 3. de uſu part.* applicet. quæ tamen
è & propriè in hominis natura effulget om-
erè philoſophantibus; qui verè noſcunt, quam
per animam ſuam ab omni mortalitatis con-
ſit alienus, *ut ait Macrob. l. 2. Sat. c.* 12. An
uno & abſurdo tali inconvenienti, ubi in ip-
cipio fundamentali graviſſimè impingitur, in-
quantur?
ſufficiat heic id nobis, quod rationis exerci-
m etiam in brutis deprehenderit, quùm aliàs
uum diverſitatibus nihil intellexerit; uti pro-
quoque pluſquam improbè & blaſphemè ex
imal rationale & immortale facit, per ſuam
m definitionem *lib. 1. de method. medend.* Ho-
quidem ſupremum animal poſſis appellare,
us rationis externæ regnum ex aſtris includit
cta animalis naturam, ut docet *Theophr. in
und. ſap. & art.* quum ex Spiritu ſydereo ra-
eam habeat, *Id. lib. 2. Phil. ſag.* Aſt de Deo,
erum & omnium rerum cœleſtium ac mun-
m Creator eſt, id aſſirmare, quod ſit ani-
ionale plus quàm impium & ἄτοπον eſt. Vi-
lem ſuæ Medicinæ agat auctorem, quum neſ-
inguere inter regnum minerale, vegetabile &

I. *An verò non mirum, quod animalia ſua
ne eo uſque progrediantur, ut tam prudenter
exerceant & regant naturam ſuam?*

i ulla heic admiratione capi, *ait Theophr. in
. de fund. Sap. & art. pag.* 326. *m.* Namque
n mus tantæ dignitatis & nobilitatis eſt in
natura, quàm tumet ipſus: Si tu aliquid ore,
valeas, non minus hic ſtridenti murritu. At-

que ſi tu quid cibi poſtules, non certè in te Angelus id expetit; Sed animalis tua natura in te; ea hoc requirit. Iam verè tu es animal, atque in hoc loco ejus generis, uti etiam ita omnium animalium conſors. Mus autem non eſt tui generis; Sed tu hujus. Ideoq; non mireris, quod animalia tantæ ſint rationis & prudentiæ: Sed potius hoc mireris, quod eodem modo intellectum foveas, ſicut animal, & brutum es, quum illa imiteris, nec illa tibi ſe adſimilent. Vt rectè percipias; tu æmulus illorum es, non illa te imitantur. Serpens vulneratus ſeipſum curat. Queî ſic? Homo quoque curationem ſuam in herbis quærit & lapidibus. Vnde autem rationem habet & artem? ex animali genere: inde hoc quærit. Quod ſi igitur ſerpens id faciat, nil eſt, quod mireris hoc; quia tu filius in hoc genere es ſerpentis. Parens tuus id facit, atque tu hæres ejus es; idemque ſi præſtas, ſequeris parentem tuum: Serpens doctorem in hoc naturæ agit; atque tu itidem ex animali ratione Doctor tibi es. Verum queî ſerpenti hoc datum eſt, quod talia intelligat? noſcat ſerpentinam, noſcat colubrinam, noſcat conſolidam ſapientiam &c. Tu verò ignoras hoc, niſi id ab eo diſcas? Iam pater ille tuus, animalis eſt mater tua & informatrix. Herba ea non ex te nomen gerit, ſed ab origine verè ſua, ut ſerpentina à ſerpente dicatur. Iam ſi ſerpens ſuum intelligit ſubſidium, & novit herbam ita quoque in te talis eſt ratio intellectus, quod per Spiritum eundem noſcere debeas, qui ſerpentem inſtruit & docet; ceu eſt animalis ille Spiritus, qui animantium eſt proprius. Ideoque non mireris id in hoc loco, quod ſerpens medicinam ſuam calleat; multò citius hoc intellexit quàm tu; quùm ab eo id didiceris, & inde calleas idem: Namque ex ejus materia naturæ animalis

animalis tu creatus es: unde ambo pares eſtis, &c. Quod ſi igitur hominum animalis ratio, intellectus, ſapientia, prudentia agnoſci debet, quomodo ſeſe habeat, ex animalibus ejus eruetur cognitio. Namque illa præfigurant ſe nobis ita, ut monſtrent, qualis in illis lateat, talis quoque in hominibus eſt: Simili modo velut Angeli in cœlis hominem in ſua ſapientia repræſentant, & quatuor elementa ejus corpus indicant: ita animale genus ſuam animalem ſapientiam, rationem & artem. Iam vero animalis ratio ex brutis ſumenda eſt, & homini adjicienda, & omnes eorum artes. Cernitis, quod aves juxta neceſſitatem ſuam ſibi conficiant nidos: ita quoque animalis ratio eſt in homine, quodcunque inhabitationem ſuam ſibi ædificat, & ſimilia. Namque omnia hominis ædificia ex ratione procedunt, veluti bruta faciunt, quæ ex ſemetipſis ædificant: Atque ulterius ſtructura hominis nil aliud eſt, quàm animale ædificium. Sic & ulterius, quodcunque homo tali ædificio adjicit, eſt ſeductio animalis rationis; id eſt, idololatricè conficitur, atq; pro veritatis jure cenſetur, quùm tamen ſaltem animale ſit.

Videtis, quomodo pulli à ſuis progenitoribus alimententur, & ſic ſeniores avium quadrupedumq; enutriunt pullos ſuos. An non hæc animalis ratio & ſapientia præſtat? Ita quoque in homine eadem eſt, & ab animante hæreditatis jure tranſit ad hominem. ...c veluti animal unum potiori amore ſuas fovet ...æ alio: Ita quoq; inter mortales unus præ altero ...agis in hac natura prævalet, magiſque eam ſecum ...vet: Attamen omnes utrinque ſunt animales, nec ...idquam Angelici ordinis vel æternitatis exprimens naturam. Eodem modo, velut amor qui in animantia colitur, ut bini atque bini conjungan... fœminei atq; maſculini ſexus: Ita etiam inter

 morta-

mortales talis viget animalis amor, & animalitatis naturâ hæreditarium id arripitur; proinde nec quid aliud ulterius ab eo, quàm animale præmium, utilitatem, fructum & corpus acquirit. *Amor iſte mortalis eſt, mutabilitati obnoxius; ſaltemque animalem rationem attingit laboremque ejus; ad altiora non exurgit.*

Quod alter alteri affectionem bonam, aut contrariam, hoſtilem, favorem aut adverſitatem invidiamq; &c. præſtat, hoc exoritur ex ratione animali, quùm etiam ipſa animalia eodem utantur proceſſu inter ſeſe, & nunc mutuo favore, nunc invidia & indignatione afficiantur. Atq; uti ſimili modo ſerpens aut bufo in ſua ſe conſervant natura; ita quoque homo: ſicuti iidem inter ſeſe mutuo confodiunt odio adinſtar canum & felium; ſic quoque regiones inter ſe hoc peragunt. Hæc omnia ſolummodo ex ratione animali abſq; altiori animę intellectu proficiſcũtur. Quod ſi canes inter ſe diſſidere & mutuo mordere incipiant, ex invidia, aut aviditate id fit, quod unus id ſolus occupare, devorare cupit, ne alteri quid relinquatur: Ita etiam animalis homo in hoc filius canis exiſtit, non animæ cœleſtis: unde homini innatus hæret talis invidiæ, infidelitatis, perfidiæq; affectus, ut alter alteri nil cupiat relinquere, ſed cuncta ſolus ſibi devorare geſtit. Ac quemadmodum canes ob canem feminam mutuis ſe morſibus divexant, ſic etiam res amatoria caninum laborem inter mortales refert: quia ejuſmodi res omnes ab animantibus mutuantur, nec aliud quid in homine ponunt aut repræſentant.

Aviculæ cantant ſub dio, id animale in iis eſt: homo quoque canit, idque ex eadem præſtat natura. Piſces in undis natant, & ex rapinis ſe ſuſtentant: ita homo in hoc aëre ambiente eum circumambulat, &

ex

pinis ſuis vivit, & iis quæ obvia cotidiè fiant. Iamque hoc omne animale eſt, & animantium a iis hoc dictitat, in qua homo ejus eſt filius, & ipſe ita affectus eſt.

: repræſentat aut eſt merops ſive apiaſter, alter lus, ille milvus, iſte mergus, alius nyctico-ıox alius pica: hic vulpem, ille lupum, alter ı, leonem, equum aut tragelaphum refert in ſic ulterius, ut ita homo in tali ratione nihil ſit quàm animalis natura, quùm ejus proprie- & eſſentiam intimè ſecum foveat; imò bru-ı proprius filius & hæres eſt, unde & hac eo-:atura, artibus, aſtutia & ſapientia utitur. *Nec quodcunque animantia in ſeſe continent, id ex iis t, & ex eorum ratione arripit, rationalitateque animal, & animaliter agit.*

ıde quæſo homo artem ſuam ſumit coqui-n, qua multivaria & mira edulia præparare in culina? Nonne ex ratione animali hoc ha-Omninò certè. Etenim adſpiciat quis genticu-pium, quomodo mel ſuum coquendo præ-t & in maturitatem ſuam id redigant. Quiſ-illis talis eſt coquus ſimilis? Nemo certè lium in terris. Proinde in hoc pater exupe-ım. Namque apud parentem ſemper ſumma net, & debilitatur in filio: velut pædagogus r intelligentia præſtat & evincit diſcipulum: omninò ſemper præeminet juniori; atq; ſic ps perpetim.

quoque ſe res habet in aliis artibus. Quis lac mine conficere poteſt? Nemo certè niſi Quiſnam ex lacte carnem conficit? ne-iſi ubera feminina. Ab utraque parte natu-: animale eſt. Sic omninò perpetim inviſi-ıagiſter viſibilem exuperat: atque inviſibilis

Digitized by Google

ille eſt, qui ita animantia docendo informat, ut hinc unicuique ſua natura, proprietas, & modus maneat. Ex hoco cculto ſpiritu animali accreſcunt aves in ratione ſua, in cantilena, & arte ſua: quod idem quoque præſtat homo iſta virtute. In eo latent omnes cantiones, omnium animantium natura, proprietas, eſſentia, vita & modi. Ac quodcunque ſpiritus in ratione animali exſuſcitat & propellit, illud inde reſultat in homine: Hinc iſte jam eriget ædificium; ille compactorem agit, alter cantorem, alius loquaculum aut Rhetoricum: *Res tamen hæ omnes ad rationem animalem ſpectant, in quibus nihil Angelicum: ſed omnia mortalia & evanida.* Ideoque non verè hominis propria; ſed animalitatis ſigna ſunt manifeſta.

XXXII. *Num bruta animantia hominis naturam ratione exuperant?*

QVemadmodum nunc igitur ratio, ſapientia, ars & ſimilia animalium hæreditario modo ad hominē tranſeunt; ita quoq; ejuſmodi cuncta in homine imbecilliora inveniuntur, quam in animantibus. Quippe brutum quodvis ex ſemetipſo hæc abſque ſcholæ frequentatione diſcit munia; homo verò nullatenus. *Quare autem hoc?* quod in eo omnis natura animalitatis latet. Inde neceſſum eſt, ut una quæpiam talium vis ex omnibus excitetur, pro confuſione evitanda. Namque omnes animalitates latent in homine; ſed non omnia ſimul animalia ſe exerunt, nec agnoſcuntur aut manifeſtantur. Hoc quidem verum, quod mortalium quis vulpinam habeat calliditatem, nec minus & leporinum viſum, deinde etiam lupinam invidiam, atq; ita conſequenter; ſed is tamen ſimultaneè non omnia exerit. Namque

i in ſuas ſpecies diſperſa ſunt ſingula; ita quo-
homine ſuum locum inveniunt. Ideoque,
omnes animalitates in homine ſint,neceſſum
ına,quæ præ cæteris excellit,excitetur & pro-
r: atque ſic ea prævalens electionem gene-
ıgiſtro docendi. In homine latent omnes a-
ınguæ: aſt in homine maximè ſe diſpergendo
ıunt; unde iſte Germanicam,ille Belgicam,al-
ncicam,alius Anglicam callet: quia ex eo eli-
r & addiſcuntur. Animal verò quodvis ex ſe-
o addiſcit hæc; ex eo, quod in ſpeciem ipſi
n corpore ejus ſint diviſa & appropriata; ita
e hujus ſpeciei ductum ſequuntur. Homo au-
ntummodo unum habet corpus, nec in alias
ſe dividit: Proinde ratio animalis hominem
dividit; ſed neceſſum habet,ut ipſe hanc divi-
exſuſcitet in eo,quod ipſe effundit,ut in infan-
it elici & ita exprimi.
es natare queunt,aves volare, quadrupedes
are, nunquam ita edocti ſinguli. Iam cujuſ-
ec corporeitas eſt,quale corpus non ita geſtat
homo,proinde nec eo modo natare aut vola-
et: ſed corpus ejus,quod fovet, exiguarum eſt
ınimalia virium,craſſum ſatis,miſerrimum ſer-
inhabiliſſimum:Inde cogitur,ut doceat filium
quomodo poſſit pedibus uti,& poſtea res ob-
ldiſcere.Nihil ſecum affert, quod manifeſtum
i quod ipſe in propatulum edat: hæc culpa in
tatem corporis redundat. Animantia autem
iviſa in corpore ſuo; volatilia ſingulariter, piſ-
ɔaratim, ſerpentes ſuo modo, locuſtæ diverſi-
,&c.Aſt homo in his omnibus ſuos patitur de-
,ut ſaltem quodcunq; addiſcat,id norit.Nihil-
ıs corpus ejus ita diſpoſitum eſt, ut poſſit ta-
diſcere, quadamtenus natare diſcat, ſaltare,

currere, ſerpere, volare quoque. Namq; corpus ita eſt habile, ut poſſit dirigi, ad quævis poſſibilia diſcenda, nec quid omittatur, quùm capacior ſit cunctis aliis ratione animalitatis ſuæ.

XXXIII. *Vnde autem impreßiones tales patitur homo?*

PRoinde nunc ulterius ita eſt homo in parente aut genitore ſuo conſiderandus; nempe in cœlo, in firmamento, & conſtellatione, ex quibus etiam ſic cõpoſitus exſtat. Namq; uti piſcis in aqua & ex aqua gignitur, creſcit, & eſt: Ita firmamentum eſt hominis piſcina, lacus & mare. Iam noſcatis, quod homo ſic quoque ex eo ſuam *animalem rationem* ſimul hauriat. Namq; animale genus quodvis cœlo ſubditum paret; velut homo non minus, quàm animal quodvis: unde ſigna manifeſta, quod homo talia ſecum ſentiat, uti animalia reliqua. Quapropter homo nil aliud cogitet, quàm quod bella ejus, lites, concertationes, ex nullo alio procedant, quàm ex animali natura, quæ ita ex conſtellatione propendent; quia ipſe ex conſtellationum influxu conſtat talis. Inde quoque eſt Mars, & Mercurius, eſt quoque Saturnus, & nec minus vel Luna, aut Iupiter &c. prout prædominationes patent; & adſimilatur iis, uti hic cibum requirit mollem, alter durum, tertius alium &c. Sic quoque appendices Planetarum & conſtellationum ſe dividunt. Cernitis, uti in homine omnia lateant animalia &c. ita etiam ex cœlo influentia ſequitur per talem naturam, quod alius homo galli imitamen habeat: Gallus eſt Martis naturæ, ita & homo Martem agit, ſi ejus eliciatur ſpicies: quippe homo ex cœlis non aliter regitur, quàm animal: velut inde gallus excitatur, ut juſto ſuo tempore cantet ad exſtimula-

tionem cœli; ita & homo excitatur, quùm
a galli in eo luceat. Ac ſicuti cœlum concitat
n ad furandum & ſpoliandum, ita quoque ho-
m, qui lupi naturam fovet. Iſtæ res ſunt pla-
imales, velut Cœlum ſolum in animalitatem
inum ſaltem agit, & eo uſque ejus poteſtatem
ıet, non verò homini interno imperat. Quod
ninem liberalem, beneficum, patientem faciat
n, ut dicatur, homo iſte inſtar agni eſt, & ſo-
ici; tunc certè agninam naturam fovet, ſa-
am & intelligentiam candidam, atq; ita eum
bernat in bonitate ſua juxta ovis naturam,
rerè ut hominem internum. *Etenim animali-*
t ex conſtellatione: Proinde ubi ex aſtris eſt
oſita; ita cum iiſdem judicatur, & ſuam ſor-
dependentiam, & cum iis conjungitur, quo-
ſe animalitas extendit. Qui iracundia fer-
e rabiem canis habet, non hominis: qui ſan-
lentus eſt necator, urſum repræſentat; qui
addictus, ex corvo id habet: qui adulteriis
caninus eſt: ſuperbus ex gallo aut equo id ge-
:. Vnumquodque complexionis vitium ſuam
n concernit. Superbia ſuam; ſanguinolentia
adulterium ſuam; infidelitas ſuam; &c. ut cui-
ıa ſit appropriatio in animalitate ea. Ita quiſ-
ıortalium etiam juxta animalitatem virtutes
les ſecum ad nutum ſtellæ ejus fovet. &c.

XIV. *Num ita homo juxta rationis animalis virtutes & vitia ritè agnoſci valet ſtellis obnoxius?*

s commodè Theophr. *tract.* 3. *de invent. art.* ad
c reſpondet. Quàm homo, *inquit*, ſupra om-
imantia animali ratione præditus ſit, ex ex-
s ipſis, quomodo id ſit, agnoſcitur facilè:

Arripite ad examinandum ex animalibus, quodcunque lubitum fuerit, atque illud benè perſpicite, quaſnam argutias contineat ſecum: velut felis murem tractat; canis induſtriam venatione exerit; ac unumquodque ita animal in natura ſua, prudentia, ſapientia, calliditate, argutiis, aliiſque ſimilibus, nec non artibus ad aratrum eorum, quo victum ſuum quærunt, facientibus excellit. Quod ſi igitur jam talia cuncta rectè perpendatis, invenietis in illis res adeò mirabiles, ut vix homini credibile videatur, quod tale quid ex natura profluat & ejus dictamine, quum tamen nihil aliud ſit, quam ipſa ejus natura. Hinc jam adſpicite hominem; is in talibus rebus ſuperat omnia animantia; ac licet ipſi nihil ſit inſeminatum; tamen lupi, vulpis, lyncis, felis &c. complexionem in ſe continet. Inde ſequitur; ille qui unguibus à tergo quem lædere tentat, felis naturam exerit; alter mordax eſt ex canina indole aut lupina, id eſt talis in ſe geſtat animantis naturam. Iam ſi hoc agat, annon etiam diligentiam ſuam curis impendat argutioribus, ſi cui nocere velit? Item nonne in ſuperbia & fortuna idem tentet? Item in garrulitate noviſque moribus inſtar pſittaci & pavonis? Item nonnè inceſſu quoque jactatione pedum ſingularem fingat modum inſtar equi? Item veſtitu ſe extuberando nonne ſe extollat in caudæ pavonicæ modum? Hæc omnia & ſimilia non ſunt deſuper ex Deo, nec ſe ſeminant juxta ordinationem primitus homini inſitam; ſed ex animali eo, quod homo intus alit: inde excreſcunt. Præſertim quùm ſupremus ſit animantium, imitari maximè cupit animalia; an non omnia in ſui oſtentationem grandiorem extollat, pro lubitu? Ita quoque idem in loquacitate & litterali

eruditione patet &c. Hinc *in tractat. Phil.* . cap. x. ita concludit. Sic omnes ſenſus cum one per aſtra, tanquam per ſuum gubernato- reguntur, qui cuique intellectui imperator us eſt, nimirum homini ut homini; animali ut nanti. Ac quod ad hominem ſpectat, eſt & rceptibilitatis & inperceptibilitatis, quæ in crea- a latet, particeps. Ratio hominis in artibus, imo & ſcientiis, ex ſyderibus profluxum ſuum ibet: Attamen animalis complexio cibo & po- ii dedita eſt, atque ut ſuum perficiat curſum. roinde alium modum ex aſtris mutuatur anima- tas, alium homo ex ſyderibus aſſugit; id eſt ſapientiam mortalem, rationem, artes, & quod- cunque ex lumine naturæ propendet, hoc ex conſtellatione addiſcitur. Verùm imago Ieho- væ non id indeſumit; ſed illa ſpiritui concredita eſt, qui ipſi à Domino datus eſt: Iſte docet homi- nem ſupernaturalia ad æternitatem ſpectantia, qui etiam in ſeparatione maſſæ & Spiritus ad Dominum revertitur: Namque homini quaſi informator & didacticus adeſt, ut hominem ad æternitatem illu- ſtret, &c.

Hæc & talia paſſim in ſuis ſcriptis ſpargit admo- dum ſapienter & operoſe, ut tandem diſcant ho- mines ſaniora ſapere, & non id pro recta habere ra- tione, quod nuſpiam ſuam in anima rectitudi- nem aut locum obtinet; ſed ſaltem in externo ho- mine latet, uti monſtrat *in Frag. ad lib. de fund. Sap. & in Phil. Sag. lib. 1. p. 341.*

XXXV. An

XXXV. *An verò homo animalis cum ratione & actionibus ſuis ita expoſitus eſt aſtris,ut neceſſitate ſemper urgeatur fatali quaſi, nec iis ſe ſubducere queat?*

EFfugium iſtud perpetuum eſt eorum, qui habitui ſuo naturali omnem adſcribere ſtudent ſapientiam; quique putant,nihil ulterius ſapientiæ dari poſſe in mundo aut homine, niſi ipſorum id dictet habitus juxta putativam rationem rectam.Sed quùm curva & in curvitate ſua corruptiſſima ſit, aſtrorumq; ductus ſequax, inde ſeductioni expoſita variæ manet,ſi in ſuo maneat tenore,uti id ſuperius ſatis explicatum eſt.Non autem ita ſtricte homo obnoxius eſt conſtellationibus & influentiis aſtrorum, ut non confringere eas,aut his ſe ſubducere poſſit, modò velit, & ipſe ſaltem in animæ ſuæ centrum regerere ſe noſcat.

Quomodo hæc autem ſe habeant, nemo rectius quàm Theophr. deſcribit paſſim in ſuis tractatibus, inprimis ejus verba ſunt notabilia, quæ in *Phil. ſag. lib.1.p.347.* ſic ſe habent: De imagine Dei in homine ſi quid proferre velimus; invenitur heîc, quod homo ſit ſupernaturalis; quia, quantum ad hanc ſpectat, nec elementis, nec ſyderibus ea adſcribitur; quum eſſentia ſit æterna: hoc verò corpus fragile & pulveri ſimile, licet non ceu pulvis appareat, ſed in forma carnis & ſanguinis hominem externum exprimens. Attamen verò, quod ex mundo factum eſt, id pulverem denotat eſtque plane pulvis, quamvis illius formam in adſpectu non repræſentet, ſed ſanguinem & carnem ferat, ac in pulverem redigatur. Vera ſapientia hominis in iſta imagine latet: Aſt animalitatis hoc eſt, quod tranſit; atque ſimul in ſanguine & carne abſconditum jacet; in homine eo, qui quintam eſſen-

riam refert, & aliis microcoſmus quodammo-dicitur, qui eſt filius mundi, qui conſtat ex do, inque ſe continet mundum. Ideoque d mundum ſequitur, parentem terrenum ſe-tur. Filii hujus mundi qui ſunt manent in ndo, nec quid curant imaginem divinam, nec s ſapientiam, cui tamen homo unicè incumbere et.

Iam verò ſapientia Salomonis nobile profert di-ım: Vir ſapiens altior aſtris dominatur; id eſt: nago hæc longè exuperat animalitatem. Namque nago animalitatis nil aliud eſt, quàm terreſtris dea rationalitatis, quæ perit: Aſt imago Dei nunquam perit; quia ipſe Deus æternus eſt. Ita-que hoc modo dictum iſtud intelligite: *Vir ſapiens*, id eſt, *vir ille, qui ex divina vivit ſapientia in imagine ſanctâ; ille aſtralibus & elementaribus corporibus im-perat. Verum huic imagini ſatisfacere tenetur homo, in quacunque vitæ via & ambulatione, ut in volun-tate & præceptis Iehovæ inveniatur in natura, in obedientia, in ſpiritu divino: unde nullatenus mor-talis corporis curam & ſapientiam aut rationem ejus præferet imagini cœleſti æternæ, ne hanc imaginem ob corporis animalis amorem rejiciat; nec idem corpus brutale cum ſua ſapientia habituali loco æterni ſan-ctuarii cenſeat, aut magnifaciat. Proinde dictum iſtud ſapientis hoc infert, quod quiſque intelligens in ſpiritu vivere debeat, juxta imaginem Iehovæ, & non ſecundum mundum. Quod ex terra eſt, edit & bi-bit ex terra, ac ſe ſpiritui mundi deſtinat: Qui ex cœlo eſt, ille mannâ cœleſti ſaturatur unà cum An-gelis. Elementa mundi & ſydera ſunt quidem filii hu-jus parentes, ex quibus, & in quibus cogitur vivere; ſed etiam nova generatio in Chriſto non hinc excludi, foris debet, &c.*

Quod

Quod etiam enucleatius ponit in antecedentibus iſtius loci, ubi ita ait: Homo duobus ſic incluſus eſt corporibus, viſibili & inviſibili, id eſt, elementari & cœleſti. Idcirco hoc ulterius obſervetur: corpus externum ex elementis compoſitum eſt; ut Spritus in eo rationalis ex aſtris provenit. Iam ex eo ſequitur, quod elementa corpus geſtet, & cœlum ſpiritum hunc ejus: id eſt, quodcunque elementa tractant, ad corporis ſanguinem & carnem ſpectat, quod ex iis conſtat elementis: Quod verò cœlum cœlicè agitat in homine, hoc pertinet ad animum, ſenſus & cogitationes. Porrò ex elementis edit ac potat ille ad ſuſtentationem ſanguinis & carnis. Ex ſyderibus autem edit & haurit cogitationes & ſenſus in ſpiritu ſuo: quippe in corpore habitat ſanguis caroque, in cœlo habitat ſenſus & cogitatio. Sic quinta eſſentia eſt ex duobus corporibus extracta, & uno in corpore coadunita, ut unus ſit homo, nec plures perſonæ in una forma; id eſt, quod mortalium quiſque firmamentalis cœli ſapientiam, rationem, artem, & omnia hæc ex ſydere accipiat; at carnem & ſanguinem ex elementis, *&c.*

Atque propterea, quùm ex mundo ſimus compoſiti, alimenta ſua nobis prębet mundus ceu filiis ſuis: veluti ſimili modo omnes ii, qui renati ſunt in Deo, etiam cibantur & potantur ex eo, ex quo novam generationem induerunt; ita & ſapientia ac intellectu dotantur, uti naturalis homo ex aſtris. *&c.*

Ex his & aliis pluribus ſatis luculenter patet, quouſque influentiæ cœleſtes in corpore humano vires ſuas exerant, & quid non valeat Spiritus ſydereus in ratione externa operari; non tamen ita abſolutè neceſſaria ſunt cuncta, ut fatum cuivis imponant ſuum, modò ipſe homo ſe aſtralibus influentiis ſubducere velit, ut potiorem curam intimius animæ deſtinet, ani-

animalem penitus abjiciendo & exuendo hominem. Sic facilè confringet influxus conſtellationum, & proximorem ſe Deo ſiſtet in humilitate; quod nobis Chriſtianis maximè pateſcit; unde Chriſtus tam amicabiliter omnes ad ſe invitat, *dicens*: Venite ad me omnes, & diſcite ex me, quia ego ſum manſuetus & humilis ex corde; ſic invenietis animæ requiē, &c. *Matth*. 11. Sic propius quiſque ſe Spiritui Chriſti ſiſtet; namque alias, ait *Theophr. in lib. de Phil. invent. art. tract*. 14. Spiritus ſanctus nunquam ingredietur lupum, aut canem, vulpem, lyncem, felem, ſerpentem &c. Ejuſmodi complexiones nobiſcum mortificandæ ſunt prorſus: Si confringere aut diſturbare aſtrorum inclinationem & à capitibus noſtris tanta mala avertere ſtudeamus. Magnam certè præ cunctis mortalibus homo Chriſtianus habet poteſtatem, & libertatis portam ſatis patentem in verbo Chriſti.

XXXVI. *Unde autem hoc eſt, quod homo Spiritui mundi ita ſtrictè ſubjectus hæret in hac mortalitate?*

NOs, qui in Chriſti titulo ſanctè gaudemus, uniceque in eodem exultamus meritò, novimus ex lapſu primi eſſe parentis id noſtri, qui radicem hujus arboris denotat, quod in hanc miſeriam detruſi ſimus tam calamitoſiſſimè. At quomodo ſe res verè habeat, quum indigeat explicatione ſelectiori, jam paucis iſtud, ex *Teut. Myſt. Magn. cap*. 41. *& Teophr.* tanquam verè illuminatis, patebit. Itaque ſic ait *d.* *oc. Teut*.

Adam in creatione efficiebatur eratque imago Dei, ille mas & fœmina erat, nec tamen quid in utroque ita, uti nunc, ante Evam; ſed virgo Viraginis in more ſynceræ proprietatis, plenus caſtitatis & puritatis;

tatis ; tincturæ videlicet virtutis ex igne & luce, juxta Patris & Filii proprietatem, involutim in eo ſe inſenſibiliter habebant, tanquam in ſempiternâ & indeſinenti conjunctione cupiditatis, in qua ignea amoris attractio & deſiderium conſiſtebat. Quum verò diabolus proprietatem igneæ quæreret Tincturæ, & falſum ſuum appetitum ei introduceret, ut ignis Tinctura in iſtis proprietatibus æternæ Naturæ ſe in diſtractionem diſſolveret, & unaquæque proprietas ad centrum ſuam in ipſeitatem (ut ita loquar) abiret ; unde ſolius ſui ſtudioſa & cupidi abſciſſa voluntas, ac falſa oblectatio ſui exorta eſt, quæ delitioſe ſibi pruriens cupiditas tenebricoſi mundi eſſentiam, tanquam ex terræ eſſentia, in tenebricoſo mundo appetebat probare, atque in ſemetipſa guſtare, quemnam ſaporem referret, ſi malum & bonum, ac quodvis utriuſque in ſemetipſo manifeſtaretur, nempe in inæqualitate extra divinam Vnitatem ; hinc falſa ignis cupiditas occludebat proprietatem Tincturæ lucis vanitate introducta ex diaboli cupiditate nec non terreſtri eſurie, quæ vanitatem tenebricoſi mundi in terra & elementis appetebat, ut ita cœleſtis feminea aut vera virginalis vita in lucis ente deleretur. Namque Spiritus ſanctus diſcedebat ex introducta vanitate : unde ſancta Matrix nempe cœleſtis procreatrix patiebatur obtenebrationem, & concipiebat matrem externæ naturæ, videlicet externam naturalem mulierem, vel potius proprietatem mulieris, id eſt regimen in procreatione. Atque ſic Adam in diſtractionem ſeparabilem ſui concidebat, ut in marem & feminam divelli aut dividi cogeretur.

Quùm verò ignea proprietas Tincturæ, quæ jam tantummodo in viro imperium tenet, & Vir inde vocatur propter Patris proprietatem, cauſſa eſſet infectionis venenatæ, ut Veneris tanquam mulieris

aut

aut lucis Tinctura mortificaretur, & nauſeam ſive *faſtidium* oblectationis in muliebrem proprietatem introduceret, ex quo poſtea mulier nempe Heva *ipſius* adeò ardenter malum & bonum appetebat, & terreſtrem eſum tentabat; hinc jam quoque nobis heîc conſiderandum venit, quod etiam illa ignis anima, nimirum virilis Tinctura cogatur rurſus divino amoris igne baptizari, ne illud Introductum diaboli & ſerpentis Ens in ſemen virile ita venenatum in mulieris matricem introduceret: Iſtam potius rur*ſus divina* amoris Tinctura, ceu cum ſancto amoris Ente, tingi & baptizari oportebat, quod fiebat in *Ente Fidei*, in promiſſo corporato Verbo potentiæ Dei.

Mulier autem, ceu Adami virginitas, jam ex Adami natura & eſſentia in conjugem aut viraginem transformata aut formata erat, atque in eadem manebat ſancta quidem, ſed apud Iehovam obliterata virginitas, nempe amoris & lucis Tinctura: habet ſe autem quaſi mortuam & obſcuratam. Quippe externa matrix, nempe ex 4 Elementis conſtans, jam *loco illius vi*vebat, & procreatrix erat naturæ talis, quam Adami uti mariti ſemen in ſeſe recipere coge*batur.* In hanc expiratam cæleſtem Tincturam lu-is, tanquam in veram ſanctitatis Virginitatem, ſe *epromittebat* & corporaliter æternum Verbum ter nctum potentiæ Dei, quod Adamum in effigiem & naginem Iehovæ crearat, novo fœdere ingerebat ı, quod vellet diabolo & ſerpentis Enti caput con-ere, &c.

Quum ita ſe Adam ex harmonia æternæ tempe-i tàm miſerè, ex vita & corpore Paradiſiaco in pro-*tatem* inæqualem hujus mundi præcipitaſſet; ſta-ſibi in imagine Dei diſſimilis redditus & in mon-*ſam* formam, amiſſo corpore Paridiſi cœleſti, hanc

hanc craſſitiei externæ ſubjectam detruſus eſt, ut inde nunc ſubditus Spiritui mundi vivere, ejuſque imperio monſtroſæ & corporalis complexionis miſerè affixus hærere cogatur. Ingens certe miſeria & ſaltus portentoſus, ſe ex æternitate in maximam imò graviſſimam præcipitare corruptibilitatem dubii temporis, & calamitoſæ lubricitatis. In Adamo, ait ille cap. 20. d. lib. Myſt. Mag. omnes latebant magicæ conſtellationes: quia ſexto die in ſexta manifeſtatione Apocalyptica divinorum myſteriorum, tanquam limus omnium eſſentiarum, creatus erat; limus vel ex progenitura, ex qua omnes reliquæ creaturæ conditæ erant, aſtrum omnium aſtrorum: Quippe ille ordinatus erat, ut imperatorem ageret in omnes creaturas totius mundi, in iiſdemque dominaretur nec tamen dominationi ulli, niſi ſolius Iehovæ, ſubeſſet: quia in harmonica æqualitatis eſſentia conſtitutus erat.

Ex lapſu verò omnia aſtra omnium eſſentiarum & creaturarum in homine in diſſolutionem abibant; unumquodque in ſuam ipſeitatem; unde exoriebatur concertatio mutua continui & adverſans in ſe invicem voluntas eſſentiarum, ut una proprietas contra alteram inſurgeret: Itaque etiam confeſtim externus Spiritus ex aſtro externo & 4. Elementis in illis dominationem ſuam arripiebat; ac protenus in amborum corporibus ſe calor & frigus ſe exerebat manifeſtando contraria, & ad id omnium animalium bonorum & malorum proprietates in nervum erumpebant, quæ ante huc abditæ latitabant. Iamque hinc aſtutia ſerpentis & ingenioſitas ſe prodebat in apertum exiliens, & nobilem effigiem Dei deſtruebat, ac juxta terræ limum in animal omnium animantium evadebat; unde jā tot multivariè proprietates in homine apparent, ut hic nunc vulpem, aliū

lupum,

lupum, alter urſum, canem, taurum, felem, equum, *gallum*, porcum, buſonem, ſerpentem, ſcarabæum, œſtrum, locuſtam, culicem, gryllum, tipulam, & in *ſumma*, quot genera multiplicia in terris dantur. Tot quoque proprietates in terreno homine ſunt: quiſque horum quidpiam in ſe continet, juxta prædominationes aſtrales, quæ ejuſmodi proprietates in tempore ſeminis generantis in ſemine conficiunt, propter concurrens dominium & imperium cujuſque ſydereæ conſtellationis, quæ in impreſſione ſui *tunc* prævalet. Quæcunque igitur conſtellatio potentioris vigoris eſt, ea ſuæ libidinis vim effundit in ſe*men*; atque ſi ea tunc ſeminatur, tunc ſtatim talis proprietas in terrena parte hominis expullulaſcit; non quod totus homo talis ſit, ſed in terrena eſſentia ejuſmodi figura cupiditatis exprimitur, & cogitur homo tale ſecum in corpore geſtare animal, quod ad animales proprietates eum exſuſcitat & irritat, non quod in externo talem formam geſtet, ſed in interna *eſſentia* eam foveat.

Iuxta externam figuram manet quidem in prima *effigiatione*, quùm tamen illud animal unicuique ſuam ſignaturam ſimul in externo appenſam adji*ciat*. Si quis hoc curet, facilè inventurus eſt in obſervatione juſta. Eam ob cauſſam Chriſtus Phariſæos ſerpentinum genus appellabat & progeniem viperarum: item alios lupos, vulpes, canes & ſimiles. In terrena enim eſſentia tales intus erant. Hinc nos docebat, quod de novo regenerandi eſſemus, ac animalem hanc proprietatem exuendam eſſe nobis *nonſtra*bat, ut infantibus aſſimilaremus nos; alias on poſſe nos regnum poſſidere Dei. Etenim eſſen*a in* corpore penitus ita ſe habet, unde quoque ſe Format & effingit ſpiritus in interno eſſe, & miſe- Anima in hoc duro denſoque carcere ad hoc putidum

tidum animal alligata & eidem conjugata adhæret, niſi homo denovo regeneretur; in cujus rei fundamentum Iehova circumciſionem in veteri Teſtamento, & in nova baptiſma in Spiritu Chriſti inſtituit.

Heu jam nobis admodum curioſiſſimè conſiderandum venit, quantus terror, tremor, miſeria, anxietas & ultimus cruciatus animi in homine evigilaverit, quum falſitas vitæ & voluntatis ſeſe manifeſtarit in homine, cujus rei effigiem in morte Chriſti cernimus, quùm ille in noſtra humana exſuſcitata proprietate mortem ad crucem confringeret, atque eandem immēſo amore in cœleſti ſuo ſanguine evinceret, quem in eam introducebat effundendo, quum terra quoque ad hanc effuſionem contremiſceret, nempe limus terræ, ex qua Adami eſſentiæ erāt extractæ. Quum jam immenſus amor in humanam terram ſe inſinuaret, in qua ira Dei ob maledictionem ſe vividam & operantem oſtenderat; quūque jam ipſi & mors eſſet ſubeunda, & in aliam originationem tranſmutari; tunc tremore totus obruebatur coràm hoc magno amoris igne, non aliter quàm quùm Adam & Eva in evigilatione ad iram contremiſcerent; unde tremor ita eos occupabat, ut in horto abditiſſimos locos arborum quærerent & occultarent ſeſe.

Namque obſtupefactio iræ in eorum eſſentia exſuſcitata erat & animalem proprietatem agnoſcebant, &c. Ibi tunc, ſic pergit *cap. 23. d. l.* anima monſtroſam imaginem agnovit, & pudore ejus affecta eſt prorſus, quod in tenuiſſimo paradiſiaco corpore tam horrendè crudum animal evigilaſſet, cum tam craſſa carne & oſſibus duris, cum vermiculoſa maſſa animalitatis & inanitatis: unde hoc coram facie Iehovæ occultare ſtuduerunt, & ſe poſt arbores occultare

re non deſierunt. Ita pudor eos, monſtroſa ani
:atis cauſſa obruebat. Quippe ens animale ab
:rat cœleſtis illud limi ens &ſe in victoria ſua
ıerat, quod anteà non agnoverāt. Inde præ pu-
ignominioſo ſui haud noſcebant, quid eſſet a-
ım : Serpentis argutia nolebat heu jam ipſo-
:rimen obtegere ; ſed potius in apertum eos
ahebat judicium, & accuſabat eoſdem convin-
) reos defectionis malignæ & perfidię peſſimę.
ira Dei in iis conſcientiam ſtimulabat ferven-
x tribunali ſuo eos ſiſtebat ſeveriſſimo, ut cri-
ſos hos in tenebroſo abſorberet mundo, ſicut
ıcifero idem obtingebat. Atque iſte locus tunc
ıbi poſteà terra ſub obitu Chriſti contremiſce-
: ſcopuli diſſiliebant, &c.
c eheu! Adam in Paradiſo ſub evigilatione iræ
m Iehova & omnibus ſanctis Angelis in ſum-
gnominia deprehendebatur: Diaboli quoque
imo eum exagitabant ludibrio, quod hæc ima-
ei, quæ illius regium thronum occupare de-
:, in tàm turpiter mōſtroſum animal ſe conver-
&c. Satis ardua & tamen plana eſt hæc locutio
)ſophi iſtius, ac fundamentum tangit ipſum, ne-
ita ante hac cognitum. Quum verò non niſi fi-
cis hæc verè patere poſſint, ſubjungemus heîc
s, quid ante hac Theophr. de eo, non abſimile
)funditate ſua cognitum habuerit, quod nobis
de gener. Stult. expreſſit.

X X V I I. *Quomodo cum hoc prolato Theòph. correſpondet?*

Oc cuique ſit detectum, *inquit*, quod homo
primitus Paradiſo fuerit deſtinatus; atque in ea
integer & caſtus erat creatus, ceu in imagine

Dei inde totaliter effigiatus & formatus exiſtebat, donec Leviathan illum in lapſum detruderet: ibi tunc Adam & Eva libertatē ſuam veram, & eſſentię ſuæ genuinam proprietatem perdebat; atque ſic in mundanum hominem degenerabat, ut viveret mundo, omnibus mundanis rebus oneratus uſque ad mortalitum ultimum. Inde exorta eſt hæc ſequela, ut non amplius exiſterent ii, quam ex paradiſo extruderentur, qui ante hac à principio fuerant: ſed frangibiles, mortales, corruptibiles toti, miſerique homines, qui omnibus erant expoſiti calamitatibus, & pluſquam iis exuperati. Tunc tandem perſentiſcebant, quidnam eſſet mundus; tunc experiebantur Lunæ dominationem, Martis, Saturni, Iovis, Mercurii, & dura ſigna Zodiaci, ac cujuſque ſtellæ in cœlo operationem: Tunc ſimul excipiebant in ſeſe univerſam calamitatem & miſeriam mundi totius, nec non ærumnas hominum, ita ipſi videbant cuinam nunc ſubjecti eſſent, cernebantque, quod corrupta fragilitas ibi adeſſet in formoſitate, in pulchritudine, in amore, ac virtute quavis: cernebant multitudinem morborum in parvulis, variam deformitatem liberorum; multijugas lites, diſſentiones, contrarietates, & inæſtimabiles miſerias.

Quapropter hoc noſcatis, quod homo planè bonus, totus indiviſus, perfectus, juſtus ſit creatus in imagine Dei, nec non caſtus, purus, ſanitatis plenus, lætus in paradiſum introductus: ubi ipſi regio erat in poſſeſſionē attributa omnes plagas mundi exuperantem; in quâ nec mors nec adverſitatis quid loci invenire poterat, nec morboſitas ulla, nec impuritas, nec contrarietas aut ulla adverſitas. Quùm verò ex ea excederent in mundum hunc animalem; non tantum illis aderat ploratus & lacrymoſitas, ſed etiam illis eripiebatur omne, ad quod proprie creati erant,

t,& perdebant omnem perfectionem imaginis Inde exoriebantur ſtatim prædones,necatores, itores, & fures: Quippe evadebant penitus fra- in probitate,integritate, caſtitate,& honeſtate: ant ſimul ſcortatores,aleatores, ſpoliatores; in bus cœci,ſurdi, muti, ſtulti, monſtroſi &c. qui bunt uſque ad finem mundi. Namque mundi rietas & conſtitutio cotidie tales progignit ma- in multitudine: Quæ calamitates adeo certæ , ut nunquam valeant averti &c. Hactenus illi. ed non opus eſt,ut hæc mala pluribus extendan- ſaltem hoc nunc nobis conſiderandum relin- ur,quum in tanta hæreamus involuti pravitate, eceſſum ſit,ut in hac vita nos ad ſanctiora con- amus,quibus mediis ea aſſequamur, & quâ via quibus modis iſta nobis conciliemus & adorne- .

XXVIII. *Quænam igitur ſunt media, quorum djumento ex hac calamitoſa vitæ pravitate eluctari poſſimus, ad feliciorem ſtatum?*

X fine hominis univerſali hoc facilè conſtabit, quibus curis officii nobis ſit incumbendum & ous mediis id adſequamur omne, quod nos ad perducat rectius ſcopum. Hoc cernimus in vis artifice,ut non queat rectè ſollicitus eſſe, de ogitandis & inveniendis inſtrumentis ſuæ artis, ipſi prius verè cõſtet de fine propoſito, cui ea & excogitanda putat. Finis enim inſtar metæ aut nini ſe habet,ad quem curſum, noſtrarum actio- & vitæ dirigere nos oportet: Vnde olim hoc per in proverbio fuit populis,& idiotis etiam, dia invenir i non poſſe, quamdiu ignoretur finis, s gratia inveniri debeant.

ed hoc ſimul obſervandum, ut verum nobis in

omni conamine, non falſum & ſuppoſititium conſtituamus finem. Etenim ſi in hoc à principio aberretur, non poteſt aliter fieri, quàm ut ſimul in cunctis reliquis ſubordinationibus collabaſcat & vacillet intentio. Quomodo enim media poſſint idonea inveniri ad finem obtinendum, ſi de veritate finis non quid certi & firmi nobis conſtet? Quippe nihil ſuſcipitur in omni actione, niſi fiat ad reſpectum ejus, propter quod ſuſceptum eſt; quod tota etiam teſtatur creatura, quæ nullius eſſet uſus, niſi ad finem ſuum rectè eſſet deſtinata, & quidem verum, non fucatum.

XXXIX. *Quis igitur verus eſt finis, ob quem in hunc mundum creatus eſt homo, & unde iſte colligitur?*

SI verum à falſo alicujus rei finem rectè diſcernere velimus, neceſſum eſt, ut is & factoris intentioni & materiæ ſive ſubjecto ipſi ſit genuinè & propriè adæquatus; alias facilè ſubrepet falſitas conceptus alicujus, quod ipſi Adamo ante lapſum ſuum contigit, ſtatim poſt creationem, ut ſupra dictum eſt. Nec enim propterea conditus eſt homo, & in hunc conſtitutus mundum, ut ſibi viveret ſoli, vel anſeres paſceret, aut aratro terram verteret. Quod etiam ex ipſius hominis præſtantia, quàm in mente tulit animæ vnicè, ſed non in communi Spiritus animalis rationaliſvè operatione, adhuc, quantum ipſi in corruptibilitate ſupereſt, fovet, ſatis conſtat, & manifeſtè patet. Quin etiam dignitatem & nobilitatem ejus hoc cõvincit, quod Deus, illo in lucem edito, ab omnibus operibus ſuis conquieverit, nequaquam alias quieturus; ſi excellentior adhuc creatura fuiſſet fabricanda: Ideoque ipſi, ut eſſet eò abſolutior, in perfectione ſua, imaginem ſuiipſius illi

cum

zed by Google

ſpiraculo vitæ impreſſit,ne quid eidem deeſſet,
totius univerſi conſtitutionem in cœlis, &
lo, quaſi in Compendio harmonico referret;
etiam rectiſſimè Microcoſmi nomen ſolus,non
lt Galen.meretur,ut hinc quaſi centrum & pun-
omnium creaturarum determinet. *VVeig. l.* 1.
r. ſui cap. 4.
apropter rectè ſimul triplicitatis ſuæ ideam
mit, ut quaſi ex tribus conſtet partibus, & tri-
n in ſeſe contineat vitam,uti omnes id pridem
ris Philoſophiæ cultores & qui naturæ cogni-
m rectius penetrare noſcunt docuerunt, & u-
iter cum Theodidactis, veriſque S. Scripturæ
retibus conveniunt; licet animalibus illis ra-
liſtis & Babylonicæ turris ædificatoribus cœ-
minimè placeat, quum ne quidem rationis a-
is naturam adſequi queant; nedum quod al-
præter litteralem jactationem in iis ſapere ad-
:runt. Regnum enim ſpiritale qui prorſus igno-
iis ſemper inerrat tenebris, & contentus ſuo
ur habitu imaginativo vivere.
iritus enim ritè dignoſcere, non eſt alterius
ı qui in Spiritu vivit.Etenim ut Sol & quæ ſub
unt,ſine Sole non cernuntur: ita nec Deum,&
Dei ſunt, abſque Dei auxilio animadvertimus
am; quantumvis aut oculorum aut mentis a-
leamus. At ubi Sol illuxit,oculus cernit & diſ-
,quæ non videbat prius, *ait Mol.cap.* 5. *de Ver-*
nde *& Theophr.lib.* 1. *Phil. Sag. p.* 431. ita loqui-
ut homo non ſaltem ex terra & viſibilis eſſet,
tiam ex æterno conſtaret, propterea ipſi Ieho-
iritum vitę inſpiravit; propterea non decet ho-
m animaliter juxta rationem & naturam vive-
od Simia facit; ſed ut homo eſſet juxta æter-
quiſ omnibus imperet & ſuperet omnes,ſecun-

dum hunc competit homini vivere, & incedere, & non ſecundum animalem tranquillitatem quærere ſuam. Namque qui in terrenis quieſcit, ille quærit terrenam habitationem & progerminationem, iiſque ſimilis eſt, qui ventri ſerviunt. At nos effigiem ad Dei imaginem ſortiti ſumus, quæ nos ab animali ratione vult ſeparatos, &c. Ideoque ad quæſtionem eam, quid eſt homo *in lib. de ver. influ. rer. tract.* 1. ſibi ipſi ita reſpondet: Quicquid extra animalia eſt, id verè eſt homo.

X L. *Ex quot ergo partibus conſtat homo in conſtitutione ſui?*

MVlti præter omnem neceſſitatem heic ſe perplexitatibus involvunt ita, ut admodũ acriter de hominis partibus diſputent, dũ alii duas ſaltem, alii tres eſſentiales, hominem conſtituentes, partes adſeverant. Ex nimio altercandi amore & ſtudio uſque adeò ſe invicem mordent, ut meritò pudeat nos heîc ea referre, quæ in talium Scriptis inveniuntur paſſiones extremæ. D. Aug. ex Platone & aliis ſanioribus hominem ex duabus ſubſtantiis, Anima nempe & corpore componit. *in lib. de Eccl. dogm. cap.* 19. Quibus tertiam partem, majoris explicationis gratia, addit *Euſeb. lib. 7. de præpar. Euang. cap.* 4. Spiritum videlicet vitæ, qui virtus quædam eſt, *ait*, quâ terrenum corpus, & quæ ad imaginem Dei creata eſt anima, conjunguntur, atque quaſi vinculo uniuntur. *Theophr. lib. Meteor. cap. 2. inquit:* Homo corpus geſtat grande, & multivarias in eo res: quod verò homo eſt propriè, Anima ejus eſt, eſtque Spiritus, & exiguus eſt. Sic *in Phil. Sag. lib. 2. cap.* 2. hominem ex tribus conſtare adfirmat; nec minus & duas ipſi alibi paſſim attribuit; non quod ſibi contradicat, ſed obſcurè dictum, ut gratiori enucleatione planum faciat. Vti quoque *lib.* 1. *dict. tract. cap.* 2. hominem

Digitized by Google

m mox ex duabus mox ex tribus compoſitum
; inquiens: Iehova ſumpſit limum terræ tan-
ı maſſam, & ex eo hominem formavit, &c. ut
confectus ſit ex cœlo & terra, id eſt, ex ſuperio-
inferiori creatura. Nihilominus in ſequentibus
ıs ita deſcribit per ſuas hominem partes: Poſt-
ı Deus omnes creaturas & Elementa, omnes
s & unum quodque productum creaſſet, ac ſin-
juxta voluntatem ſuam ordinaſſet; tandem ul-
hac forma confecit, ut eſſentiam 4 elemento-
in unam contraxerit maſſam, ſicut & ex aſtris
tiam ſapientiæ, artium & rationis contraxit,
ıe ambas eſſentias in maſſam congeſſit; quam
am S. Scriptura limum terræ vocat: Vnde ſic
. maſſa duo facta ſunt corpora, nempe ſydereum
:mentare: juxta lumen naturæ appellatur
ıtum eſſe, &c. His animam ſi addas, habes ter-
. Ita Deus hominem ex terra creavit, & poſtea
tum ei inflavit per ſpiraculum vitæ; per quem
o idoneus eſt, ut ſurſum inde tendat, ex quo
leſcendit: Id eſt; ex ore Dei proceſſit, ad quem
everti debet.

tque hoc animadvertite ritè: homo aliàs in ſua
ıtia inviſibilis eſt, id eſt, quodcunque homo verè
ſe eſt, illud inviſibile exiſtit; non eo modo, uti
ɔno inviſibile in corpore ſydereo; ſed inde, quod
ıtus ſit à Deo datus inviſibilis & immortalis; ita
viſibile eſt in illo ens ſydereum, &c.

mnes quidem creaturæ, uti piſces, aves, qua-
ɔedes, arbores &c. ſunt duplices, viſibiles & in-
ıles: verum homo epitome omnium eſt, & mi-
:oſmicè cunctas in ſe continet creaturas. Ex ma-
oſmo enim per limum terræ duas accepit par-
it Theodidact. in lib. 1. *cap. de Cog. Su.* videlicet
ilem tactu, & inviſibilem, intangibilem. Priorem

ex elementis fovet; alteram verò ex ſyderibus. Ita homo duos in ſeſe continet Spiritus, unum ex Deo, nempe Animam, & alterum ex mundo, videlicet Spiritum naturæ, aut ſyderum. Homini autem competit ſolummodò ſecundum Spiritum divinum, & non ſecundum Spiritum mundi vivere, quum inde homo animalis efficiatur, qui incapax eſt Verbi Dei, ac proinde mortificandus *Rom.* 8. Ex Spiritu iſto ſydereo in homine ſapientia profluit, & aſtutia &c. Namque hoc omninò ſe habet, *ait Theophr. tract.* 3. *de Lunat.* quod cœlum ſuam habeat rationem, quæ animalis eſt, ad nos tendens, quàm latè tota expanditur terra, non aliter, quàm Sol totam radiis ſuis illuſtrat terram. Ita quoque ſtellæ cum planetis ad nos influunt cum Sole.

Sed uti umbram nobis adverſus Solis æſtum conficere poſſumus; ita ab impetitione earum nos defendere poterimus, & confringere tales operationes, ſi velimus, nos ad Chriſtum in nova regeneratione convertendo. Aliàs Spiritus iſte naturalis in homine planè uniformiter concordat cum Spiritu ſydereo, quum ejus filius ſit ex ipſius firmamento: quum verò homo ſit anima & divinæ auræ particula præditus, meritò pudori ipſi erit, ſi ſe animali Spiritui traderet regendum rationalitate ea.

XLI. *Num verò Anima & Spiritus inter ſe differunt, & unde illud eſt?*

Vocabulum Spiritus τοῦ πνεύματος tantæ amplitudinis & immenſitatis eſt, ut fermè nullum ei in tota rerum viſibilium & inviſibilium univerſitate adæquari valeat. Etenim quid eſt, aut extat in toto ambitu naturæ æternæ & temporalis, quod non ſpiritali fomento ducatur & formetur, imò eſſe ſuum

non inde internum trahat? Sic beneficio ſui
us quidque eſt, quod exiſtit, & in quo ſiſten-
. Spiritus Dei enim in creatione cunctis non
m rebus tot mille variorum generibus & ſpe-
s innumerabilibus ſuum ſuggeſſit actum vivi-
, qui ad conſtitutionem, propagationem &
rvationem cujuſque, ſi vel in minutiſſimis erat
iatus: Sed etiam ipſe Deus Iehova Spiritus di-
Ioh. 4, 24. πνεῦμα ὁ θεὸς, Deus eſt Spiritus.
t & Angelis bonis tribuitur *Hebr.* 1, 14. & malis
h. 12, 43. ipſis etiam animabus hominum *Luc.*
& Actor. 7, 59. δέξαι τὸ πνεῦμά μου, recipe ani-
mam, clamat D. Steph. animam ſuam
væ exſpirans; quod itidem in ipſo Salvatore
o Iheſu legimus *Matth.* 28, 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦ-
miſit Spiritum. *Ioh.* 19, 30. παρέδωκε τὸ πνεῦμα
dit Spiritũ. *Luc.* 23, 46. πάτερ, εἰς χεῖράς σου πα-
θήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Pater, in manus tuas com-
labo Spiritum meum.

ide & in ſac. Litteris huic voci plus quàm 36
icationes attribui invenimus, ſi accuratè om-
ercenſere velimus. Sed tamen, ut huic loco,
c propria eſſentia hominis & ejus genuitate a-
s, juſtam ſuam ſatisfactionem præſtemus, id
detegendum aut tangendum eſt, quidnam il-
timè ſit, quod eundem à reliquorum animã-
vita & natura ſeparando diſtinguat. Anima e-
antæ nobilitatis & excellentiæ ſummæ eſt, ut
antum S. Scriptura per 16 vices ipſi Iehovæ
am adſignet; ſed etiam Deus ipſe ſanctiſſimæ
eritatis eſſentiam aliquoties juramento per a-
m ſuam corroborare voluit, ut habet commu-
erſio *Ierem.* 51, 14. & *Amos* 6, 8. Præterquam
aliàs ferè decem modis in ſancta Scriptura
etur: tamen homini propriè & prærogativè

præ cunctis creaturis atque maxime præ animantibus in excellentiſſima forma competit anima, quum per eam ſuum ſibi ſpecificum eſſe determinet.

Inde etiam *Theophr. lib. 2. Phil. Sag. cap. 1.* rectè hoc vult obſervari, quando dicit: Nunc porrò de generatione animæ ut agam (*quippe aliud eſt anima, & aliud Spiritus*) primò hoc noſcendum eſt, quod inter Animam & Spiritum talis ſit differentia. Si Spiritus carni ſit inditus, tunc non appellatur Anima: id eſt, Spiritus ille, qui poſt formationem hominis illi inſpiratus eſt à Deo, nempe vita, & eſt ſpiraculum vitæ. Iam verò adhuc alius eſt Spiritus, qui eſt naturæ ſive naturalis, qui ſe in homine inſtar animalis habet; at ille Spiritus heic non intelligitur. Iſte enim ſaltem naturalem fomentat vitam, non continet æternam: ſed moritur in naturali corpore, & corruptioni in eodem obnoxius eſt, atque carni naturaliter adnatus hæret. Spiritus autem, qui carni agnatus eſt, vocatur quidem Spiritus, ſed cum eo diſcrimine, quod mortalitati adhæreat: Aſt qui à Deo profluxit, ille æternalis vitæ eſt. Qui ex naturâ naturalis eſt, naturalem geſtat intellectum rationis: Qui ex Deo eſt, ſecum cognitionem divinam importat. Ambo iſti Spiritus deſerunt hominem & ab eo in morte ſecedunt: ſed unus moritur, alter in æternam abit vitam, &c.

XLII. *An non hæc differentia Spirituum in homine adhuc clarius poteſt explicari: & quid inter animam, mentem & Animum interſit?*

Ex his quidem differentia ſatis apparet, nihilominus in *lib. Phil. de nat. pygm. cap. 2.* hoc addit, ut clarius mentem explicet ſuam: Attamen ulterius,

inquit) iſtud intelligendum eſt de Spiritu tali-
nine, (*loquitur de iis Spiritibus, in natura ſepa-
degentibus*) Homo animam habet; Spiritus
Spiritus non habet animam; at homo ex ani-
nſtat, &c. Tantò præſta[illegible]ior eſt homo præ
bus talibus: Ideoque Chriſtus pro iis eſt mor-
qui animam poſſident, *id eſt*, qui ex Adami
gatione prodierunt, &c. Nemo admirationi
ıcat, quod talis ſit creatura. Namque Deus mi-
admirandúſque eſt in ſuis operibus, quæ ſæ-
iirabiliter nobis apparere ſinit, &c. Non tamen
è ejuſmodi res oculis noſtris obviam fiunt:
ı propterea cernimus interdum, ut notæ ſint
, vel in noſtram perveniant notitiam, quod ex-
licet quaſi in ſomno nobis appareant. Magna
pientia Iehovæ impenetrabilis eſt, nec perſcru-
ı eſt, nec perſcrutabilia ſunt mirabilia ejus, &c.
a Deus meus ingentia tua ſunt mirabilia, ex-
at David *Pſal.* 40, 6. Nihil tibi ſimile eſt Mirabi-
nt opera tua. *Pſal.* 139, 14. Quin etiam Verbum
ſum ita diſtinguit inter Spiritum Dei & Spiri-
mundi, qui hominem animalem fovet. Ac licet
piritus hominis noſcat ea, quæ ſunt hominis,
ı ſit in homine; tamen adeò cœcutit circa di-
ıt nequeat prorſus apprehendere, etiamſi om-
uæ ſapientiæ vanæ terminos iis adhibeat: quia
attingit ſpiritualia Spiritus ſancti; ſed ſeculo
manet ita affixus in ſua humanæ ſapientiæ ſto-
ıte, ut verba expreſſa ſe habēt in collatione u-
jue Spiritus & ſapientiâ utriuſque, per totum
.. 1. *Cor.* maximè *v.* 6, 11, 12, 14. Etenim quomo-
ſapientia mundana aliter habere poſſit, quàm
ſit rationis Spiritus in natura corrupta? Verum
eſt, quod *D. Lut. in Tom.* 6. *Germ. p.* 582 habet,
d nulla littera in Sacr. Scriptura fruſtra ſit po-

 ſita.

ſita. Tum D.Paul. hanc locutionem aliquoties repetit, & magna cum ſeveritate ſuis id inculcat auditoribus, ut ritè id addiſcant, quomodo externo & naturali homini ſua προθυμία abneganda ſit, ne ſe ſpiritui mundi quid virium in ſua concedat ſapientia, quùm ſapientiſſimi tales ſemper ſint inimiciſſimi Verbo Dei. *Lut. in Con. dom. p.57.* Quapropter etiam rectè iſtud conſtituimus, licet nullum amplius eſſet ſacræ Scripturæ teſtimonium in his, quod unicum dictum ejus longè valentius conſtaret præ cunctis totius mundi libris, *ut ait D. Lut. Tom.2.Germ. pag.258.* Imo Verbum Dei præſtantia ſua longiſſimè exſuperat omnes Angelos & ſanctos, nec non creaturas certitudine ſua. *Id. Tom. 1. Germ. pag.435.* Inde etiam tantæ puritatis, ut nil ſibi quid detrahi, aut addi patiatur. An non propterea heic exclamem cum eodem pag. 408. ubi aperta mihi adeſt Scriptura neminem curo, etiamſi cœlitus quid alius quis afferat. Sed non minus *D. Paul. 1.Theſſ. 5, 23.* πνεῦμα, ψυχὴν καὶ σῶμα Spiritum, animam & corpus expreſsè diſtinguit; ac vult *ad Eph.4, 16.* ut τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς Spiritu mentis induant novum hominem, quod etiam c.1. 18. ita habet, quùm alias in exemplo ſuo monſtret, quid Spiritus σαρκὸς καὶ διανοιῶν carnis & rationis in ſua præſtet voluntate, *c.2.3.*

Ita etiam Chriſtus ipſe *Matt.16, v.17, 23.* Sapientiam carni & ſanguini adſcribit, in Satana, ex qua Petrus humana ita ſapiebat, ut Chriſtum à ſuo damno retraheret; eam verò cognitionem, qua illum filium Dei viventis pronunciabat, revelationi Patris ſui adſcribit: Ac mandat poſteà, ut ſiquis velit eũ ſequi, & animam ſervare, ſemetipſum abneget, &c. Sed de animæ eſſentia alibi actũ eſt plenius *in Teut. Pſychologia.* Interim tamẽ etiam hoc non eſt prætereundũ, quod νοῦς, διάνοια, νόησις, θυμὸς, καρδία, φρὴν, λογὸς,

φρόνημα

ιμα, &c. Mens, intellectus, ingenium, animus, , ſæpius inter ſe confunduntur, adeo, ut ne qui- certa apud auctores tàm Græcos, quàm Lati- onſtet diſpoſitio, aut talium vocum acceptio: amen ſi rectè inter Animam & Spiritum diffe- ı ſupradicta obſervetur, facilè poterunt hæ po- res voces à ſe invicem diſcerni aut juxta accep- m materiæ ſuæ intelligi.

ıàs enim apud D. Platonem ſummum animæ ım Mens ſortitur, *in Philebo*, quùm etiam mun- :imam, quam alii Spiritum rectius dicunt, attri- ita, ut inde quoque ejus influxionem in cor- umanum ſtatuat, cui deinde in mentis vigore rſpicacia vim primam deputat. σοφία μὴν καὶ ῶυ ψυχῆς ἄνευ οὐκ ἄν ποτε γενοίσθην. Sapientia certè : mens abſque anima nunquam ſunt. Addit ıt explicet, quid mens ſit illi, ὅτι νοῦς ἐστὶ γένους ντων αἰτίου λέγοντος: quod mens ſit progenies cauſſæ, quæ cauſſa omnium dicitur; quo cauſ- mine Deum denotat, uti id in *Epinom.* his ver- :primit; Τῶν ἀγαθῶν αἴτιον ἡμῖν ξυμπάντων, καὶ ῦ μεγίστου &c: ipſum omnium bonorum cauſ- ſſe, imò & maximi boni; ὃς ἀρχήν τε; καὶ τελευ- καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, qui *NB.* (ut ıus, inquit, ſermo teſtatur) principium, media em rerum omnium continet. 4. *de ll.* qui quo- ımnia, quùm nondum extiterit quidquam, fa- :do creavit. *in Polit. cir. fin.* unde & reverenter ndus. *lib. 1. de ll. & lib. 4.* Hinc *Marſ. Ficin. in* ıd *Menon. Plut. ait*, quod prima vis Animæ ſit, cujus actus ſit perpetua contemplatio ve- : Secunda ratio in veritatis inveſtigatione: ı phantaſia &c.

ero inter Latinos maximè ſibi ſelegit nomen , quem facit cœleſtem ex altiſſimo domicilio

 depreſ-

Digitized by Google

depreſſum, & quaſi demerſum in terram, locum divinæ naturæ æternitatique contrarium. de ſeneƈt. *Sic & in 5. Tuſcul. quæſt. ait:* Animus humanus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo; ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. *Id. lib.1. Tuſcul. q.* Animus ſeipſum ſemper movet, atque idcircò non eſt natus, ſed æternus. Nihilominùs iterum invertit hoc in eod. lib. & Animum ad animam vult demiſſum. Mox dubius iterum ſibi factus, in *eod. lib. ait:* Animus ſive anima ſit, id eſt, ſpiritalis & aërius, ſive ignis, divinus eſt. *In 4. Academ.* animum facit mentem ſine corpore ullo. Nec tamen ſic ſibi ſatis conſtat, quùm ruditati obnoxium eum putet; unde *5. Tuſcul. q. inquit:* Animus humanus ſi eſt excultus, & ſi ejus acies ita curata eſt, ut nec cœcetur terroribus, fit perfecta mens, id eſt, abſoluta ratio, quæ eſt idem, quod virtus, &c. Quænam hæc involutio? An perfecta mens, Ratio, & virtus res eædem ſunt? & tamen una exuperat alteram præſtantia? Nimirum ſic vanitas in ſuis ſe intricationum captat retibus. Ita *1. de Divin.* Animi partes conſtituit mentem & rationem: dum interim tamen iterum *3. Tuſcul. quæſt.* Menti totius animi regnum à natura tributum affirmat. Nec veretur inſuper ſimul plus quam 6 aliis ſignificationibus eam infarcire. Alias tamen animum ab aëris intemperie vitiari, dicunt Medici. *Lem. de oc. nat. lib. 2. c. 3.* ſimili modo mirè ludit rationis vocabulo, cui nunc Cicero præſidium omnium deputat. *2. de Natur. deor.* mox illi paritatem cum mente adſcribit, quando *2. de ll.* affirmat, in mundo & mentem & rationem ineſſe; præterquam illas duodecim acceptiones, quas ipſi applicat, variis diſtorqueat figuris, de quibus alias & ſuo loco rectius.

Simili

nili modo multa eſſent de ambiguitate vo- λόγ☉, & ejus latitudine monenda, uti non n apud Platonem in Theæteto triplici uſui ımodatur, ut primum ſit διανοίας ἐν φωνῇ εἴδωλον, tanquam idolum in cogitationis vo- opinionem ſive δόξαν ὥσπερ εἰς κάτοπτρον, ἢ ἐμφανῆ ποιῇ, velut in ſpeculo aut aqua lucen- faciat; ſecundum eſt diſcurſus, quem de- definitio ſequitur; unde & in Philebo ſuo am deducit, quaſi δύναμιν διαλέγεσθαι diſſe- facultatem, cunctis prævalentem, quæ rationi hominis adjudicetur, ſit hinc et- ut pro ratione & ſermone ac verbo accipia- ſicut & λογικὸς *Rom.* 12. v. 1. rationalis & ver- eſt 1. *Petr.* 2, 2. & contra ἄλογ☉ rationis s habetur 2. *Petr.* 2, 12. imò & λογοὶ dicta ıla, aut gerræ apud Plaut. ſunt & Nonium. :ectius hæc ad explicationem commodioris :ejiciendo differimus: Saltem nunc heîc ritè et, quod Sancta Scriptura, potiores nobis s in elocutione ſua & appropriatione vocabu- n ſemper reportet.

:II. *Num verbum Dei hiſce quoque voculis poſterioribus tantam vim in dignitate ſua attribuit?*

Vùm homines ſibi ex ratione ſua perpetim prius magis ſapere, quàm Verbo Dei quid :re firmi velint, fit certè inde, ut ſæpius id ri precio æſtiment, quod vix ad ſtateram m poſſit apponi; unde quoque error er- n ducit, & ex uno alter gignitur ita cre- donec in infinitum præcox falſitatis ſuæ eptus ruat. Si igitur S. Scripturam ſaniori ratione inſpiciamus, profectò nec Mentis,

nc

nec Rationis humanæ, velut nec Animi, multò minus tot numeris innumeris jactatæ glorioſitatis in Recta ratione in genuinis ſuis ſignificationibus tantum tribuitur, quantum cernimus ethnicos in ſtulta ſua cœcitate, & hodie eorum æmulos Rationaliſtas atque Habitualiſtas noſtros feciſſe: quibus ſemper hoc in ore eſt, ad rectam rationem recurrendum eſſe, aut circulum in ipſorum ratiociniis phantaſticis committi, quùm ſine ea nulla verè dari poſſet *NB. erudita Pietas*, niſi ex hoc dictaminis rationalis ſc. habitu profluat.

Verum ritè hoc illis accidit, quod D. Paul. de his ἀνυποτάκτοις, καὶ ματαιολόγοις, καὶ φρεναπάταις intractabilibus, & vaniloquis, & mentium seductoribus aſſeverat, ad *Titum ſuum cap.* 1. *v.* 15. τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν. ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις. Pollutis & infidelibus nihil eſt purum; ſed polluta eſt illorum & mens & conſcientia. Inde etiam hoc ſequitur, quod idem *D. Apoſt. ad Rom.* 1. 28. de ethnicorum ratiocinationibus affirmat ἐμωράνθησαν: quia Deus παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, tradidit eos in reprobam mentem. Imò & ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, excœcavit mentes infidelium. 2. *Cor.* 4, 4. Quarè hoc, ô Dive Paule? Reſpondit idem ſatis liquidè, 2. *Cor.* 10, 5. Quia nolunt eſſe, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα, tales, qui in captivitatem redigant omnes cogitationes, aut mentis ſuæ profanæ conceptus, ut illis adſit καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, & pax illa Dei, quæ exuperat omnem cogitationem, ſeu omnem ingenii humani aciem ὁ ἀναγινώσκων πάντα, νοείτω. Qui legit hæc, conſideret ea, *ait ipſe Chriſtus, Matth.* 24. 15. Proinde, ô homo, quiſquis es, verè cuncta hæc νόει, ἃ λέγω conſidera vel perpende, quæ dico, 2. *Tim.* 2, 7. non ita per rationem cœcam, ἀλλὰ.

ίςτ νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι θεοῦ,
:r fidem intelligimus, perfectum eſſe mun-
Verbo Dei. *Hebr.* 11, 3. velut & Quia, *ait*
h. Tom. 1. *Latin. pag.* 166. Scriptura ſancta
timore & humilitate tractari, & magis ſtu-
e orationis penetrari, quàm acumine inge-
nde fieri non poteſt, *dicente eodem pag.* 464.
e de fide ſcribat, aut recte ſcripta intelligat
qui non ſpiritum ejuſdem, urgentibus tribu-
bus, aliquando guſtaverit; quùm nec ea ritè
ſci poſſit & nobis applicari niſi per eum Spi-
per quem ſcriptum eſt Verbum Dei; affirmat

opterea Chriſtus indurata corda conqueri-
ortalium, id ex *Eſai.* 6. referens, ἵνα μὴ ἴδω-
ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ. ne videant
, & ne intelligant corde, & convertantur,
em eos, *Iohan.* 12, 40. Ματαιότης γὰρ τοῦ νοὸς
ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ. Vanitas enim men-
um facit, quod rationem obtenebratam ha-
, & abalienati ſint à vita Dei, *ait Apoſtolus*
4. 17, 18. Ex quibus jam omnibus clariſſimè
quod mens & ratio, caput ſint nativæ cor-
nis, quodque nihil aliud poſſint præſtare
3, 4. itidem exemplis illuſtravit; Ideoque
pari modo exprimit καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν &
m & rationem, quam *Roman.* 8, 6. Φρόνημα
, quod non tantum in eadem conveniant
a, ſed etiam mortem inducant, quùm car-
ſint in omnibus operationibus ſuis, velut
e ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις inimicos ra-
ſua vocat in operibus malis, qui abalienati
Deo. *Coloſ.* 1, 21. Nec ulterius extollit νοῦν
m quàm ad carnem, quum ei ſua præſtet ſub-
ſidia

ſidia regiminis omni conatu præſtantiæ ſuæ. *Coloſ.*2,18.

Quapropter etiam carnis nomine eas paſſim comprehendit. *Rom.*8,7. *Epheſ.*4,17,18,*&* 2,3. *Col.* 1,21.*&* 2,18.*Tit.*1,15. ut inde conſtet,quod ſaltem ex ſpiritu mundi ſydereo operationes ſuas mutuetur, nec ultra abſque regeneratione Spiritus Dei poſſit exurgere. Quæ etiam cauſſa eſt, quod tàm ſeverè Iehova ipſe prohibeat in Moſe, nequis rationi ſuæ quid confidat. *Deuter.*12,8. Et alibi indicatur. *Deuter.*29, 4. 30, 6. *&* 1.*Reg.*8,58. *Pſalm.* 51,12.*&* 62,10. *&* 94, 11. *&* 119, 18, 34, 36. Ita & Salomon monet *Prover.* 3, 5. inquiens μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ. Ne ſis prudens apud temetipſum. *ibid.*14,12.*&* 16, 9. *Eſa.* 26, 19. *&* 55,1. *&* 60, 2. *Ierem.*13,23. *&* 17, 9. *&* 24, 7. *&* 30, 21. *&* 31, 18, 33. *&* 32, 39. *Hebr.* 8,10.*Ezech.*11, 19. *&* 36, 26. *Oſeæ.* 13, 9. *Hebr.*12, 15, *&* 13, 21. *Iacob.*1, 17, 18. *&* 1. *Petr.* 2, 9. *&* 2. *Petr.* 1, 3. *&* 2, 19.

Quod hactenus de mente & ratione dictum eſt, idem quoque contra Ciceronis opinionem valet in determinatione Animi, quem Græci θυμὸν dicunt, aut καρδίαν; ceu & in *Sac. Scriptura* paſſim καρδία pro animo accipitur, *Pſalm.*55, 5. Animus meus dolet in me, καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί. *ibid. v.*22. *Pſalm.* 57, 8. *&* 58, 3. *&* 61,3. *&* 62, 9. *&* *paſſim Geneſ.*26,35.*Exod.*35,5.*Deuter.*8,2.*&* 11, 18. *&* 17, 17. *&* 18, 22. *&* 21, 14. *Iohan.* 9, 2. *&* 22,22. *&* 23, 14. *Iud.* 16, 15. 18, 20. *&* 19,25. *&* 1.*Reg.*21, 7. Sic & *Proverb.*16. *v.*32.*ait*: κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ. Melior eſt vir longanimis forti & robuſto; ut ita potius affectui cordis adſcribatur, inclinans in fervorem quemdam, *Luc.* 4,28. *Epheſ.*4.31. *Gal.*5, 20. *Hebr.*12,27. unde θυ-

μόομαι

Digitized by Google

excandeſco. *Matt.* 2,16. ἐθυμώθη λίαν excan-
lde.

ıantus igitur abuſus ſit in his locutionibus
erum applicationem, id quilibet facilè per-
ſi ea ſecum ritè examinabit, quæ ſupe-
plicata ſunt. Verbum Dei enim, de nulla
ſollicitum eſt, quam de vera animæ hu-
curatione, ut hominem ſuo priſtino ſtatui
tituat, ne in hac vita propter nimium a-
ı ſui occœcatiſſimum & ignorantiam ve-
in omnibus vitæ actionibus, ex Iehovæ
excidat, & temporalis malitiæ cauſſa æter-
n amittat: qui ſcopus eſt ſummus.

uare tam fideli informatione ſemper nobis
um & ejus actiones ad imitationem noſtram
m monſtrat & ob oculos ponit. Homo e-
anima ſolus præ cunctis animantibus æter-
m ſibi acquirit, ut rectè ubique id inculcat
us ille Phil. Theophr. & alii Theoſophi *cum*
Agrip. quando propriè de hac re loquitur.
ui omnes acerrima hominem afficiunt incu-
qui illud, quod cum brutis commune ha-
s, tam operoſe extollere in viribus ſtultæ
ıis non verentur, ut eam inde eliciant ſa-
am, quæ carnis eſt, & mortem inducit, *ut*
. *Paulus.* Laudabilis eſt verò mos & locu-
ermanorum meorum, qui vocabulum Seel/
animam exprimunt, nulli alii animanti
homini in ſpecificatione ſua appropriatum
ıt.

XLIV. *Quid*

XLIV. *Quid igitur de illis ſtatuendum eſt Philoſophis, qui animam omnibus viventibus & ſpirantibus creaturis attribuunt, abſque ulla diſcretione?*

QVI in ipſum naturæ principium impingit, ille nullo non vacat errore. Sic iſti quoque ſatis egregiè oſtendunt Philoſophi, quàm inanes ſint in omni rerum cognitione qui ſaltem ex opinionibus ſuis aut aliorum auctoritate pendent. Nec mirum, quùm potius litterali habitui ſuo incompacta lingua adhæreant, eidemque quaſi Deo ſuo litare, aut hecatomben ſolvere, quàm veritati locum quempiam cœleſtique Verbo cedere ſecum ſtudeant.

Supra oſtenſum eſt, quod anima verè ſit ſpecificum hominis, quæ ipſum æternat, quùm ex Deo ejus imaginem referat etiam in hoc, quod supereſt. Quapropter hanc animam, quam nobis Deus dedit, reddere eidem tenemur. Etenim ea eſt præcioſiſſimus theſaurus, imò longè precioſior, quàm cœlum & terra, *ut ait Arnd. in conc.* 18. *Paſſ.* quùm Chriſtus pro ea mortuus ſit. Non illa noſtra eſt, ſed tota Chriſti, qui tàm caro lytro eam redemit & recuperavit ſibi. Num igitur hoc inæſtimabile Iehovæ donum poſſit participari aut communicari ritè citra abuſum aut aliquem tropum cum animantibus? Nimirum ut tres ſuas facultates, quas inſeparabiles fruſtrà in anima ſtatuunt, ſalvare in phantaſticis ſuis poſſint opinionibus, ideò etiam inferiores animantibus quaſi in gradibus adſcribere contra S. Scripturæ apertum teſtimonium non verentur. Ecce enim, quomodo Iehova ſummè unicus ille Deus noſter hominem mirabiliter confecerit, & eidem ſpiraculum vitæ inſpirarit. Expedit igitur rem nonnihil penitius introſpicere, uti id non abſque divina inſti-

gatione

Digitized by Google

gatione prę́ſcripſit Theoſophus quidam, cui paulum nos attentius accommodabimus:

Sextus dies, *ait Teut. noſt. Myſt. Mag. cap. 15.* in creatione eſt dies Veneris, in quo Venus primam diei horam regendo obtinebat, quod nobis ordinatio graduum indicat, quando æternum proferens Verbum cum natura per tempus ſe conjunxerat, ubi ſpiritus 6 proprietates naturæ in 6 gradus ſive dies ſe eduxerat, & tamen omnes in ſeptimum ingeſſerat, tanquam in locum quietis, in quo operationi ſuæ vacare debebat, cum indicatione, quod omne illud, quodcunque in operationem eſſent deducturæ & manifeſtaturæ ex mirabilibus æternæ ſapientiæ, eſſet in unum rurſus abiturum tanquam in quietem ſuam; atque hæc eſt ſeptima proprietas, nempe habitaculum operantis vitæ, in quo velut in figura conſpicibilitatis ſummæ majeſtatis Dei ſubſiſtere deberet.

Quùm itaq; Iehova 5 diebus Naturam per 5 proprietates ſive gradus eduxiſſet tanquam in 5 ſydera, licet non ita ſydera ſint, quùm potius fons originalis aſtralis proprietatis &c. tunc 6 die ex Ioviali proprietate, velut ex 5 ſyderibus ſextum eduxit, nempe ex Ioviali virtute igneam amoris cupiditatem, quâ ille per omnia ſydera gubernationem ſuam exereret; unde quælibet vita deſiderio & appetitu ſui ſimilis excitata eſt, ut eam affectaret creaturam, qualem cujuſque vita in ſeſe continet. Quælibet vita in hac Veneris proprietate tale ſibi progenerare cupit, uti in ſeſe exſtat: unde potentiſſima imaginatio, & ignea cupiditas exurgit, quod omnes proprietates iterum in unam tendant, vel in fontem originalem ſuum, ex quo egreſſæ ſunt: quia in eo illis datum eſt ſui ſimile ex ſeſe procreare.

Quùm igitur jam Iehova hunc igneum amoris appeti-

appetitum ex centro per omnes proprietates eduxiſſet; inde Natura nunc in hac amoris proprietate fervebat, ut Dei expeteret ſimilitudinem, tanquam effigiem juxta & in ſancta amoris cupiditate & ejus progeneratione, ut ſanctum hoc ſydus in amoris cupiditate: etiam creaturaliter & vividè adeſſet: Atque quùm hæc amoris cupiditas aut ardor ex omnibus naturæ proprietatibus, cœlorumque, velut ex Verbo Fiat, in quo omnes creaturæ ab æterno uſq; in Myſterio abſconditæ jacuerunt, educta eſſet, ac in diviſionem ceu ſingularem gradum abiiſſet: Iam deſideranter expetebat hæc proprietas Imaginem omnium graduum ſive proprietatum conſtituere, ut eſſet viva, intelligens, & ſapiens imago ſecundum manifeſtationem manifeſtatæ imaginis. Atque tunc Verbum loquens efferebat in Verbo Fiat: *Faciamus nos homines*: id eſt, *ex factione omnium eſſentiarum & omnium virtutum proprietatibus & ſyderum : limum nempe ex omnibus eſſentiis appetebat amoris cupiditas, ut eſſet ſibi viva imago.* Imago, *ait Iehova*, quod nobis ſit ſimilis; atque iſtæ imperabunt piſcibus maris, & avibus ſub cœlo, & animantibus, omnique terræ, & omnibus vermibus in terra repentibus. Hæc ita ſunt ritè accipienda: Sexta Naturæ proprietas, nempe amoris cupiditas progenerata erat, vel enumerata ſive exſpirata, & appetibilis vita in exultatione velut in lumine naturæ extabat; hæc verò non ipſius erat limus; attamen appetitus erat limi. Namque pronunciatum Verbum ſonabile in ea vegetum erat, velut intelligens vita. Iehova in eo manifeſtus erat. Atque hoc Verbum manifeſtatum Dei appetebat limum ex terra & omnium creaturarum eſſentiis, ex omnibus aſtris gradibuſque ad ſe pro corpore attrahere. Proinde dicebat Deus:

Imago

o ſit, quod dominetur piſcibus, avibus, animan-, vermibus & terræ, etiam omnium ſtellarum eſ-e.

uod ſi igitur in cuncta hæc dominationem ex-ere deberet; ex iiſdem cogeretur eſſe compo- Quippe unuſquiſque ſpiritus ſuæ matri impe-ex qua exortus eſt, & etiam ex ejus vita vi-Sed hæc amoris cupiditas heîc in pronuncia-erbo ritè intelligenda eſt: Verbum iſtud pro-n omnium cœlorum, id eſt omnium Entium proprietatum cupiditatem continebat in hac :re, velut interni ſpiritualis cœli, quòd refert n potentiæ Dei, & externi creati cœli, cum ; omnium ſtellarum, & elementorum, non ta-ſubſtantialiter, ſed tanquam ſpiritualem cupi-em: atque iſtæ proprietates expetebant in ſpi-li cupiditate eſſentialiter adeſſe. Ideoq; textus s id clarè ſatis exprimit, ubi ait: *& Iehova at hominem in imaginem ſuam; in imaginem creabat illum.* Per creationem intelligitur *cor-*quod duplex eſt; nempe *ſpirituale & corporale.* ı Veneris cupiditas refert ſpirituale corpus; ac l in Fiat cupiditati ſpiritualis corporis attraxit, ırnale corpus efficit. Verbum fiat eam in ualem hominem figuravit ex tribus Principiis : videlicet juxta internum divinum mundum, gneum quàm luminarem, & externum mun-: *Spirituale verò corpus eſt imago Dei, cui eſſentiam eſſentiarum omnium indidit, adſociando e cœleſtem ſanctam amoris corporalitatem & re-rum elementorum cum viſibili conſtellatione 3 :ipii.*

ternus homo ſanctiſſimus in Iehovæ erat cœlo, :ternus erat in externo cœlo limus cœlorum ım. Quare perquam benè loquitur Moſes, quod

Deus

Deus hominem in ſua imagine crearit imaginem ; quum ab æterno in Myſterio ſapientiæ, ceu ſydus Magicæ virtutis à Spiritu Dei ejus eſſentiæ agnitus eſſet. Atque ita ex interna creatione factus eſt homo vera cœleſtis imago, & ſancta ex omnibus proprietatibus Angelici divini mundi : corpus internum ex æterno Elemento, ex quo 4 Elementa exorta ſunt, conſtat, externum verò ex hoc externo mundo cum ſtellis, igne, aëre, aqua & terra, necnon externa Tinctura, quæ interno ſancto Verbo annexa eſt ac ſaltem per Principium diſcernitur ; nempe ubi interna externam ex ſe progenerat vitam. Interna vita ſancta eſt, & externa quoque in Tinctura ſancta eſſet, niſi maledictio, ob excitatam vanitatem, ſe inſinuaſſet illi : attamen ſi vanitas ab ea ſeparari valet ſancta redditur & fit Paradiſus, quod in fine mundi patebit.

XLV. *Quid verò eſt ſpiraculum vitæ in homine?*

INterim Moſes ulterius ait. Iehova homini inſpirabat ſpiraculum vitæ, & ſic homo fiebat anima vivens : id ſignificat vivum loquentem intelligentem Spiritum ex omnibus 3 Principiis &c. Internus igneus halitus eſt vera æterna creaturata anima; & lucis anhelitus eſt verus intellectualis ſpiritus animæ, in qua eſt eadem Angelus : aſt externus auræ halitus eſt rationis anima in creſcente animali vita, quâ homo dominationem ſuam in omnes creaturas agit hujus mundi : Hæc eſt unica anima in 3 Principiis ſecundum ſimilitudinem Dei, uti unicus intellectus inpenetrabilis divinitatis in tribus Principiis ſe manifeſtavit &c. Corpus eſt limus omnium eſſentiarum, & anima eſt pronunciatum Verbum &c. ut ita anima in tribus regnis veræ vitæ & intellectus conſiſtat.

Primum regnum denotat æternam naturam, nempe rebus forte æternitatis igneæ &c. Secundum eſt ſanctus lucis mundus, qui veram manifeſtationem Deitatis exprimit &c. Tertium regnum eſt externum aſtrale cum elementis, in quo quinque externa aſtra regnant, uti ſuperiora & quatuor inferiora elementa, ex quibus quinque ſenſus exoriuntur, quæ anmialem rationem exerunt &c.

Totus homo cum corpore & anima triplex eſt, & tamen unicus homo: corpus quoque conſtat ex triplici eſſentia, ac anima ex triplici proprietate ſpiritus. Exemplum cernitur in igne, luce & aëre &c. Corpus igneum, eſt æternum magicum aſtrum magni Myſterii, ex quo æternum aſtrum prodiit: In igneo ſpirituali corpore, habitat igneus ſpiritus, nempe ignea anima; & in lucis corpore ex ſancto elemento, uti ex cœleſti vera imagine, qui viget in ſpirituali ſulphure, Mercurio & ſale, habitat ſancta anima, quæ templum Dei exhibet: ac in externo corpore, qui limum terræ & reliquorum elementorum exprimit in externis aſtris quinque ſenſuum, habitat externa anima rationis. Vnaquæque anima proprietatem quoque corporis fovet, quæ etiam cœlum magicæ conſtellationis vocari poteſt. &c.

Si imaginem Dei conſideremus, quam Deus in Paradiſum conſtituit ad vitam incorruptibilem, non poterimus de externa imagine carnali quid proferre, quod terrena hæc vanitas imago Dei ſit, quæ ſanctum mundum poſſidere queat: quia non ejus eſt eſſentiæ, de qua Chriſtus *Iohan.* 6. loquitur: Spiritus eſt vita; caro nihil prodeſt. *Item* caro & ſanguis non erit hæres regni cœlorum; quum tamen verum corpus in hac corpo-

ralis craſſitiei proprietate lateat, ceu aurum in craſſis lapidibus, &c. hactenus ille.

XLVI. *Animus autem unde dicitur?*

QVod ſi ita diſtinctè animæ conſideratio in homine accipiatur, non poterit reliquis animantibus directo applicari. Proinde rectè illi faciunt, qui animæ derivationem ex reſpectu efficacis & vividæ ſuæ operationis, juxta latinitatem cum D. Auguſt. *tom. 3. lib. de dogm. Eccleſ. cap. 20. pag. 198. Item lib. de ſpirit. & anim. cap. 9.* pro eo habent, ut inde nomen ſuum ſortiatur, genuinum, quod ad vivendum vel vivificandum corpus in ſeſe cum fortitudine excellentis ſui ſpiritus animet; ut non ſaltem à reſpirandi effectu & poteſtate ſit deſignandum; quemadmodum communis ferè plurium fert opinio, qui ita longè uſque ex Græcia Animæ ſonum ſibi poſtulant, quaſi ab ἄω à ſono ſpirandi ſit; unde deducatur ἄνεμος, ventus, quaſi fiat animus & inde demum Anima, ceu ab Hero, hera; dominus, domina &c. *Becm. de Orig. voc. l. A.*

Quod ſi tam latè Animæ acceptio excurreret, non iniquè *Plaut.* & puteo *in Amph.* & ciſtæ aut crumenæ *in Truc.* eam, ac animam uxoris fœtidam *in Aſin. & Bacch.* applicaſſet. Aſt ſi propterea maximè animæ vocabulum animalibus adhibitum velint, quod ſpiritus cauſſa in iis exiſtat, quæ vitam largiatur & porrigat, ut geminæ illi creſcendi ſentiendique naturæ inſerviat, ut *ait Macrob. lib. 1. ſom. Scip. cap. 14.* locutio talis faciliorem generis quaſi ſuo in hoc excuſationem inveniet. Inanimum eſt enim omne, quod pulſu agitatur externo, *Macrob. lib. 2. cap. 13. in Somn. Scipion.* quùm aliàs quoque multa conſpiciamus αὐτόματα, & animantia

talia, quæ ſpontè nulloque ſemine aut animali ngreſſu & concubitu enaſcantur; quod experitia teſtatur, ejuſmodi exurgere ex humore, quem cumfuſus aëris calor ſpiritu vitaque imbuat, ut ſerit *Lemn. de occ. nat. lib. 2. cap. 40.* Verum eſt oc quidem, quod omnia mundi hujus creata à ımmo uſque ad imum in minutiſſimis meando, *ut it Macrob. d. l. 1. cap. 14.* ſe continuis ſucceſſionibus er ordinem ſequantur, & ubique harmonia ineffabilis deprehendatur, ut inveniatur preſſius intuenti à ſummo Deo uſq; ad ultimam rerum fæcem, unà ſe mutuis vinculis religans, & nuſquam interrupta connexio: ſed tamen animæ humanæ, ſic propriè acceptæ, manet ſuæ peculiaris ſtatus eſſentiæ in eo, quod immortalitate donata à Deo ſit juxta divinam figuram, ut etiam quaſi deificetur in nova creatura nobis à Chriſto addita, ex quo Deum eam eſſe clareſcat, ſi ita cum *Macrob. d. l. 2. cap. 12.* loqui liceat. Proinde corruit eorum opinio, qui aſſerunt ex ſummo Deo mentem eſſe, & ex mente poſtea animam exurgere; licet etiam alii mentem animi oculum faciant; tamen ſupra dictum eſt, quid propriè & mens & animus denotet, quum & ipſum animum animatum eſſe deceat, ſi quis velit largus & munificus eſſe, *juxta Plaut. in Monæch.*

XLVII. *Animæ verò unde nomen eſt?*

ITa quoque nec Græci Philoſophi ψυχὴν ἀπὸ τοῦ ψύχεος juxta ſignificationem propriam ejus rectè vocarunt, ut refrigerationem corporis quaſi ψύξιν determinet, quod calori noſtro refrigerium in reſpiratione addere non deſinat juxta medicorum ſententiam; quùm tamen conſtet animam igneæ & lucidæ eſſe eſſentię, ac naturæ, ac potius corporis ψῦχος ſive frigus ſuo calore fomẽtet ac in harmonicã com-

 plexio-

cum ſin
prorſus
mum p
ritas am
affinior
centi. H
Roterod.
grato
Deus i
que pr
confid
laris ,
cuivis
etiam
Quid
dion
menta
Lingua
raphra
rela Pa
tur ſcri
cibiadi
nem ve
Nam A
1. *Orat.*
ni dicer
dem ri
ciem pr
num N

anifeſtarunt ; quum
buſque communem
quidem ſpiritus in
d ventus à follibus
num edant. Sic ab
moveri , prout ip-
materiam ignis ſub-
s aculeos, eos mo-
vetque, prout petit
r ille in quam pluri-
nonnè in Sole ipſo
effuſione radiorum
catione ſua exſuſci-
gat, qui nec veritati
eant ſibi & ſuis opi-
opoſitum , ut finem
hoc maximè caven-
e confundamus.

rum officium homi-
quo id conſiſtit

oc ab omnibus adeò
mortales ſint,qui per
am huc convertant
ratiocinio ſuo unicè
bimetipſis maneant,
ſerviant Deo. Er-
m occœcavit morta-
ri aut applicari vale-
nis mali , & confu-
idum exſurrexit , ut
dificatores ſuos acce-
hominum eripi poſſit.
lla, latrocinia, mutuæ
3 perſe-

Digitized by Google

nec Rationis humanæ, velut nec Animi, multò minus tot numeris innumeris jactatæ glorioſitatis in Recta ratione in genuinis ſuis ſignificationibus tantum tribuitur, quantum cernimus ethnicos in ſtulta ſua cœcitate, & hodie eorum æmulos Rationaliſtas atque Habitualiſtas noſtros feciſſe: quibus ſemper hoc in ore eſt, ad rectam rationem recurrendum eſſe, aut circulum in ipſorum ratiociniis phantaſticis committi, quùm ſine ea nulla verè dari poſſet *NB. erudita Pietas*, niſi ex hoc dictaminis rationalis ſc. habitu profluat.

Verum ritè hoc illis accidit, quod D. Paul. de his ἀνυποτάκτοις, καὶ ματαιολόγοις, καὶ φρεναπάταις intractabilibus, & vaniloquis, & mentium seductoribus aſſeverat, ad *Titum ſuum cap.* 1. *v.* 15. τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν. ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις. Pollutis & in fidelibus nihil eſt purum; ſed polluta eſt illorum & mens & conſcientia. Inde etiam hoc ſequitur, quod idem *D. Apoſt. ad Rom.* 1. 28. de ethnicorum ratiocinationibus affirmat ἐμωράνθησαν: quia Deus παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, tradidit eos in reprobam mentem. Imò & ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, excœcavit mentes infidelium. 2. *Cor.* 4, 4. Quare hoc, ô Dive Paule? Reſpondit idem ſatis liquidè, 2. *Cor.* 10, 5. Quia nolunt eſſe, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα, tales, qui in captivitatem redigant omnes cogitationes, aut mentis ſuæ profanæ conceptus, ut illis adſit καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, & pax illa Dei, quæ exuperat omnem cogitationem, ſeu omnem ingenii humani aciem ὁ ἀναγινώσκων πάντα, νοείτω. Qui legit hæc, conſideret ea, *ait ipſe Chriſtus, Matth.* 24. 15. Proinde, ô homo, quiſquis es, verè cuncta hæc νόει, ἃ λέγω conſidera vel perpende, quæ dico, 2. *Tim.* 2, 7. non ita per rationem cœcam,

ἀλλὰ

ἀλλὰ πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι θεοῦ, ſed per fidem intelligimus, perfectum eſſe mundum Verbo Dei. *Hebr.* 11, 3. velut & Quia, *ait D. Luth. Tom.* 1. *Latin. pag.* 166. Scriptura ſancta vult in timore & humilitate tractari, & magis ſtudio piæ orationis penetrari, quàm acumine ingenii. Vnde fieri non pôteſt, *dicente eodem pag.* 464. ut bene de fide ſcribat, aut recte ſcripta intelligat bene, qui non ſpiritum ejuſdem, urgentibus tribulationibus, aliquando guſtaverit; quùm nec ea ritè cognoſci poſſit & nôbis applicari niſi per eum Spiritum per quem ſcriptum eſt Verbum Dei; affirmat alibi.

Propterea Chriſtus indurata corda conqueritur mortalium, id *ex Eſai.* 6. referens, *ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ.* ne videant oculis, & ne intelligant corde, & convertantur, & ſanem eos, *Iohan.* 12, 40. *Ματαιότης γὰρ τοῦ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ.* Vanitas enim mentis eorum facit, quod rationem obtenebratam habeant, & abalienati ſint à vita Dei, *ait Apoſtolus Epheſ.* 4. 17, 18. Ex quibus jam omnibus clariſſimè patet, quod mens & ratio, caput ſint nativæ corruptionis, quodque nihil aliud poſſint præſtare *cap.* 2, 3, 4. itidem exemplis illuſtravit; Ideoque heîc pari modo exprimit *καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν* & mentem & rationem, quam *Roman.* 8, 6. *φρόνημα* vocat, quod non tantum in eadem conveniant eſſentia, ſed etiam mortem inducant, quùm carnales ſint in omnibus operationibus ſuis, velut & inde *ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις* inimicos ratione ſua vocat in operibus malis, qui abalienati ſint à Deo. *Coloſ.* 1, 21. Nec ulterius extollit *νοῦν* mentem quàm ad carnem, quum ei ſua præſtet ſubſidia

ſidia regiminis omni conatu præſtantiæ ſuæ. *Coloſ.2,18.*

Quapropter etiam carnis nomine eas paſſim comprehendit. *Rom.8,7. Epheſ.4,17,18,* & *2,3. Col. 1,21.* & *2,18.Tit.1,15.* ut inde conſtet,quod ſaltem ex ſpiritu mundi ſydereo operationes ſuas mutuetur, nec ultra abſque regeneratione Spiritus Dei poſſit exurgere. Quæ etiam cauſſa eſt, quod tàm ſeverè Iehova ipſe prohibeat in Moſe, nequis rationi ſuæ quid confidat. *Deuter.12,8.* Et alibi indicatur. *Deuter.29, 4. 30, 6.* & *1.Reg.8,58. Pſalm. 51,12.* & *62,10.* & *94, 11.* & *119, 18, 34, 36.* Ita & Salomon monet *Prover. 3, 5.* inquiens μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ. Ne ſis prudens apud temetipſum. *ibid.14,12.* & *16, 9. Eſa.26, 19.* & *55,1.* & *60,2. Ierem.13,23.* & *17, 9.* & *24, 7.* & *30, 21.* & *31,18,33.* & *32,39. Hebr. 8,10. Ezech.11, 19.* & *36, 26. Oſeæ. 13, 9. Hebr.12, 15,* & *13,21. Iacob.1, 17, 18.* & *1. Petr. 2, 9.* & *2. Petr. 1, 3.* & *2, 19.*

Quod hactenus de mente & ratione dictum eſt, idem quoque contra Ciceronis opinionem valet in determinatione Animi, quem Græci θυμὸν dicunt, aut καρδίαν; ceu & in *Sac. Scriptura* paſſim καρδία pro animo accipitur, *Pſalm.55, 5.* Animus meus dolet in me, καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί. *ibid. v.22. Pſalm. 57, 8.* & *58, 3.* & *61,3.* & *62, 9.* & *paſſim Geneſ.26,35. Exod.35,5. Deuter.8,2.* & *11, 18.* & *17, 17.* & *18, 22.* & *21, 14. Iohan. 9, 2.* & *22,22.* & *23, 14. Iud. 16, 15. 18, 20.* & *19,25.* & *1.Reg.21, 7.* Sic & *Proverb.16. v.32. ait:* κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ. Melior eſt vir longanimis forti & robuſto; ut ita potius affectui cordis adſcribatur, inclinans in fervorem quemdam, *Luc. 4,28. Epheſ.4.31. Gal.5, 20. Hebr.12,27.* unde θυμόομαι

μύομαι excandeſco. *Matt.* 2, 16. *ἐθυμώθη λίαν* excanduit valde.

Quantus igitur abuſus ſit in his locutionibus juxta rerum applicationem, id quilibet facilè percipiet, ſi ea ſecum ritè examinabit, quæ ſuperius explicata ſunt. Verbum Dei enim, de nulla re tam ſollicitum eſt, quam de vera animæ humanæ curatione, ut hominem ſuo priſtino ſtatui ita reſtituat, ne in hac vita propter nimium amorem ſui occœcatiſſimum & ignorantiam veritatis in omnibus vitæ actionibus, ex Iehovæ gratia excidat, & temporalis malitiæ cauſſa æternitatem amittat: qui ſcopus eſt ſummus.

Quare tam fideli informatione ſemper nobis Chriſtum & ejus actiones ad imitationem noſtram debitam monſtrat & ob oculos ponit. Homo enim ex anima ſolus præ cunctis animantibus æternitatem ſibi acquirit, ut rectè ubique id inculcat ſummus ille Phil. Theophr. & alii Theoſophi *cum Corn. Agrip.* quando propriè de hac re loquitur. Reliqui omnes acerrima hominem afficiunt incuria, qui illud, quod cum brutis commune habemus, tam operoſe extollere in viribus ſtultæ rationis non verentur, ut eam inde eliciant ſapientiam, quæ carnis eſt, & mortem inducit, *ut ait D. Paulus.* Laudabilis eſt verò mos & locutio Germanorum meorum, qui vocabulum Seel/ quo animam exprimunt, nulli alii animanti quàm homini in ſpecificatione ſua appropriatum volunt.

XLIV. *Quid*

XLIV. *Quid igitur de illis ſtatuendum eſt Philoſophis, qui animam omnibus viventibus & ſpirantibus creaturis attribuunt, abſque ulla diſcretione?*

QVI in ipſum naturæ principium impingit, ille nullo non vacat errore. Sic iſti quoque ſatis egregiè oſtendunt Philoſophi, quàm inanes ſint in omni rerum cognitione qui ſaltem ex opinionibus ſuis aut aliorum auctoritate pendent. Nec mirum, quùm potius litterali habitui ſuo incompacta lingua adhæreant, eidemque quaſi Deo ſuo litare, aut hecatomben ſolvere, quàm veritati locum quempiam cœleſtique Verbo cedere ſecum ſtudeant.

Supra oſtenſum eſt, quod anima verè ſit ſpecificum hominis, quæ ipſum æternat, quùm ex Deo ejus imaginem referat etiam in hoc, quod ſupereſt. Quapropter hanc animam, quam nobis Deus dedit, reddere eidem tenemur. Etenim ea eſt præcioſiſſimus theſaurus, imò longè precioſior, quàm cœlum & terra, *ut ait Arnd. in conc.* 18. *Paſſ.* quùm Chriſtus pro ea mortuus ſit. Non illa noſtra eſt, ſed tota Chriſti, qui tàm caro lytro eam redemit & recuperavit ſibi. Num igitur hoc inæſtimabile Iehovæ donum poſſit participari aut communicari ritè citra abuſum aut aliquem tropum cum animantibus? Nimirum ut tres ſuas facultates, quas inſeparabiles fruſtrà in anima ſtatuunt, ſalvare in phantaſticis ſuis poſſint opinionibus, ideò etiam inferiores animantibus quaſi in gradibus adſcribere contra S. Scripturæ apertum teſtimonium non verentur. Ecce enim, quomodo Iehova ſummè unicus ille Deus noſter hominem mirabiliter confecerit, & eidem ſpiraculum vitæ inſpirarit. Expedit igitur rem nonnihil penitius introſpicere, uti id non abſque divina inſti-

gatione

ne prǫſcripſit Theoſophus quidam, cui paulum attentius accommodabimus.

extus dies, *ait Teut. noſt. Myſt. Mag. cap.* 15. in tione eſt dies Veneris, in quo Venus primam horam regendo obtinebat, quod nobis ordi- graduum indicat, quando æternum profe- Verbum cum natura per tempus ſe conjun- ,ubi ſpiritus 6 proprietates naturæ in 6 gradus lies ſe eduxerat, & tamen omnes in ſeptimum ſerat, tanquam in locum quietis, in quo opera- ſuæ vacare debebat, cum indicatione, quod e illud, quodcunque in operationem eſſent de- uræ & manifeſtaturæ ex mirabilibus æternæ ſa- tiæ, eſſet in unum rurſus abiturum tanquam in tem ſuam; atque hæc eſt ſeptima proprietas, pe habitaculum operantis vitæ, in quo velut in a conſpicibilitatis ſummæ majeſtatis Dei ſubſi- deberet.

uùm itaq; Iehova 5 diebus Naturam per 5 pro- ates ſive gradus eduxiſſet tanquam in 5 ſydera, non ita ſydera ſint, quùm potius fons origina- tralis proprietatis &c. tunc 6 die ex Ioviali pro- ate, velut ex 5 ſyderibus ſextum eduxit, nempe viali virtute igneam amoris cupiditatem, quâ er omnia ſydera gubernationem ſuam exere- unde quælibet vita deſiderio & appetitu ſui ſi- excitata eſt, ut eam affectaret creaturam, qua- cujuſque vita in ſeſe continet. Quælibet vita in Veneris proprietate tale ſibi progenerare cupit, n ſeſe exſtat: unde potentiſſima imaginatio, & cupiditas exurgit, quod omnes proprietates m in unam tendant, vel in fontem originalem , ex quo egreſſæ ſunt: quia in eo illis datum i ſimile ex ſeſe procreare.

uùm igitur jam Iehova hunc igneum amoris appeti-

appetitum ex centro per omnes proprietates eduxiſſet; inde Natura nunc in hac amoris proprietate fervebat, ut Dei expeteret ſimilitudinem, tanquam effigiem juxta & in ſancta amoris cupiditate & ejus progeneratione, ut ſanctum hoc ſydus in amoris cupiditate: etiam creaturaliter & vividè adeſſet: Atque quùm hæc amoris cupiditas aut ardor ex omnibus naturæ proprietatibus, cœlorumque, velut ex Verbo Fiat, in quo omnes creaturæ ab æterno uſq; in Myſterio abſconditæ jacuerunt, educta eſſet, ac in diviſionem ceu ſingularem gradum abiiſſet: Iam deſideranter expetebat hæc proprietas Imaginem omnium graduum ſive proprietatum conſtituere, ut eſſet viva, intelligens, & ſapiens imago ſecundum manifeſtationem manifeſtatæ imaginis. Atque tunc Verbum loquens efferebat in Verbo Fiat: *Faciamus nos homines*: id eſt, *ex factione omnium eſſentiarum & omnium virtutum proprietatibus & ſyderum : limum nempe ex omnibus eſſentiis appetebat amoris cupiditas, ut eſſet ſibi viva imago.* Imago, *ait Iehova*, quod nobis ſit ſimilis; atque iſtæ imperabunt piſcibus maris, & avibus ſub cœlo, & animantibus, omnique terræ, & omnibus vermibus in terra repentibus. Hæc ita ſunt ritè accipienda: Sexta Naturæ proprietas, nempe amoris cupiditas progenerata erat, vel enumerata ſive exſpirata, & appetibilis vita in exultatione velut in lumine naturæ extabat; hæc verò non ipſius erat limus; attamen appetitus erat limi. Namque pronunciatum Verbum ſonabile in ea vegetum erat, velut intelligens vita. Iehova in eo manifeſtus erat. Atque hoc Verbum manifeſtatum Dei appetebat limum ex terra & omnium creaturarum eſſentiis, ex omnibus aſtris gradibuſque ad ſe pro corpore attrahere. Proinde dicebat Deus:

Imago

Imago ſit, quod dominetur piſcibus, avibus, animantibus, vermibus & terræ, etiam omnium ſtellarum eſſentiæ.

Quod ſi igitur in cuncta hæc dominationem extendere deberet; ex iiſdem cogeretur eſſe compoſita. Quippe unuſquiſque ſpiritus ſuæ matri imperat; ex qua exortus eſt, & etiam ex ejus vita vivit. Sed hæc amoris cupiditas heîc in pronunciato Verbo ritè intelligenda eſt: Verbum iſtud prolatum omnium cœlorum, id eſt omnium Entium aut proprietatum cupiditatem continebat in hac Venere, velut interni ſpiritualis cœli, quòd refert locum potentiæ Dei, & externi creati cœli, cum cœlis omnium ſtellarum, & elementorum, non tamen ſubſtantialiter, ſed tanquam ſpiritualem cupiditatem: atque iſtæ proprietates expetebant in ſpirituali cupiditate eſſentialiter adeſſe. Ideoq; textus Moſis id clarè ſatis exprimit, ubi ait: *& Iehova creabat hominem in imaginem ſuam; in imaginem ſuam creabat illum.* Per creationem intelligitur *corpus,* quod duplex eſt; nempe *ſpirituale & corporale.* Nam Veneris cupiditas refert ſpirituale corpus; ac quod in Fiat cupiditati ſpiritualis corporis attraxit, id carnale corpus efficit. Verbum fiat eam in ſpiritualem hominem figuravit ex tribus Principiis ...ſis: videlicet juxta internum divinum mundum, ...m igneum quàm luminarem, & externum mundum: *Spirituale verò corpus eſt imago Dei, cui ...at eſſentiam eſſentiarum omnium indidit, adſociando ...mpe cæleſtem ſanctam amoris corporalitatem & ...uorum elementorum cum viſibili conſtellatione 3 incipii.*

Internus homo ſanctiſſimus in Iehovæ erat cœlo, externus erat in externo cœlo limus cœlorum rum. Quare perquam benè loquitur Moſes, quod Deus

Deus hominem in ſua imagine crearit imaginem; quum ab æterno in Myſterio ſapientiæ, ceu ſydus Magicæ virtutis à Spiritu Dei ejus eſſentiæ agnitus eſſet. Atque ita ex interna creatione factus eſt homo vera cœleſtis imago, & ſancta ex omnibus proprietatibus Angelici divini mundi: corpus internum ex æterno Elemento, ex quo 4 Elementa exorta ſunt, conſtat, externum verò ex hoc externo mundo cum ſtellis, igne, aëre, aqua & terra, necnon externa Tinctura, quæ interno ſancto Verbo annexa eſt ac ſaltem per Principium diſcernitur; nempe ubi interna externam ex ſe progenerat vitam. Interna vita ſancta eſt, & externa quoque in Tinctura ſancta eſſet, niſi maledictio, ob excitatam vanitatem, ſe inſinuaſſet illi: attamen ſi vanitas ab ea ſeparari valet ſancta redditur & fit Paradiſus, quod in fine mundi patebit.

XLV. *Quid verò eſt ſpiraculum vitæ in homine?*

INterim Moſes ulterius ait. Iehova homini inſpirabat ſpiraculum vitæ, & ſic homo fiebat anima vivens: id ſignificat vivum loquentem intelligentem Spiritum ex omnibus 3 Principiis &c. Internus igneus halitus eſt vera æterna creaturata anima; & lucis anhelitus eſt verus intellectualis ſpiritus animæ, in qua eſt eadem Angelus: aſt externus auræ halitus eſt rationis anima in creſcente animali vita, quâ homo dominationem ſuam in omnes creaturas agit hujus mundi: Hæc eſt unica anima in 3 Principiis ſecundum ſimilitudinem Dei, uti unicus intellectus inpenetrabilis divinitatis in tribus Principiis ſe manifeſtavit &c. Corpus eſt limus omnium eſſentiarum, & anima eſt pronunciatum Verbum &c. ut ita anima in tribus regnis veræ vitæ & intellectus conſiſtat.

Digitized by Google

um regnum denotat æternam naturam,nem-
ous forte æternitatis igneæ &c. Secundum
nctus lucis mundus, qui veram manifeſta-
m Deitatis exprimit &c. Tertium regnum
ternum aſtrale cum elementis, in quo quin
xterna aſtra regnant, uti ſuperiora & quatuor
ora elementa, ex quibus quinque ſenſus ex-
tur, quæ anmialem rationem exerunt &c.
Totus homo cum corpore & anima tri-
ſt, & tamen unicus homo: corpus quoque
t ex triplici eſſentia, ac anima ex triplici
etate ſpiritus. Exemplum cernitur in igne,
t aëre &c. Corpus igneum, eſt æternum
um aſtrum magni Myſterii, ex quo æternum
n prodiit: In igneo ſpirituali corpore, habi-
ıeus ſpiritus, nempe ignea anima; & in lu-
rpore ex ſancto elemento, uti ex cœleſti ve-
agine, qui viget in ſpirituali ſulphure, Mer-
& ſale, habitat ſancta anima, quæ tem-
Dei exhibet: ac in externo corpore, qui
ı terræ & reliquorum elementorum expri-
ı externis aſtris quinque ſenſuum, habitat
a anima rationis. Vnaquæque anima pro-
em quoque corporis fovet, quæ etiam
ı magicæ conſtellationis vocari poteſt.&c.
imaginem Dei conſideremus, quam Deus
diſum conſtituit ad vitam incorruptibilem,
oterimus de externa imagine carnali quid
e, quod terrena hæc vanitas imago Dei
ıæ ſanctum mundum poſſidere queat: quia
us eſt eſſentiæ, de qua Chriſtus *Iohan.* 6.
ır: Spiritus eſt vita; caro nihil prodeſt.
ıro & ſanguis non erit hæres regni cœlo-
quum tamen verum corpus in hac corpo-

ralis craſſitiei proprietate lateat, ceu aurum in craſſis lapidibus, &c. hactenus ille.

XLVI. *Animus autem unde dicitur?*

QVod ſi ita diſtinctè animæ conſideratio in homine accipiatur, non poterit reliquis animantibus directo applicari. Proinde rectè illi faciunt, qui animæ derivationem ex reſpectu efficacis & vividæ ſuæ operationis, juxta latinitatem cum D. Auguſt. *tom. 3. lib. de dogm. Eccleſ. cap. 20. pag. 198. Item lib. de ſpirit. & anim. cap. 9.* pro eo habent, ut inde nomen ſuum ſortiatur, genuinum, quod ad vivendum vel vivificandum corpus in ſeſe cum fortitudine excellentis ſui ſpiritus animet; ut non ſaltem à reſpirandi effectu & poteſtate ſit deſignandum; quemadmodum communis ferè plurium fert opinio, qui ita longè uſque ex Græcia Animæ ſonum ſibi poſtulant, quaſi ab ἄω à ſono ſpirandi ſit; unde deducatur ἄνεμος, ventus, quaſi fiat animus & inde demum Anima, ceu ab Hero, hera; dominus, domina &c. *Becm. de Or g. voc. l. A.*

Quod ſi tam latè Animæ acceptio excurreret, non iniquè *Plaut.* & puteo *in Amph.* & ciſtæ aut crumenæ *in Truc.* eam, ac animam uxoris fœtidam *in Aſin. & Bacch.* applicaſſet. Aſt ſi propterea maximè animæ vocabulum animalibus adhibitum velint, quod ſpiritus cauſſa in iis exiſtat, quæ vitam largiatur & porrigat, ut geminæ illi creſcendi ſentiendique naturæ inſerviat, ut *ait Macrob. lib. 1. ſom. Scip. cap. 14.* locutio talis faciliorem generis quaſi ſuo in hoc excuſationem inveniet. Inanimum eſt enim omne, quod pulſu agitatur externo, *Macrob. lib. 2. cap. 13. in Somn. Scipion.* quùm aliàs quoque multa conſpiciamus αὐτόματοι, & animantia

talia, quæ ſpontè nulloque ſemine aut animali greſſu & concubitu enaſcantur, quod experi-ia teſtatur, ejuſmodi exurgere ex humore, quem umfuſus aëris calor ſpiritu vitaque imbuat, ut rit *Lemn. de occ. nat. lib.* 2. *cap.* 40. Verum eſt quidem, quod omnia mundi hujus creata à mo uſque ad imum in minutiſſimis meando, *ut Macrob. d. l.* 1. *cap.* 14. ſe continuis ſucceſſionibus ordinem ſequantur, & ubique harmonia ineffa- deprehendatur, ut inveniatur preſſius intuenti nmo Deo uſq; ad ultimam rerum fæcem, unà utuis vinculis religans, & nuſquam interrupta nexio: ſed tamen animæ humanæ, ſic propriè ptæ, manet ſuæ peculiaris ſtatus eſſentiæ in eo, d immortalitate donata à Deo ſit juxta divi- figuram, ut etiam quaſi deificetur in nova tura nobis à Chriſto addita, ex quo Deum eam lareſcat, ſi ita cum *Macrob. d. l.* 2. *cap.* 12. loqui t. Proinde corruit eorum opinio, qui aſſerunt mmò Deo mentem eſſe, & ex mente poſtea a-am exurgere; licet etiam alii mentem animi um faciant; tamen ſupra dictum eſt, quid pro- & mens & animus denotet, quum & ipſum ani-a animatum eſſe deceat, ſi quis velit largus & ificus eſſe, *juxta Plaut. in Monæch.*

XLVII. *Animæ verò unde nomen eſt?*

quoque nec Græci Philoſophi ψυχὴν ἀπὸ τῦ ψύ-ς juxta ſignificationem propriam ejus rectè unt, ut refrigerationem corporis quaſi ψύξιν minet, quod calori noſtro refrigerium in reſpi-ne addere non deſinat juxta medicorum ſen-m; quùm tamen conſtet animam igneæ & lu-eſſe eſſentiæ, ac naturæ, ac potius corporis ψύχον igus ſuo calore fomētet ac in harmonicā com-

 plexio-

plexionem redigat. Quare heîc longè rectius audiendus erit *Plato in Cratyl.* ubi ſic loquitur: ψυχὴν λέγεις; ἐπισκέψασθαι, ὡς εἰκότως τούτου τοῦ ὀνόματος τυγχάνει. Quærendumnè putas de anima, unde nominata rectè ſit ψυχὴ? Mox in hoc reſponſo repudiat dictam jam opinionem de refrigeratione, & hinc ſe expedit, pergens: εἰ δὲ βούλει, ἔχε ἠρέμα. At verò ſi placet, ſiſte parumper: Videor mihi inſpicere aliquid probabilius apud eos, qui Euthypronem ſequuntur, quùm durum ſit, &c. An non Anaxagoræ credis, rerum naturam omnium mente quadam & anima exornari ſimul, & contineri? Quid enim aliud quam anima tibi videtur corpus continere, vehere, & ut vivat & gradiatur efficere? Par eſt igitur eam potentiam nominare φυσέχην, quæ φύσιν naturam ὀχεῖ & ἔχει id eſt vehit, & continet: concinnius autem ψυχὴ profertur. Quare & collabaſcet eorum ſententia, qui cum Empedocle putant, Animalis animam eſſe & proficiſci ab externa reſpiratione, propterea quod vitam ſuam propriè præterque plantarum rationem animalia conſervent, reſpirando & ſeſe refrigerando. Ex quo multò minus rectè fit, quod apud Hebræos animal, ſpiritus, anima & reſpiratio, pro eodem ſæpè ſumantur, ut refert *Dan. in Phy. Chr. tract.* 5. *cap.* 3. Quod verò vita animalium in ipſorum ſanguine dicatur *Levit.* 17. 14. hoc habent ex ſpiritu ſydereo, qui ita caloris nativi diffuſionem in ſanguinis ſede fovet; quamvis Danæus ille abſurdum æſtimet, mundo ſpiritum attribuere, quùm nequeat contraria conſtituere, ut altera quidem ſui parte ſit mortalis, & altera immortalis. *lib.* 1. *Phyſ. Chriſt. cap.* 14. Ineptitudini huic Narriſt. rectè ſe *Sebaſt. Baſſo. Phil. Natural. contr. Ariſt. lib. de nat. int.* 3. *art.* 1. opponit, ſaniora illis monſtrans. Si, quæ ſit illa ſubſtantia, noſſe laboras:

ras : en, tibi Stoici clarè manifeſtarunt; quum tum omnibus elementis rebuſque communem entiſſime cognorint. Qui quidem ſpiritus in as omnibus idem eſſet, quod ventus à follibus rgana immiſſus, unde ſonum edant. Sic ab ſpiritu ineunte res cunctas moveri, prout ipum fert aptitudo. Si enim materiam ignis ſub, illos inquam minutiſſimos aculeos, eos mo quàm citiſſimo diducit, movetque, prout petit rum conditio &c. Videatur ille in quam pluris, quæ optimè poſuit. Imò nonnè in Sole ipſo cotidie cernimus, quid non effuſione radiorum eretur; & quid non vivificatione ſua exſuſci? Sed quis obſtinatos corrigat, qui nec veritati perientiæ quid credunt? Valeant ſibi & ſuis opionibus. Nos redimus ad propoſitum, ut finem ominis pertexamus, in quo hoc maximè cavenum, ne officium ejus cum fine confundamus.

XLVIII. *Quid verò eſt verum officium hominis in hoc mundo, & in quo id conſiſtit propriè?*

MIrum eſt, quàm ſupinè hoc ab omnibus adeò negligatur, ut vix inter mortales ſint, qui per otum vitæ ſpacium vel unicam huc convertant mentis cogitationem, dum ratiocinio ſuo unicè ſemper id agunt ut proximi ſibimetipſis maneant, & ſuo proprii commodi ritu ſerviant Deo. Error iſte perverſiſſimus in tantum occœcavit mortales, ut vix remedia illi inveniri aut applicari valeant. Etenim inde cauſſa omnis mali, & confuſionis omnis per totum mundum exſurrexit, ut hinc quoque ipſa Babylonia ædificatores ſuos acceperit, nec adhuc ea cordibus hominum eripi poſſit. O quot infinita inde mala, bella, latrocinia, mutuæ

perſecutiones, crudelitates, cædes, lites, jura belli, avaritiæ, ſuperbiæ & ambitionis ſpecies, injuriæ, concertationes, corruptiones mentium, ſcandala, opinionum diverſitates, legum confictiones, & quid non criminis exurgit, dum omnes in multitudinem proruunt, ac nemo viam ſimplicitatis, quæ portam cuique ad unitatem aperiat aut monſtret, diligit; ſed quiſque ſuo ingenio vivere pro libidine mentis ſatagit.

Nihilominus tamen ſi verum hominis officium, & in quo id conſiſtat rectè inquirere & nobiſcum examinare velimus; neceſſe eſt, ut ſemper hominis triplicem ſtatum ante oculos ponamus. 1. Quid nimirum homo ante lapſum fuerit, & in qua integritate creatus: 2. Quid nunc in hac corruptione ſit: & 3. Quid futurus ſit in æternitate ad quam à principio deſtinatus erat. Primum autem jam ſuperius ſatis dilucidè explicatum eſt; ex quibus facile percipimus, quid de ipſo ſit futurum, ſi ex hac temporalitate ſit illi diſcedendum, & in quam æternitatem aut infernalem doloris inextinguibilis & tenebrarum, aut cœleſtem gaudii inexplicabilis & lucis ſanctiſſimæ ſit hinc diſceſſurus. Iam verò, quùm hæc vita intermedii loco ſeſe habeat, homini iſtud unicè incumbit, ut heîc dum tempus diſpoſitionis ſuæ adhuc obtinet & colit, ita ſe ad nutum ejus, qui ipſi animum, ſpiritumque puriſſimi aëris, vel ætheris portiunculam pro corpore hoc carnali animæ ſanctius convinculando dedit, componat ritè, ne æternæ excidat gratiæ, nec Chriſtus ſuorum meritorum interpoſitione, ceu Filius Iehovę unicus, perfidè eludatur.

XLIX. *An*

Digitized by Google

IX. *An Chriſtus in nobis poteſt perfidè eludi, & quomodo?*

MVltis ſanè modis ac quidem cotidiè & fermè
ſingulis momentis noſtra perverſitate Ieho
ıriſtus, cum ſuo ſanctiſſimo merito, in nobis
ſt defraudari, præſertim ſi carnalitati noſtræ
ıs & ejus rationi cœcæ, quàm ductui Spiritus
ıos committere ſtudeamus. Ex carne enim
mur perniciem; & ex ſpiritu vitam, ait D. Paul.
alat. 6, 8. & Rom. 8, 13, 14. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄν-
θρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει· ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα
ς, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορὰν, ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ
μα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. Quic-
ſeminaverit homo, hoc & metet. Qui nam
ſeminat in carnem, ex carne metet corruptio-
. Qui vero ſeminat in ſpiritum, ex ſpiritu metet
ı æternam, *ait D. Paul. Gal. 6.*
ccuratiſſima igitur heic erit diſtinctio adhiben-
ter filios lucis & tenebrarum, aut filios Dei
aboli. Quis verò non potius proles Dei &
ıus ejus in Chriſto, quàm diaboli audire & eſſe
at? Quibus aliquid ſanitatis in mente adeſt,
ıs ex Deo ſe genitos cupient, quam diaboli
ſemen. Verum hoc neceſſum erit, ut non
n in opinione ſua tales dici velint; ſed etiam
ſa ejuſmodi ſe præſtent, quales ſe cupiunt ante
m Iehovæ probari. Etenim erit aliquando,
ıox futurus eſt, imò modò inſtat cunctis
, in quo quiſque probationem vitæ ſuæ ſic eſt
ıifeſtaturus coram judicio Dei Iehovæ Chriſti.
cius Chriſti talis pridem fuit *D. Paul. 2. Co-*
. 5, 10. τοὺς γὰρ πάντας ὑμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμ-
θεν τοῦ βήματος τοῦ χριστοῦ, &c. Omnes enim mani-
ri oportet coram tribunali Chriſti, ut κομί-
σηται

σηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ὃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν reportet unuſquiſque ea, quæ fiunt per corpus, juxta id quod fecit, ſive bonum ſive malum. Quare omninò ab iis cavendum eſt rebus, quæ ſecuritatem nobis carnis pariant in quocunque vitæ curſu. Namque qui carnales ſunt, *ait D. Paul. ad Rom.* 8. quæ carnis ſunt, curant; unde Spiritus Dei nobiſcum ſuo privatur officio, nec poteſt operationes ſuas in nobis exerere. Quantum enim quiſque ex ſe egreditur, tantum quoque Spiritus Dei ingreditur, quùm aliàs carnis curæ & negotia cor ita obſeſſum teneant, ut Spiritui Dei ſuum abnegent imperium. Ideoque omnibus hoc incumbit mortalibus, & maximè iis, qui Chriſtum ſuum profitentur magiſtrum, atque inde filii Dei vocitari adamant, ut in cunctis vitæ actionibus ſuo rectè fungantur officio, quod duplex meritò agnoſcitur. Aliud univerſale, & alterum particulare.

I. *Quodnam hominis officium propriè dicis univerſale?*

QVod omnibus in hac ſocietate humana competit, ut in vera obedientia erga Deum, & proximi dilectione ſolida inveniantur. Velut enim ſubditorum in externo regimine mundi iſtud proprium eſt, ut nutui juſtè imperantis ſe debitè accommodent & ſua præſtent obſecundationis munia; ita & multo magis illi, qui Rex eſt regum omnium, & Dominus dominantium, id præſtari debet, quod conſcientiæ inſcriptum hæret omnium; id eſt, ut voluntati propriæ carnis quiſque penitus moriatur, & omnes beſtialitates affectuum, in quas ſe lapſu ſuo præcipitavit primus Adam, omni exuere ſtudeat conatu animæ, nec rationi quid

fidei habeat abſque Verbi Dei ductu, ne in
a incidat ſuæ propriæ opinionis; ſed ſic ex Ba-
one egredi diſcat, velut S. Scriptura cunctis hunc
iam mittit ſonum, Egredimini ex Babylon, ex
abea &c.

Maximè hoc decet nos, qui Chriſtianitate à re-
iis ſecerni cupimus gentibus. Sed proh dolor!
uci ſunt, imò pauciſſimi, qui verè noſcant quid
oprie in ſua regenerationis natura ſit ſolidus
riſtianus.

LI. *Quis autem verè ſolidus eſt Chriſtianus, aut quomodo ad regenerationem perve- nitur?*

AVdiamus heic Theoſoph. *noſt. in lib. de Myſt. Mag. cap.* 41. ita loquentem: Vnica verita-
s divinæ via, ubi Iehovam in Verbo ſuo, volun-
ate & eſſentia ritè adſpicere queamus, hæc eſt, ut
omo in ſemetipſo ante omnia concordiam quæ-
at, atque in propria ſua voluntate cuncta derelin-
quat, quodcunque ipſe ſibi eſt, & in mundo poſſi-
let, ſive ſit potentia, vis, honor, pulchritudo, di-
vitiæ, pecunia, bona, ædes fundive, pater, mater,
frater, ſoror, uxor, liberi, corpus & vita, atque ſic
ſibi ipſi in nihilum abeat prorſus. Omnia ipſi
ſunt ex animo ejicienda, ut pauperior ſit avibus
in aëre ipſis, quæ tamen nidos ſuos poſſident:
Verus autem homo tale nil ſibi appropriet: quia
ex hoc mundo ipſi excedendum eſt, ne amplius
ſibi in hoc mundo ſuperſit mundo deditus: Ipſei-
tate mundanæ in nihilum redigendus eſt: Quippe
eſſe illud mundi, quod heic poſſidet, nil eſt niſi turris
Babylonica & Anti-Chriſtus, ubi quiſque in amore
ſui ſibi Deus eſſe ſtudet, & cum hoc ſibi confictо

Deo in ea turri cœlos tranſcendere cupit, ut ita Deo ipſi adſeſſorem agat ſuum.

Hæc ita accipienda ſunt: Non quod heîc iſta ſit ſententia, quaſi unuſquiſque ex ædibus ſuis emigrando cogatur conjugem, liberos, agnatoſve derelinquere, & ex mundo effugere, aut bona ſua deſerere ita prorſus, ut nolit iis adeſſe; ſed propriam ſui voluntatem, quæ ex mundanis ſibi idololatricam conficit hæreditatem, eam mortificare ſecum tenetur, & in nihilum redigere, atque ſic ſecum concludere, quod hæc omnia, in quibus heîc habitat, nullatenus ejus ſint propria, ſive quid lucri faciat, ſive damnum patiatur: ſive dives ſit, vel pauper, ſapiens ſive minus, infimus ſive ſupremus: ſive aliquid aut nihil poſſideat; omnia hæc pari æſtimet lance; veſtimentum precioſum æquè ac ſordidum conſciſſumque; fortunam ſecundam mundi eodem modo ac infortunium; vitam eadem cenſura cum morte: poteſtatem eandem cum ſervo; regiam coronam quaſi abjectum pileum; atque hæc cuncta in animo deſerat ſuo, nec quidquam ſuo hæreditatis juri adſeribat, ſed cogitationibus ſuis hoc penitus perſuaſum habeat, quod in ſtationis vocatione ſua omnium rerum, quas poſſidet, ſaltem miniſter & adminiſtrator ſit, quodque Dei & mortalium fratrum ſuorum in communi proprietas ſit; quodque in ea functione Deo & fratribus ſuis ſaltem ſerviat, unde etiam quæcunque ipſi præſtantur ab his ſingula, ita excipiat, ut communi fraterno ordini in communem convertantur omnia ſalutem; quum ſic Iehova ejuſmodi ordines in hoc mundo ad figuram Angelici mundi conficiat, in quo quis ritè Iehovæ ſerviat, nec ullo modo animum ſuum in ſuitatem deflectat, unde cogitationibus ebulliat ſuis, quod vel rex ſit, vel conſiliarius

us, aut judex populi, atque inde meliori vigore
m Deo floreat aut coram hominibus. Sed
us quiſque abſque mora ſemper ſui ſinus nudi-
m adſpiciat, ubi inveniet, quàm quis nudus
o homini ſimilis & æqualis ſit, ac quod veſtitus
ii ille fraternæ communitati deſtinatus ſit, vel-
iam ipſa muneris ejus ratio, ut ſaltem admi-
atorem officii ſui agat, nec minus ita ipſi con-
ita ſit omnis honoris, poteſtatis, bonorum &
eſſionum ſors; ne ſibi quid attribuat; ſed omnia
tori ſuo devotè reddat; ſecum in mentis voto
liè hæc ſic reſignans: *Domine Iehova, omne hoc
ı eſt, atque ego longè indigniſſimus tanta poſſi-
lı aut adminiſtrandi gratia ſum: quum verò hoc
attribueris ſolus, omne id tibi atque in eo volun-
n meam totus & plenus reddo: tu me regas, &
ıa per me efficias, quæ tu velis, ut cuncta in volun-
tua ſolummodo fiant, atque ſic vocatio iſthæc mea
ibus meis, quibus in ſtatione mandatoque tua
ſervio, ſaluti & utilitati ſit. Obſecro te, ô Iebo-
tu per me omnia expedias ſolus, atque hoc in me
ı revela & explica, quorſum opus manuum mea-
& mentis ſemper dirigere debeam; cuinam pecu-
, bona, poteſtatem & honorem ritè attribuere
ar, ut aſſiduus ſim & vivam in iſtis cogitationi-
id tu perficias ô ſanctiſſime Iehova in Filio Sal-
re meo per Spiritus ejus operationem & gratiam.
men.*

Iæc cogitet ſedulus & ſyncero corde, ut ſemper
vocatione ſua fratribus ſe probet beneficum
.

Quod ſi verò quis in ſervitute vivat, non alias
m foveat cogitationes, quam quod Iehovæ
oluntate ſua, ac hominibus in Dei & communi
erno officio ſerviat, quodque Iehova ipſi iſtam

 minuſ-

minuſculam portionem in hac vitæ caſa pro alimento & victu adjecerit, atque inde in ea portione tam dives atque nobilis ſit ceu rex quidam ipſius. Namque ſi ſe nudum adſpiciat, veritatem ſtatim in ſe deprehendit.

Proinde ſi homo couſque progrediatur in hac informatione & mortificatione ſui, ut omnia illi ſint eadem; tunc verè in veſtigiis Chriſti & ejus pauperrima incedit figura, qui ne quidem obtinebat tantillum, in quod reclinaret caput: ſic quis verè imitatorem agit Chriſti, qui ajebat, quicunque non domum, ædes, pecuniam, bona, fratres & ſorores, uxorem & liberos mei cauſſa derelinquit, ac ſemetipſum abnegat *Matth*.10,37. & 16. *Luc*.14. & 17. me dignus non eſt. Atque ob hanc ſui & ſuitatis amorem, ob quem ſe Deo indignos reddidêre mortales, ab iiſdem Iehova vultus ſui ſanctitatem avertit penitus huc uſque, ut ſaltem per obſcurum verbum aut umbram ejus coacti ſint agnoſcere ipſum.

Quicunque autem in totalem hanc abnegationem ſui ſe immittere valet, ille in Chriſto ad divinum adſpectum admittitur, ut Iehovam in ſemetipſo agnoſcat, cum eodem colloquatur, & Deus cum illo: necnon intelligit percipiendo, quid Verbum Dei, eſſentia & voluntas ejus ſit. Talis quoque idoneus eſt ad docendum, & non litteralis habitualiſta, aut alius. Ille Verbum Dei ex eodem docet; quia Iehova in eo eſt, cum fœdere ſuo, cujus eſt miniſter, in quo ſe ita manifeſtat. Quippe talis Doctor nil unquam expetit, niſi id Deus per ipſum efficiat. Ille docet, quando Deus in ipſo id præcipit, tàm amicis quàm inimicis promptus eſt; ſive ſit tempore oportuno hominum, ſive intempeſtivo. Semper actiones ſuas ad Deum refert, cui

omnes

nes ſuas deputat vires, quum ipſe faciat, quid in
velit: Etiamſi ſummam propterea cogatur ſubire
ominiam, tamen nihili curat, ſed omnia eodem
ſet æquilibrio. Si quis detecto capite eum ſalu-
humilem ſe præbet erga Deum & fratres ſuos,
ue gratiam Deo fratribuſque omnem habet ſuis:
quid ſibi adſcribit: Si quis diras illi imprecetur,
erberibus faciem ejus obruat, meditatione hoc
im ruminat: ecce ego ſequor Chriſtum, & jam
dem repræſento ſtatum perſecutionis talis: mihi
ribuſque meis hoc in emolumentum ſingulare
et, NB.

LII. *Quid hinc notandum?*

Cce, vos, ô mei dilectiſsimi, talis & non alius vere
vivideque Chriſtianum agit: Atque hoc jam Ie-
a vobis offert tempusgratiæ per tubæ ſuæ can-
, mirabilemque Spiritus ſui ſonum. Namque de-
& oportet tale regnum jam propè in futurum
ifeſtari, atque in effectum eſſentiæ deduci, ut te-
onium ſit cunctis gentibus terræ, de quo omnes
phetæ ratiocinati ſunt. E contrà verò Deus cun-
impiis & nolentibus terrigenis iram, furorem &
ecationē denunciat ſuam ad devorandum eos,
nditus Babylonem extinguendum. Iſthæc non
dico; ſed Spiritus mirabilium populis cunctis
onit. Ideoque te ſuccinge Babylonia Antichri-
a, ac degluti multum ſanguinis. Namque tumet
es, quæ ſe abſumit: tibi nullum viget conſilium;
m prorſus omni careas pœnitentia in voluntate
Verum filiis Dei ſub te preſſis, hæcce ſcripſimus:
d ita quoque agnovimus & perſpeximus ocu-
er, &c.

x quibus facilè patet, quodnam propriè veri
inis officium in hac ſit mortalitate, & potiſſi-
mum

mum quodnam verè Chriſtianis competat: Nimirum tria hæc cuivis ſuum ſuggerunt verum munus, à quibus ſi quis deviet, eo ipſo ſtatim oſtendit detegitque ſe ſibi & probæ ſuæ cordis, num verus homo, an potius beſtialitati ſuæ tot vitiis obnoxius vivat. Etenim qui non per abnegationem ſui ad dilectionem Dei & proximi tranſire, indeque in adſiduis votis & ardentibus erga Deum precibus vivere didicit, certiſſimum ſecū fovet argumenti firmiſſimi indicium, quod magis beſtiæ adhuc, quā vero hominis officio, vivat adſimilandus. Quò magis quis ſimplicitati ſecum locum cedit, eò magis naturę ſerpentinæ ſe eripit, & cœlo propiorem ſiſtit. Veluti id quoq; Chriſti monita *Matth.* 18, nobis inculcant, inquiens: ἐὰν μὴ ϛραφῆτε, κὴ γένησθε ὡς τὰ παιδία, &c. niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut puelli, non ingrediemini in regnum cœlorum. Simplicitas enim, *ait Kemp. li. 2. de imit. Chr. c. 4*, intendit Deum, puritas apprehendit, & guſtat. Si tu eſſes intus bonus & purus, tunc omnia ſine impedimento videres, & benè caperes. Cor purū penetrat cœlum & infernum. Qualis unuſquiſque eſt intus, talem ſe judicat exterius. Ideoq; etiam D. Paulus, omnino nos ab amore mundi vult undiq; ſeparatos in cunctis vitę partibus, ne nimium inficiamur ejus impuritate. Cæterum, *inquit* 1 *Cor.* 7. illud dico fratres, tempus eſt contractum, vitæ nempe noſtræ. Supereſt, ut, qui habent uxores, ſint tanquā non habentes: & qui plorant, ſint tanquam non plorantes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι. & qui utuntur mundo hoc, tanquam non utentes, &c. Sic tutiſſimus quiſque in abnegatione ſui & ſimplicitate pura cordis puri per contemptum mundi, viam hujus vitæ teret & feliciter in officio debito conficiet.

LIII. *Quod*

LXII. *Quodnam autem eſt hominis veri officium particulare in hac mortalitatis vitâ?*

QVamvis ex ſuperioris quæſtionis explicatione id ſatis liquidè conſtet; tamen idē D. Paul. *d. 1 Cor. 7.* unum facit lucidiſſimis verbis & monitis: ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ κύριος, οὕτω περιπατείτω. Velut unumquemque vocavit Dominus, ita & ambulet. Omnia in eo conſiſtunt, ut ſedulum obſervatorē voluntatis divinæ quis agat. Mundana enim parerga noſtra eſſe debent, ne nobis ipſis noſtrum ſubvertamus glorioſæ dignitatis & felicitatis ſtatum. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Præterit enim ſchema & facies hujus mundi, *ait ibid. D. Paul.* 10, ad quem nati non ſumus; ſed æternitati deſtinati. Quare nobis ita in hac temporali mortalitate nobis ea peragenda ſunt, quæ nos haud ab illa ſempiternitate excludant. Atque hoc eſt quod D. Paul. ſecunda vice d. loc. inculcat, dicens: ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω. Vnuſquiſque in ea vocatione, in qua vocatus eſt, maneat.

Exemplì loco addit: Si ſervus vocatus es, ne ſit tibi curæ. Etenim qui in Domino vocatus eſt ſervus, libertus Domini; Sic & liber, ſervus eſt Chriſti. Quaſi diceret; omnes ad paritatem alligati ſumus ſervitio Corporis Chriſti. Sive quis regens, aut ſubditus: ſive informator, aut diſcipulus; ſive clericus, aut artifex manualis; ſive emptor, aut venditor: ſutor aut ſartor; ſis cujuſcunq; velis conditionis homo, omninò teneris omnes actiones abſque ullo diſcrimine juxta materiæ tuæ tractationem, in dilectionem Dei & proximi dirigere: nec opus eſt, ut inde quid aliud theologicè aliud politicè fingas actum aut factum: ex puritate cordis omnia proficiſci debent ad intentionem ſolidè piam; tunc ſatis places Deo & proximo.

ximo. Quapropter tertia vice id quoq; D.P.d.loc.v. repetit: ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοὶ, ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ τῷ θεῷ. Vnuſquiſq; in eo, in quo vocatus fuit, fratres, maneat apud Deum. Ideo videat quiſque, ut non laboris falſi ſuggeſtionem præſtet ſuo proximo; ſic benedictos auferet ſibi vitæ fructus.

LIV. *Quiſnam ille officii fidelis in labore quovis fructus eſt?*

Fructus iſte, qui ſimul ex fine hominis veri dependet, de quo nunc proximè in ſequentibus agendum eſt, nil aliud determinat, quàm lætitiam & exultationem bonæ conſcientiæ, cujus ſenſu & inductione quiſque bonus & pius delenitur & recreatione ſui ſecum intus afficitur optimè. Nec minus hoc homini ſolatio & gloriæ eſt, *ut rectè Kemp. lib. 2. de imit. Chr. cap.* 16. *ait*: Gloria boni hominis, teſtimonium bonæ conſcientiæ. Habe bonam conſcientiam, & habebis ſemper lætitiam. Bona conſcientia valdè multa poteſt portare, & valdè læta eſt inter adverſa. Mala conſcientia ſemper timida eſt & inquieta. Suaviter requieſces, ſi cor tuum te non reprehenderit, &c. Sed quùm maxima pars mortalium, ut illorum teſtatur vita, planè ignorat, quidnam bona propriè conſcientia ſit, plurimi quoque ſint, qui perpetua cantilena nihil in ore promptius geſtent, quàm conſcientiæ jacturam, quùm tamen domi interim ſecuriſſimè in ea dormiant, inque adſiduis vivant peccatis & flagitiis, binis heic ſaltem verbis eam deſcribam. Neque enim aliud quid eſt *Conſcientia, quàm Centrati correſpondentia cordis cum Deo, ſecum ſtimulum mordacem ac condemnatorium ſui ad animæ uſque nervum penetrantem gerens, quoties quis intus ſecum ad malefacti punctionem aut judicium exigitur.* Quùm in multis ſtimulus conſcientiæ ſerpentis

ꞏs inſtar ad tempus lateat, tandem tamen eò
entior prorumpit in apertum, ut haud rarò in
:rationem ultimam præcipitet mortales: unde
aſtúta occultatio eò pernicioſior. Sed de his,
ı pauci ſint, qui fundamentalia tetigerint, plu-
ʒnoſci aut peti poterunt ex Pol. noſt. univerſ.
cap. 7. quæſt. 5, &c. Quàm miſerè ſe verò
orqueat Meiſnerus, præter neceſſitatem, id co-
atur in ejus lib. *de ſum. bon. cap. 3. quæſt. 2.*
7q. Cernes ibi notabile rationalitatis vanæ
plum.

. *Quis vero proprius veri hominis aut Chri-
ſtiani eſt in hac mortalitate finis?*

Ti ille finis pro genuino accipiendus eſt, qui
:onſecutionem metæ non ſaltem antè oculos
, ſed etiam largitur; alias omnia, quæ medio-
loco habentur, fruſtranea forent: ita quoque
naximè in conſideratione hominis id pro fine
bendum, quod rem conſequendam nobis por-
Cujus gratia enim omnia fiunt, & quo cuncta
ıntur, is eſt finis. At quùm in ipſa expetitione
præ altero attendatur, & principaliſſimus ita
it externus præ interno, qui opus alias ab of-
liſcernat, inde conficitur, ut internus finis fa-
ur & ſubſerviat externo: Sic etiam internum
conſtituemus, quam D. Paul. nobis, vel po-
ſe Chriſtus monſtrat *Ioh.* 3. ut regeneratio-
ꞏbtineamus, aut *Luc.* 17. ingrediamur regnum
um in nobis, & in Fide vivamus. Namque, *ait
ul. Epheſ.* 2, 10. ipſius opus ſumus, conditi in
o Iheſu ad opera bona, quæ præparavit Deus,
ἀυτοῖς περιπατήσωμεν, ut in iis ambularemus.
ceſſarium eſt hoc conſectarium, ex declarato
ı ſive operatione hominis, ut, quemadmodum
eſt ve-

Digitized by Google

eſt veritas in Iheſu, non tantum deceat nos juxta priorem converſationem deponere veterem hominem, qui corrumpitur juxtà concupiſcentias erroris; ſed etiam *ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ἡμῶν, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον*, renovari Spiritu mentis noſtræ & induere novum hominem, qui juxta Deum conditus eſt per juſtitiam & ſanctitatem veritatis. *Epheſ.* 4. 23. *Rom.* 6. *Coloſſ.* 3. 1. *Pet.* 2. *Hebr.* 12. *Zach.* 8. Per renovationem ejuſmodi Spiritus, homo nova fit creatura; & redditur ita in Fide fidelis, 2. *Corinth.* 5, 17. *Epheſ.* 2, 10, 15. *Gal.* 6, 16.

L V I. *Quis verò eſt finis hominis in hac vita externus?*

ISte partim principalis eſt & centri inſtar ſe habet, partim ita ultimus, ut in centri gloria ubique ſe vividum præſtet, & in ejus uſu vigeat. Principalem hunc nobis etiam Chriſtus in ſemetipſo determinat: Ego ſum via, veritas & vita: *It. Ioh.* 15. Ego ſum vitis: *ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.* Qui manet in me, & ego in illo, hic fert fructum multum, *ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*, quia ſine me nihil poteſtis facere. Quare unio cum Deo in Chriſto & Spiritu ejus finis iſte heîc ſummus, ut ita in eo ſimus, vivamus & moveamur, quæ conjunctio veram conſtituit beatitudinem. Alias enim mundus neque mundana nobis quid ſalutis veræ addunt; ſed potius ſeducunt carnem. Nihil enim intulimus in mundum, *ait D. Paul.* 1. *Timoth.* 6. videlicet, nec quidquam efferre aut nobiſcum ſumere poſſumus, quod ipſa cotidiè experientia ante oculos ponit nobis.

Ideoque graviter errant illi, qui ſaltem externam honeſtatem, & felicitatem vitæ, pacemque & tranquillitatem pro fine & ſummo hominis bono ſtatuere

Digitized by Google

: audent. Quaſi verò homo, ob hujus mundi s ſuo fini deſtinatus & à Deo creatus eſſet; quùm en mortalitatem cotidiè in experientia cernat & ɔet! Qualia igitur media ſibi inventuri ſunt, qui um ignorant finem, ac ſaltem de ſcopo in diſpu- onibus cœcis hærent, ſeſeque mutuò defraudare graviſſimè perſequi non deſinunt, in opinionibus dubii? Vt vel unicum hoc ſatis luculenti teſti- ɔnii loco ſit nobis, quid ratiocinationibus ſuis ef- iant. An non ubique errent mentis humanæ con- ia in mediis diſpiciendis, ſi non habeant, quò pro- iè dirigantur? Quorſùm nauclerus dirigat navis ırſum, aut cuinam ſe credat cum velis ſuis vento, ignoret quem portum & in qua regione petere ebeat eundem? Simili ratione non minus craſſiſſi- ıè illi errant, qui de Republica conſtituenda agunt, ec tamen alium ſcopum aut finem ſibi præfigere oſcunt, quàm ex vulgi & ethnicorum ſapientia onum ſummum heic in benè vivendo diſpiciunt; quùm nec ipſi ſatis inter ſe conveniant de eo, quid- ıam ſit benè vivere, & quæ felicitas huic vitæ ac- cenſeri debeat; num eam ἀγαθὸν πρακτὸν bonum morale & activum, an τέλος τελειότατον finis perfe- ctiſſimus, an εὐπραξία recta ratio, aut εὐζωία proba & honeſta vita, vel εὐτυχία proſperitas ſortis, ſive μακαρισμὸς beatitudo, vel εὐδαιμονία bona rerum tractatio contineat & exprimat: quibus alii appeti- tum cum recta ratione (niſi potius curva fuerit) ad- diderunt: alii ſalutem hominis, alii gloriam Dei; quùm tamen & ipſi, quid reverà ſalus ſit aut gloria Dei, atque in quibus conſiſtant, penitus ignorent. Quæ mirabiles ſectæ tot opiniones traxerunt, ut re- ferente id *D. Aug. l.* 19. *de Civ. Dei. cap.* 19. *in* 800 ſciſſuras abierint, uſque adeò in res varias ſummum hominis bonum collocarunt ſapientes, *ait Piccol. eth.*

Digitized by Google

eth. gr. 9. c. 10. ut vulgares itidem vario modo affecti, varias protulerint inter ſe diſcordes ſententias. Ita quiſque ſuum proprium ſibi confinxit opinionis ſuæ deum, vel ad voluptatem, vel ad honorem, vel ad divitias, vel ad gloriam ſui & amorem reſpiciens.

Quomodo verò illi Dei gloriam inveniant, quos ſui amor uſque tenebroſè occœcavit, ut nil in bono inveniant ultimo, quàm quod proprium cuique ſtatuat commodum & quidem hoc carnale ac mundanum? Vani ſunt omnes homines à natura, quibus ineſt Dei ignoratio, quum ex iis, quæ vident, bonis, non potuerint eum noviſſe, qui eſt, neque ad opera attendentes agnoverint artificem, &c. *ait Salom. in Sap. cap.* 13. Cui igitur deputent Reipubl. ſuæ conſtitutionem pro ultimo fine & principali in beata (quam ſibi ſomniant) vita ſua? O quàm inanis ea beatitudo, quæ verum haut novit Deum, nedum quod in Chriſto vividè vigeat! unde non fruſtrà hoc toties repetit Chriſtus: *ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐγὼ ἐν ὑμῖν.* Ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. *Ioh.* 14. *& Ioh.* 6. *ait.* Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, *ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ*, in me manet, & ego in illo. Quæ verba adeò prægnanter prolata ſunt, ut efficacia ſua nuſquam carere poſſint, qui modò id ritè penſitet ſecum, quonam aliquando hanc mortalitatis craſſitiem morbidam deponens ſit ad æternitatem conceſſurus? Et quis non huic fini in Chriſto ita ſanctè ultimato ſe deſtinet totum?

LVII. *Quis igitur eſt finis hominis in Chriſto ultimatus?*

QVicunque in Chriſto vivit, & inhabitantem ſecum ita geſtat Spiritum ejus, quid aliud exerceat

: adſiduus & efficiat, quàm ut ejus, cujus tem-
m exhibet, laudem gloriamque ubique in cunctis
;itatis cordis, actionibus vitæ, & omnibus nego-
lubentiſſimus quærat? Hæc certè ſumma eſt
nium, quam *D. Paul. Coloſſ. ſuis cap.* 3. indicat.
ογος τοῦ χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ
ίᾳ, Sermo Chriſti inhabitet in vobis opulenter
n omni ſapientia, docentes & commonentes vos
icem cantionibus, & laudibus, atque cantilenis
rituatibus, ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ
ρίῳ, in gratia canentes in corde veſtro Domino.
B. καὶ πάντα ὅ, τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, Et
nne quicquid egeritis ſermone & facto, cuncta ta-
. in nomine Iheſu facite, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ
ιτρὶ δι' αὐτοῦ. gratias agentes Deo, & Patri per il-
m. Non enim aliter oportet manifeſtari Chriſtũ in
mplo ſuo, quàm quod cuique perpetim excitet cor,
entem, & animam, ne quid interturbet mundani
os, quod templum iſtud profanet. Vnde *D. Paul.*
t 1. *Corinth.* 3, 16. An neſcitis, quod templum Dei
tis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis tem-
lum Dei profanat, hunc perdet Deus, φθερεῖ τοῦτον
Θεός. *It.* 1 *Cor.* 6, 19. *&* 7. *&* 2 *Cor.* 6, 10. *&* 2 *Pet.* 1.
Rex David omnibus regentibus in hoc exemplum
præbet, qui paſſim in Pſalmis ſuis inde lætatur & ex-
ultat Deo, eidem ubique gratias agendo: Lauda ani-
ma mea Dominum, exclamat *Pſal.* 146. Laudabo
ehovam in vita mea. pſallam Deo meo, quàm diu
futurus ſum. *It. Pſal.* 144. Exaltabo te Deus mi, Rex,
& benedicam nomini tuo in ſeculum & ſempiterni-
tatem. Cotidiè benedicam tibi, & laudabo nomen
tuum in ſempiternum ſeculum: Magnum eſſe Ieho-
vam, & laudandum valdè; imò magnitudini ejus
non eſſe perveſtigationem, &c. *It. Pſal.* 73, 28 Pono
in Domino Iehova receptum meum, ut enarrem
omnia

Digitized by Google

omnia opera tua. Ita quoque omnes concitat mortales ad hujuſmodi *εὐχαριστίας* *Pſal.* 33. Cantate juſti in Iehova, inquit: rectos decet laudatio. Celebrate Iehovam cytharâ, nablio & decachordo pſallite ei. Canite ei canticum novum; optimè pulſate cum clangore, &c. *Pſalm.* 105. Celebrate, *ait*, Iehovam; Proclamate nomen ejus: notas facite in populis actiones ejus. Canite ei, pſallite ei; confabulamini de omnibus mirabilibus ejus operibus, &c. Iucundiſſima ſanè ſunt verba, quæ meritò metricè ita exprimuntur à *Caſp. Cunr.*

I. *In laudes juvat ire Dei; plebs omnis adeſte,*
Atque Dei nomen plenis extollite buccis,
Ejuſque mira gentibus
Narrate facta cunctis.

II. *Pſallite nunc omnes, omnes nunc pſallite læti,*
Voce lyræ, linguæque ſono, citharæque crepante,
Altaque voce dicite
Miracla dia Ihovæ.

III. *Vos inquam, populi, Ihovæ gens addita ſacris,*
Concelebrate Deum, plenoque referte ſonore,
Omnes per orbis angulos
Ejus benignitatem.

IV. *Nec mora, latantes ſacrati limina templi,*
Et decus omnipotens, & ſanctam fœderis arcam,
Numenque dium quærite
Mortalibus tremendum.

V. *Ipſius & memores operum, quæ plurima quondam*
Oſtendit patrûm noſtrorum tempore, quando
Proſtravit hoſtes, & ſui
Dedit ſtatuta pacti.

VI. *Vos, inquam, vos Abramidum ſelecta propago,*
Et vos Iſacidæ, vos & de ſtirpe Iacobi,
Prognata ſancta natio
Has ore ferte laudes.

VII. *Hic Deus eſt noſter, ſacra qui ſeptemplicis orbis*
Tecta tenet, rerumque potens moderatur habenas,
Cujus benigna gratia
Sub orbe regnat omni.

Verum

Digitized by Google

erum non vult David rex ſanctus, cum D. Pau-
ut ſaltem in verbis & nudo linguæ uſu Iehovæ
ſtri prædicationes & encomia nobiſcum conſi-
nt; ſed ut quiſque ſingulis momentis ideam etiam
ictam cordis operibus erga Deum & proximum
primat. Quandocunque enim Chriſtus manifeſta-
s fuerit vita noſtra, tunc & vos cum illo manife-
bimini in gloria, *inquit D. Paul. Col.* 3, 4. veluti
iam minutiſſima quæque proximo præſtita, Chri-
us ſibi imputat *Matth.* 25. Fili, rectè ex ore Iehovæ
a loquitur *Kemp. lib.* 3. *de imit. Chr. cap.* 9. Ego
ebeo eſſe finis tuus ſupremus & ultimatus, ſi verè
eſideras eſſe beatus. Ex hac intentione purificabi-
ur affectus tuus; ſæpius ad ſe ipſum & ad creaturas
nalè incurvatus. Nam ſi te ipſum in aliquo quæris
atim in te deficis, & areſcis. Omnia ergo ad me
rincipaliter referas: quia ego ſum, qui omnia dedi.
ic ſingula conſidera, ſicut ex Summo bono ma-
antia: & ideo ad me, tanquam ad ſuam originem,
cuncta ſunt reducenda, &c.

Hæc eſt veritas, qua fugatur gloriæ vanitas. Et ſi intraverit cœleſtis gratia, & vera charitas, non erit aliqua invidia, nec contractio cordis, neque privatus amor occupabit. Vincit enim omnia divina charitas, & dilatat omnes animæ vires. Si rectè ſapis in me ſolo gaudebis, in me ſolo ſperabis: Quia nemo bonus niſi ſolus Deus, qui eſt ſuper omnia laudandus, & in omnibus benedicendus. Ideoque hæc omnibus momentis tria nos docet D. Paul. obſervanda. 1. *Theſſal.* 5, 15. *πάντοτε χαίρετε, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε.* Semper gaudete, indeſinenter orate, in omnibus gratias agite. Hæc enim eſt voluntas Dei per Iheſum Chriſtum, &c.

Ergo hæc cantio Davidica nos cotidiè ad laudes

laudes Iehovæ noſtri excitet, ut quiſque per orbem hilari & grato corde memor Dei beneficiorum non hypocriticè ſed verè & vivido cordis ſpiritu celebret, & ſanctificet nomen ter ſummum ejus, Fide ingreſſa ad eum. Sumus enim omnes ſacerdotes, quibus liceat ſemper ingredi in ſancta ſanctorum, & orare pro noſtris aliorumque delictis, & offerre vota, ſive ſacrificia laudis. Vt, inquam, laudemus Deum eo, quod nos creavit, quod paſcit nos, cibo & corporis & Spiritus: imò ſemetipſo nos reficit (quia, inquit, bonus & ſuavis eſt Dominus) quod ubique benignitate & miſericordia in nos affluit; quod promiſſionis ſuæ veritatem nobis ſervat, etiam indignis in æternum. Hæc in ſumma nihil aliud ſunt, quàm Deum eſſe nobis piiſſimum Patrem, id eſt, non ſolum Creatorem; ſed & gubernatorem, Proviſorem, Paſtorem, Redemptorem & Salvatorem, ut rectiſſimè in comm. ad *Pſalm.* 100. loquitur *Ioan. Pomeran.*

I. *Telluris omnes perpetuò Deo*
Partes Iehova jubila tollite;
Vos incolæ noſtri Iehovæ
Vndique concelebrate laudes.

II. *Summo Iehovæ lætitiâ pia*
Præſtate ritu munia debito;
Adeſte cuncti viſitando
Illius atria ſancta Templi.

III. *Scitote, noſter quod Ihova ſit Deus;*
Nos ipſe fecit; nemo quid eſt ſibi:
Vt ſimus ejus gens oveſque.
Paſcere gaudet amore quemvis.

IV. *Intrate portas ejus in omnibus*
Grates agendo; tollite regiam
Encomiis, ejuſque nomen
Clangite ſuavidico ſonore.

V. *Nam*

Digitized by Google

Nam Ihova clemens & facilis viget.
Nec novit ejus gratia terminum
Vnquam fidelis, veritaſque
Secula durat in æviterna.
Hallelu-Iah.

Pſal. 114. Paraph.

Laudes Iehova pangite cælicas,
Ingentes orbis circuitu ſuo
Quot continet gentes, & illum
Perpetuo reſonate cantu.
Quippe illius ſtat firma benignitas
Quosvis fovendo, ſanctaque Veritas
Cunctis locis invicta ſemper
Permanet, omnibus atque ſæclis.
Hallelu-Iah.

LVIII. *An verò omnibus mortalibus ad eum ſcopum perveniendi aperta eſt via?*

ARboris humanæ radicem negare aut infringere velle, certè perquam inhumanum eſt, imò & abſurdum. Nonnè Adam in genere univerſo noſtro ſe inſtar radicis habet, ex cujus ſtipite arbor in tot ramos quàm latiſſimè per univerſam terram effuſa viget? Quid igitur ſupereſt? Nonnè omnes Adami hujus extant filii, & ejuſdem conditionis vivunt ſurculi? Sed lapſus eſt Adam, & nos cum illo ex ejus ſemine progeniti omnes. Ideoque quàm latè ſe expandit hujus criminis labes, tanta amplitudine quoque recuperatio & cura medicinæ nobis procedit obviã in Chriſto. Etenim ille propterea deſcẽdit è cœlis & humanã adſumſit naturã, ut pro omnibus peccatis omnium hominum totius mundi ſatisfaceret; nullum excludere voluit, qui ſemetipſum ſaltem non excludat. Medium quippe ſeſe inter Deum Patrem & univerſum mortale genus ponens, an non ille cunctos Deo reconcilirt? Nonnè agnus Dei qui tollit peccata mundi, *Ioh.* 1, 29. An non ſanguis Filii Dei

emundat nos ab omni peccato? 1 *Ioh.* 1, 7. An non Chriſtus Iheſus factus eſt nobis ſapientia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio & redemptio? 1 *Cor.* 1.29. An non Iheſus Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantum; ſed etiam pro totius mundi? 1 *Ioh.* 2, 2. Chriſtus in ſanguine ſuo redemptionem omnium invenit, *ait Anſh. in 9. c. Ebr.* Delevit enim tàm originalia quàm actualia peccata; & omnem juſtificationem exhibuit, ac regnum cœlorum aperuit. Ita & *D. Baſil. in Serm. de Hum. uat. ait*; Inventum eſt unum pro omnibus ſimul hominibus dignum precium; ſanguis D. noſtri Iheſu Chriſti, quem pro nobis omnibus effudit. Quod etiam atteſtatur Orig. lib. 1. in Hiob, inquiens: Chriſtus ad terras veniens, in humano corpore paſſiones ſuſtinuit, pro omnium hominum ſalute, &c. Vt ita clarum ſit undique, omnia amiſſa bona, in Chriſto medico vero humanæ labis & lapſus, nobis reſtitui cunctis.

Imo ipſe Chriſtus *Ioan.* 3. *ait*, ſe à Patre propterea datum, ut totus mundus per eum ſalvus fuit.

Quod verò multi & fortè maxima pars hominum heîc ſe diverſos agant à Chriſto, quæſo, cujus culpa id fiat? An non ad ſe vocat omnes? *Matth.* 11. Pudeat eos, qui heîc quid tacitè ſecum concludere ſatagunt quod Dei naturæ contrarietur. Ipſe *d. Plato l. 4. de ll. longè* ſacratius de Deo ſenſit, quàm tales, *quādo ait*; Deus, ô viri, (*ſic antiquus ſermo teſtatur* NB.) principium, finem & media continens, recta peragit ſecundum naturam circuens &c. Vnde *lib.* 2, *de Republ.* quoque eum non tantum refellendum omnino putat, ſed planè non permittēdum in civitate, ſi quis malorum cauſſam Deo, qui nil quàm bonus eſt, imputare velit: imò ait, neque quenquam audire id decere, ſive ſit junior, ſive ſenior, ſive carminibus hæc

inſe-

erantur, ſive ſoluta oratione narrentur, utpote
e neque dictu ſancta ſint,neque utilia, neque inter
onſona &c.En,quā ſanctus in cogitationibus ſuis
ethnicus erga Deum! *Quid verò nos deceat?*
In Deo nulla eſt mora; niſi quiſque ſuæ propriæ
unæ in pervicacia & propriæ voluntatis appe-
velit eſſe faber nequitioſus aut malignus. Porta
piſcentiæ omnibus in natura patet; quod etiam
eca in epiſt.90. confitetur, ubi dicit; Non fuit
inimica natura, ut, quum omnibus aliis ani-
atibus facilem actum vitæ daret,homo ſolus non
ſet ſine tot artibus vivere.Ad parata nati ſumus:
omnia nobis difficilia facilium faſtidio feci-
s,&c. Hæc eſt enim,*inquit in Epiſt.* 94, ſapientia,
naturam converti,& eo reſtitui, unde publicus er-
expulerit. Magna pars ſanitatis eſt, hortatores
niæ reliquiſſe, & ex iſto cœtu invicem noxio
cul abiiſſe.Hoc ut eſſe verum ſcias, adſpice quan-
aliter unuſquiſque populo vivat,aliter ſibi, &c.
in epiſt. 87, *ait*: Si artifex es,metire hominis ani-
m; dic quàm magnus ſit; dic quàm puſillus ſit.
quæ recta ſit linea; quid tibi prodeſt, ſi quid in
i rectum ſit ignoras? Nimirum ex beſtialitate ne-
ſua excedere cupit, quæ cuique tantum imponit,
equeat ſe ex humi afflictione in cœlos erigere.
de non immeritò ſapientiſſimus Rex mortalium
m.lib.Sap.cap. 13,5. gentes tàm graviter in ſua
verſitate corripit; inquiens: Ex magnitudine &
ie ac creatis rebus, convenienter naturæ earum
fex ſpectatus eſt: verumtamen in iſtis rebus cri-
atio eſt parva: Etenim iſti fortaſſe errant, qua-
es Deum & volentes invenire. Nam in operibus
s converſantes perſcrutantur, & perſuadentur
; quia res,quæ videntur, pulchræ ſunt. Verùm e
rſo ne iſti quidem digni ſunt venia. Nam ſi tan-

tum valuerunt cognoſcere, ut conjecturis potuerint adſequi ſeculum, iſtarum rerum Dominum quomodo non invenerunt citius? &c.

LIX. *Vnde tamen hoc eſt, quod homines, ita ſibi ſint In ſuis conatibus contrarii?*

QVamvis id ſuprà ſit ſatis declaratum; tamen heic etiam lubet ex D. Platon. paulò detegere, *qui 5 de ll. ita dicit:* Omnium vero maximum quiddam malum in multorum animis eſt innatum: cujus quidem, quum facilè ignoſcant ſibi, remedium nullum excogitant. Eſt autem hoc, quod dicere ſolent, quod quiſque natura ſibi amicus eſt, rectèque eſt, ita ſe habere. Sed reverà nimius in ſemetipſum amor omnium peccatorum omnibus NB. ſemper cauſſa eſt. *Obcæcatur quippe circa amatum, qui amat.* Quapropter, qui ſeipſum magis quàm veritatem honorandum putat; quid juſtum, quid bonum, pulcrumque ſit, malè judicat, &c.

Quur non inde longè pejori corruptione ſui laboret, qui falſa informatione in tantum in rationalitate ſua aſſurrexit, ut nolit quid Verbo Iehovæ credere, niſi id ſuis quadret concluſionibus? An non hæc ſit ſumma perverſitas? Quem mali mores corruperunt, illi fruſtra præcipis; ſic cum patre, ſic cum uxore vives, *Sen. in epiſt.* 94. Nihil enim præcepta proderunt, nec quid in quopiam promovebunt, quàm diu præconceptis opinionibus implicatus hæret, & menti error obfuſus eſt.

Quare valdè errat *Meiſn. in diſſ. de ſum. bon. cap.* 2. *q.* 2. quod homini abneget conſecutionem tàm miſeri boni, quale ille ex opinione aliorum in ſua doctrina præſcribit. Videlicet ſuis ethnicis ſaltem carnalem præſcribunt vitam, & tamen ſubſervientem faciunt eandem Chriſtianiſmo.

At

Digitized by Google

At quales illi virtutes aniles in habitu ſuo miſero
ıſtituunt; talem etiam felicitatem ſibi ſtolidi fin-
nt. Nihilominus *Piccol. in Eth.gr. q. c.5.* potiores
hoc defendit partes, quod oſtendat, homini com-
ere adeptionem ſummi boni, quum munere mē-
hoc habeat, quod mortalia negligere, æterna ma-
facere, & ad primum principium elevari queat,
quo ſine medio pendeat, &c. Quamvis in his ali-
d dicere videatur; tamen quod una manu largi-
, alterâ rurſus eripit ſuis auſcultatoribus; dum
per ad ſuas habitualiter juxta rationis ductum
æ excultas virtutes relabitur.
Sed veluti eſt tàm miſeri boni præfiguratio; ita
oque ſe habent miſerrima media pro illo conſe-
endo fine. Nec quid is cum ſuis ſimilibus obtinet,
t toties rectam prætendant rationem, quem di-
ıt eſſe intellectus judicium de re, ſive natura nota
ſive ex principiis naturâ notis legitimè ſequitur:
ıle exemplum ſtatuunt in iis; Quod totum ſit ma-
ſua parte: ſi æqualibus æqualia addantur, tota
ıt æqualia: Item, Deum eſſe colendum: honeſtè
endum: Nemìni nocendum: Ius ſuum cuique tri-
endum &c. Hæc enim & ejusmodi ſaltem in ex-
na hærent ratione, & cum animalibus brutis, ut
ra ad oculum demonſtratum eſt, habent ſaltém
nmunia, nec ad animæ interioris naturam pene-
nt ejuſque cognitionem tangunt, quod ſtolidè ſi-
erſuaſum habent. Sed ipſi propriis id confitentur
mplis, ut ea, quæ ex atteſtatione conſcientiæ vera
ant, juxta ſuæ rationis ductum, ea tamen ipſius vi-
ctis & factis refutent, ut beſtias etiam in his me-
res cernere valeas.
Proinde in rationis ſuæ cultura ſe ita magnificè
endunt, ut garrulitate ſaltem ſua ſe ſibi ſapientes
nnient, ac interim ne quidem in natura vel gra-

num milii aut arenę intelligentes ſint. Stoici licet altiora ſemper poſt Platonem & Socratem intendere viſi ſint; tamen eorum princeps Seneca exhorret ejuſmodi ſimias. *Epiſt*. 108. *ait*:

Nullos pejus mereri de omnibus mortalibus judico, quàm qui Philoſophiam velut aliquod artificium venale didicerunt: qui aliter vivunt, quàm vivendum eſſe præcipiunt. Exempla enim ſeipſos inutilis diſciplinæ circumferunt, nulli non vitio, quod inſequuntur, obnoxii. Non magis mihi poteſt quiſquam talis prodeſſe præceptor, quàm gubernator in tempeſtate nauſeabundus. Sic *epiſt*. 95. Antiqua, *inquit*, ſapientia, nihil aliud, quàm facienda & vitanda præcepit. Et tunc longè meliores erant viri. *NB. Poſtquam docti prodierunt, boni deſunt*. Simplex enim illa & aperta virtus, in obſcuram & ſolertem ſcientiam verſa eſt, docemurque diſputare, non vivere.

Fuit ſine dubio, ut dicitis, vetus illa ſapientia rudis à principio, non minus quàm cæteræ artes, quarum ſubtilitas in proceſſu crevit. *Reſp*. Sed ne opus quidem adhuc erat remediis diligentibus: Nondum in tantum *NB*. nequitia ſurrexerat, nec tàm latè ſe ſparſerat. Poterant vitiis ſimplicibus obſtare remedia ſimplicia. Nunc neceſſe eſt, tantò operoſiora eſſe munimenta, quantò validiora ſunt, quibus petimur, &c.

Rectiſſima certè inter veterem Veterũ ſapientiam, & eam, quæ ex rationis cœcę & vanæ gyro profluxũ cœpit vertiginoſum, prolata eſt diſtinctio. Etenim quid ibi fiat aliud, quum ut perpetim digladiatoriè diſputetur: ubi veritas in puteo latet amiſſa profundiſſimo, quamvis omnes Logicales adhibeant terminos & machinas, cum inſtrumentis fortiſſimis? Vt pateat qualem illis ſua recta ratio pariat prolem genuinam in hac Philoſophia, quæ nil niſi juxta princi-

pia

Digitized by Google

a nota ſibi fingere valet conceptus opinativos. An on inde ſint perpetui errores, meris nitentes ſuicionibus?

LX. *Num veritas ita in animis hominum diſtracta eſt?*

NOn iniquè heîc producam *Sen. epiſt.* 102. Diverſa diſſimilium judicia ſunt, *ait*, diſſimis affectus. Dubia omnia invenias, levia ſuſpecta. itas tu, poſſe ſententiam unam omnium eſſe? Non t unius una. Illis placet verum: Veritatis una vis, na facies. Apud hos falſa ſunt, quibus adſentiuntur. unquam autem falſis conſtantia eſt. *NB.* Varianir & diſſident.

Ecce igitur quantum verum à falſo diſſidet, tanim quoque diſcriminis eſt, inter talem diſputatoam, & veram Philoſophiam, quæ non tantum ipſa aturæ penetralia nobis retegit Hermeticè, ſed etiam totam novit ſubmittere Chriſto. Altera enim illa mper elatos generat Spiritus vanitatis, ut rectè iquatur *D. Luth. Tom.* 1. *Germ. pag.* 94. Quo agis exculta ſit ratio, eò miſerior rerũ intellectus. Jamque quodcunque abſque Chriſto ratio ſapit, ſit intæ dignitatis & auctoritatis, quanta extolli unuam valet; tamen nihil niſi meras affert blaſpheiias, *ait id. Serm. Dom. pag.* 41. Ideò talis tua ſapiena extra Chriſtum duplex eſt ſtultitia: tua ſanctitas : juſtitia duplex peccatum & blaſphemia eſt. *Tom.* 7. *ſerm. pag.* 29. Quippe hæc coràm Deo ſumma ſapiitia & ars artium eſt, omnes exuperans ſapientias, iamſi Angelica eſſet, ut Chriſtum quis bene noſcat. *l. d. l. pag.* 57. E contra verò principium, medium t finis omnium errorum eſt, quando à ſimplici Vero Dei diſceditur, & ratione quis cupit in mirabilius Iehovæ agere, atque ſic res illas meliori intelle-

ſtu illuſtrare &c. Ne ipſa quidem univerſæ Philoſophiæ vis, *ait Sen. epiſt.* 94. licet tota *NB.* in hoc vires ſuas advocet, duram jam & veterem animis extrahet peſtem. Quare hoc? quæris forſitan: Reſpondet *Luth.* Quia optimum in ratione & natura nihil eſt, etiam ubi pulcherrimè, ſplendidiſſimè, & lucidiſſimè ſe exerit, nil niſi cæcitas eſt tenebræque meræ. *Conc. Eccl. ad Ioh.* 13. Ideoque propius nequit ſe diabolus nobis inſinuare, quàm per fictas ejuſmodi tenebrarum faculas, quùm omnis aſtuta malitia ejus in eo lateat, ut nos à Verbo Dei avertat. *Serm. dom. lib. pag.* 70.

LXI. *An verò hoc Chriſtiani non quoque faciunt, ut aliter doceant, & aliter vivant?*

SIc ſe palliare ſolent, quibus potior ſemper rationis eſt cura & defenſio, quàm ut ſe Chriſto ſubmittere velint. An non igitur hinc diſtinctio datur inter verum & falſum Chriſtianiſmum? Non omnes, Chriſtum qui vocant Dominum, ejus ſunt diſcipuli boni, ceu ipſe teſtatur, *Matth.* 7, 21, 22. Haud quiſquis dicet mihi; Domine Domine, introibit in regnum cœlorum; ſed qui fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt: Quod etiam repetit expreſsè, quomodo illos in extremo die ſit rejecturus graviſſima inculpatione. Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? *Luc.* 6, 46. Imò addit ſimilitudinem eam, quod bona arbor nunquam malum edat fructum; neque enim ex ſpinis ficus colligunt. Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui bonum profert fructum, & malus homo malum ex malo corde. *Matth.* 7, 18. *Luc.* 6, 44. Quin etiam quod pœna illos gravior maneat, qui ſe Chriſti ſervos aut imitatores dicũt, quum id non faciant, quod, ſe noſſe, gloriantur. Namque ſervus, qui Domini

voluntatem

Digitized by Google

untatem novit, nec exequitur, multis obnoxius
flagris: Sic & auditoribus Chriſti locus longè
trior deſtinatus eſt præ Sodomitis in inferno, qui
s Verbum repudiarunt factis malignis. *Matt.* 11.
23. *&* *Luc.* 10, 13. Non tamen omnes prop-
a rejiciuntur peccatores; ſed ii tantum, qui in-
Chriſtianos ſe numerant nomine, interim tamen
orde nil niſi ſeductiones & hypocriſin geſtant.
ceu ſunt maximè noxii; ita etiam graviori ſuppli-
digni veniunt Chriſto.
Carne verò quàm diu induti ſumus hac, ſemper
repunt quidem labis infectiones; ſed iis quiſque
ius ſe ope Spiritus Sancti ſubducere laborat,
de aſſidua in nobis hæc Spiritus & carnis lucta eſt,
qua D. Paul. tàm operosè agit paſſim. Sed hoc
n ſine anxia ſollicitudine ſemper agendũ, ne ſuc-
nbamus prorſus. Aſt qui ſuis tàm obſtinatè ratio-
eruditæ opinionibus inhærent, non ſibi quid reg-
nis invenient, ſub hoc prætextu, quum αὐτοδόζια
ionali ſuæ ſe potius, quàm Spiritui Iehovæ doci-
& ſequaces pertinaciſſimè præbeant: nec ſanitas
s ſit ulla ad meliora revertendi.
Tantum abeſt, ut non furentur eruditulі illi glo-
m Deo, quoties in altitudinem rationis aſcen-
nt, quàm ut etiam in furorem abeant, niſi illis ſu-
rioritas in figmentis ſcholaſticis relinquatur. An
n ſatis vel ex hôc appareat, qualis Spiritus Filii
t? Sed nec rarò ex hoc adſumpto rationalitatis ſuæ
oitu, artificioſiſſimè, quonſque quis in volubilita-
linguæ & terminorũ futilium ſe garrulitati & im-
dentiæ ſuperbæ adſuefecit, de articulis fidei qui-
ſvis diſputare novit, & magnas venditare ampul-
. Verùm quid hoc eſt? Niſi juſtitia veſtra ſit me-
r Phariſæorum, *inquit Chriſtus*, & litteraliter e-
ditorum, non poteritis regnum Dei ingredi. *Matt.*

 5, 20.

5, 20. *vide Arnd. de vero Chriſt. lib.* 1. *cap.* 39. Hinc rectè *ait* Cyprian. *de vit. veland.* Non ſtatim ea ſuſcipienda & adſumenda eſſe, quæ jactantur in nomine Chriſti; ſed quæ geruntur in Chriſti unitate. Namque doctrina abſque vita, quid proſit? Num Chriſtus & Belial benè inter ſe conveniant? *ait D. Paul.* At quas non hypocriſis valet ſanctitates ſimulare, præſertim ſi loquacitate præpolleat; ut etiam electos ſeduceret, niſi dies abbreviarentur. *Matth.* 24, 26. *Marc.* 13, 22. *Luc.* 21, 8.

LXII. *Quibus autem notis veri à falſis, in ſapientiæ cultu, diſcernuntur Doctores?*

TErtull. *ait.* Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpacium temporis, non patrocinia perſonarum, non privilegium regium: Sed Chriſtus Dominus noſter Veritatem ſe, non Conſuetudinem cognominavit. Ideoque non ad uſum receptum à tot ſeculis reſpiciendum aut recurrendum eſt, ſed id unicè obſervandum, quod Veritas dictitat.

Fundamentum autem perfectum nobis monſtrat & ordinat Verbum Dei, cujus ea eſt dignitas, ut longè ſit ponderoſius quid quàm omnes Angeli & Sancti, imò omnes Creaturæ, dicente *ſic Luth. Tom.* 1. *Ger. pag.* 435. Quia Verbum Dei unicus portus, porta, pons & via eſt, per quam Spiritus Dei ad nos venit, *Tom.* 2. *Ger. pag.* 486. Ideoque qui Deum habet abſq; hoc verbo ejus, ille non habet Deum. *Tom.* 5. *Germ. pag.* 242.

Nihilominus & hoc veriſſimum eſt, quod eruditi, habitualiſtæ rationis, Sancti mundani, potentes, magnates, divites & optimi contra Deum pugnent, & diabolo addicti vivant. *Luth. Tom.* 1. *pag.* 469. Certè enim Verbum Dei non habet crudeliores ho-

ſtes,

Digitized by Google

es, quàm ſapientiſſimos, virtuoſiſſimoſque mundaos, ſint quicunque & cujuscunque generis velint. *erm. Dom. pag.* 57. Quapropter certiſſimum heîc gnum & notam habes in omnibus iis, qui ratiois ſuæ vires & ejus prolem ſecum Philoſophiam a pertinaciter defendunt, nec ſe revocari ad umilitatem Chriſti ſinunt, quod abſque ulla æſitatione prorſus reſignarint Spiritui Dei, & hoes Dei facti ſint, etiamſi ſpecioſiſſime ſuam coirent aſtutiam: quum idem præſtent, quod turris abylonici ædificatores, qui propriis viribus conendere conabantur cœlum. *Arnd. in Præf. Theol. Ger.* Namq; arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ;d potentia Deo, ad demolitionem munitionum, uibus armis conſilia demolimur, & omnem celtudinem, quæ extollitur adverſus cognitionem Dei, & captivam ducimus πᾶν νόημα omnem coitationem ad obediendum Chriſto. Loco ejus, uod captivari deberet omne νόημα rationis concetus, ſemper rationaliſtæ tàm excelſe excurre: cum ea laborant, ut etiam ipſum Deum, quem emo niſi per Chriſtum novit, cum Spiritualibus c divinis myſteriis, in Logices ſuæ captivitates ontrahere & cogere non dubitent, *uti Analyt. ille amax pag.* 116 *& ſequentibus, ac part.* 2. paſſim id abet; Hinc nil verè cognoſcibile putant, quod on per has cœcitates ſit rationi applicatum. Sic :nebras pro luce venditant.

LXIII. *An verò Logica non eſt rationis univerſalis norma, ut terrores diſcutiat nobis, & rectè Veritatem monſtret?*

SI non contingeret errare rationem, inutilis eſſet Logica, quùm propter veritatē in ipſis reb⁹ inve-

niendam ei imponantur ſecundæ notiones, ait idem Anal.in calumnioſiſſimo reſponſo *ad Conr.Hodd.Teret. th.*53. An verò hæc ea eſt recta ratio,cui propter errores ſuos hāc invenêre medicinam univerſalem? Nimirum inde volunt inſtrumentum tale,quod nulla ars abſque ejus auxilio cognoſci poſſit,neque Deitas ipſa aliter ad hominis cognitionem deferri, niſi hoc inſtrumentum cuipiam ſuum applicet conſpicillum. Quæro igitur; *an è cælo hoc venit inſtrumentum, an ex terra*? Si è cœlo; contradicit Chriſtus protenus *Ioh.*3,32.inquiens; qui ex cœlo venit, ſupra omnes eſt,&quod vidit & audivit id teſtatur. An poteſt quid ita à priori logica quid de Deo atteſtari? Quis eſt doctor veritatis: Nonnè Chriſtus nos ad Spiritum ſuum remittit? *Iohan.*14. Ille ait ex meis ſumet, & vobis annunciabit: Ille vos ducet in veritatem. Inde *ait Luth. Tom.* 6. *Germ.p.*78. Niſi Deus nos doceat, ibi totus mundus in fide rationali ethnicorum, Turcarum & Iudæorum manet. David nil eſſe cupit,ut Deus omne ſit in illo, & omnia efficiat. Hæc nimis alta eſt cantilena mundo. *Tom.* 5. *Germ. pag.* 95. Quod ſi verò de terra ſit Logica & inde veniat. Reſpondet Chriſtus iterum. Qui è terra profectus eſt,terrenus eſt,& è terra loquitur. *Ioh.* 3. 31. Ideo jubet nos D.Paul.ut ſuperna curemus, non terreſtria. Emortui enim eſtis,& vita veſtra,abſcōdita eſt cum Chriſto in Deo.*Col.*3.3. Vnde ſtatim apparet,quod qui verus ſit Chriſtianus, ac doctorem Chriſtianiſmi agat,non poſſit terreſtria curare, alias confeſtim notetur excluſus ab illis, qui ſunt Chriſto emortui.

Sed quam falſa ſit omnis gloriatio,quam potentiſſimæ logices potentiæ & hic *Analyt.c.*11.*&* 12. & alii deſcribunt: lubet potius verum audire Philoſophum, cum Patre Eccleſiæ,qui ſatis egregiè cuncta de-

ҫta depingunt,ut inde quoque de tota illorum Philoſophia, quam fucatam ſupradicta definitione depinxerunt, poſſit abſolutum ferre judicium quivis.

LXIII. *Quænam igitur ſunt talis Logicæ & Philoſophiæ teſtimonia?*

QVidnam virtutis aut vitii D. Paulus Pithanologiæ adſcribat, notum eſt *ad Gal.* 2. 3. & 5. proprium ejus eſſe παραλογίζεσθαι, defraudare. Inde & *D. Ambroſius ad Grat. Imperat.* ſcribit: Quid inſipientius, quam de Dei majeſtate argumenta diſcutere? Ah Domine D. Ambroſi malè audies apud Logicaſtros illos, ſi ita pergas. Sed in tui ſubſidium advocemus quoque *Theophr. in Phil. Sag. cap.* 1. *circa fin.* ubi ita loquitur.

Porrò hæc animadvertite ulterius: Chriſtus & prophetæ ſunt ſuper naturam (*loquitur heîc de ſanitatis reſtitutione*) Quod autem propterea Aſtronomia ſit ſublata, nullatenus ſe ita habet; ſed illi data eſt, cui aliud non competit; ſicuti Medico medicina. Quod verò putant, mihi ita quoque dicendum: ſurge, ac tolle grabatum tuum & ambula; iſtud mihi non eſt mandatum, neque datum.

Eſt verò introducta quædam Logica, quæ planè occœcavit lumen naturæ, & lumen ſapientiæ; ac introduxit peregrinam doctrinam: iſthæc ſanè utramque ſapientiam inter ſellas & ſcamna depoſuit. Videlicet iſti ſunt tales, qui ante Chriſtum inceperunt lumen æternitatis & naturæ extinguere, ut ſic per illos obſcurata ſit utriuſque lucis veritas. Id nunc obſervate, quod Chriſtus & ejus diſcipuli, lumini naturæ nihil abſtulerint. Aſt fermenta Phariſæorum, qui in ſcholis adhuc ambulant, naturæ ſuas vires infringunt & penitus auferunt: interim nec illi ipſi

Chriſtum, nec naturale ſequuntur lumen. Sunt certè mortui, qui mortuos ſuos ſepeliunt; id eſt, nihil vitæ in illorum eſt actionibus. Namque in nullo quid veri docent lumine, vel in naturali vel in æterno; & tamen utrumque ſibi vendicant.

Ita lumen & naturæ & Spiritus S. extinctum jam eſt, atque in contemptus deformitatem rejectum. Hoc proculdubio eſt NB. peccatum in Spiritum S. vergens, quod neque heîc, neq; in futuro mundo poteſt remitti. Hæc eſt ejulatio Rahelis, quæ nunquam valet componi ad quietem. Prohdolor, eò res rediit: Quod ſi Regina ex Auſtro jam huc veniret, & fortè Salomonis quæreret ſapientiam, nullum profectò eſſet inventura, cum quo poſſet colloquium verum inſtituere. Et tamen per ſe lumen naturæ, & Spiritus ſancti adhuc ſupereſt, atq; non extinctum; ſed ejuſdem eſt bonitatis, velut à principio Pentecoſtes fuit.

Quod verò obrutum jaceat, id à falſa Philoſophia fit, quæ utrumque lumen mandatis ſuis cohibet. Hoc meritò deplorandum eſt. Quod ſi Apoſtolus aut Propheta è cœlis veniret, nemo eſſet, qui verè cum illo ſermonem commutare poſſet. Si Iupiter planeta ex aſtris ad nos deſcenderet, neminem inveniret, cū quo amicitiam contrahere valeret. Sic planè omnia fundamenta ſunt extincta. Verum ſi Satanas accederet, facilè ſuum inveniret Leviathan, cum quo ſat ſcitè luderet. Ita illorum fabulæ veritatis occuparunt locum. Quod ſi iſtæ ſectæ non ita fuiſſent approbatæ, Apoſtolorum ſcholæ principaliter jam in flore ſuo ſplenderent, & lumen naturæ verum in veris ſuis vigeret artibus. Aſt iſta ſecta mater eſt peſtilentiæ; mater litium & odii, concertationis & belli, terræ motus & omnis calamitatis inter patremfamilias atque ejus liberos; id eſt,

eſt, ſerpens mordax, qui ex inferno in mundum ɔrumpit, & hanc ſectam determinat.

.XV. *An non ſatis graphicè depicta eſt talis Logica?*

AN hæc poſſit comparari cum Logica Spiritus Sancti? Quid cenſes? Num fruſtrà D. Paulus m logomachicam συλαγωγὴν deprædatricẽ dixerit? λαγωγία talis quomodo cum Chriſto conveniat? Si ec præcedens operatio eſt peſtilentiæ, quid ejus ha-tatio erit in ſuæ rationis progenie aut ſobole? An on rectè carnis & mundi dicitur ſapiẽtia, quæ rixo-ɔs pariat homines? An non ſatis ante oculos ſunt tot laſphemię ſectarum, ut jam turris Babylonica in me-lio ſtet igne, ut D. Iohan. in Apocal. teſtatur? Quid ıon pręſtet Logica garrulitatis garruloſiſſima mater? ıit *D. Luth. Tom.* 1. *Lat. p.* 153. Miſerum profectò & rrationale gen' hominũ, ſi abſq; hac diſciplina neſciat ratiocinari, rectè *ait Corn. Agrip. de vanit. Scient. c.* 7.

LXVI. *Qualem autem ſtatuunt boni Auctores hujus Logicæ Dominam?*

ID loquuntur ipſi nonnullorum, quos meritò inter præcipuos ipſa produxit experientia. Qualis ſer-vus, talis Dominus, ex veteri itaq; Eccleſia prodeat optimus Lactantius, qui certè eximios de vera & fal-ſa Philoſophia conſcripſit libellos, unde illum adeò exoſum habent Academici, ut nuſpiam audiatur ju-ventuti ad perlegendum rectè commendatus: ſed potius, ut ait ille poëta in carmine Iuliaco.

Heic ſi poteſtas fervidos
Eſſet penes Philauſophos,
Hunc non darent Leonibus,
Sed diſſecarent dentibus.

Quis enim velit ſibi ſuæ arcana malitiæ detegi, quùm facilè ſic fraudulenta vanitas poſſet ab omnib' deprehendi? Ideoq; omnib' bonis meritò & ſapien-tiæ ſolidioris ſtudioſis ſuſpecta habentur, quæ tales

ſophi

ſophi decantata ſuis laudibus ſeductionum reddunt. Hoc benè notent omnes, quibus pietas ſanior cordi eſt. Invidi enim ſunt, & ſuæ propriæ gloriæ cupidi. Ideò ſoli volunt audiri, ſoli admiratione coli, ſoli judices litterarum haberi, ſoli præſides cathedrarum cenſeri, ſolique omnis ſapientiæ patroni ſalutari. Si quis contradicat, ad meras condemnationes ſtatim primo intuitu abripiendus, & variis ſuppliciis non una vice mactandus venit.

Sed tu, *mi fili*, qui ſaniora & ſereniora lucis ſerenæ tempora tibi expoſtulas, audias pauliſper hunc veritatis ſermonem ex hoc auctore ſacro; *de falſ. ſap. lib. 3. cap. 14. & 15.* ita loquitur. At ille idem perfectus orator, ſummuſq; Philoſophus (*Lucretius vid.*) ne Græcos reprehendam, quorum levitatem ſemper accuſat, & tamen ſequitur ipſorū ſapientiam, quùm aliàs donum, aliàs inventum deorum vocat, poeticè figuratam laudat in faciem. Graviter etiā queritur, extitiſſe aliquos, qui eam vituperarent. Quiſquamne, inquit, vituperare vitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audeat, & tàm impiè ingratus eſſe? Nos ergo, *Marce Tulli*, parricidæ ſumus, & inſuendi, te judice, in culeum, qui negamus philoſophiam hanc parentem eſſe vitæ? An tu, qui adverſus Deum tàm impiè ingratus es (non hunc, cujus effigiem veneraris in capitolio ſedentem; ſed illum, qui mundū fecit, hominemq; figuravit, qui ſapientiam quoq; ipſam inter cætera cœleſtia ſua beneficia largitus eſt) magiſtrā tu virtutis, aut parentem vitæ vocas? ad quam ſi quis acceſſerit, multo ſit incertior neceſſe eſt, quàm prius fuerit. *Cujus enim virtutis? quæ ipſa? ubi ſita ſit*, adhuc philoſophi nō expediunt. *Cujus vitæ?* quùm ipſi doctores ante fuerint ſenectute & morte confecti, quā conſtituerint, quomodo vivi oporteat. *Cujus veritatis indagatricem ſeſe profiteri poteſt?* qui ſæpe teſtaris,

quùm

Digitized by Google

um tanta multitudo fuerit philoſophorum, ſa-
ātem tamen extitiſſe adhuc neminem. *Quid ergo*
agiſtra illa vitæ docuit? An ut potentiſſimum con-
m maledictis inceſſeres, eumque hoſtem patriæ
enatis orationibus faceres?

Sed omittamus illa, quæ poſſunt excuſari fortunę
nine. Studuiſti nempe Philoſophiæ, & quidem
ut nullus unquam diligentius: quippe qui om-
cognoveris diſciplinas, ſicut ipſe gloriari ſoles:
ique ipſam latinis litteris illuſtraveris, imitato-
ique te Platonis oſtenderis. Cedò igitur, quid di-
eris, aut in qua ſecta veritatem deprehenderis. In
ADEMIA ſcilicet? quam ſecutus es; quam
baſti? At hæc nihil docet (ut nec hodie) niſi ut
s, TE NIHIL SCIRE. Tui te ergo libri ar-
nt, quod nihil à Philoſophia tali diſci poſſit ad
m. Hæc tua verba ſunt. Mihi autem non modò
ſapientiam cœci videntur; ſed ad ea ipſa, quæ ali-
ex parte videantur, hebetes, & obtuſi. Si ergo
oſophia eſt magiſtra vitæ hæc, quur tibi cœcus,
ebes, & obtuſus videbare, quem oportuit illa do-
tem & ſentire, & ſapere, & in clariſſima luce ver-
?

At quam confeſſus fueris philoſophiæ veritatem,
ent ad filium compoſita præcepta? quibus mo-
philoſophiæ quidem præcepta noſcenda; viven-
i autem eſſe civiliter. Quid tàm repugnans dici
eſt? Si noſcenda ſunt, ideo utique noſcenda
, ut rectè, ſapienterque vivamus. Vel ſi civi-
vivendum eſt; non eſt igitur hæc Philoſophia
entia: ſiquidem melius eſt, civiliter quàm phi-
phicè vivere.

Iam ſi ſapientia eſt, quæ dicitur philoſophia ta-
ſultè profecto vivit, qui non ſecundum philo-
iam vivit. *Si autem non ſtultè vivit, qui civiliter*
vivit;

vivit; ſequitur, ut ſtultè vivat, qui philoſophicè vivit. Tuo itaque judicio Philoſophia ſtultitiæ inanitatiſque damnata eſt, &c.

Vbi eſt ergo Philoſophiæ magiſterium? &c. c. 15. ſic pergit. Eodem errore ductus eſt Seneca. Hic planè non reſpexit, *ait*, ad commune nomen Philoſophiæ: quæ quùm ſit in plures ſectas, diſciplinaſque diffuſa, nihilque habeat certi, nihil denique, de quo univerſi una mente ac voce conſentiant. Quid poteſt eſſe tàm falſum *NB*, quàm regulam vitæ hanc Philoſophiam vocari, in qua diverſitas præceptorum rectum iter impediat, & turbet? aut legem benè vivendi, cujus capita longè diſſonant, aut ſcientiam vitæ agendæ, in qua nihil efficitur aliud, contraria ſæpius dicendo, quàm ut nemo quidquam ſciat? Quęro enim, utrumne ACADEMIAM Philoſophiā putet eſſe, an nō? Negaturū, nō arbitror: Quod ſi eſt; nihil ergò illorū cadit in Philoſophiam: quæ ut omnia reddat incerta, legē abrogat, artē nullā putat, rationē ſubvertit, regulā depravat, ſcientiam funditus tollit.

Falſa igitur illa omnia; quia in rem ſemper incertam, & adhuc nihil explicantem cadere non poſſunt. Nulla itaq; ratio, vel ſcientia, vel lex benè vivendi, niſi in hac unica, & vera, & cœleſti ſapientia (*Verbi Dei*) conſtituta eſt, quæ his Philoſophis fuit ignota. Illa terrena, quoniam fallax eſt, varia & multiplex, ſibiq; tota contraria eſt: Et ſicut unus hujus mundi conſtitutor, & rector Deus eſt, una veritas; ita unam eſſe ac ſimplicem ſapientiam, neceſſe eſt. Quia quidquid verum, ac bonum, id perfectum eſſe non poteſt, niſi fuerit ſingulare. *Quod ſi Philoſophia hæc vitam poſſet inſtruere, nulli alii, niſi Philoſophi tales, eſſent boni: & qui eam non didiciſſent, eſſent omnes ſemper mali: quum innumerabiles exiſtant, & ſemper extiterint, qui ſint, aut fuerint ſine ulla doctrina boni: ex Philoſophis autem*

perrarò

rò fuerit, qui aliquid in vita fecerit laude dignum.
uis eſt tandem, qui non videat eos homines vir-
qua ipſi egent, non eſſe doctores? *&c. c.* 16. Se-
nondum ſunt, inquit, mille anni, ex quo initia
atiæ nota ſunt. Multis ergo ſeculis humanum
s ſine ratione vixit, &c.

:VII. *An verò Philoſophia hæc non ſemper fuit & eſt eadem?*

go, ait, Philoſophia hæc, quia non à principio
it, non eſt eadē vera ſapiētia: Sed videlicet Græ-
Sacras Veritatis litteras non attigerant, quem-
dum depravata eſſet ſapientia, neſciverunt. Et
uum vacare ſapientiâ humanam vitā putarent,
ophiam commenti ſunt: id eſt, latentem atque
i ſibi veritatē diſſerendo eruere voluerūt: quod
m, per ignorantiā Veri, ſapientiā putaverūt, &c.
egiè hæc omnia deduxit vir, cœleſtis Verbi
tor cupidiſſimus. Si enim verā illi profiterētur
ophiam & non phyllosophiā, ſecundū hominis
, quod cum eo eſſe cœpiſſet, hanc conſtituere
ſent; In quo etiā non adeò pridem ille Sedigni-
es ex myrotheciis & arculis ſui *περιπάτου* ita
utidā ſalivā lingere ſolebat Analyticus, quando
bat, quod ante Platonē non viguiſſet ita Syllo-
is Logica; ſine qua tamen nullius facultati &
Theologiæ veritas homini conſtare poſſet.
quā miſerabilia igitur fuêre tēpora Patriarchis,
caruêre inſtrumento, quo illis tamen erat &
& Dei cognitio eruenda & æſtimāda! Sed quis
imadvertat hoc ſtultiloquiū Sedigniloquidis
Contrarium verū eſſe ipſum Verbū Dei teſta-
ò, ut etiam dicat in omnibus obſcurari men-
minis, ſi non à tantis vaniloquentiis abſti-
bi D. Paulus toties ab ea deterret omnes.

Quid

Quid vero egregii effecerint, de eo nunc quoque ſuam aperiat nobis mentem Theophr. cujus verba *in tract.* 1. *de mineral. hac ſunt:* Atque ſic jam Deus mirabilia ſuæ creaturæ ordinavit, conſtituitque in 4. elementa. Et hæc ſunt Elementa ex quibus fructus egrediuntur, quibus uti homo debet: quippe à Deo unumquodq; creatum eſt juxta eſſentiam ſuam & proprietatem. Hinc ita mirabilia Dei agnoſcuntur, & in experientiam pertrahuntur. Ideoque ea Philoſophia, quæ verè opera Dei nobis aperit, rectà procedere debet, iſtamque ſolam quiſque mortalium addiſcat, ita, ut cernat, quid Creator ejus cauſſa creaverit. Verùm hoſtis venit, & ſemen ſuum in talem Philoſophiam diſſeminavit, nempe Ariſtotelem, Albertum, & Avicennam, atque ejuſmodi ſimiles, qui hujus ſectæ ſunt. Venit quoque & perdidit omnia, & pejores ſic philoſophos diſſeminavit, quorum ars omninò nihil fundamenti in natura tenet, abſque experientia, fundamentali uſu, imò contra lumen naturæ pugnant. Illi ſunt circumgyratores, qui in cunctis rebus bonis diabolo ſe filios perditionis præſtant, &c.

Quippe Ariſtotelica Philoſophia ſupra modum mendaciis & erroribus expleta eſt, nec non ineffabilibus fabuloſis nugis conficta, quæ nunquam uſpiam in rerum natura eo modo inveniuntur. Vſque adeo nugax eſt. *Id. lib. Meteor. cap.* 4. Falſitatem autem hanc omnium maximè *D. Luth.* deteſtatur, præſertim quùm in Chriſtianiſmo in tantum auctoritas incarnati diaboli Ariſtotelis accreverit, ut nunc paſſim & publicas & privatas in perverſiſſima corruptione animorum frequentet ſcholas, ac quaſi univerſalis informator & regulator loco Spiritus Sancti receptus ſit, qui non tantum artes doceat ſummas, ſed etiam genuinum S. Scripturæ intellectum nobis

aperire debeat, ſine quo nemo aut doctus aut
tus poſſit cenſeri, nedum quod vel mitrâ aut
coronâ dignus æſtimetur, niſi ejus ſe bene
rit habitu.

ignatione itaque non incommoda ipſas ado-
Academias *in Conc.Eccl.Epiſt.Dom.2.Adv.* Al-
Scholæ, *inquiens*, propterea dignæ eſſent, ut in
em redigerentur, quum nihil infernalius &
diabolicum in terra ſit diſſeminatum ab exor-
que mundi, nec erit futurum præ iſta ſtultitia,
Quippe eſt hæc pœna divina, quod mortuum
um in legendo tantoperè curent; in quo
nihil artis invenias, ſed meras tenebras, &c.
eam, quàm in reliquis undequaque ſit venena-
lethaliter faſcinans omnes, &c. Sic *in feſt.* 3.
Conc. Apoſtolus jubet *Col.* 2. & 1. *Tim. ult.* ut
doctrinam ritè conſervemus, quæ nobis ad
rium concredita eſt: & vocat naturales Ari-
lis artes inanes, Chriſtianoque indignas logo-
ias, quæ vanitates meras ſpirent: imò & oppo-
inducant contra Chriſtum, utpote quùm ſit
indigitata ars. Quæsò, quomodo clarius id in-
etari potuiſſet, quàm quod falsò nominatam
n dicat. Iam verò nulla major jactatur gloria,
n de Narriſtotelis arte in omnibus altioribus
lis; quum tamen hæc celebratio falſiſſimè ipſi
icetur. Quia ars in ſua vanitate nihili eſt, nec
, niſi oppoſitio, quæ Chriſtum penitus oppri-
, &c.

oinde tandem etiam hanc concluſionis loco de-
nem ſolemnem & maximam conſtituit *Tom.* 1.
pag. 10. Error eſt, dicere, ſine Ariſtotele non
Theologus: Imo Theologus non fit, niſi id fiat
Ariſtotele. Scriptura enim Sancta vult in timo-
humilitate tractari, & magis ſtudio piæ oratio-
nis

nis penetrari, quàm acumine ingenii. *Tom. eod. pag.* 166. Sed quoniam hæc precioſa virtus, *ait rectè, Bell. in lib. de aſcen. ment. ad D. p.* 21. humilitatis verè de mundo receſſit, nec in libris philoſophorum, nec in moribus hominum uſpiam invenitur. Ita quiſque jam ſibi cupit eſſe Deus, & vana & ſtolidiſſima ſuæ rationis artibus & ſpeculationibus, in quibus omnes tàm ſtultam ſibi conficiant ſuperbiam. Quare nemini talium hominum Theophr. ſtatuit quidquam credendum, qui rationis ſuæ ductui vivat: Sed ſi eruditio ejus ſit deſuper acquiſita; jam valeas illi credere. *Lib. Phil. de invent. ar. tract.* 3.

LXVIII. *An prorſus itaque ratio hominis non debet applicari ad Verbum Dei nobis cognoſcendum?*

IN homine duæ inveniuntur ſapientiæ, *ait Theophr. in lib. de fund. ſap. & art.* nempe una animalis, falſitate adulterata, & altera Angelica. Quæcunque animalis ratio tractat, in ea ſe effundit: quæ verò eſt angelica, ſuum appetit cibum, quo ſeſe nutriat. Homo enim loco Dei conſtitutus eſt, in terramque depoſitus, quem diabolus odiſſe & in tentationes abripere non deſinit, quum coram facie Dei apparere amplius nequeat, quod homini tamen ſatis commodè conceſſum eſt. Quùm igitur jam locum Iehovæ in his terris repræſentare oporteat, Deumque glorificare, celebrare, & ejus opera præſtare; neceſſe eſt, ut ſapientiam Dei obtineat, quando regni ejus hæres eſt: quippè ex hominibus numerus ſumetur, quo regnum cœli impleatur; ac tot in numero erunt, quot diaboli ex cœlo in abyſſum infernalem præcipitati ſunt. Numerus iſte complebitur, ac poſt hanc impletionem, mundus & terra non amplius erit, ſed cœlum vividum erit omne. *Ibid. pag.* 319. Quod verò

itio hominis ſuis viribus eam ſapientiam veram,
uæ ad hoc regimen hujus mundi non ſibi acqui-
id ſatis dilucidè in ſuperioribus explicatum eſt.
nia enim dona & perfecta dona cœlitus nobis à
e luminum nobis adjiciuntur; *ait Dom. Iacob.*
ɔque ad Chriſtum in ejus Verbo nobis recurren-
ɩ eſt. Quippe tota Sacra Scriptura nihil aliud niſi
ſtus eſt, *ait D. Luth. Tom. 8. Ger. p.* 180. qui Dei
ariæ exiſtit filius: omnia ad eum referuntur, ut
lem verè vivideque agnoſcamus, atq; ita Patrem
. Spiritum in æternum videamus. Qui Filium
: habet, illi patet tota S. Scriptura, *ac quò magis
ɔ in Fide accreſcit, eò magis quoque Verbum Dei
ɩ illuſtrat.* Proinde in hoc tibi certiſſimus ſis, *Do-
m S. Scripturæ nemo efficere poterit, niſi Spiritus
lus deſuper ex cœlo,* ceu Chriſtus ait, *Ioh.* 6. Om-
erunt *Theodidacti*. Nemo autem id ex Spiritu
ibi acquirere poteſt, niſi idem experiatur, in ten-
ne vivat, & exercitatione inveniat: atque in hac
rientia quemq; docet Spiritus S. veluti in pro-
ſua ſchola, extra quam nihil addiſcitur aliud,
n phantaſtica verba, & habituales litteræ. *Id. in
. ad nob. Germ. & Com. in Magn.*

uare in hoc ſitum eſt, in hoc depoſitum ma-
& manebit, qui virum hunc, qui vocatur Ieſus
ſtus, Dei Filius, quem nos prædicamus Chri-
i, non purè & ſimpliciter obtinet, nec eum ha-
cupit; ille Biblia non ſibi vendicet, quod ipſi ſua-
: Ille ſibi confuſioni erit certus, & quò majori
o his incubuerit, eò cœcior & ſtultior evaſurus
ſit quicunque velit, Iudæus, Tartarus, Turca,
ſtianus, aut quocunque titulo ſe ſalutari velit.
ɩ *lib. de ult. verb. David.*

out igitur quiſq; ſuum ſibi attrahit alimentũ, ut
viat; ita quoq; ſortietur Dominum aut herum.

Quod

Quod ſi quilibet jam ſibi ritè noſceret imperare, *ait Theoph. lib. 2. Meteor. in præf.* nec ſe ſtultum efficeret ſervũ alii domino, rectè ageret: verùm quùm ſe deſtinet ſervituti, ſtultum quoque ſe præſtat. Id eſt, ſi ex phantaſia noſtra fictam nobis ſapientiam, artem & rationem conficiemus, abſque ulla experientia, quæ nobis ſe matris loco in ratione noſtra exhibeat & ſapientia ac artibus noſtris: Tunc ſtultos nos ſpiritibus exponimus, qui nos ita eludunt, ceu domini moriones ſuos exercere ſolent &c. Laudandus ille eſt vir ſapiens, qui ex experientia ſuam eruit ſapientiam: at ille contemnendus, qui ex habitu ſuo ſe ſapientem ſomniat: Sic ſpiritus illi ſuos exercent in ſuperbia ſtultos.

LXIX. *Sed quomodo ad veram Chriſti cognitionem ingredimur, & ejus Verbi intellectum ſolidum nobis acquirimus?*

QVod ex Deo eſt, non tantum liberaliter abſque ullo datur precio; ſed etiam univerſus mundus propterea graviſſimè punitur,& condemnatur,quod nolunt id excipere; ſed repudiant *ait D. Luth. Tom.* 1. *Germ. pag.* 339. Heus quiſquis ſitit, venite ad iſtas aquas, & cui nulla eſt pecunia: venite, emite, & comedite: venite, *inquam*, emite abſque pecunia & abſque precio vinum & lac. *Eſa.* 55. 1. Queinam hoc fieri poteſt, *inquis?* D. Paulus reſpondet 1 *Cor.* 6, 20. & 7, 23. Namque vos eſtis empti precio. Glorificate igitur Deum in corpore veſtro,& in Spiritu veſtro, quæ ſunt Dei. *Item.* Pretio eſtis empti; ne eſtote ſervi hominum. Nempe Chriſtus nos emit ſibi, & in hanc vindicavit nos libertatem, ut in hoc precio ſimus liberi,& mundo corporiq; noſtro mortui. Arduam dicis locutionem? Ardua tamen non eſt, ceu ſtatuere ſolent illi, qui ignari omnis Magiæ

ſacræ

,& *αὐτοδίδακτοι* Harmonias atque artificia ra-
lia conciliandi dicta S. Scripturæ per Regulas
Canones Generales & ſpeciales aut proprios
:ribere ſolent, ut ſic incertitudini, ambiguita-
l obſcuritati, juxta humanæ rationis acu-
& aſtutias, S. Scripturæ provideant, eidemque
ɔcinium inſulſum præſtent; ſed recurre ſaltem
:Paulum, & revoca ibi te ad internum hominem
ıovum Adamum, facileque te expedies, eo mo-
ti ſupra dictum eſt.
amque, *ait Theophr. de Phil. Sag. lib.* 1. *cap.* 6.
mo nolit ulterius ſcholam aliquam frequenta-
ıàm quæ muris eſt incluſa, nec alium ſibi quæ-
pædagogum, quàm qui poſt fornacem, (*aut in*
is habitualibus) latet, non ad aliquid perventurus
k ad nullum prorſus fundamentum. At ſchola
ſophica vel Magica vera ſemetipſam ita probat
:hriſtum, qui dicit: Ex me diſcite; quia ego ſum
; & humilis ex corde: velut etiam Iacobus ait: ſi
ıam deſit ſapientia, ille quærat, & petat eam,
n ſit apud Deum. Ideoque hoc noſcatis, qui lo-
s eſt: Erunt ſigna in ſole & luna; ille quoq; no-
ıterpretationem, & ſophus ſive Magus ejus, cui
velavit: atque ita qui talia locutus eſt, interpre-
quoque ſuum ordinabit. *Id.d.l.2. Ph.Sag.cap.*1.
n. ait.
n verò in homine punctus unicus obſervandus,
:alis eſt, quod intellectum animæ habeat extra
ɔnalem: Videlicet, ut petat, quærat & pulſet, tunc
niet; atque ipſi datur, & aperitur. Ita per Ange-
ejus id obtinetur, qui erga Deum laboravit, pro
no victu obtinendo; veluti per naturalem Spiri-
erga elementa: non tantum per Spiritum qui à
ipſi adeſt, ſed etiam ab altero naturæ, &c. Id eſt,
lementis quidem conſtat externus homo, & ab

eorum cooperatione diſcit naturale, Muſicam à Venere, Oeconomiam à Saturno, &c. Ita quoque ex Deo diſcit, quod ad æternitatem ipſum ducat, & ipſi uſui ſit ad hanc ſalutem. Iam verò talis punctus in multis conſiſtit petitionibus, pulſationibus, & anhelationibus.

Prima heic doctrina eſt, ut præceptum ſequamur, quum nos non ſequatur hoc. Id quoq; noſtra nobis dictitat conſcientia, quę nobis incorporata eſt ab elementis, ab aſtris, & Spiritu, qui nobis à Deo datus eſt; nempe in ea forma, qua nobis Deus in prima creatione conſcientias indidit, ut cuncti facta noſtra in lumine naturæ, in ingenita proprietate, abſque pædagogo aliquo; uti, quod tu non vis erga te ab aliis fieri, id neq; illis facias. A Spiritu, quem nobis Deus dedit, tenemus conſcientiam, ut intelligamus, quid juſtum injuſtumvè ſit, in nobis ipſis, abſq; ulla doctrina & inſtitutione aliorum. Id eſt, noſtro Cordi quinta eſſentia, quam à Deo in nobis geſtamus, latet inſita, præter virtutes, quas à dictis Spiritibus fovemus.

Quapropter quùm in nobis judicem foveamus noſtrum, ipſa hoc dictitat æquitas, ut tunc illud quæramus in nobis, quod bonũ ſit, & ut evitemus malum, atque ex eo quid addiſcamus, à quo conditi ſimus: non verò ab illo, à quo non ſumus; id eſt, à diabolo non ſumus, ab eo quoq; nil eſt nobis diſcendũ. *Quod ſi igitur conſcientiam in nobis nutriamus, noſcendum eſt nobis, quid ſecundum naturam ſit agendum, ut illa nos non accuſet.* Quod ſi donis naturæ utriuſq; non rectè utamur, jam facile nobis conſcientia id dictitat, quod impunè noſtram malitiam non ſimus ablaturi; etiamſi neque Sol neque Luna à nobis ſtatim rationes exigant ſuas, &c.

Sic exemplum hoc ſequimur, quòd Spiritũ ex Deo habeamus; & itidẽ conſcientiam fovemus nobiſcum, juxta

quam nobis vivendum eſt, quùm propterea in
is virtutibus ſit nobis quoque tradita. Homines
s enim: niſi introſpiciamus in nobis conſcien-
, obliviſcimur ſpiritus hujus, & virtutum inſita-
ipſi. Sic verò tandem in eam generationem per-
nus, in qua regenerati eſſe debemus, ſi mundo
nciemus, ut conſcientię opus puræ perficiat ſpi-
in nobis: Si id non fiat, accuſator adeſt, non co-
illo Spiritu; ſed coram Deo.

etiam hoc animadvertite, ſi quid de Deo quęre-
dimus, tunc id per Spiritum illum præſtandum
ui à Deo eſt; quippe per Spiritum à Deo omnia
s communicantur. Sic diſcimus ab externis in
is per media illa, quæ ab illis in nobis ſunt, ſicuti
um eſt. *Quare noſcatis, quod nihil à Deo ad nos &*
os perveniat, niſi in nobis Angelus adſit, qui à nobis
Deum internum nuncium cœleſte perferat, nec à Deo
os quid perferetur abſq; hoc internuncio, quod certè
ius & expeditius ſe habet, quàm cogitatio celerrima.
ue tale medium homo non poteſt negare. Ratio
n promptu, quùm S. Scriptura manifeſtè dicat: Et
itus redit ad eum, qui dedit ipſum. Sæpius priuſ-
m cogitatio menti incidat, ſimul ac confeſtim
ctum eſt erga Deum, hinc illinc vicibus ſuis. Ita,
d Deus in nobis expetit, nos ſibi regenerat in Spi-
ſuo, qui noſtras res coram illo peragat, &c.

ta homo æternitati prædeſtinatus eſt ex virtute
næ, *ait d. l. p.* 438. Inde in ſemetipſo id illi benè ex-
nandum eſt; quod à Spiritu Dei incarnatus ſibi
atur cernere Deum Redemptorē ſuum. Ac quic-
d ita Salvator noſter in nobis agit & perficit, il-
efficit per hominem novæ creaturæ aut regene-
ionis, ea de cauſſa, quod nō mortale ſed æternum
eperit in ſe corpus. Atque iſtud corpus internum
leſte tutum eſt à diabolo, alterum autem veteris

Adami, velut arundo in aqua ſe habet, &c. *pag.* 439. Ea ratione, ne homo non ita condemnaretur, Iehova novam generationem per filium creavit, in qua homo reditum aſſequitur in Paradiſum; & ejus capax redditur. Quod Adam amiſerat, per Chriſtum recuperatum eſt, &c. Namq; ſi nova generatio non eſſet conſiderata & obtenta, omnia eſſent fruſtra facta & peracta à Chriſto, &c.

Quocirca etiam nos cœlitus eſſe debemus nati per regenerationẽ hanc in corpore ex Spiritu ſancto; In quo ea permanet, nec ab illo ſeparatur, quamdiu quis in voluntate Dei incedit & ambulat, &c. Sic totum proceſſum myſticum explicavit nobis ſacer Philoſophus, ut omnia in Chriſto nobis facilè acquirere poſſimus, modò viam regenerationis rectè teneamus, quę adeò longinqua non eſt. Regnum enim Dei in nobis eſt, *ut ait Chriſt. Luc.* 17. modo nobis id ritè retegamus, & non invideamus. Vt paucis tibi hoc explicem: Beſtialitates tuas, in quas nos præcipitavit Adam, propriæ voluntatis enecatione & mortificatione exuas tibi; ſic ritè exibis ex Babylonia tua tecum, ut monet D. Iohan. in Apocal. ſua anxiè: ac Fides cum Spiritu aderit Dei, thronoque Iehovæ in Chriſto te ſiſtet ſanctum.

Namque hoc veriſſimum, quantum quiſque ex ſemetipſo egreditur, tantum ſpacii relinquit ad ingrediendum & ſeſe inhabitandum Deo Trinuno ſanctiſſimo Iehovæ, Patri, Filio & Spiritui Sancto. Non enim cum beſtiis ſimul in homine cohabitare valet Deus, ſed mundum & purificatum ſibi expetit hoſpitium. Si Principi tuo exornas palatia ſplendida ad adventum ejus; quur non multò magis id præſtare cupias Principi ſummo omnium, & Regi Dominoq; regnantium omnium in cœlo atque terra? Conſule Theop. plenius *in Phil. Sag. & p.* 353. 340, 318. & 180.

Ex

his igitur omnibus luce meridiana clarius pa-
juantas illi omnes, qui tanto fervore animos
num in ethniciſmum abripiant, ſeductiones
er committant. Quis eos excuſabit, quos pro-
oram judicio Dei convincet tanti criminis in-
bilis conſcientia.

. *Sed an non malo huic communi obviari poteſt,*
ro abroganda tanta rationalitatis falſitate?

Onſtroſius & ſuperſtitioſius in mundo nihil
lari poteſt, quàm ſua cujuſque conſuetudo, cui
ertinaciter adhærent mortales, ut ſæpius vi-
ræ pravæ conſuetudinis correctione, perdere
: Præſertim hoc pertinacius defenditur ſem-
od quaſi publico apertè aut tacitè introductũ
ſenſu. Etenim id omne pro veritate æſtimant,
b omnibus ſit approbatum; licet diriſſimæ ſę-
b ejuſmodi adſuefactione lateant ſeductiones
tes. Quod ſi verò quis jam paululò ſapientius
t, & vel minimo digitulo quid commonſtret,
eritati magis ſit conſonum, & exinde vel per
im aut indirectum malè aſſumptos mores in-
, ſive infringere, conſcientiæ cauſſa, ſtudeat;
uæ non motio, quis non tumultus, quæ non
rrimarum nec rarò crudeliſſimarum perſecu-
tunc mox in apertum erumpunt campum!
uiſque potentia prævalet & robore altitudi-
viribus ſe cruoris cupidũ innoxii exerit ſuis.
ünt ſtimuli diaboli, præſertim & maximè vi-
ad eos, qui ſibi mundi ſapientiam glorioſam,
præſidium inſolentius vendicant, ut oſten-
iter, quàm ſtrenuus ſui ſit regni adminiſtrator
inus. Nec minus ſemper potentiſſimè cum
tu ſuorum infernalium in ſuis inſtrumentis
iit regno Chriſti, ne ipſi detegatur larva falſæ

 ſcientiæ,

ſcientiæ, in qua mundani omnes ſibi maximum effingunt & rationis & virtutum ſuarum habitualium ſplendorem. Et quur hiſce temporibus in ſuis non ſæviat omnium violentiſſimè, quùm ipſi jam fermè inſtet momentum vinculationis ultimum? *Apoc. Ioh.* 20, 2, 3. Recte ait, *Corn. Agrip. in lib. de Van. Scient. cap.* 101.

Nulla res Chriſtianæ religioni atque Fidei tam repugnat, quam ſcientia, minuſque ſe invicem compatiuntur. Scimus enim ex Eccleſiaſticis hiſtoriis, etiam experientiâ ipſâ edocti, quomodo invaleſcente Fide Chriſti, ceciderint ſcientiæ, ita, quod maxima & potior pars earum penitus perierit. Nam Magicæ illæ potentiſſimæ artes ſic abierunt, ut nec veſtigia ſuperſint: è tot philoſophorum ſectis, vix una reſtitit Peripatetica, nec ea quidem integra. Neque verò unquam melius habuit, ſecuriuſq; quievit Eccleſia, quam dum ſcientiæ illæ omnes in arctum deductæ erant, &c. Nunc verò, ubi linguarum peritia, dicendi ornatus, & auctorum numerus reviviſcunt, invaleſcuntque ſcientiæ, turbatur Eccleſiæ tranquillitas, & novæ inſurgunt hæreſes. Neque verò eſt ullum hominum genus ſuſcipiendæ Chriſtianæ doctrinæ minus idoneum, quàm qui ſcientiarum opinjonibus mentem jam imbutam habent. Hi enim tàm pertinaces & obſtinati in ſuis opinionibus ſunt, ut Spiritui Sancto nullum locum relinquant, ac propriis viribus proprioque ingenio ſic innituntur atque confidunt, ut nulli veritati cedant, nec admittant, niſi quàm ſyllogiſticis rationibus poſſunt oſtendere; quę autem propriis viribus & induſtria inveſtigare, aut intelligere nequeunt, rident, atque adſpernantur. Ideoque Chriſtus abſcondit hanc à ſapientibus & prudentibus, & revelat eam parvulis, qui videlicet ſunt pauperes Spiritu; nullos ſcientiarum theſauros poſſidentes, qui

ſunt

Digitized by Google

mundo corde, nullis ſapientiæ opinionibus inati, qui ſunt pacifici, non ſectatores, non contennec rixoſis ſyllogiſmis veritatem expugnantes, ui perſecutionem patiuntur propter veritatem ſtitiam. Sic Athenis, &c. infinitique martyres, itatis Chriſti teſtes multiplicibus tormentis ocint. Omnes autem iſti non alia ex cauſſa, quàm iſti ſanctius de Deo ſentirent, quàm iſti mundi ntes, &c.

ſe quoq; Cornel. Agrippa quas non pertulit anis, carcerem & calumnias, quod mundanis ſaibus vanitates ſuas in falſa eruditione oſtendemanifeſtiuſque detegeret? Vngues leonum & ius ſerpentum quos ſenſerim pari in fortuna, nom eſt. O quot non confictiones criminum mai in auxilium advocarunt; quùm tamen nil niſi orem verbi cœleſtis amorem cuivis mundano are ſtuduerim?

I. *An non rectius ſit, ſapere cum Chriſto in humilitate, quàm ſuperbum agere mundi phantaſtam?*

Qantò optabilius, *ait Eraſ. in Enchir. mil. Chr.* militare ſub ſignis Chriſti, quàm ſub vexillis diaboli? quantò optabilius affligi cum Chriſto, quàm deaffluere cum diabolo? An non mundi ſapientia Deum eſt ſtultitia? *dicente D. Paul.* 1 *Cor.* 3, 19. alis iſta, *inquit Eras. d. l.* & ut Iacobus *ait*, diabolt ſapientia, ac Deo inimica, cujus finis interitus: pe quam ſemper aſſectatus pediſſequa peſtilens antia; arrogantiam animi cœcitas; cæcitatem uum tyrannis, affectuum tyrannidem univerſa rum ſeges, & licentia quidvis peccandi; licenſtam ſequitur conſuetudo, conſuetudinem inſimus animi ſtupor, quo fit, ut & mali ſenſu caſtupentes mors corporis occupat, quam mors

excipit ſecunda. Vides, ut ſummi mali mater eſt mundi Sapientia?

LXXII. *Quis tamen hæc curat? Quis unquam putat talia in ſe dici?*

OMnes ſe à tali crimine exemptos putant. Tam imperantium quàm ſubditorum corda heîc ſunt obduratiſſima. Nec eſt, qui flagella Dei & tot jam clades mortalium calamitateſq; bellicas ad originale malum huc referre velit. Nonnè rationaliſtæ & habitualiſtæ ſcientiarum magnos inde ſe jactitant gerrones, quod primates mundi tàm fortiter ipſorum cauſſam armis defendere ſuſceperint, Dei cauſſam in ſeſe fucatim & nequiter transferendo? Ante aliquot annos jam mihi ſummus quidam armorum præſes, quùm de origine & fine finali inter nos agitaretur quæſtio, hoc mihi reſponſi dabat ingenuè, hanc tempeſtatem, belli ſolummodo ſuis religioſulos opiniſtarum concitaſſe diſputationibus, qui calamis & verbis tam diu irritaſſent potentiorum animos, ut tandem illi coacti fuiſſent, in hunc, contra voluntatem ſuam, concedére ſanguinolentum executionis proceſſum. Vir ſummæ eſt auctoritatis, & primarium inter Duces belli tuetur locum, hujuſque dicti adhuc ipſe memor, quamvis jam undecennium effluxerit. An non hoc deplorandum quis acriter putet? Ita ſcienter peccatur, & quiſque contra conſcientiam manet in malitiæ conſuetudiniſque ſuæ proæreſi; quùm tamen facilè poſſent media invenire tranquillandi tot inſolentes turbas: modò audiatur ipſe Iehova *Pſal.* 81. v. 11, 12, 13, 14, & 15. quid loquatur; Ego ſum Iehova Deus tuus, inquit, &c. Querelam hanc inde graviſſimam addit: O ſi populus meus auſcultaret mihi; ſi Iſrael in meis viis ambularet: vel momento inimicos illorum eſſem oppreſſuros, &c.

Digitized by Google

&c. Imo cibaturus eſſem eos adipe tritici.
uid ergo deeſt nobis? Iehova ſe promptiſſimum
t: Ille ſe non ſinit armis defendi; qui fortiſſimus
ium Regum, & præeminentiſſimus Heros he-
i; qui animas hominum omnium manu ſua
uſas tenet, ut non indigeat defenſione ſui no-
Stultitia ſentit & loquitur talia; nimirum Sa-
æ mundanæ veſtigia heîc ſe produnt turpiſſi-
Non ille arma requirit, ſed obſecundationem &
entiam in Chriſto. Quiſque ſuis moriatur mo-
; & falſis conſuetudinibus, quibus adeò obſti-
è tradiderunt ſinguli, propriis capti conſiliis,
iiſdem occœcati; ſat hoſtis ſui vehementiam
de proprio ſentiet, quem tenetur in propria vo-
e ſuitatis occidere, ſi velit in hæreditatem Ie-
veram proſilire. Arma militiæ Chriſtianæ in
conſiſtunt & veritate: non perforatione pro-
Sed quiſque cum proximo veritatem ex corde
ur, *ait David*.
qui & occidere in quantum diſtant? Veritas
tiæ cœleſtis pacem ſecum importat feliciſſi-
Quid verò Sapientia mundi? Pacem armis ac-
docet. Egregiam certè pacem obtinuerat
uùm occidiſſet fratrem Abelum: Nempe con-
e ſtimulus ipſi erat deſperationi, quùm gravi-
pœnæ cerneret, & indignantiam Iehovæ con-
antem, & vindictæ incumbentem.

XIII. *An non igitur inſania eſt improbiſ-
ſima per gladium ſibi gratiam Iehovæ
quærere velle?*

gnam ſapientiæ conſuetudo iſtud confirmare
ſit? Rabies eſt, non ſapientiæ vigor, etiamſi
ex rectæ rationis dictamine cœco petatur &
itur, ac cunctis formis ſyllogiſticis oppallie-

tur. Namque per quod magis quid amittitur, per id non acquiritur. Gladius profligat à ſe gratiam, non accerſit. Et gladium quiſquis ſumit, gladio peribit, *ait ipſe Salvator mundi.*

Amare nos docet Iehova, non occidere. Imò hoc prohibet, & prius in omnibus inculcat præceptis ſuis admodum ſeveriter, ſi neſcis. An amare eſt occidere? Væ, ſcandala tàm perverſa & maligna docentibus? Non iſtis rixoſis ſyllogiſticationibus & argutiis regnum Dei intrabis, hoc certus credas, quum tam longè adhuc abſis à nova creatura. O beatos, ait David *Pſal.* 105, 3. qui obſervant legem, & peragunt juſta quovis tempore. Ex ethnicorum ſapientia non hæc addiſcuntur: ſchola Spiritus Dei hæc docet.

Commiſcebant ſe cum gentibus, ait idem *d.p.* 35. & didicerunt opera eorum. Quid igitur non efficiat mixtura ſapientiæ mundanæ cum cœleſti? Nonnè egregias inde cernimus jam turbas? miſerabiles cædes? rapinas pluſquam deteſtabiles? ſtrages univerſales? tot gentium devaſtationes barbaricas? urbes exuſtas? Et tamen in conſuetudine priſca proceditur, quæ uſque inveteratam induit ſui naturam, ut originalē malum nemo agnoſcere velit. Væ mundo ab offendiculis, *ait Chriſtus ipſe Matth.* 18, 7. Neceſſe eſt quidem, ut eveniant offendicula: Veruntamen væ homini, per quem offendiculum evenit. Ah quis non in eo totus eſſe cupiat, ut poſſint offendicula talia vanæ ſapientiæ, in totum abrogari? Non enim Chriſtus heic perfunctoriè hæc loquitur; ſed gravi cum ſeveritate, præcipiens ſimul, ut ſibi quis vel manum aut pedem abſcindat & oculum eruat, potius quàm velit quidquam ſcandali cum ejuſmodi committere membris, ne ejus falſo miniſterio in æternam gehennæ condemnationem incidat. Non erretis heic quidquam; Deus non ſinit ſe irrideri, *ait*

D. Paul.

Digitized by Google

aul. & Eraſ. in mil. Chr. Ab improbis rideri,
laudari eſt: At horrendum profectò à Deo irri-
Non eſt, quod heîc quid rideas, aut aliud tibi
ies de dicto hoc Chriſti. Ille monitor eſt tuus;
k præceptivè mandat, ut claudus, mancus aut
s potius regnum Dei ingrediaris, quàm plenis
oris in æternam projiciaris condemnationem.
nne offendiculum præcisè eruendum & abro-
um eſt abſque mora, licet amabile appareat &
e carnalis plenum.
id carius humano corpori, quàm membris uti
s & integris; nihilominus ſi noxia ſint, abſcin-
mandat Chriſtus, quum animæ ſalus potior,
tota vaſtities mundi. Quid enim proſit mun-
animæ jacturam ejus cauſſa facias? ut iterum
hriſtus teſtatur. Proinde *c. Mala. 8. diſt.* rectè
ur, *quod mala conſuetudo radicitus ſit evellenda,*
tim ſi Deo contrarietur, & fidei noſtræ dam-
reet. Vti & *D. Lut. Tom. 3. Germ. pag. 371.* id
at: dicens, Omne quodcunque Fidei damnum
in quavis conſuetudine, prorſus abſque mora
itiſſimè cum totis viribus mutandum & abro-
m eſt. Etiamſi dura admodum pugna ſit vin-
onſuetudinem, *ut ait D. Aug. in Conc. Pſal. 30;*
non deſiſtere oportet ab ejus correctione.
it D. Bernh. ſup. Cantic. abſcindatur ferro acu-
punctionis ulcus inveteratæ conſuetudinis:
erbus dolor, léniatur unguento devotionis:
iceret omnem remediorum conatum adhi-
nala conſuetudo abigatur, & veritati ſuus re-
ur locus.

V. *An non conſuetudini parendum univerſali?*

nſuetudo, *ait D. Cypri. in ſerm. Et pon. di. 8. dec.*
æ apud quoſdam irrepſerat, impedire non

debet, quo minus veritas prævaleat,& vincat. Nam conſuetudo ſine veritate,vetuſtas erroris eſt;propter quod, relicto errore, ſequamur veritatem: ſciens, quod veritas vincit, veritas valet, & invaleſcit in æternum,& vivit, & obtinet in ſecula ſeculorum. Aureum eſt dictum Lutheri hoc, *Tom. Germ. 2. p. 55.* ubi dicit; Contra Deum nec ſigillum, nec privilegium, nec lex,nec conſuetudo quid roboris obtinet, aut alicujus eſt valoris. Humana cedant divinis. Atque in his non vult Deus, nos eſſe, ut ſic dicam, Curiſtas, vel Quæriſtas. Vult nos mandato ſuo ſimpliciter obedire, & hac una ratione contentos eſſe, quod ipſe juſſerit *Tom. 2. Ger. pag.* 136. Illud igitur in omnibus attendi debet, quod conformia cum Verbo Dei retineantur cuncta. Namque quodcunque ex Verbo cœleſti non trahit ſuam originem,reverà ex Diabolo eſt. *Tom. 2. Ger. pag.* 13. Aliàs quippe, nihil tàm ridiculum, ſtultum, obſcœnum, alienum ab omni honeſtate, quod non pro cultu ſummo hominibus,Verbo Dei deſtitutis,poſſit obtrudi. *Tom. 1. Ger. pag.* 108.

Ex dictis his facilè jam colligis, quod malo huic univerſali poſſet ſatis quidem obviari, in abroganda falſitate falſæ informationis, ut fieret ita plantatio ſanior, *juxta D. Paul.* 1. *Cor.* 3,6. & Iehovæ benedictio ac vis creſcendi relinqueretur, ac propius nobiſcum habitandi ipſi ſyncero concrederetur animo: Sed quum homines & maximè ii, queîs Iehova potentiam ſuam conceſſit,potius ſe mundo cōſecrent, & amori ſui ipſius per regnum mundi hujus ſe totaliter adſtringant magis; vix regno Chriſti hinc quid poteſtatis conceditur,proh dolor! Interim quiſque hoc ſummo ſtudio agat, ut in regno Dei non in mundo ſe præſtet veram & vividam plantam inter tot ſpinas ſeductionum.

Digitized by Google

LXXV. *At quomodo poterit homo ſecum intus veram in Chriſti regno ſe probare plantam?*

QVando unaquæq; res diu ex ſuo ſibi adſignato loco abeſt, tunc in ſuam abit pernitiem & conſumptionem, *ait D.Taul.fol.*293. Projice avem ex aëre in aquam; ex laſſitudine ſubmergetur. Extrahas piſcem aqua & transferas in aëra; in corruptionem ibi concedet. Piſcis enim in undis natus, ibi quoque naturæ ſuſtentationem ſuæ invenit. Si tu ſis ex Deo natus, & velis tamen extra Deum vivere, profectò morière. Si exercitatio tua ſit vanitati addicta; nunquam crediderim, te eſſe ſpiritualem. Si verò vitam ſpiritualem exerceas, te jam quoque divinitati adſimilas. Idcirco ait *D.Paul.Rom.*8,14.& 16. Quotquot ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. Et ipſe Spiritus teſtatur unà cum ſpiritu noſtro, nos eſſe filios Dei. Atteſtationem autem hanc ſpiritus tui in te poſſis ita facile tecum perſentiſcere, ſi modo hoc obſerves, in amore cordis tui, quem ita probabis; num potius ad mundi vanitatem & carnis oblectationes; an verò ad verbi cœleſtis curam fervidiorem inclinet?

Quorſum tuus te amor allicit, eo quoque ſe voluntas inſinuare cupit. Atque ita ſtatim tecum agnoſces duplicem in ſui diviſione amorem. Namque amor mundanus carnalis eſt, & prorſus ſeductorius, inque mortem te præcipitat falſa ſua electionis imaginatione; amor verò in corde renato, ſemper ſurſum ſuſpirat & vota eò dirigit, inque proximi commodum ſe diſtribuit: Alius itaque eſt falſus, & alius verus, uti id ſupra in Sapientia vera & falſa declaratum eſt. In amore mundi nihil certi habes, & varia tibimet ipſi creas tormenta animi, nec vacat curis, conſilioque ſępius omni privat ferventem, quod optimè

timè poteſt perſpici, ſi proprietates utriuſque inter ſeſe conferamus. Proh dolor! etiam pueris notum eſt, & in ſcholis non abſque mandato peſſimo illis prælegitur, memoriæque tenellæ imprimitur, quod Comicus ait:

Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
In amore hæc omnia inſunt vitia: injuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

Eodem modo quoque alius omnes artes amoris cupidi deſcribit turpiter:

Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant. Nunquam
Amor quemquam niſi cupidum hominem poſtulat, ſe in plagas
Conjicere. Eos cupit, eos conſectatur, ſubdolè blanditur, ab re
Conſulit, blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, avarus,
Elegans deſpoliator, latebricolarum hominum corruptor,
Blandus, inops, celati indagator. Nam qui ab eo, quod amat,
Quam extemplò ſuavius ſagittatis percuſſus eſt, illicò res foras
Labitur, liquitur, &c.

En ita mundani ſuum deſcribunt amorem, ut amare illis nihil aliud ſit, quum *à mare* dictum, quod periculi cauſſa maximè inſtar maris ſit cavendum. Attamen qui amat, *ait Plato*, cupit cum eo uniri & unum fieri quod ſibi ita amatum fovet, ac proinde ſi habet, id habet pro cibo & alimento, *ut ait Pl. in Mer.* Si verò non id alii obtineant quod amando ſecum fovent in imaginatione, inſaniunt, ſibi ipſis ſunt crucis inſtar; quærunt altercationes, ſuſpiciones eos macerant, varias formas induunt in ſermone, vultu, ſæpiusque ſe curis planè enervant.

LXXVI. *An vero hoc eſt amare? An non potius pœnæ loco ſibi vivere?*

Nihilominus in ardore tali ſibi lætitias quærit mundus, & voluptatem in eum deponit maxi-

mam

Digitized by Google

n, quùm tamen rabiei non rarò haud ſit abſimi-
Sic externus homo ſuæ indulgens naturæ, non
compos ſui, quam diu ſe Verbo Dei non adſue-
t.

XXVII. *In quo igitur verus amor conſiſtit? & quæ ejus proprietas?*

AD internum verò hominem ſi referas amorem, in dulcedinem animæ omnia convertis, rectius dilectio & charitas vocatur apud Latinos, dditurque fundamentum omnium amabilium aionum: uti & *D. Auguſt. hom. 7. ſup. Ioh.* id comrobat, cupiditati eam opponens, quando dicit: Raix omnium bonorum eſt Charitas, & radix omnim malorum eſt cupiditas: atq; adeo ambæ ſimul ſſe non poſſunt; quia, niſi una radicitus evulſa non uerit, alia plantari non poteſt. Sine cauſſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non contendit evellere. Illi Deum propriè, *ait id. de Vit. Chriſt.* diligunt, qui non aliud, quàm unde nomen ejus glorificetur, exercent. Etenim in Deum ante omnia dirigi debent, quæcunque homo ſecum poſſidet intus. Imò *Deum diligere non poteris, ſi corpus tuum non oderis, ait Merc.* Quippe tanto plus quis diligit Deum, quantò minus mundum, *Auguſt. dicit:* Vnde dilectio ſola diſcernit inter filios Dei, & filios diaboli. *Id. ſup. 1. Ioh.* Nihil ergo precioſius Deo virtute dilectionis; nihil deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. *Ambr. in paſt.* At verè diligit, qui ſine triſtitia, ſine timore; voluntario potius ſtudio, quàm coacto, præcepta conſervat. *Id. ſup. beat. imm.* Proinde dilectio Dei eſt, omnia commoda & incommoda poſtponere cauſſâ perfruendi Deo. Dilectio proximi eſt, privata commoda poſtponere cauſsâ perfruendi amico. *Hug. de ſub. dil.* Nunquam enim otio-

ſus

ſus eſt amor, qui ſemper ſe communicare cupit: Vſque adeò indeficiens eſt Theſaurus, vivere in amore Dei: quem qui habet dives eſt: quo, quicunque caret, pauper eſt, *inquit D. Baſil.* Amor enim in quaſlibet ſe transfundit formas. Si cœlum diligis, *ait Auguſt.* cœlum es: ſi terram, terra es: ſi Deum, Dei habitaculum es. Nam *talis unuſquiſque eſt, qualis eſt ejus amor. Qui terrena volunt, cœleſtia nolunt.* Aſt efficacia & probatio dilectionis, exhibitio eſt operis, *ait D. Greg.* Quum verò omnium accuratiſſimè proprietates veræ Charitatis perfectæ *à Div. Paul.* 1. *Cor.* 13. deſcribantur, & quanta beatitudine expleant ejus poſſeſſorem meritò illum heic audiamus: Si linguis hominum loquar, *ait*, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens &c. Charitas patiens eſt, benigna eſt: Charitas non invidet; Charitas non eſt procax, non inflatur, non eſt faſtidioſa: non quærit quæ ſua ſunt; non irritatur, non cogitat malum; non gaudet de injuſtitia; ſed congaudet veritati: Omnia ſuffert; omnia credit; omnia ſperat; omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit: Sed & prophetiæ evaneſcent, & linguæ ceſſabunt, & cognitio evaneſcet &c. Nunc verò manet fides, ſpes, charitas; tria hæc: ſed maxima in his Charitas, &c. Sola enim Charitas eſt (*D. Auguſt. verbum eſt l. de doct. Chriſt.*) quæ vincit omnia, ſine qua nihil valent omnia, & quæ, ubicunque fuerit, trahit ad ſe omnia. Scientia, ſi ſola ſit, inflat: quia verò Charitas ædificat, ſcientiam non permittit inflari. Charitas enim ad cuncta virtutum facta dilatatur, quæ à duobus præceptis incipit; ſed ſe ad innumera extendit.

Hujus Charitatis initium eſt, dilectio Dei & proximi, quia per amorem Dei, proximi gignitur: & per amorem proximi, amor Dei nutritur: Nam qui

Deum

Digitized by Google

Deum amare negligit, profectò proximum diligere neſcit. *Greg. in lib.* 10. *mor.*

LXXIIX. *Sed quis non amorem prætendit?*

QVisquis commodi cauſa diligit, idem præſtat quod canes & ethnici. Et amicos diligere cujuſvis eſt; aſt inimicos amare verè propriũ Chriſtianorum; uti Chriſtus jubet; Ego dico vobis, diligatis quoque inimicos veſtros. Nam ſi dilexeritis eos, qui diligunt vos, quod præmium habetis? Nonnè & publicani idem faciunt? Et ſi complexi fueritis fratres veſtros tantum, quid ſingulare præſtatis? Nonnè & publicani ſic faciunt? Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum Pater veſter, qui eſt in cœlis, perfectus eſt: *Matth.* 5. *ult.* Proinde precatur ſic *D. Aug.* O ignis, qui ſemper ardes, ô amor, qui nunquam tepeſcis; accende me, ut accendar à te, & diligam te ſolum. Minus enim te amat, qui tecum quid amat.

Mundi amor quippe, & Dei amor pariter in uno corde habitare non poſſunt: quemadmodum iidem oculi cœlum & terram pariter adſpicere nõ poſſunt. *Id.* O igitur ſi poſſemus excitare homines, & cum ipſis pariter excitari; ut tales eſſemus vitæ permanentis, quales ſunt homines amatores vitæ fugientis. Quur verò tanto impetu ruimus in amorem mundi! An non potioris eſt in nos Iuris ille, qui nos plantavit, rigavit, & perditos redemit, ſibiq; reſtituit? Hoc certum eſt igitur, quantum quis in flamma lucida amoris proficit, tantò quoque propius ſe Deo ſiſtit; quæ proba eſt juſtiſſima.

LXXIX. *At*

LXXIX. *At quomodo quiſque ſe rectè in amore ſuo verè juſto probare poteſt?*

NEquid dubites, & eò exactius te tibi tecum examinare queas, reſpice ad naturam ignis & lucis. Ignis ceu ſuum ſibi conſtituit principium tàm quatuor elementis conſtat, quàm lux, & hic mundus externus. Ignis proprietates ſive elementa ſunt, avaritia, ſuperbia, odium, & ira. Sic & lucis elementa, Fidei in homine incluſa, ſunt Pœnitentia, Humilitas, Spes & Charitas. Hæc regnum gratiæ & Chriſti conſtituunt, Illa 4 regnum mundi, diaboli & iræ. Iam quiſque ſe poterit facilè in corde ſuo perſcrutari vel retexere, & dijudicare id ſecum, cui elemento ſe maximè addictum, implicatumvè inveniat; num regno iræ aut gratiæ? An diſcipulus & imitator ſit Chriſti; an vero diaboli & mundi? Hæc enim duo regna toto principio inter ſe diſtant.

Quàm diu igitur quis non poterit exaturari ſatis ſtudio hujus mundi, ſed totis mentis viribus in eo eſt, ut vel multa poſſideat, omnia appetat, & pro acquiſitione talium rerum, quas in amorem ſui pertraxit, variis miriſq; artibus incumbat, quibus ille ſolus præ cunctis floreat, in admiratione ſit, honorandus effulgeat, dives appareat, neminem ſibi æqualem habeat, proximi gratiam nil curare auſit, in perſecutione ejuſdem ſe oblectet, voluptatem animi ſectetur, ſuæ voluntati vivat, ſibi ſit judex & pars, cunctaque in ſuum abripiat uſum, aut extrema ſubeat contra eos, qui ipſi reſiſtant: &c. Quid putas cui regno propriè hi ſint adſcribendi, aut cui principio? Nonnè hæ & ſimiles complexiones ad 4 ignis elementa ſint referenda? Namque in ſingulis quid prædominii juxta carnalitatem latet, quod aut ad Avaritiam, Superbiam, Odium aut Iram vergat: Quàm

diu

Digitized by Google

diu igitur homo ex hac carnalitate denſa non emergat, nondum quid cognationis habet cum regno Chriſti, quia adhuc in antitheſi hæret, & ἀντίκειται illi, *ait D.Paul.Gal.*5,17. Regnum enim Fidei nihil aliud eſt, niſi pax & gaudium in Spiritu Sancto, quod meras amoris lucidi flammas inſpirat in manſuetudine cuique cordi renato; unde homo prorſus καινὴ eſt κτίσις. nova creatura. Quo igitur magis magiſque ad pœnitentiam, ſpem, humilitatem & charitatem appropinquabit, & exuere falſitatem cordis & *nimi* ſtudebit; eò propius gratiorem in Chriſti regno ſe Spiritui Dei hoſpitem præſtabit, & tandem ciis evadet dignus receptione in veram Chriſti Rempublicam. Signum autem maximum manet in præcepto Chriſti ter ſancto, quo mandat, ut nos mutuo iligamus, quæ certiſſima eſt nota Chriſtianorum & :ræ in Chriſto Reipublicæ. ἐν τούτῳ γνώσονται πάν-ς. *In hoc cognoſcent, quod diſcipuli mei ſitis, ſi charitem habueritis inter vos mutuo, Ioh.*13,35. Hoc eſt æceptum meum, dicit iterum *Ioh.*15,12,10. ut ad vicem vos ametis, velut ego vos diligo; & ſi meum veris præceptum manetis in amore meo. Itaque vatio præceptorum Dei eſt in nobis id, quod diliur Deus, & ſic à Patre redamamur. *Iohan.*14,23. ıc D.Paul. nos ſedulò monet, ut veſtigia hæc rectè :rvemus, *dicens Epheſ.*5,12. Sitis igitur imitato- Dei, tanquam filii dilecti, & ambuletis in dilectio- quemadmodum & Chriſtus ἠγάπησεν ὑμᾶς dilec- ιos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblatio· & victimam Deo, in odorem bonæ fragrantię. ›us verbis tota demum ſumma Reipublicæ ve- : Chriſtianæ maximè exprimitur, quùm fortius n cœlo nec in terra dari poſſit vinculum, per . omnia Reipubl. communis membra inter ſe reant; ut amor mutuus verè vividus ſit quaſi

centrum

centrum totius compoſitionis ſolidæ, per quem etiam ſingula, & quidem minutiſſima quæque in Republ. reguntur, diſponuntur, ordinantur, conſervantur & reſtaurantur, ſi quid damni aut contrarii ſubrepat. Si hoc non ſit, falſa eſt Reſpubl. & non vera.

LXXX. *Num ita Reſpublica ſolida omnis ex Amore ſive dilectione mutua conſtare debet?*

OMninò. Velut enim ipſe Iehova Deus noſter, qui Creator, Conditor, Principium, Medium, finiſque rerum omnium eſt, ac Caput unicè ſummum creaturarum ſuarum omnia harmonicè compoſuit, & in luce cujus nihil niſi Pax & Amor extat: ita quoque amabili concinnitate omnia conglutinatim cohęrere juſſit. Nec quid in tota rerum natura extat, quod non inde ſuam pulchritudinem, formoſitatem & durationem ſortiatur. Si aliquid exoriatur, quod ſciſſuram pariat, amoris illud ſtatim frangit vinculum, & fit ex eo, quod voluntatis mutuæ unionem dirimendo faſtidiat, & ſuum proprium eſſe in ſeſe quærat alia via, quàm priſtina harmonia amoris id conſolidarat. Nec diu durationis ſuæ ſtatum conſervare poteſt, quod adverſis repagulis connectitur, uti ipſa natura hoc commonſtrat, quùm vitioſitate ſua non careat, quam averſamur homines cuncti, & è contra virtutem ſuſpicere & amare ipſi videmur. Ecquod, *inquit Syneſius*, regnum munitius eſt illo, quod amoris muro ſeptum eſt? Et *Livi. lib.* 8. *ait*; Illud longè firmiſſimum imperium eſt, quo obedientes gaudent. An verò gaudium abſque amore poſſit dari ullum? Ita & *Sen. de Clem.* id affirmat: Vnum eſt, inquit, inexpugnabile munimentum, *AMOR CIVIVM.*

Qui tutò igitur & diu imperare velint, ii ſeſe hominum

minum benevolentiæ præſidio muniant, refert de Periandri dicto *Caſtell.lib.*1 *.de off.Reg.cap.*65. Quod ita ex ipſa naturæ ratione patet, quocunque vertere velimus oculos. Omnis enim creatura, quæ quid certi & ſpecificum determinat, ex amoris combinatione cohæret.

Qui ſaltem in aliquibus creaturas perſcrutari novit, in harmonico ejus concentu, nil niſi amoris conglutinationem in iis inveniet. Sed pauci ſane ſunt, qui verè in Deo & Spiritus ejus ductu, oculis animi acutis creaturas introſpicere noſcat, quùm ſaltem extra Deum & penetrationem ſanctam in ſuperficie pultem lingant, & velut canis è Nilo bibens quidvis transcurrant, atque penitiori Spiritus cognitione, ut natura illis ita occluſa, abſcondita & quaſi ſigillis obſignata maneat, nec veram lucis vigorem in ea deprehendere queant, ut ſupra oſtendimus.

Sed non opus eſt, ut è longinquo quid petamus, aut variis cogitationibus mentis multum circumvagemur, ſi modo, juxta D. Pauli informationem ocularem, corporis ipſius noſtri inſpectionem rectè obſervare velimus, obviam quaſi nobis occurret perpetua, firma & fixa ratio Rempubl. benè inſtituendi, & in abſolutiſſimis ſuis partibus ritè conſervandi. Non enim fruſtra toties hoc nobis inculcat, quomodo ad unanimitatem nos invicem contrahere debeamus, exemplum Chriſti adſiduè nobis proponendo: ſed etiam ait, nos vocatos ad id, ut per amorem mutuum in unum corpus coëamus, & ſimul appellat hunc amorem vinculum perfectionis, *Coloſ.*3, 14. quaſi non alia poſſit conglutinatio perfectior dari aut inveniri; ut ſic quoque pax poſſit per totum in corde eſſe gubernatrix rerum omnium. Nec uno in loco hoc docet, ſed pluribus. *Rom.*12, 5. *&* 1. *Corinth.*6, 15. *&* 10, 17. *&* 12, 13, 27. *Epheſ.* 1, 2, 3. *&* 4.

dum gravis & aliena prorſus à ſuis cogitationibus; ſed ſi paulo conſideratius quid intueatur, omnia in ſuo reperit proprio corpore, & à propria ſuæ vitæ experientia informatur rectius, ut meritò ſibi ſit admirationi. Sic D. Paulus univerſum Chriſtianiſmi ſtatum 1. *Corinth*. 12. depinxit in corpore humano & ejus membris: Item in pane, & conjugio. Ita ſæpe rem quandam ultra maris inſulas quærimus, quæ tamen ad fores nobis adſtat, imò in nobis ſit, nempe Regnum Dei, *Luc*. 17. *Rom*. 10. *Deut*. 30.

Primò autem *ait D. Paul*. Quemadmodum corpus quidem multa membra habet, & tamen omnia unius corporis ſunt membra; ſic etiam Chriſtus. Ac etſi unus eſt Chriſtus; tamen multa complectitur membra, quæ in uno ſunt Chriſto; qui unus adſcendit in cœlum. Proinde neceſſum eſt, ut oſſa ex ipſius oſſibus, & caro ex ipſius carne ſimus, atque ſic ipſius corporis fiamus membra, ſi cum Chriſto in cœlum tendere velimus. In hoc corpore ſubmerſi ſumus, & baptizati, ne amplius nobis vivamus; ſed mortui ſimus Adamo noſtro; tamen perfecti in Chriſto, *Gal*. 2.

Iam hoc cernimus in corpore, quod omnia membra ſint mortua, nec ullum membrum ſui ſit ipſius; ſed omnia ſint capitis, ejuſque animæ & voluntati ſerviant, cui etiam parent uſque ad mortem: Quò nutus vergit capitis, eò quoque tendit corpus: quodcunque cor concludit, id omnia acceptant membra: quod voluntas cupit, hoc omnia ſimul membra volunt, & quidem ita æqualiter, ut nullum membrum velit quid ſuſcipere abſque corpore Chriſti, aut ab eo abſcindi: quod ſi corpori conducat, imò & hoc expetat, non refragatur abſciſſioni: Quod ſi vero corpori non pro-

ſit,

Digitized by Google

ſit, ſed impedimento ſit, aut moleſtia id afficiat; ita ſe accommodat, ut ex ſuo officio ipſi ſalus creetur, nec quid damni ex ſua præſentia accipiat.

Item, Quod ſi voluntas velit, ſtatim ſe mox pollex, mox minimus pedis digitulus, atque quis ad mandatum ejus paratus eſt: Ita ſi voluntas velit, pes ambulat, oculus videt, auris auditum exerit, os loquitur, quodcunque cor cogitat, ac voluntas cupit: Imò tàm admirabilis obedientia & unanimitas in corpore adeſt toto, ut protenus capilli capitis & omnes ſenſus horrore occupentur, ſi cordi tremor adſit. Eodem modo ſe habet corpus Chriſti, & Reſpublica.

Quicunque ita nondum affectus eſt, neque membrum in corpore Chriſti denotat, neque extra hoc corpus cœlum adſcendet: quia quum Chriſtus per ſe ſolus cœlos exuperet, non eſt extra hoc corpus ulla ſalus, vita, aut beatitudo.

Secundo, nullum otium, ſegnities aut torpitudo in toto perſpicitur corpore, neque quid vel interius aut exterius, quod non munus ſuum, officium & amoris opus contineat, in totius corporis uſum: nec eſt ullum tam exile, quod abſque læſione corporis queat incommodari: nec eſt ullum, quod ſuo officio ſibi ſoli ſerviat, aut ſemetipſum quærat, ſua propria quærat commoda, vel id expetat quærere; ſed unum ſemper alterius quærit utilitatem ita, ut per totum corpus univerſaliter verus amor depictus extet vividè. Anima toti corpori communicat vitam: imò ipſa in illo eſt vita à Deo ſic progreſſa: Cor, caput, ratioque, cogitationes & ſenſus ſuggerunt: memoria conſervat dictata: os cordis interpres eſt; atque eloquio profert ea, quæ conceperat memoria: Oculus videt: Auris audit: lingua judicium fert de cibo & po-

H tu;

tur. Namque per quod magis quid amittitur, per id non acquiritur. Gladius profligat à ſe gratiam, non acceerſit. Et gladium quiſquis ſumit, gladio peribit, *ait ipſe Salvator mundi.*

Amare nos docet Iehova, non occidere. Imò hoc prohibet, & prius in omnibus inculcat præceptis ſuis admodum ſeveriter, ſi neſcis. An amare eſt occidere? Væ, ſcandala tàm perverſa & maligna docentibus? Non iſtis rixoſis ſyllogiſticationibus & argutiis regnum Dei intrabis, hoc certus credas, quum tam longè adhuc abſis à nova creatura. O beatos, ait David *Pſal.*105,3. qui obſervant legem, & peragunt juſta quovis tempore. Ex ethnicorum ſapientia non hæc addiſcuntur: ſchola Spiritus Dei hæc docet.

Commiſcebant ſe cum gentibus, ait idem *d.p.*35. & didicerunt opera eorum. Quid igitur non efficiat mixtura ſapientiæ mundanæ cum cœleſti? Nonnè egregias inde cernimus jam turbas? miſerabiles cædes? rapinas pluſquam deteſtabiles? ſtrages univerſales? tot gentium devaſtationes barbaricas? urbes exuſtas? Et tamen in conſuetudine priſca proceditur, quæ uſque inveteratam induit ſui naturam, ut originale malum nemo agnoſcere velit. Væ mundo ab offendiculis, *ait Chriſtus ipſe Matth.*18,7. Neceſſe eſt quidem, ut eveniant offendicula: Veruntamen væ homini, per quem offendiculum evenit. Ah quis non in eo totus eſſe cupiat, ut poſſint offendicula talia vanæ ſapientiæ, in totum abrogari? Non enim Chriſtus heic perfunctoriè hæc loquitur; ſed gravi cum ſeveritate, præcipiens ſimul, ut ſibi quis vel manum aut pedem abſcindat & oculum eruat, potius quàm velit quidquam ſcandali cum ejuſmodi committere membris, ne ejus falſo miniſterio in æternam gehennæ condemnationem incidat. Non erretis heic quidquam; Deus non ſinit ſe irrideri, *ait*

D. Paul.

Digitized by Google

D. Paul. & Eraſ. in mil. Chr. Ab improbis rideri, penè laudari eſt: At horrendum profectò à Deo irrideri. Non eſt, quod heîc quid rideas, aut aliud tibi ſomnies de dicto hoc Chriſti. Ille monitor eſt tuus; imò & præceptivè mandat, ut claudus, mancus aut luſcus potius regnum Dei ingrediaris, quàm plenis membris in æternam projiciaris condemnationem. Ita omne offendiculum præciſè eruendum & abrogandum eſt abſque mora, licet amabile appareat & lætitiæ carnalis plenum.

Quid carius humano corpori, quàm membris uti vegetis & integris; nihilominus ſi noxia ſint, abſcindenda mandat Chriſtus, quum animæ ſalus potior, quàm tota vaſtities mundi. Quid enim proſit mundus, ſi animæ jacturam ejus cauſſa facias? ut iterum ipſe Chriſtus teſtatur. Proinde *c. Mala. 8. diſt.* rectè ſtatuitur, *quod mala conſuetudo radicitus ſit evellenda*, præſertim ſi Deo contrarietur, & fidei noſtræ damnum creet. Vti & *D. Lut. Tom. 3. Germ. pag. 371.* id affirmat: dicens, Omne quodcunque Fidei damnum creat, in quavis conſuetudine, prorſus abſque mora expeditiſſimè cum totis viribus mutandum & abrogandum eſt. Etiamſi dura admodum pugna ſit vincere conſuetudinem, *ut ait D. Aug. in Conc. Pſal. 30*; tamen non deſiſtere oportet ab ejus correctione. Imò, *ait D. Bernh. ſup. Cantic.* abſcindatur ferro acutæ compunctionis ulcus inveteratæ conſuetudinis: ſi eſt acerbus dolor, léniatur unguento devotionis: Quaſi diceret omnem remediorum conatum adhibe, ut mala conſuetudo abigatur, & veritati ſuus reſtituatur locus.

LXXIV. *An non conſuetudini parendum univerſali?*

CONſuetudo, *ait D. Cypri. in ſerm. Et pon. di. 8. dec.* quæ apud quoſdam irrepſerat, impedire non

debet, quo minus veritas prævaleat, & vincat. Nam conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt; propter quod, relicto errore, ſequamur veritatem: ſciens, quod veritas vincit, veritas valet, & invaleſcit in æternum, & vivit, & obtinet in ſecula ſeculorum. Aureum eſt dictum Lutheri hoc, *Tom. Germ. 2. p.* 55. ubi dicit; Contra Deum nec ſigillum, nec privilegium, nec lex, nec conſuetudo quid roboris obtinet, aut alicujus eſt valoris. Humana cedant divinis. Atque in his non vult Deus, nos eſſe, ut ſic dicam, Curiſtas, vel Quæriſtas. Vult nos mandato ſuo ſimpliciter obedire, & hac una ratione contentos eſſe, quod ipſe juſſerit *Tom. 2. Ger. pag.* 136. Illud igitur in omnibus attendi debet, quod conformia cum Verbo Dei retineantur cuncta. Namque quodcunque ex Verbo cœleſti non trahit ſuam originem, reverà ex Diabolo eſt. *Tom. 2. Ger. pag.* 13. Aliàs quippe, nihil tàm ridiculum, ſtultum, obſcœnum, alienum ab omni honeſtate, quod non pro cultu ſummo hominibus, Verbo Dei deſtitutis, poſſit obtrudi. *Tom. 1. Ger. pag.* 108.

Ex dictis his facilè jam colligis, quod malo huic univerſali poſſet ſatis quidem obviari, in abroganda falſitate falſæ informationis, ut fieret ita plantatio ſanior, *juxta D. Paul.* 1. *Cor.* 3, 6. & Iehovæ benedictio ac vis creſcendi relinqueretur, ac propius nobiſcum habitandi ipſi ſyncero concrederetur animo: Sed quum homines & maximè ii, queis Iehova potentiam ſuam conceſſit, potius ſe mundo cōſecrent, & amori ſui ipſius per regnum mundi hujus ſe totaliter adſtringant magis; vix regno Chriſti hinc quid poteſtatis conceditur, proh dolor! Interim quiſque hoc ſummo ſtudio agat, ut in regno Dei non in mundo ſe præſtet veram & vividam plantam inter tot ſpinas ſeductionum.

LXXV. *At*

Digitized by Google

LXXV. *At quomodo poterit homo ſecum intus veram in Chriſti regno ſe probare plantam?*

QVando unaquæq; res diu ex ſuo ſibi adſignato loco abeſt, tunc in ſuam abit pernitiem & conſumptionem, *ait D. Taul. fol.* 293. Projice avem ex aëre in aquam; ex laſſitudine ſubmergetur. Extrahas piſcem aqua & transferas in aëra; in corruptionem ibi concedet. Piſcis enim in undis natus, ibi quoque naturæ ſuſtentationem ſuæ invenit. Si tu ſis ex Deo natus, & velis tamen extra Deum vivere, profectò moriêre. Si exercitatio tua ſit vanitati addicta; nunquam crediderim, te eſſe ſpiritualem. Si verò vitam ſpiritualem exerceas, te jam quoque divinitati adſimilas. Idcirco ait *D. Paul. Rom.* 8, 14. & 16. Quotquot ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. Et ipſe Spiritus teſtatur unà cum ſpiritu noſtro, nos eſſe filios Dei. Atteſtationem autem hanc ſpiritus tui in te poſſis ita facile tecum perſentiſcere, ſi modo hoc obſerves, in amore cordis tui, quem ita probabis; num potius ad mundi vanitatem & carnis oblectationes; an verò ad verbi cœleſtis curam fervidiorem inclinet?

Quorſum tuus te amor allicit, eo quoque ſe voluntas inſinuare cupit. Atque ita ſtatim tecum agnoſces duplicem in ſui diviſione amorem. Namque amor mundanus carnalis eſt, & prorſus ſeductorius, inque mortem te præcipitat falſa ſua electionis imaginatione; amor verò in corde renato, ſemper ſurſum ſuſpirat & vota eò dirigit, inque proximi commodum ſe diſtribuit: Alius itaque eſt falſus, & alius verus, uti id ſupra in Sapientia vera & falſa declaratum eſt. In amore mundi nihil certi habes, & varia tibimet ipſi creas tormenta animi, nec vacat curis, conſilioque ſæpius omni privat ferventem, quod op-

timè poteſt perſpici, ſi proprietates utriuſque inter ſeſe conferamus. Proh dolor! etiam pueris notum eſt, & in ſcholis non abſque mandato peſſimo illis prælegitur, memoriæque tenellæ imprimitur, quod Comicus ait:

Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
In amore hæc omnia inſunt vitia: injuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

Eodem modo quoque alius omnes artes amoris cupidi deſcribit turpiter:

Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant. Nunquam
Amor quemquam niſi cupidum hominem poſtulat, ſe in plagas
Conjicere. Eos cupit, eos conſectatur, ſubdolè blanditur, ab re
Conſulit, blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, avarus,
Elegans deſpoliator, latebricolarum hominum corruptor,
Blandus, inops, celati indagator. Nam qui ab eo, quod amat,
Quam extemplò ſuavius ſagittatis percuſſus eſt, illicò res foras
Labitur, liquitur, &c.

En ita mundani ſuum deſcribunt amorem, ut amare illis nihil aliud ſit, quum *à mare* dictum, quod periculi cauſſa maximè inſtar maris ſit cavendum. Attamen qui amat, *ait Plato,* cupit cum eo uniri & unum fieri quod ſibi ita amatum fovet, ac proinde ſi habet, id habet pro cibo & alimento, *ut ait Pl. in Mer.* Si verò non id alii obtineant quod amando ſecum fovent in imaginatione, inſaniunt, ſibi ipſis ſunt crucis inſtar; quærunt altercationes, ſuſpiciones eos macerant, varias formas induunt in ſermone, vultu, ſæpiusque ſe curis planè enervant.

LXXVI. *An vero hoc eſt amare? An non potius pœnæ loco ſibi vivere?*

NIhilominus in ardore tali ſibi lætitias quærit mundus, & voluptatem in eum deponit maximam

mam, quùm tamen rabiei non rarò haud ſit abſimilis. Sic externus homo ſuæ indulgens naturæ, non eſt compos ſui, quam diu ſe Verbo Dei non adſuefecit.

LXXVII. *In quo igitur verus amor conſiſtit? & quæ ejus proprietas?*

AD internum verò hominem ſi referas amorem, in dulcedinem animæ omnia convertis, ac rectius dilectio & charitas vocatur apud Latinos, redditurque fundamentum omnium amabilium actionum: uti & *D. Auguſt. hom. 7. ſup. Ioh.* id comprobat, cupiditati eam opponens, quando dicit: Radix omnium bonorum eſt Charitas, & radix omnium malorum eſt cupiditas: atq; adeo ambæ ſimul eſſe non poſſunt; quia, niſi una radicitus evulſa non fuerit, alia plantari non poteſt. Sine cauſſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non contendit evellere. Illi Deum propriè, *ait id. de Vit. Chriſt.* diligunt, qui non aliud, quàm unde nomen ejus glorificetur, exercent. Etenim in Deum ante omnia dirigi debent, quæcunque homo ſecum poſſidet intus. Imò *Deum diligere non poteris, ſi corpus tuum non oderis, ait Merc.* Quippe tanto plus quis diligit Deum, quantò minus mundum, *Auguſt. dicit:* Vnde dilectio ſola diſcernit inter filios Dei, & filios diaboli. *Id. ſup. 1. Ioh.* Nihil ergo precioſius Deo virtute dilectionis; nihil deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. *Ambr. in paſt.* At verè diligit, qui ſine triſtitia, ſine timore; voluntario potius ſtudio, quàm coacto, præcepta conſervat. *Id. ſup. beat. imm.* Proinde dilectio Dei eſt, omnia commoda & incommoda poſtponere cauſſâ perfruendi Deo. Dilectio proximi eſt, privata commoda poſtponere cauſâ perfruendi amico. *Hug. de ſub. dil.* Nunquam enim otioſus

ſus eſt amor, qui ſemper ſe communicare cupit: Vſque adeò indeficiens eſt Theſaurus, vivere in amore Dei: quem qui habet dives eſt: quo, quicunque caret, pauper eſt, *inquit D. Baſil.* Amor enim in quaſlibet ſe transfundit formas. Si cœlum diligis, *ait Auguſt.* cœlum es: ſi terram, terra es: ſi Deum, Dei habitaculum es. Nam *talis unuſquiſque eſt, qualis eſt ejus amor. Qui terrena volunt, cœleſtia nolunt.* Aſt efficacia & probatio dilectionis, exhibitio eſt operis, *ait D. Greg.* Quum verò omnium accuratiſſimè proprietates veræ Charitatis perfectæ *à Div. Paul.* 1. *Cor.* 13. deſcribantur, & quanta beatitudine expleant ejus poſſeſſorem meritò illum heic audiamus: Si linguis hominum loquar, *ait*, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens &c. Charitas patiens eſt, benigna eſt: Charitas non invidet; Charitas non eſt procax, non inflatur, non eſt faſtidioſa: non quærit quæ ſua ſunt; non irritatur, non cogitat malum; non gaudet de injuſtitia; ſed congaudet veritati: Omnia ſuffert; omnia credit; omnia ſperat; omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit: Sed & prophetiæ evaneſcent, & linguæ ceſſabunt, & cognitio evaneſcet &c. Nunc verò manet fides, ſpes, charitas; tria hæc: ſed maxima in his Charitas, &c. Sola enim Charitas eſt (*D. Auguſt. verbum eſt l. de doct. Chriſt.*) quæ vincit omnia, ſine qua nihil valent omnia, & quæ, ubicunque fuerit, trahit ad ſe omnia. Scientia, ſi ſola ſit, inflat: quia verò Charitas ædificat, ſcientiam non permittit inflari. Charitas enim ad cuncta virtutum facta dilatatur, quæ à duobus præceptis incipit; ſed ſe ad innumera extendit.

Hujus Charitatis initium eſt, dilectio Dei & proximi, quia per amorem Dei, proximi gignitur: & per amorem proximi, amor Dei nutritur: Nam qui

Digitized by Google

n amare negligit, profectò proximum diligere
t. *Greg. in lib.* 10. *mor.*

LXXIIX. *Sed quis non amorem prætendit?*

Viſquis commodi cauſa diligit, idem præſtat
quod canes & ethnici. Et amicos diligere cujuſ-
eſt; aſt inimicos amare verè propriũ Chriſtiano-
1; uti Chriſtus jubet; Ego dico vobis, diligatis
que inimicos veſtros. Nam ſi dilexeritis eos,
diligunt vos, quod præmium habetis? Nonnè
publicani idem faciunt? Et ſi complexi fueritis
tres veſtros tantum, quid ſingulare præſtatis?
onnè & publicani ſic faciunt? Eritis igitur vos
rfecti, quemadmodum Pater veſter, qui eſt in cœ-
, perfectus eſt: *Matth.* 5. *ult.* Proinde precatur ſic
Aug. O ignis, qui ſemper ardes, ô amor, qui nun-
uam tepeſcis; accende me, ut accendar à te, & di-
gam te ſolum. Minus enim te amat, qui tecum
uid amat.

Mundi amor quippe, & Dei amor pariter in uno
orde habitare non poſſunt: quemadmodum iidem
oculi cœlum & terram pariter adſpicere nõ poſſunt.
Id. O igitur ſi poſſemus excitare homines, & cum
ipſis pariter excitari; ut tales eſſemus vitæ perma-
nentis, quales ſunt homines amatores vitæ fugien-
tis. Quur verò tanto impetu ruimus in amorem
mundi! An non potioris eſt in nos Iuris ille, qui
nos plantavit, rigavit, & perditos redemit, ſibiq; re-
ſtituit? Hoc certum eſt igitur, quantum quis in
flamma lucida amoris proficit, tantò quoque pro-
pius ſe Deo ſiſtit; quæ proba eſt juſtiſſima.

LXXIX. *At*

LXXIX. *At quomodo quiſque ſe rectè in amore ſuo verè juſto probare poteſt?*

NEquid dubites, & eò exactius te tibi tecum examinare queas, reſpice ad naturam ignis & lucis. Ignis ceu ſuum ſibi conſtituit principium tàm quatuor elementis conſtat, quàm lux, & hic mundus externus. Ignis proprietates ſive elementa ſunt, avaritia, ſuperbia, odium, & ira. Sic & lucis elementa, Fidei in homine incluſa, ſunt Pœnitentia, Humilitas, Spes & Charitas. Hæc regnum gratiæ & Chriſti conſtituunt, Illa 4 regnum mundi, diaboli & iræ. Iam quiſque ſe poterit facilè in corde ſuo perſcrutari vel retexere, & dijudicare id ſecum, cui elemento ſe maximè addictum, implicatumvè inveniat; num regno iræ aut gratiæ? An diſcipulus & imitator ſit Chriſti; an vero diaboli & mundi? Hæc enim duo regna toto principio inter ſe diſtant.

Quàm diu igitur quis non poterit exaturari ſatis ſtudio hujus mundi, ſed totis mentis viribus in eo eſt, ut vel multa poſſideat, omnia appetat, & pro acquiſitione talium rerum, quas in amorem ſui pertraxit, variis miriſq; artibus incumbat, quibus ille ſolus præ cunctis floreat, in admiratione ſit, honorandus effulgeat, dives appareat, neminem ſibi æqualem habeat, proximi gratiam nil curare auſit, in perſecutione ejuſdem ſe oblectet, voluptatem animi ſectetur, ſuæ voluntati vivat, ſibi ſit judex & pars, cunctaque in ſuum abripiat uſum, aut extrema ſubeat contra eos, qui ipſi reſiſtant: &c. Quid putas cui regno propriè hi ſint adſcribendi, aut cui principio? Nonnè hæ & ſimiles complexiones ad 4 ignis elementa ſint referenda? Namque in ſingulis quid prædominii juxta carnalitatem latet, quod aut ad Avaritiam, Superbiam, Odium aut Iram vergat: Quàm diu

Digitized by Google

ꝛitur homo ex hac carnalitate denſa non emer- nondum quid cognationis habet cum regno ꝺi, quia adhuc in antitheſi hæret, & ἀντίκειται ꞌt *D. Paul. Gal.* 5,17. Regnum enim Fidei nihil l eſt, niſi pax & gaudium in Spiritu Sancto, quod as amoris lucidi flammas inſpirat in manſuetu- cuique cordi renato; unde homo prorſus καινὴ κτίσις nova creatura. Quo igitur magis magiſ- ad pœnitentiam, ſpem, humilitatem & charita- ı appropinquabit, & exuere falſitatem cordis & ni ſtudebit; eò propius gratiorem in Chriſti reg- ſe Spiritui Dei hoſpitem præſtabit, & tandem ci- ,evadet dignus receptione in veram Chriſti Rem- blicam. Signum autem maximum manet in præ- pto Chriſti ter ſancto, quo mandat, ut nos mutuo ligamus, quæ certiſſima eſt nota Chriſtianorum & ræ in Chriſto Reipublicæ. ἐν τούτῳ γνώσονται πάν- ς. *In hoc cognoſcent, quod diſcipuli mei ſitis, ſi chari- tem habueritis inter vos mutuo, Ioh.* 13,35. Hoc eſt ræceptum meum, dicit iterum *Ioh.* 15,12,10. ut ad avicem vos ametis, velut ego vos diligo; & ſi meum ſervetis præceptum manetis in amore meo. Itaque ſervatio præceptorum Dei eſt in nobis id, quod dili- gitur Deus, & ſic à Patre redamamur. *Iohan.* 14,23. Hinc D. Paul. nos ſedulò monet, ut veſtigia hæc rectè obſervemus, *dicens Epheſ.* 5,12. Sitis igitur imitato- res Dei, tanquam filii dilecti, & ambuletis in dilectio- ne, quemadmodum & Chriſtus ἠγάπησεν ὑμᾶς dile- xit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblatio- nem & victimam Deo, in odorem bonæ fragrantiæ. Quibus verbis tota denium ſumma Reipublicæ ve- ræ & Chriſtianæ maximè exprimitur, quum fortius nec in cœlo nec in terra dari poſſit vinculum, per quod omnia Reipubl. communis membra inter ſe cohæreant; ut amor mutuus verè vividus ſit quaſi centrum

centrum totius compoſitionis ſolidæ, per quem etiam ſingula, & quidem minutiſſima quæque in Republ. reguntur, diſponuntur, ordinantur, conſervantur & reſtaurantur, ſi quid damni aut contrarii ſubrepat. Si hoc non ſit, falſa eſt Reſpubl. & non vera.

LXXX. *Num ita Reſpublica ſolida omnis ex Amore ſive dilectione mutua conſtare debet?*

OMninò. Velut enim ipſe Iehova Deus noſter, qui Creator, Conditor, Principium, Medium, finiſque rerum omnium eſt, ac Caput unicè ſummum creaturarum ſuarum omnia harmonicè compoſuit, & in luce cujus nihil niſi Pax & Amor extat: ita quoque amabili concinnitate omnia conglutinatim cohęrere juſſit. Nec quid in tota rerum natura extat, quod non inde ſuam pulchritudinem, formoſitatem & durationem ſortiatur. Si aliquid exoriatur, quod ſciſſuram pariat, amoris illud ſtatim frangit vinculum, & fit ex eo, quod voluntatis mutuæ unionem dirimendo faſtidiat, & ſuum proprium eſſe in ſeſe quærat alia via, quàm priſtina harmonia amoris id conſolidarat. Nec diu durationis ſuæ ſtatum conſervare poteſt, quod adverſis repagulis connectitur, uti ipſa natura hoc commonſtrat, quùm vitioſitate ſua non careat, quam averſamur homines cuncti, & è contra virtutem ſuſpicere & amare ipſi videmur. Ecquod, *inquit Syneſius,* regnum munitius eſt illo, quod amoris muro ſeptum eſt? Et *Livi. lib. 8. ait;* Illud longè firmiſſimum imperium eſt, quo obedientes gaudent. An verò gaudium abſque amore poſſit dari ullum? Ita & *Sen. de Clem.* id affirmat: Vnum eſt, inquit, inexpugnabile munimentum, *AMOR CIVIVM.*

Qui tutò igitur & diu imperare velint, ii ſeſe hominum

m benevolentiæ præſidio muniant, refert de
ndri dicto *Caſtell.lib.1.de off.Reg.cap.65.* Quod
ipſa naturæ ratione patet, quocunque vertere
ius oculos. Omnis enim creatura, quæ quid
& ſpecificum determinat, ex amoris combina-
cohæret.
ui ſaltem in aliquibus creaturas perſcrutari no-
n harmonico ejus concentu, nil niſi amoris
glutinationem in iis inveniet. Sed pauci ſane
, qui verè in Deo & Spiritus ejus ductu, oculis
ni acutis creaturas introſpicere noſcat, quùm ſal-
extra Deum & penetrationem ſanctam in ſu-
ficie pultem lingant, & velut canis è Nilo bibens
dvis transcurrant, atque penitiori Spiritus cog-
ione, ut natura illis ita occluſa, abſcondita & quaſi
illis obſignata maneat, nec veram lucis vigorem
ea deprehendere queant, ut ſupra oſtendimus.
Sed non opus eſt, ut è longinquo quid petamus,
t variis cogitationibus mentis multum circumva-
mur, ſi modo, juxta D. Pauli informationem ocu-
rem, corporis ipſius noſtri inſpectionem rectè ob-
rvare velimus, obviam quaſi nobis occurret perpe-
ta, firma & fixa ratio Rempubl. benè inſtituendi, &
abſolutiſſimis ſuis partibus ritè conſervandi. Non
nim fruſtra toties hoc nobis inculcat, quomodo ad
nanimitatem nos invicem contrahere debeamus,
xemplum Chriſti adſiduè nobis proponendo: ſed
tiam ait, nos vocatos ad id, ut per amorem mu-
tuum in unum corpus coëamus, & ſimul appellat
hunc amorem vinculum perfectionis, *Coloſ.3, 14.*
quaſi non alia poſſit conglutinatio perfectior dari
aut inveniri; ut ſic quoque pax poſſit per totum in
corde eſſe gubernatrix rerum omnium. Nec uno in
loco hoc docet, ſed pluribus. *Rom.12, 5. & 1.Co-
rinth.6, 15. & 10, 17. & 12, 13, 27. Ephes. 1,2,3.*
& 4.

& 4, 4, 12, 16. & 5, 23, 30. *Coloſ.* 1, 18, 24. & 2, 19. & 3, 15. &c.

LXXXI. *Quomodo ergo hæc corporis humani cum Republ. conformatio ſe propriè habet juxta D. Paulum?*

INſignis eſt locus *D. Paul. Epheſ.* 4, 15, 16. Ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ. Veritatem ſectantes in charitate, adoleſcamus in illum per omnia, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλή, qui eſt caput, nempe Chriſtus. In quo πᾶν τὸ σῶμα totum corpus congruenter coagmentatum, & compactum per omnes ſuppeditatas commiſſuras, ex vi intus agente, pro menſura uniuſcujuſq; membri, incrementum capit corpori conveniens, ad ſui ipſius exſtructionem per charitatem &c.

Illi, qui veræ ſapientiæ filii ſunt, non litterales habitualiſtæ, qui vix corticem lambere didicerunt, noſcunt, quod ſuperiora ſe habeant velut inferiora; & è contra hæc cum illis correſpondeant: unde quoque homô microcoſmus revera appellatur, quod ſit quaſi epitome omnium rerum creatarum, quæcunque uſpiam extant. Hinc itaque non incommode à *Nicol. Proun. in Phyſ. reſtit. can.* 160. hoc modo poſt lapſum juxta genuinas ſuas proprietates eſſentiæ deſcribitur: *Homo*, inquit, *animalium & inferioris Mundi Princeps, univerſæ Naturæ compendium habetur: Anima quippe ipſius divini luminis radius eſt immortalis: corpus eſt elegans Elementorum congeries: Interiores & imperceptibiles ſenſuum ex ſpiritu mundi facultates cum ratione, quibus quæcunque obvia deprehendit homo, penitus ſunt cœleſtes, & velut aſtra rerum cognitiones influentia: Motus & animi perturbationes, ſunt veluti venti turbines, fulgurationes, tonitrua & meteora, quæ in aërea ſpirituum regione ebulliunt, cor & ſanguinem commovent: merito itaque*

que Microcoſmus homo dictus eſt, & univerſi imaguncula, ut mirabilia Dei in ejus gloriam detegat, atque in æternum per Chriſtum reſtitutus celebret.

Iſta deſcriptio optime ſe habet, quod partes integrantes ſatis commodè enumeret, ex quibus interna, ad quæ D. Paulus reſpicit, nonnihil cognoſci plenius poterunt: tamen maximè renatum ille indigitat, cui etiam nos ductui merito jam conformare oportet: aliàs ſi totum hominem in anatomiam ſuam redigere velimus, nimis longè foret ſingula comprehendere. Ideoque ſolummodo optimi viri *Sebaſt. Franc.* ſuccinctam explicationem, non minus p[...]quam aptam præ cunctis aliis huc transferemus.

LXXXII. *Quomodo ſe ejus viri habent verba in deſcriptione Reipubl. ſolidæ?*

VTi animus fuit hominis ſat candidus, qui Reipubl. Chriſtianæ toto corde ſervire diu ſtuduit; ſic cum corpore etiam humano exquiſitam ſatis comparationem *in breviario ſuo de Com. Sanct.* protulit: Nemo, *inquit*, ſemetipſum ritè ingreditur, ut rectè penſitet, quid ſit: ſed vix per tranſennam adſpicimus creaturas: quod tangimus; id pediculi inſtar ſcabie obruti attrahimus, & inde cauſſam ſumimus omnia in ſorditiem convertendi in ſcortationemque noſtram; quum potius ad interiora nos deducere deberet talis creatura, & ad Dei cognitionem pellicere. Sed veluti perverſis omnia ſunt perverſa; ſic & creatura in hominibus contrariam exercet operationem, ne impuris quid mundi adſit, 1. *Tit.* 1. *Pſalm.* 18. Atque propterea David ſæpius de eo conqueritur, quod opera & mirabilia Dei non curemus.

Pluribus res obvia interdum videtur ſupra modum

dum gravis & aliena prorſus à ſuis cogitationibus; ſed ſi paulo conſideratius quid intueatur, omnia in ſuo reperit proprio corpore, & à propria ſuæ vitæ experientia informatur rectius, ut meritò ſibi ſit admirationi. Sic D. Paulus univerſum Chriſtianiſmi ſtatum 1. *Corinth.* 12. depinxit in corpore humano & ejus membris: Item in pane, & conjugio. Ita ſæpe rem quandam ultra maris inſulas quærimus, quæ tamen ad fores nobis adſtat, imò in nobis ſit, nempe Regnum Dei, *Luc.* 17. *Rom.* 10. *Deut.* 30.

Primò autem *ait D. Paul.* Quemadmodum corpus quidem multa membra habet, & tamen omnia unius corporis ſunt membra; ſic etiam Chriſtus. Ac etſi unus eſt Chriſtus; tamen multa complectitur membra, quæ in uno ſunt Chriſto; qui unus adſcendit in cœlum. Proinde neceſſum eſt, ut oſſa ex ipſius oſſibus, & caro ex ipſius carne ſimus, atque ſic ipſius corporis fiamus membra, ſi cum Chriſto in cœlum tendere velimus. In hoc corpore ſubmerſi ſumus, & baptizati, ne amplius nobis vivamus; ſed mortui ſimus Adamo noſtro; tamen perfecti in Chriſto, *Gal.* 2.

Iam hoc cernimus in corpore, quod omnia membra ſint mortua, nec ullum membrum ſui ſit ipſius; ſed omnia ſint capitis, ejuſque animæ & voluntati ſerviant, cui etiam parent uſque ad mortem: Quò nutus vergit capitis, eò quoque tendit corpus: quodcunque cor concludit, id omnia acceptant membra: quod voluntas cupit, hoc omnia ſimul membra volunt, & quidem ita æqualiter, ut nullum membrum velit quid ſuſcipere abſque corpore Chriſti, aut ab eo abſcindi: quod ſi corpori conducat, imò & hoc expetat, non refragatur abſciſſioni: Quod ſi vero corpori non pro-

fit,

Digitized by Google

ſit, ſed impedimento ſit, aut moleſtia id afficiat; ita ſe accommodat, ut ex ſuo officio ipſi ſalus creetur, nec quid damni ex ſua præſentia accipiat.

Item, Quod ſi voluntas velit, ſtatim ſe mox pollex, mox minimus pedis digitulus, atque quis ad mandatum ejus paratus eſt: Ita ſi voluntas velit, pes ambulat, oculus videt, auris auditum exerit, os loquitur, quodcunque cor cogitat, ac voluntas cupit: Imò tàm admirabilis obedientia & unanimitas in corpore adeſt toto, ut protenus capilli capitis & omnes ſenſus horrore occupentur, ſi cordi tremor adſit. Eodem modo ſe habet corpus Chriſti, & Reſpublica.

Quicunque ita nondum affectus eſt, neque membrum in corpore Chriſti denotat, neque extra hoc corpus cœlum adſcendet: quia quum Chriſtus per ſe ſolus cœlos exuperet, non eſt extra hoc corpus ulla ſalus, vita, aut beatitudo.

Secundo, nullum otium, ſegnities aut torpitudo in toto perſpicitur corpore, neque quid vel interius aut exterius, quod non munus ſuum, officium & amoris opus contineat, in totius corporis uſum: nec eſt ullum tam exile, quod abſque læſione corporis queat incommodari: nec eſt ullum, quod ſuo officio ſibi ſoli ſerviat, aut ſemetipſum quærat, ſua propria quærat commoda, vel id expetat quærere; ſed unum ſemper alterius quærit utilitatem ita, ut per totum corpus univerſaliter verus amor depictus extet vividè. Anima toti corpori communicat vitam: imò ipſa in illo eſt vita à Deo ſic progreſſa: Cor, caput, ratioque, cogitationes & ſenſus ſuggerunt: memoria conſervat dictata: os cordis interpres eſt; atque eloquio profert ea, quæ conceperat memoria: Oculus videt: Auris audit: lingua judicium fert de cibo & po-

H tu;

tu; nec minus inſtrumentum elocutionis eſt: naſus odoratior: dentes comminuunt cibum, & tradunt corpori, ſive ſtomacho eum transmittunt per guttur: Stomachus vero non ſecum retinet, nec manſionem ei perpetuam concedit; ſed omne, quodcunque ſingula membra ſudore ſuo compararunt, & ſibi concrederunt, & iterum diſtribuit ille & communicat liberaliter omnibus & quibuſvis membris. Manus tangunt & apprehendunt labores non in commodum ſuum; ſed ut rectè toti corpori inſerviant: Pedes fulcimenta præſtant huic corpori, atque è contra à corpore alimenta ſua accipiunt, & portantur: Iuncturæ & ſuturæ corpori accommodationem largiuntur in flexibilitatibus & proportione: venæ & arteriæ conſtringunt & connectunt membra; cutis totum obtegit corpus: caro oſſa & arterias ambiendo opplet: ſanguis humectat vires largiendo & corroborando totum corpus, ne exuratur: unde Moyſes ait, quod anima ſedem in ſanguine ſuam habeat.

Atque ne ullius diſſidii cauſſa & litis huic ex defectu aliquo adſit corpori; Deus iis membris, quæ partim abjecta aut probroſa partim habentur, ut vix abſque riſu aut ludibrio nominari queant, eò majorem virtutem attribuit, ut maximus eorum ſit uſus, ceu Paulus atteſtatur. Membra ea, quæ nobis videntur vilia & impotentia, ſummè neceſſaria ſunt; & quæ nobis apparent ignominioſiſſima, iis potiſſimum exhibemus honorem: ac quæ minus decoris quid nobis apponunt; illis maximam addimus accommodationem: quia quæ appropriata ſatis videntur, non egent tali expolitionis curâ.

Verum Iehova membra membris ita commiſcuit,

cuit, & cuique ſuum ita locum aptavit cum connexione debita, ut ſummè neceſſario membro & utiliſſimo maximum honorem deputarit, ne ulla diſcordia aut ſeditio in corpore ſe exerceret; ſed ut unum ſemper pro reliquis labores & vigilias ſubiret.

Quod ſi igitur jam unum membrum poſt alterum examinetis, non invenietis, quod ullum ſit ſuum quærens commodum: Manus laboribus ſuis victum quærunt corpori: pedes non ſemetipſos portant, ſed corpus: Corpus rurſus porrigit membris ſua præmia, & quicquid membra ipſi communicarunt, non apud ipſum manet, ut ſibi id dilapidet & concoquat, uti principes hujus mundi faciunt: ſed ſemetipſum diſtribuit, & omnia cum lucro reddit, quæcunque ipſi porrexerunt membra.

Atque, quod omnium maximè admirandum, in corpore quaſi mutua eſt concertatio oblationis, quum unumquodque membrum ſimpliciter ſerviendo alteri quid dare velit, nec quid accipere: vult portare, nec portari: benefacere nec ſibi ex benefactis quid adſumere: Imò ita promptè alterum alteri ſuam officioſitatem in omni ſervitute defert, ut quaſi præventionis mutuæ præoccupationem ambiant, indeque concertationem acrem foveant, & unum alterum benefaciendo exuperet. Hoc membrum ſimpliciter quid dare cupit; alterum è contra ambabus manibus ſuà dona offert, nec quid accipere vult, ſed dare. Heic revera unus liberalis dator alteri in occurſum venit, nec quis alteri ſuo officio deeſt: quiſque omnia expediret ſolus, uti & in conjugio id fideles conjuges mutuo ad invicem præſtant.

Proinde nulla diſturbatio aut confuſio membris

adeſt in corpore; ſed mira ordinis decentia: Non bona ſua in unum congerunt cumulum; nec officia ac ſervitia ſua confundunt: ſed ſaltem uſum communicant & commoda inter ſe partiuntur; unumquodque tamen in ſuo manet officio; ceu uxor non mariti nomine aut dominatione utitur, nec ejus veſtimenta induit; nedum quod vir lavet, coquet, cubilia & ſtrata purget &c. Sed quod cujuſque proprium eſt in officio ſuo, id perficiunt juxta ſtatus rationem.

Ita quoque omnes Chriſtiani in uno Chriſto confluunt, & ejus exhibent ipſi ſponſam; atque conjugati ita cum ſponſo unum quid conſtituunt in uno ſenſu & una concordia &c. Quemadmodum igitur quilibet affectus eſt erga conjugem ſuam; imò communia cum eadem habet bona ſua; ita quoque cum fratribus libenter participabit ſua, quum unum quid in Chriſto conſtituamus; non tamen, quaſi omnia in cumulum confuſionis ſint communiter effundenda; ſed ut tempore neceſſitatis quiſque Chriſtianorum fratri ſuo apertas habeat ædes &c.

Reſpicite ſimpliciter corpus, quomodo ſingula membra amori ſerviant mutuò, nec quid ſibi vivat: Stomachus concoctionē ſuam & affrabilitatem pro uſu totius corporis conficit: manus laborant: oculus videt &c. nullum membrum ſibi ſua quærit: ſed ſingulum toti corpori utilitatem & uſum ſuum adjicit; & in quem finem unumquodq; alterum tuetur, ei lucrum affert, ejus ſalutem curat aut ſanitatem, in eo unumquodq; ſeipſum amat. Manus ambæ inter ſe non magis mutuò ſe amare queunt, aut quid quærere, niſi ſe invicem implorent; ſed ſuo quid ut corpori quærant: quia per hoc reddit corpus vires ſuas mēbris, uti per repercuſſionē brachiis, ut in vigore maneant.

Quod

Quod ſi manus ſemetipſas quærerent,nec quid aliud efficere vellent, quàm quieſcere,nec corpori victum conquirere,eo ipſo ſe ſat citò conſumerent fame,imò & eo ipſo ſemetipſas extremo afficerent odio. Sic nec ſtomachus diu in vigore ſubſiſteret, niſi concoctum cibum in omnes membrorum partes effunderet & diſtribueret ritè membris,quũ inde quoq; reliqua membra ſuas amitterent vires. Sic ex diſpoſitione Iehovæ unum alterius membrũ ſanitatem conſervat ſuo ſervitio & amore mutuo, ſibique ſimul ipſi ſuam felicitatem procurat.

Sic itaq; Deus res omnes & inprimis corpus hominis ad amorem creavit,ut nemo eſſet ſuus ſibi.Qui enim ſibi ipſi ſervit, & ſua curat ſolummodo, eo ipſo ſeipſum perdit, velut totus agit id mundus,qui ex hoc ordine communi & communitate corporis exortus eſt, & ſaltem ſeipſum curat, inque ſui pernitiem abit. Nam poſtquam omnia ad communem amorem creata ſunt, coguntur quæque perdere & in ſuum abire exitium, quæ ordinationi Iehovæ in ſui amore & ſervitio proprio contradicunt; atque inde condemnatio mundi totius eò erit gravior, &c.

Porro adſpicite membra corporis etiam in hoc, quomodo omnia amori inſerviant, ſi forte quid damni cuipiam obveniat, unumquodque dolorem & malum ſibi inflictum putat: inde curationem quærunt, participant labores, patienter dolores ferunt ad invicem: Forte & validum imbecilli ſuccurrit; nobile ignobili; honeſtum inhoneſto: Si unus oculus doleat, & alterum morbidum ſibi videtur: manus ſtatim accurrunt, & quaſi ſacrario ſancto ſuam afferunt obtectionem: tum mox unus oculus paratus eſt, ut utriuſque in videndo officium præſtet: ac ſi unus oculus cœcitate offundatur,

manus vices ejus ſubeunt, & id contingunt, quod conſpici nequit: quod unum non habet membrum, poſſidet alterum; atque unum ſemper alterius locum in adminiſtratione officii occupat; ſemper commiſeratio mutua adeſt & communis afflictio aut affectio in quavis neceſſitate aut fortuna, &c.

In ſumma, omnia membra auxilio ſunt afflicto: pedes ad Medicum currunt: os rogat miſerabiliter: manus Chyrurgo precium ſolvunt: oculi cuſtodiam adhibent, &c. ut undiq; talis ſit harmonia, quam nulla ſatis efferre poſſit lingua, aut verbis exprimere.

Tertiò, tanta concordia amicitiæ & pacis obedientiæque in corpore eſt, ut certè una voluntas & unum cor in ſingulis appareat: Quicquid unum expetit, id alterum ſimul vult: quod unum facit; ſimul reliqua in effectum ducunt: quorſum ſe unus flectit oculus, eorſum ſtatim quoque alterum viſu ſequitur, quaſi unus eſſet viſus. Nec aures diverſa objecta in ſono recipiunt; ſed uni ſunt intentæ, ut rectè percipiant conſonantiam, &c. Si manus ſcribat, totum corpus ad ſcriptionem ſe accommodat, podex ſellam occupat, caput ſenſus ſubminiſtrat, os loquitur & dictat, ut omnia quaſi unum eſſent. Diſtracti enim ſenſus ſibi ipſi nocumento ſunt: proinde omnes in paritate intentionis vivunt. Ita quoque hoc Chriſtianis, ex una competit Republica, ut concordia & unanimitas omnia perficiat &c.

Quartò, etiamſi membra malum & bonum, ſecundam & adverſam fortunam, ſanitatem & morbum inter ſeſe communem habeant; tamen hoc non fit, ut alterum alterius officium in eadem qualitate ſubeat; ſed unumquodq; in ſua vocatione maneat. Namque manus non cupit videre, nec auris unquam expetit oculum agere, nec ullum alterius mu-

nus

nus obit: ſed ſaltem ſecundum ſuam vocationem libenter omnia præſtat, quæ poteſt cupidiſſimè: ſic etiam in Republ. Chriſtiana ejuſmodi diverſitas obſervanda manet, &c.

Quintò, inter omnia ejuſmodi eſt conformitas in corpore, ut quod unum habeat, cupiat aut velit, iſtud idem ſit omnibus: Ac licet homo ex natura malus ſit; non tamen propterea membra inter ſe diſſident: Si homo ſit erga alios ſuperbus, inſidioſus, iracundus, indignabundus; &c. tamen membra inter ſeſe ſunt mitia, nec unum præ altero ſe ſuperbum gerit; oculus etiam minutiſſimo dentium ſubſidium præſtat, ſi laboret fortè; & tanta ſimul cum fide, quaſi dens eſſet oculo incorporatus; imò circumſpicit accuratè, ne quid offendiculi alicundè dens accipiat, ut nil niſi miſericordiam velit exercere. Si perverſus ſit homo, membra tamen hoc non curant; ſed ipſi nihilominus inſervire ad omnia cupiunt, nec diſſident inter ſe. Si cor odio quem habeat, oculi acerbum præ ſe ferunt vultum; frons ſe corrugat, os in maledicta erumpit; bilis exulceratur, aures nolunt hoſtem audire; nec poſſibile eſt illis, ut duo officia diverſa ſimul præſtent.

Sic ſi dolor obruat corpus, nullum non membrum in doloris averſionem conſentit, dùm amore mutuo ſemper conveniunt ſive malum ſive bonum homo intendat. Quod forte & robuſtum eſt, ſuffert imbecille: nec alterum alteri inſidias ſtruit, ut de loco turbare velit; nec oculus dentis officium, nec dens oculi occupare gaudet; unumquodq; quietè in ſuo recubat loco, &c.

In ſumma, bene conſiderate corpus, licet totus mundus in contrarium ſibi ruat; tamen membra corporis ad ſe invicem mutuo ſunt ſibi auxilio: ut

totum conſervetur corpus. Inde nemo unam tibiam quis veſte induit, & alteram nudam relinquit; & pedes calceis adornantur, ut tuti ſint ab injuria frigoris. Annon etiam nobis omnia largietur Deus in Republ. ſi ita in dilectione mutua pacem amemus? &c.

Sextò, Nullum membrum tam contemptibile eſt, aut minutum, quin ſimul omnia reliqua in eo lateant, ab eodemque dependeant ita, ut, ſi quis unum quoddam attingat, aut violet, ſtatim omnes partes corporis id percipiant, & condoleant, & ad perceptibilitatem exclament. Ita quoque in Republ. Chriſtiana, ſi quis minutiſſimum attingat, illud idem maximis infligit: quippe omnium partium æqualis eſt ſenſus, dolor, perceptibilitas, fortuna & infortunium, uti *Matt*. 25. & 2. *Cor*. 11. & *Act*. 9. plenius id cernitur. &c.

Septimò demum, in naturali corpore nulla reperitur mendicatio aut proteſtatio; ſed potius communis ab omnibus fit ſuccurſus undique, & mutua præſtatur ſua ſponte beneficentia, ſi cuipiam membrorum quid deſit. Offendas ſaltem pedem in minutiſſimo lapide, manus confeſtim non expectant, donec pes earum opem imploret aut emendicet; ſed ſimul ac percipiunt quid læſionis eſſe factum, in ipſo protenus momento ſua ſponte proſiliunt, & omni animoſitate ſuccurſum præſtant, ſimul media diſpicientes reliquæ partes, quomodo huic ſanitas recuperetur: ideo oculus damnum illatum inſpicit, cerebrum ſpiritum conſilii ſuppeditat, ſtomachus cibum noxium averſatur; pes ſanus præcavet ulteriorem læſionem alterius, eidemque fulcimento eſt, plus oneris in portatione in ſe ſuſcipiens, ne dolor irritetur ferventior &c. ut omnia ſpontaneo modo perficiantur officia amoris mutui.

Ita

Digitized by Google

Ita ſanè mirus eſt amoris ardor in Republ. optima humani corporis, & mutua correſpondentia ad miraculum uſque. Quis tamen eſt, aut quotus quis eſt, qui ſemetipſum in tanta examinet prudentia?

Ecce igitur, mi homo, an non habeas quam plurima teſtimonia tui ipſius in proprio tuo corpore, quæ te ad melioris Reipublicæ informationem revocare queant? Iam diſpice in mundo, &, juxta has amoris affectiones, examina Reſpublicas, num veſtigia uſpiam talia ſuperſint.

LXXXIII. *An vero poteſt aut debet talis vera mundi dari Reſpublica?*

IMpoſſibile, inquis, eſſe? Nonnè in hac poſſibilitate tua te propria convincunt membra? Quid eſſes in corpore tuo hujus Reipublicæ, ſi tanta te non conſervaret correſpondentia & concordia mutua partium? Teſtes itaque tuæ nequitiæ tecum ſingulis momentis circumfers tecum, qui te coram facie Dei condemnationi devovebunt tua culpa. Si ad tui conſervationem tantæ diligentiæ & ſtudii vigilantiæque voluntatem affers, quur non etiam ita publicæ te deſtinas ſaluti? quur non meliores ordinationes diſpicis? Quur ab amore debito te excludis turpiſſimè? Nimirum, ex humani ingenii fictione, non ex jure Dei profertur illud *meum & tuum*, ait *D. Auguſt.* Imò mundus ipſe hoc teſtimonium ſibi in propriam turpitudinem exhibet, quod etiam quaſi in proverbium abiit apud plures, quando dicunt: Non Deus, ſed diabolus illud *meum & tuum* creavit, quum inde omnis mali, diſſenſionis & belli origo exoriatur. Tale autem exemplum non ſaltem in humano invenias corpore; ſed etiam in omnibus reliquis creaturis. Adſpice Solem, adſpice Lunam, nonnè radios ſuos lucis æ-

qualiter bonis & malis ad utilitatem ſingulorum effundunt? ut ipſe Chriſtus teſtatur. Sed ne nimis longus ſim, hæc ita ſufficiant in eum finem dicta, ut eo clarius pateſcat, quàm neceſſarium & unicè ſummum ſit vinculum Reipubl. Amor, & quàm efficax & perfecta totius ordinis diſpoſitio in hoc unico lateat ſubſidio; ſi rectè adhibeatur. E contrà quot nõ infinita mala, calamitates & diſſolutiones continui in corpore nobili Politico cumulatim exurgunt, ſi ſolummodò in paucis Amoris connexio diſrumpatur! An non vanitas noſtra hoc facit, quod ipſa creatura ſuſpiret ad liberationem ſui? *Rom.* 8, 22. Vbique igitur mortales excuſationem tam perverſæ voluntatis invenient, ſi ſe confundi potius, quam corrigi adoptent? Ejuſmodi libertatis ratio vana & nulla eſt, quæ meliora & ſaniora ex ſacris admittere recuſat.

LXXXIV. *Sed num Bodinus eum in modum ſuam Reipubl. informationem conſcripſit?*

OPtimam ejus fuiſſe pro niſu ſat laudabili intentionem, id ſtatim in exordio præfationis ſuæ oſtendit, quod corruptiſſimæ tunc ſtatus miſerrimus Galliæ, qui adeò mirè ſub Henrico II, Franciſco II, & duobus Regibus Carolo IX, & Henrico III, fratribus, à factionibus diverſis meliorem Reipubl. adminiſtrationem & religionis liberum exercitium partim expetentibus, ab *anno* uſque 1557, nec minus à matre Regina & adhærentibus *ultra* 25 annos turbatus erat, ipſi anſam ad ejuſmodi tractatum de bona Reipubl. forma conſcribendum dederit. Fuit vir magni judicii Profeſſor primitus Patriæ, & plurimæ experientiæ, qui omnia ita in praxi difficillimis illis perplexitatum temporibus obſervarat

varat & didicerat in advocatura Pariſienſis Parlamenti. Nec juvenis id operis concepit; ſed quum uſu rerum jam eſſet edoctus; utpote qui jam annum ætatis 65 agebat, quum ederet in publicum ſuum hunc laborem; triennio ante obitum, quum diem ſuum *Anno* 87. in mortalitate hac clauſerit, ut, quaſi conſcientiæ cauſſa evictus, non tantum Patriæ ſuæ communi; ſed conſequenter etiam omnibus Politicis pro meliori informatione, teſtamenti loco, & in memoriam ſui relinquere voluerit. Tum quoque ſummè neceſſarium putavit, ut ejuſmodi informationem in prudentiæ civilis cultu & ſtudio præſcriberet cunctis, qui aliquando operam eſſent daturi communi Reipubl. quùm ipſe tam multa errantium peccata deprehendiſſet in obſervationibus ſuis, quæ ex merâ ignorantiâ hujus artis profluxiſſent apud mortales.

Verum quidem eſt, quod experientia multa doceat, & vim fortiorem certitudinis in judicio ferendo & ſtabiliendo afferat *Syrac.*37,25. Si tamen norma deſit, ad quam dirigi debeant actiones & præcepta vitæ cuncta, non ſatis firmam accipiunt ſibi negotia quævis cautelam. Proinde falſum eſt, quod prudentia in vita civili moderatrix rationalibus præceptis & uſu tali tantum comparetur, niſi principale fundamentum ſubſit, quod ex Verbo veritatis cœleſtis petitur, *Syr.*21,13. Artificia enim humana etiam ſummorum ingeniorum in vanitatem ſuam abeunt, niſi timor Domini initium ſapientiæ ſuggerat. Sapientia Iehovæ clamat *Prov.*8,15. Per me regentes regnant, & dominatores decernunt juſtitiam. 14. Meum eſt conſilium, & quicquid eſt, mea eſt prudentia, meum robur.

Si ex hoc fonte non hauriatur vera rerum intelligentia, non mirum certè eſt, quod homines in

tantam ſpiritus vertiginem ſui incidant, & potiſſimum gubernatores navis publicæ ſalutem minus cernere queant: ex confuſione una in aliam incidendo, atque inter ſeſe confligtando ita miſerè, ut alius clavum torqueat, alius vela faciat, alius ſimul contrahere cupiat eadem; alius anchoræ projectione curſum interturbet ipſum. An non tales contrariis moliminibus ipſum ex oculis portum amittant; ſi ventus ſit nonnihil turbulentior, etiamſi in conſpectu illis fuerit meta?

Quamvis autem ex aliorum ſcriptis non habuerit Bodinus tanta ſubſidia, in quibus nunc noſtri temporis ſcriptores ſe ſatis altè oſtentare ſolent, quorum multi ſunt, quibus Hannibalis illud objici poſſet, quod de iis egiſſent rebus arduis, quæ ne quidem in pictura vidiſſent; tamen optimè & rectiſſimè fecit, quod primus glaciem hocce ſeculo in iſta ſatis diu neglecta materia, fregerit, quæ laus quoque æterno ejus ſemper manebit nomini, quicquid etiam judicia inverſa fruſtrà obganniendo objicere laborent.

LXXXV. *Quis autem in conſcriptione hujus libri de Republ. principalis ſcopus ipſi eſt?*

HOc ipſe dicto loco ſatis nitidè explicat, ſimul cauſſam impulſivam indicans, ex qua occaſione hoc opus poſteris conſcribendum putarit. Ait enim ſe pudore affectum, quod populares ejus toti velut mundi conſpectui ſe ludibrio expoſuerint in tanta tempeſtatum confuſione, qua in civilia ſua incidiſſent arma, quibus ſpectaculum præbuiſſent ridentibus. Inde hunc ſuum laborem edere & proponere ſuis voluit Gallis, ad intuendum,

Digitized by Google

dum, ut in poſterum cautius mercari diſcerent, & hoc regale civitatis genus in poſterum, quantum quidem fieri poſſet, ab interitu ſervarent; vel, ſi tàm certum huic imperio exitium immineret, quod nullis hominum conſiliis aut ope declinari poſſet; eos tamen, qui tot exantlatis cladibus ſupereſſent, velut è ſpecula admoneret, ne improviſo civitatis occaſu ac ruina penitus obruerentur. Quis hoc non honeſtum diceret propoſitum? Laudabile certè ſupra modum eſt. Nimirum eo ipſo demonſtrare voluit, ſe non tantum bonum fuiſſe civem Patriæ; ſed etiam hoc unicè cupiviſſe, ceu virum prudentem decet, & in quo omnis prudentiæ civilis vis & nervus latet, ut non ſolũ ea rectè curarentur quæ ante pedes erant, ſed quoque in futurum pro malis avertendis proſpici poſſent. Quis tali non ingentes ageret gratias, vel ad gratitudinem obligatum ſe duceret meritò? Etenim egregium eſt Germanorum proverbium, quod ſummus ille ſit amicus, qui de damno imminenti cavendo quempiam præmonet. Non tamen hæc omnia ſufficiunt, nec omnes quis amicitiæ explevit partes, niſi addatur & monſtretur verus adverſitates declinandi modus.

LXXXVI. *An non igitur ſatis exquiſitè Bodinus noſter hunc conſcripſit librum?*

QVicquid alii dicant, de quibus infra agetur plenius; abſque invidia hoc ipſi laudis loco ſemper attribuendum eſt, quod pro cunctis rationis externæ viribus præ Machiavello omnia ſolidè conceperit, & fundamentaliter eo modo ſatis. Non enim præcipitavit calamum, ceu alii gloriari ſolent, qui non verentur etiam ſibi præter experientiam & plenam rerum cognitionem ingentem adſcribere laudem, ſi ſpacio duorum & non amplius menſium de ſummo regno-

rum jure ingens impoſſibilitatis volumen aliorum auxilio queant concipere. Facilè eſt aliquid ei, qui ſaltem aliquo viget ingenio, ut aliorum labores in ſuum pertrahat uſum & ſui nominis gloriam: ſed an honeſtati talis actio competat, id veritatis judicio relinquimus. Non certè talis fuit iſte Bodinus, non hæc perfunctoriè nominis ſui tantummodò cauſſa connotavit; ſed ut uſum ſolidum tota ipſius natio & conſequenter omnes boni in ejus invenirent monumentis: qui aliter quid ſuſcipit, & propoſitum ſuæ laudis aut ſui reſpectus vel ſaltem in minutiſſimis ſubmiſcet, ut hinc ipſe MAGNVS EGO ſit, non iniquè in ſe dictum putet, quod *D. Lact. lib. 3. de falſ. Sapient. cap. 15.* de cupidis, arrogantibus, protervis, ac de iis, qui ſub obtentu Sapientiæ ſua vitia cælent, affirmat, in approbationem hanc ſimul Ciceronem advocans, qui dicit: Quotuſquiſque philoſophorum invenitur, qui diſciplinam veram, non oſtentationem ſcientiæ, ſed legem vitæ putet? &c. Qui non ſibi cornua affigat, aut crocodilos faciat? ut *ait Luc. in dial. Diog.* Quin potius iſte, ceu virum bonum decet & patriæ utilem, non ſuum ſed omnium in publicis commodum reſpexit: velut & ſatis præmeditatè non ſine cura ſingulari ſingula præmeditatus eſt; omnia in tabulis prius depingendo, ut perceptibilis eſſet cunctis, & faciliori memoria conſervari poſſent: Velut etiam ſtylo communi uſus eſt, ne antiquata & obſcura aut dimidiata ſenſu, ut multorum hodiè mos fert, qui ex antiquatis abruptionibus arduam quandam ſibi ſomniant eruditionem, loqui voluit; ſed ut in omnibus eſſet planus, metuens, ne ipſi objiceretur, quod ille ait; *ſi non vis intelligi, neque dignus es legi.*

Nihil prius habuit in hoc toto labore ſuo, quàm ut ejus præcepta, velut quædam imago aperta, in

uniuſ-

Digitized by Google

uniuſcujuſque oculos incurrere poſſet, ut ab omnibus ſine hæſitatione poſſet percipi, in quem finem ſimul, populari ſermone Gallico ab initio ſe uſum fuiſſe, dicit. Et quàm alienus à propriæ gloriæ ſtudio fuerit, quoque ex hoc patet, quod noluiſſet Latina facere, niſi Dampetræ Comes & alii, ob argumenti dignitatem invitum planè adegiſſent, ut Romani ſermonis veſtitu eam induerit ſatis feliciter doctrinam, pro eleganti locutionis forma. Quod itaque ſatis maturè & exquiſitè accurata cum diſquiſitione ſingularium partium conceperit cuncta, nemo negare poterit, qui modò æquitati ipſi ſic ſuum ſtudeat adhibere patrocinium. Nec ſanè in ſuo ſe deceptum deprehendit propoſito, quum cupidos tot paſſim invenerit lectores & auditores, nec imitatores paucos, qui rectè ejus integritatem, & fidelitatem ritè æſtimare didicerant.

LXXXVII. *Ex quo autem fundamento ſua præcepta Politica produxit?*

HAud profectò quid ex fabulis protraxit; nec ex opinionum puteo in publicum ipſe prodiit, nec juxta *Plut. in princ. lib. de gerend. Republ.* ex Menemachi alicujus Conſilio hoc mutuatus eſt, ut, ſi nequiret in medio foro res agendas percipere vivis exemplis, adiret libros, id eſt hiſtorias, & ex iis defectum propriæ experientiæ ſuppleret. Proinde non id heic agit, quod olim Mercuriales ſtatuæ præſtabant, ut aliis monſtrarent viam, quam ipſæ immobiles nunquam permenſæ erant; nec uſum benè ſuadendi ex propriis ſumpſit cerebri ſui ſpeculationibus; memor ejus, quod Poëticam nemo rectè doceat, qui eam nunquam exercuerit; aut Muſicam, qui ipſe modum in tonis exerendis haut noſcat, nec unquam cecinerit; quum omne, quod ex opinione & rationis

rationis cœcæ inventione deducitur, nunquam non falſitatem ſuam ſubmiſceat, licet concluſiones ſæpius tecum firmiſſimè concipias & firmiſſimas tibi fingas. Quis medico credat, qui ſaltem medicinæ curam ore profiteatur, & nunquam ad praxin fecerit progreſſum? Quod medicorum eſt, *Promittunt medici, tractant fabrilia fabri*, ait Hora.

Sed velut nemo de boni aut mali vini ſapore rectius judicare poterit, quàm qui guſtaverit, & ex palato ſuo ſano judicium ferre atque conſilia ad emendum aut vitandum vinum poterit: Ita quoque Bodinus noſter, non talis homo de ſchola fuit, qui ex alterius cerebro ſapuerit; ſed ipſe expertus in campum prodiit, interfuit ipſis rebus, cauſſaſque & origines earum ſatis exploratas tenuit; nec προφάσεις ſolum eventuum, ſed αἴτια ipſa ſibi & cunctis popularibus obſervavit, ac in hunc libri theſaurum repoſuit.

Experientia enim ipſa veriſſimus probator rerum eſt, & ea facit ſola, uti jam in hoc lapſu & tenebroſitate mentis eſt mortalium conditio, ut propius veſtibulo cognitionis ſolidioris ſiſtere nos poſſimus. In ea vixit adſiduus, utpote qui non tantum in profeſſione Andegavenſis Academiæ paternæ, quæ ibi fundata eſt *Anno* 1348. à Ludovico 2. Siciliæ Rege, Andegavenſium Duce, collegas habuit & litteratiſſimos & inter eos Middendorpium, Bayſium, Franc. Balduinum, Eguinariumque Baronem; ſed ipſe etiam manus ad rotas adhibere ſæpius coactus eſt, quùm tanto incendio belli civilis Gallia flagraret uſque ab *anno* 1557. Henrici videl. 2. Regis temporibus. Etenim quum juſſu Caroli 9. edictum acerbiſſimum Pariſiis eſſet contra Proteſtantes editum, ut non tantum illis aqua & ignis eſſet interdicta, ſed etiam juberentur omnes ſubditi contra eos armari, ut pulſatis

ubique

ubique tintinnabulis cuivis eſſet liberum tales impunè occidere, ut habet *Thuan. lib. 24. Hiſt. Gal.* Factum eſt inde, ut Condæus princeps tanquam caput condemnatorum defenſionis quoque extrema ſubiret; & juſſu ejus Mebretinius Andegavum occuparet.

Eſt verò Andegavum, nunc uſitato nomine Angiers, antiquiſſima urbs, & Metropolis in Andium regione & ducatu, olim à Ptolemæo Iuliomagum dicta, in depreſſiori & jucunda planitie ſita, ubi Meduana fluvius in Ligerim properat, urbemque hanc bimembrem reddit, ita ut ſuperior pars templum & ædes Epiſcopales contineat: utraque autem pars connectitur ponte ſatis commodo, & urbem maximè exornat arx ſive caſtrum nobile, quod Comites hujus nominis incoluêre; ſed Anno Chriſti 1350, hic locus Ducatus titulo ornatus eſt, quum adeò dives ſit omni fertilitatis penu, & quibuſvis neceſſariis ad victum abundet. Ideo & Iulius Cæſar Andium populorum ter facit mentionem lib. 2. 3. & 7. quod ibi hyemationes ſuas conſtituerit & P. Craſſus adoleſcens.

Andium regionem inter Britanniam novam & Pictaviam diſſecat Ligeris, dum ad Oceanum tendens à Turonibus ſe ibi exonerare cupit. *Raym. Marlian. ait,* Andes populi, inter Celtas Gallicanos Curioſolitis, Venetis, Carnutibus, & Turonibus finitimi, ac Ducatui Bituricenſi. Civitas eorum inter Galliæ primarias refertur, unde Andegavenſes dicti, in provincia Touronenſi, & Francorum regno ſiti, Ducatus titulo inſigniti: hinc in regno Neapolitano Angioni dicti, quod ad illam familiam regni jura devenerunt, quæ mox reges Francorum ex teſtamento Rhenati ultimi ſibi adſciverunt. *Froſſard. lib. 2. de bell. Brit.* refert, quod Pontifex Rom. Avenionem veniens Siciliam,

ciliam, Neapolim, Calabriam, Apuliam & Provinciam ex donatione Ludovici ultimi regis Filiæ Sicilianæ acceptas regiones & regna in Ducem Andegaviæ, qui tunc Toloſa illuc venerat ſalutandi Pontificis cauſſa transtulerit; unde adhuc ſibi talia jura Reges reſervata fovent, & Carolus IX. etiam fratri Henrico III. hunc Ducatum non fruſtra adſignavit, qui inde ad Regiam dignitatem à Polonis evocatus eſt, *ut Thuan. lib.* 56. deſcribit. Non potuit autem à Carolo IX. fratri iſte Ducatus cedi, niſi ex manu Proteſtantium eſſet liberata, quod præſtitêre fideliter boni patriotæ urbis, ut ea Regi & matri Catharinæ Medices reconciliaretur, nec ultimæ partes Bodino adſcribuntur, uti in Curia ibi adhuc tranſactionis talis memoria adſervatur.

Vſus fuit nec minus aliorum ſummorum virorum amicitia, inter quos meritò refertur Michael Hoſpitalius: qualis ille fuerit ut incomparabilis prudentiæ, cognoſcat quis apud *Thuan. lib.* 56. Et quei non in cotidiana exerceat ſe experientia, qui curiæ ſummæ regni officio & conſiliis Regis fratri Franciſco affixus hæſiit?

Experientiam quidem volunt duplicem eſſe, ut una ſit, quam ſuo periculo quis addiſcat, altera, quando quis ex aliis periculum facit, ſibi quid ex uſu ſiet, cujus ope, *Iſocr. in Panath.* omnes homines pulchriores res ſcire, quàm unquam oculis videre poſſint: Sed nemo quid rectius in ulla re quid ſtatuere poterit, quàm qui ipſe cuncta exploraverit, & hominum animos in varia mutabilitate, & falſitate fortunam perſpexerit. Non certè fruſtrà hæc loquitur, *ubi ait in præf.* quod tunc argumentum evidentiſſimum ſit proximæ ruinæ, quùm moderandarum civitatum principes ſe tum maximè ſanos eſſe arbitrentur, quando tamen in Republ. gubernanda incurabili furore

rore

Digitized by Google

rore deſipiant, ac omni conſilio ac prudentia vacui ac deſerti ſint à Deo redditi. Quis ſimilem ſtatum jam non cernat in Germania? & tamen pauci Bodini inveniuntur, qui vel auſint aut poſſint quid ſanioris maturitatis aut inferre aut ſuſurrare. Nihil jam novi apud Germanos cernitur, quin idem non apud Gallos tunc temporis ſit ubertim in varias diſquiſitiones perductum. Num verò ex exemplis quis potiora ſapiat? Si cauſſas quis comparet verè inter ſeſe, ſimilitudines aut magis paritates non poterit in omni negare molimine, ut Bodinus juſtè, & non ſine fervore, ad hoc genus ſcriptionis progreſſus fuerit, uti in pudorem quaſi conjiceret tumultibus adſuefactos.

LXXXVIII. *Quæ cauſſæ autem fuerunt, quæ Galliam in tam diuturnum conjecerunt motum?*

NE opus ſit, ut ad primordialem hiſtoriæ originem recurratur, ſat informationis loco eſſe poterit jam nobis illud exemplum, quod *Thuan. lib.* 19, tumultu Pariſienſi cuivis ad conſiderandum exhibet, ut inde cognoſcant homines, quid non malectio, calumnia, vis, & crudelitas cum ſuſpicione cere poſſint, præſertim ſi conſcientiis ad pietatem m omnes intercludantur fores. *Non in opinioni aut conſuetudinibus conſiſtit Religio: ſed regenera e acquiritur, non vi aut gladii coactione.* Veritati io præſcribere poteſt, *Tertull. ait*, non ſpacium poris, non diuturnitas, non patrocinia perſona, non regium mandatum. Sed Chriſtus Domi noſter, veritatem ſe, non conſuetudinem cominavit. Si ſemper Chriſtus eſt prior omnibus, veritas ſempiterna & antiqua res eſt. Hæreſes àm acerbitas, quàm veritas convincit. Quod- ıe adverſus veritatem ſapit, hoc erit hære-

ſis,

ſis, etiam vetuſtiſſima conſuetudo. Sed audiatur Thuan.

Creſcente indies Proteſtantium numero, inquit, permulti Lutetiæ pridie Non. Septemb. *Anno* 1557. in Bertomeenſibus ædibus via Iacobęa, ſub veſperam ad ſacra peragenda & Cœnam Dominicam, ritu ſuo celebrandam convenêre. Id quibuſdam ex vicinia ſuboluit. Igitur Saxorum copiam in proximos domos comportare, arma expedire, quibus ex ſuperiore loco, & cominus exeuntes opprimerent.

Dimiſſo profundâ jam nocte cœtu, qui primi egreſſi ſunt, lapidibus petuntur: tumultuque excitato, multitudo è vili plebe ingens, quaſi dato ſigno, accurrit, & ædium fores effringere conatur. Qui intus remanſerant, ex neceſſitate conſilium capiunt, ſtrictiſque gladiis eruptionem faciunt, illique omnes, uno excepto, qui in turba occiſus erat, quamvis acceptis aliquot vulneribus, evaſere. Feminæ atque imbellis ſexus numero ferè 120. Iohan. Martinio rerum capitalium Quæſitori ſe tradidêre. Is albeſcente jam die, eos in vincula ducit, ac vix contineri plebs potuit, quin captos inter ſpiculatorum & lictorum manus diſcerperet. NB. Tum varii, ut in re nova & odioſa, de nocturno illo conventu ſparſi rumores; eam hominum colluviem noctu in conclave coiviſſe commeſſandi ac ſcortandi cauſſa, & poſt epulas cunctos in promiſcuam Libidinem effuſos: non matrem filii, patrem filiæ, ſororem fratris complexum exhorruiſſe, deprehenſas menſas convivii que apparatum; ſtragula item ac tapetes recentis laſciviæ notis commaculatos. Addebatur, ut odium vulgi magis accenderetur, etiam infantium cruore ab iis litatum. Hæc incertis auctoribus ad Regem *Henr.* 2. referuntur, nullo interim auſo refellere, ne ipſe in criminis ſuſpicionem veniret.

Verum

Digitized by Google

Verum qui ei Religioni addicti erant, libellum mox conſcribunt apologiæ titulo, quo crimina illa per ſummã calumniam ſibi affingi oſtendunt, idemque veteribus Chriſtianis improperatum, adductis patrum teſtimoniis, demonſtrant: utque is libellus in Regis manus perveniret, in interius Regis conclave eum projiciunt, &c. Sed tantum abfuit, ut æquitas invenerit locum, ut etiam eò crudeliori inquiſitioni homines pii fuerint ſubjecti, & partim laqueo ſtrangulati, omnes autem igni traditi. Ita ab eodem *Thuano lib.*22.conſultationes referuntur,quę habitæ ſunt in præſentia ejuſdem Regis *Henr.* 2. de perſequendis Proteſtantibus.

Maximè Valentina & Guiſiani ſui lucri cauſſa rem geſſerunt: Regis aures, inquit, hac opinione occupant; paſſim per Galliam ſectariorum virus ſpargi, nec verè Regem in iis provinciis regnare, in quibus malum illud regnet; quo imbutorum tantam impudentiam eſſe, ut non in aurem,ut anteà, inſuſurrent, ſed palàm ac publicè toto regno audiantur. Quare & Dei nomen contumelioſè proſcindi, & Majeſtatem regiam haud dubiè convelli. *Nam ubi divina jura fuerint confuſa, cui dubium relinqui, quin ſimul & humana omnia ſubvertantur?* Id quo magis Regi perſuaderent, aliquot acri ingenio homines N. N. &c. adhibent,qui Regis aliena prorſus fraude,quam proprio conſilio ea in re peccantis patientiam irritant,& parum pace foris parta profectum oſtendunt, ſi externis armis crudelius multò bellum domi exoriatur. Nam eo malum perveniſſe, ut, ſi diutius diſſimuletur, non jam magiſtratus gladio & regni legibus coërceri;ſed juſtis exercitibus,ac regiis auſpiciis, ut olim Albigenorum temporibus accidit, illud debellari neceſſum ſit.

Rem hactenus infeliciter cecidiſſe, judiciorum ſeveri-

ſeveritate in plebem ac promiſcuam multitudinem tantum graſſante; unde odium ad omnes, exemplum ad paucos pervenit. Ab iis ipſis initium ducendum nunc eſſe, qui judiciis præſunt, quorum alii occulto in ſectarios favore, alii gratia & amicorum commendatione, utrique conniventia malum alant, & impunitum ſinant, pœnas pro arbitrio ſtatuentes. Hanc mali radicem eſſe, fruſtraque laborare illum, qui tam pernicioſæ rei obviam ire decreverit, niſi eam ſtirpitus evellat, &c.

Ex tantis inſtigationibus tantus effectus, ut major confuſio cotidiè exorta fuerit. Nec audiit Rex Legatos, à diverſis Germaniæ Ducibus pro interceſſione Proteſtantium miſſos, quùm potius accreverit crudelitas. Eadem conſilia à ſucceſſoribus continuata fuerunt. In primis ſupra modum acre fuit Edictum *Caroli* IX. 26. *Sept. Anno* 1568 publicatum, quod adeo turbas exauxit, ut tandem in lanienam talem evaſerit publicam, velut de *Anno* 1572 Pariſienſi paſſim fama teſtatur. Inde multitudo errantium accrevit utrinque, quùm exacerbationes cotidiè ingraveſcerent. Vix *Anno* 1574 Poloniâ relictâ *Henric.* III. adierat regni gubernationem, ſtatim una congeries malorum involuta eſt alteri; de qua diſtractione rectè loquitur *Chytr. in Sax. Chron. l.* 23.

Galliæ regnum, ait, paulò ante Caroli mortem, nova Malecontentorum, qui politicum regni ſtatum emendari, officia & præfecturas publicas, non exteris & indignis, ſed Principibus regio ſanguine natis, & aliis nobilibus commendari; expilationes populi immodicas levari; denique totam Reipubl. adminiſtrationem melius conſtitui, indictis ordinum comitiis, flagitabant: factione turbari cœperat, quorum cauſſæ quùm Franciſcus Alenzonius natu minimus Regis frater, & *Henricus Navarræ Rex*, & alii proceres

Digitized by Google

a aula favere exiſtimarentur, paulo ante mor-
Carolo cuſtodiæ traditi erant.
ricus Condæus, cum Thoreo, Danuellæ Præ-
ccitaniæ fratre, & aliis Malecontentorum, qui
rmatæ religionis hominibus, non religionis;
rtatis & boni publici nomine, conjungebant,
ibus, in Germaniam effugerat, & Argentinæ
leæ ſe diutius anno continens, Dux ab utra-
ctione, Reformatorum & Malecontentorum
uitur. Rex Henricus ſtatim ſequenti anno
adverſus eos renovabat, nec tamen pacis
ionem intermittebat. In qua Condæus & Dà-
litteris & legatis ad Regem miſſis, poſtulata
pioſè exponunt. Quæ quùm obtineri apud Re-
c Conſiliarios non poſſe cernerent: ad belli
a animum denuò adjiciunt, & Caſimiro Pala-
m exercitu, ingentibus Condæi promiſſis in
n, exeunte Decembri, ducto, pacem ferè, qua-
ptabant, tandem extorquent. Quam tamen
Galliæ principes, ut religioni Catholicæ &
c regno inhoneſtam ac perniciosam, ſubſcri-
oſtea recuſarunt. Quare eodem anno, Bleſas
catis omnibus ordinibus, decretum fit, ut nulla
ligio, quàm Catholica Romana in Gallia tole-
Itaque bellum utrinque renovatum eſt, &c.
c facies adeo miſerrima fuit univerſæ Reipubl.
inæ, ut neque ullis propoſitis utrinque toties
ctionibus verè inter eos convenire, aut exar-
io animorum paululum conſopiri potuit.

XXIX. *Nonnè jam eodem morbo laborat Germania?*

uis hodiè ad ſtatum Germaniæ omnem iſtam
amitatem, & membrorum diſtractiones puti-
as conferre velit; certè inveniet ab omni parte,
nec

nec ovum ovo ſimilius in tot cruentis tragœdiarum ſpectaculis exprimi poſſe. Etenim nonnè cauſſa eſt eadem, quod quiſque libertatem religionis quærat? Nonnè ſubſunt, qui regionis & magnificentiæ ſuæ potius curam avari & ambitioſi, quàm Conſcientiæ cauſſam ſubmiſcent? Nonnè tot factionum conſilia diſtracta undique affulgent? Quid uſitatius, quàm diverſitates animorum novis & clancularijs in perniciem deteriorem conſuere fœderibus? Nonnè potius bella paſſim, quàm remediorum conſilia expetuntur ſaniora? Nonnè ſtatim ſuſpectus redditur cuique parti, qui medicinam tàm profundo vulneri quærat? Ad quem locum non pervenit vaſtities perfida? quem angulum non pervagata eſt dira immunitas?

In hoc tamen ipſis Gallis miſeriores ſumus, quod in harpyiarum manus nos inextricabiles tradidimus ipſos; & tamen homines de tanta impietate ſumma adhuc ſibi gratulari videntur; tantum abeſt, ut pœnam divinam agnoſcere, & mentem cordis ad ſaniora in ipſis plagis convertere velint; ut ſemper graviorem vindictam in ipſa ruina ſpirent ad ſe invicem. Nonnè ambitio & avaritia multorum tàm monſtroſa & inexplebilis, ut potuis humano ſanguine nutriri quàm æquitati cedere velint? An non omnium flagitiorum prætextus à religione petitur? Quænam verò cœcitas poteſt eſſe horribilior? Ipſa feritate feriorem etiam infra bruta animantia ſe præſtare, an non ſit vel rabies ipſa aut rabiei quid proximum? Medicina igitur unde erit ſumenda? Quis advocandus medicus? Si ipſa ſalus, ait Comicus, te ſalvare cuperet, non poſſet, ſi vellet, quàm diu propriæ ſalutis tàm dirum agis hoſtem, & inſenſibilem ad omnè te præſtas infortunium tuæ vitæ.

Quod ipſa natura dictitat, non amplius quid fidei meretur

Digitized by Google

tur hominibus, etiamſi ipſis palpare id poſſint
bus. Non poteſt oculus dicere manui; *ait D.*
*.2.Cor.*12.21. non eſt mihi opus te: aut rurſum
t pedibus; non eſt mihi opus vobis. Imò potius
videntur membra corporis infirmiſſima eſſe,ne-
ia ſunt. Nihilominus diſſidium tale membro-
non ſentitur jam in corpore politico,adeò om-
bduratam deſperationem ſui induiſſe videntur.
uſque laborant cuncti *conſcientia*, qui ſibimet-
iunt latrones iniquiſſimi. Aut quid conſcientiæ
i hoc aliquando afferat, ſi agas necatorem pro
ore proximi? Olim ethnici varia remedia cor-
nis invenêre ſuis deſperabundis, queîs tamen
omnis perierat pudor.

: de Aſtyage Medorum rege *Iuſt. hiſt. lib.* 1. re-
uod bellantibus ſuis,à tergo quoque conſtitue-
ercitum ſociorum,cum denunciatione ea,ni ad
adum fortiter pugnarent, non minus fortes
poſt terga inventuros,quàm à frontibus viros:
ingens animus exercitui ejus acceſſit. E con-
in Perſarum mulieribus notabile detegit ſtra-
ta, quod ſublata veſte, per obſcœna corporis,
ad victoriam propulerint. Abſit à nobis, tàm
um quid, quùm non prælia, ſed pax cuivis
m debeat eſſe propoſita, ceu Fides Chriſtia-
ipſum Chriſti nomen ad hoc allicit omnes.
is eſt, & rationi magis conſentaneum, quod
ſ. Hal. lib. 6. ant. Rom. & Liv. lib. 2. decad. 1.
col. Reucn. in Virt. Rom. de Menenio Agrippa
et ſtratagema. Mota eſt an.*ab Vrb. cond.* 249.
ortuus erat Tarquinius, triſtis ſeditio: quæ
n iſto momento popularibus remediis fuit
: ſed ſemina tamen interim reliquit, ex qui-
quente anno tantum exarſit incendium, ut
rmata in ſacrum montem ſecederet, & op-

preſſionem Patrum moliretur. Repreſſit autem illum tumultum Menenius Agrippa, vir in inventione ſua facundus. Namque is quùm à Patribus ad ſeditioſam multitudinem eſſet Legatus, priſco dicendi modo, nil aliud dixiſſe fertur, quàm ejuſmodi parabolam, quâ ad ſui corporis Oeconomiam ut ſingulos tumultuantes in gratiorem Patrum obſervantiam deduceret. Ideoque infit:

Tempore, quo in homine, non ut nunc omnia in unum conſentiebant, ſingulis membris ſuum cuique conſilium & ſuus ſermo fuit: reliquas partes ſua cura, labore & miniſterio omnia quidem ventri quærere: ſed ventrem in medio quietis nihil aliud facere, quàm datis voluptatibus frui. Conſpirarunt inde, ne manus ad os cibum ferrent, ne os acciperet datum, & ne dentes conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipſa etiam membra, & totum corpus unà in extremam tabem venit: ut inde apparuerit, ventris quoque non ſegne miniſterium eſſe, nec magis eundem ali, quam alere: reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus, vigemuſque, diviſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando deinde, quàm inteſtina corporis ſeditio eſſet ſimilis iræ plebis in Patres: ita demulſit plebis animos, ut pacis conditiones admitteret.

Idem fermè *ante* 12 annos ipſe, ſed Chriſtiana adhortatione apud Magdeburgenſes præſtiti, quùm civitas tota ob corruptam nimis monetam contra Magiſtratum fremeret, & armis ad forum concurrerent cives omnes, ut Senatores perfoderent ſingulos, quùm nollent monetam abrogare falſam, & corruptores perverſos merita pœna afficere, qui inter eos eſſent. Spolium erat ingens, quùm quoque in eorum irruerent ædes, ut quaſi in articulo

mortis

mortis hærerent, quotquot in curia aderant. Quum verò omnes me noſcerent innoxium, qui in omnibus conventibus publicis & univerſalibus Hanſeaticiſque contradixeram, rogatus à Senatu commiſſionem ad Cives ſuſcepi, qui me in medio foro cingebant armis non abſque periculo meo; ut quamvis furibundi diriſſima in Magiſtratum & auctores tanti damni fremerent; tamen ad monita ſacra in pudorem ita ſunt conjecti, ut victas concederent manus conditione adjecta de abroganda falſa moneta. Sed qua fide id obſervatum ſit à parte Senatus, velut & alia quàm plurima, id vindicta divina demonſtrat.

Væ illis, qui ſuam ſibi accelerarunt pœnam innoxiaſque animas in tantum præcipitarunt malum. Ah quoties horribilem eventum antè oculos ipſis depinxi! Quoties obteſtatus ſum, ut malignitati modum ponerent! Sed pro fide ſancta, quas non xtremas repoſuêre mihi perſecutiones! Rectè ait Bodinus, quod interdum tanta vis calamitatum diinæ ultionis erumpat, ut Deus Conſiliis bonis obrepentes in omne dedecus, imò & perniciem ipſam ræcipites ruere patiatur. *Greg. hom.* 13. *Euang.* ſint mbi veſtri præcincti, ait, Nemo Dei longanimitam negligat: quia tantò diſtrictiorem juſtitiam in licio exigit, quantò longiorem ante judicium patiam prorogavit. Altiſſimus enim eſt patiens redor: tarditatem ſupplicii gravitate compenſat. Et guſt. lib. 3. de lib. arb. dicit; Illa eſt pœna peccati iſſima, ut amittat unuſquiſque illud, quo benè uti uit, dum tempus eſt. Hęc & ejuſmodi benè ſecum n examinavit Bodinus, ut eo maturius conſilio pro ingenii ſui capacitate communi patriæ ſuccere poſſet.

XC. *Vnde autem mutuatus eſt & ſumpſit Conſilii ſui informationes, quas remedii loco attulit?*

CVrioſum ſupra modum in omnibus hunc fuiſſe auctorem, id nemo diffitebitur, qui ſaltem labores ejus introſpicere rectè novit, abſque præconcepta opinione. Alias enim, ut quiſque affectus eſt, & animi ſpiritum diſtortum affert; ita quoque cenſuram ſibi facere & ſumere ſolet, velut eſt & habet ſe etiam dicterium illud commune:

Pro captu lectoris, habent ſua fata libelli.

Quamobrem, *ait in d. Præf.* quùm in infinita opinionum varietate, quæ ab humanis erroribus manare conſueverunt, de duobus alterum fieri poſſit, alterum non poſſit; ut earum nulla aut plus una vera ſit: exactiſſimis rationum ponderibus ac momentis quærendum putavimus, non quid quiſque auctorum dixerit aut ſcripſerit, quantæque auctoritatis fuerit; ſed quid rationi convenienter & ſententiæ ſuæ poſſet dicere. Si enim id, quod verum, laudabile, honeſtum eſt, è puriſſimis naturæ fontibus hauriatur: quur non oratio noſtra omnem ſibi fidem rationibus naturæ congruentibus, id eſt, integris & incorruptis teſtibus, confirmabit? Hinc itaque idoneum lectorem & cognitorem judicemvè ſuæ Reipubl. non quemvis obvium expetit, quùm judicii rationem talem adhibuerit, quæ cum ipſa natura congruere ipſi videtur.

XCI. *Quis verò ipſi ſatis idoneus eſt lector & cognitor rerum aut cenſor Politicarum?*

IN hoc etiam ſe ſatis expeditum explicat, ex deductis ita concludens. Igitur hæc, *inquit*, ad hæc dijudicanda, non Delio natatore nobis, ſed acerrimi ac pru-

Digitized by Google

ac prudentiſſimi judicis ope opus eſt: id eſt, ejus, (1) qui civitatum informandarum leges didicerit; qui (2) à Philoſophis, tametſi πολιτειῶν πραγμάτων ἀπείρηκαλοι fuerunt, politica decreta expreſſerit; qui (3) optimorum Principum dicta, geſta, actiones ſtudioſiſſimè perſpexerit; qui (4) abditas tyrannorum artes & arcana retruſa curioſiſſimè perveſtigarit; qui (5) rerum geſtarum veritatem (6) non ab incerto rumore; ſed (7) ab ipſis Principum archivis acceperit; qui (8) populorum ritus, inſtituta, mores, ac cœli cujuſque vim & naturam intellexerit; (9) qui rerum omnium publicarum, quæ uſquam terrarum extitiſſe comperiuntur, memoriam ab antiquiſſima vetuſtate, ad hæc uſque tempora, repetitam tenuerit: qui (10) denique prudentiam illam humanæ vitæ principem ac moderatricem, non tantum præceptis, (11) verum etiam ipſo rerum agendarum uſu partam adeptus ſit.

XCII. *Nonnè admodum duræ conditiones & requiſita videntur, quibus Reipubl. ſuæ verum cenſorem & judicem includit?*

VNdecim quidem ſunt conditiones, & ſatis prægnantes ſecundum externæ rationis ductum. Nec aliter ratio hominis informari cupit ſecundum naturalem ſuum curſum, quum nemini magis fidere velit, quam ſibimet ipſi. Quùm enim conſcientiam vitiatam & pluſquam cauteriatam imò cœcam in corde foveat, cui ſuum miniſterium dilucidationis ex propriis cœcitatis viribus promptiſſimè denunciare cupiat; ſemper vel ad experientiam, vel ad exempla recurrit. Sed quùm neque heíc ſufficientem firmitudinem inveniat, ad regularum & Canonum confictionem ſe convertit, ut quaſi ex talibus

principiis ſibi ſuas ſecum conficiat concluſiones, quas tunc naturæ putat quàm optimè accommodatas, quaſi in iis non poſſit lapſum erroris committere. Verum quàm falſa hæc ſint, id ex ſuperioribus patet ablegatis. Ipſum enim rationis dictamen, quod ſibi confinxère, quàm ficulneum ſit, imò & planè ſibi involutum ita, ut nunquam poſſit extricatum per ſe dari, ſupra in *quæſt.* 18, 50, 51, & 52. ſatis quidem oſtenſum eſt; attamen ut quoque heîc pateat, quanta fragilitate Bodinus laboret, juvat id exemplariter ex duobus auctoribus explicare haud improbandis. Quod enim non tàm mira & tàm longè petita difficultate cognitio Politices veræ in abſtruſiſſimis laboret, id aliàs in noſtra Vniverſali *Introd. Pol. cap.* 8. *lib.* 1. plenius deductum eſt.

XCIII. *Quinam illi ſunt auctores, & quid propriè in his determinant?*

ALter eorum eſt ethnicus, & alter Chriſtianus. Prodeat vero prior gentilis ille Philoſophus Seneca, *cujus Epiſt.* 113. perquàm notabilis eſt, ubi variis exemplis monſtrat animalitatis, quàm vana figmenta ſubtilitates diſputationum ſuggerant nobis: Ego me hercule, inquit, titillare non deſinam, & ludos mihi ex iſtis ſubtilibus ineptiis facere. Iuſtitia & fortitudo ſi animalia ſunt, certè terreſtria ſunt. Omne animal terreſtre alget, eſurit, ſitit, &c. Ergo juſtitia alget, fortitudo eſurit, clementia ſitit, &c. Idem eſt animus & juſtus, & prudens, & fortis, ad ſingulas virtutes quodammodo ſe habens. Sublata eſt quæſtio? Convenit & nobis. Nam & ego interim fateor, animum animal eſſe: poſtea viſurus, quam de iſta re ſententiam feram. Actiones ejus animalia eſſe nego. Alioquin & omnia verba erunt animalia, & omnes verſus. *Nam ſi ſermo prudens bonum eſt:*

Digitized by Google

eſt: bonum autem omne animal eſt: Sermo ergo animal eſt.

Prudens Verſus, bonum eſt: Bonum autem omne animal: Verſus ergo animal eſt.

Itaque *Arma virumq; cano* animal eſt: Quod non poſſunt rotundum dicere, quùm 6 pedes habeat. Textorium, *inquis*, totum me hercule iſtud eſt; quod cum maximè agitur. diſſilio riſu, quum mihi propono ſolœciſmum animal eſſe, & barbariſmum, & ſyllogiſmum, & aptas illis facies, tanquam pictor, adſigno. Hæc diſputamus attractis ſuperciliis; fronte rugoſa.

Non poſſum hoc loco dicere illud Cæcilianum: *ô triſtes ineptias*! ridiculæ ſunt. Quum itaque potius aliquid utile nobis ac ſalutare tractamus, & quærimus, quomodo ad virtutes venire poſſimus; quæ nos ad illas via ducat. Doce me, non an fortitudo animal ſit: ſed nullum animal felix eſſe ſine fortitudine, &c. Quid eſt fortitudo? Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, &c. Non eſt, quod fortunæ armis te putes eſſe tutum: tuis pugna contra ipſam. Fortuita non armant, &c. Alexander quidem Perſas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium uſq; in Oceanum extendit Oriens, vaſtabat, fugabatque. Sed ipſe modò occiſo amico, modò amiſſo, jacebat in tenebris, alias ſcelus, alias deſiderium ſuum mœrens. Victor tot regum atq; populorum, iræ triſtitiæque ſuccubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet in poteſtate, quàm affectus.

O quàm magnis homines erroribus tenentur, qui jus dominandi trans maria cupiunt mittere: feliciſſimoſque ſe judicant, ſi multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adjungunt; ignari, quid ſit illud ingens paratumque regnum! *Imperare ſibi, maximum eſt Imperium, &c.*

Imò, mi Seneca, ita ſibi imperare eſt verè maximū, ut quis poſſit carni ejuſque rationi planè mori & ſe jugo Spiritus Dei ſubmittere, velut id *Cornelius Agrippa* egregiè addidicerat, ut unicè oculos ad Verbum Dei converteret; à quo etiam noluit dimoveri, etiamſi uſque ad mortem propterea perſecutiones ſuſtineret, & ultra biennium ob hoc Veritatis ſolidæ Verbum captivus hæreret. Proinde adverſariis ſuis maſculè reſpondere eſt auſus ad eorum articulos, quibus itidem nonnihil altius profanitatem ſuæ ſapientiæ defendere conabantur, ſe ita reſolvens *n.* 9.

Quod autem, *inquit*, per artes liberales declaratur Scriptura & confundantur hæreſes, hoc ego nunc primum edoctus, hactenus neſcivi, (*Ironicè loquitur*) fateorque hanc profundam meam dormitantiam: fateor ingenii mei tarditatem, qui hoc non ſum aſſecutus. Heu me ter infelicem, qui credidi S. Scripturam à nullis humanis diſciplinis accipere lumen; ſed ipſam cæteras omnes illuminare, dijudicare & diſcernere (quod etiam Veriſſimum) putavique hæreſes (*cum Sectis*) ſuum robur, & fundamentum habere in ſcientiis humanis: quod ego, per totam Declamationem meam, multiplicibus argumentis, rationibus, authoritatibus, teſtimoniis, exemplis, demonſtrare conatus ſum. Nam *Hierony. in Pſal.* 100. ſcribens ſyllogizandi artem, Theologiæ applicatam, comparat plagis Aegypti: & *in Pſalm.* 143. interpretatur Dialecticam eſſe illam latam viam, quæ ducit ad mortem: *& ad Damaſ. ait*, de Hebraicis diſputantem; non decet Ariſtotelis argumenta conquirere. Quin & legi D. Ambroſium Letaniis addidiſſe: NB. à Dialecticis libera nos Domine.

Nam garrula Logica, Theologiæ plus obeſt, quàm confert. His & ſimilium authoritatibus perſuaſus, putavi non poſſe Fidei Chriſtianæ robur

atque

e lumen aliunde pendere, quàm ab ipſo Verbo
, & Iheſu Chriſti; qui gladius eſt Spiritus, & gla-
s oris Domini; quo ſolo conſundantur hæreſes,
nterficitur homo peccati. *n.* 10. Nihil enim com-
:cii Chriſtianæ Fidei cum artibus profanis: nihil
lecticis argutiis, cum ſapientiæ divinæ myſteriis.
:iſtus illa docet, non ratiocinatio, non ſyllogiſ-
s, &c.

En, tanta vanitate & profanitate ſimul nititur,
huic vitæ actionumque omnium ſuarum etiam
cta Politiam, in qua ſpacium omne vitæ noſtræ
nſcurrimus, concredere velit. An non igitur mul-
plicibus erroribus ſe involvat cotidiè, qui fragili-
ti talium judiciorum præcepta ſuæ Politiæ de-
oveat?

XCIV. *An proinde non ſatis firma ſunt præcepta Politica quæ ex nuda rationalitate petuntur?*

TOta vita hominis velut à Deo eſt, ita & Iehovæ debet reddi, uti ſuperius *in q. de fine hominis* eſt declaratum; Ita quiſque in omni ſua conditione abſque ulla exceptione omninò præcisè, ſive ſit imperans ſive ſubditus; ſive litteratus, aut illitteratus, tenetur ſe voluntati Iehovæ conformare per totum vitæ & muneris cujuſvis curſum, alias undique perpetim à vero ſcopo devius aberrabit.

Hoc igitur vitæ ſuæ officium, unde rectius cognoſcat & noſcat, quàm ex ejus Verbo, qui hominem condidit, inque hunc mundum conſtituit, ſuæ gloriæ cauſſa, non ut homo ſibi viveret, & ſuus ſibi eſſet? In eo omnis ſapientiæ theſaurus latet ſolus, quod Iehova cœlitus nobis detexit. Si omnem totius naturæ vim intelligeremus ritè, juxta externum hominem, multa quidem ea nos docere poſſet: Sed ipſe

Bodinus confitetur, quod nulla rerum ſingularum ſcientia poſſit haberi, imò quod etiam aliarum artium præcepta ſint certiora, quàm Politica res infinitas contineat; Idcircò impoſſibile eſt ex eo quid firmæ ſtabilitatis concipere & concludere, in quo nulla eſt firmitas & certitudo, juxta propriam Bodini confeſſionem.

Quis accuratior unquam Politicus vixit, quàm divinus ille Rex David? Nil ille aliud ſapere voluit, quam Iehovæ Verbum. *Pſal.* 119, 104, 105. Verbum tuum, ait, me ſapientem reddit: ideò omnes vias falſas odio habeo. Verbum tuum lumen pedibus meis exhibet, & lux eſt mihi in omni via. Ita omnes vias falſas dicit, quæ non ex Verbo hoc proferuntur. *Pſal.* 43, 3. Mitte lumen tuum, & tuum mihi Verbum, ut ea me ducant. *Pſal.* 71, 17. ô Iehova, me à prima ætate mea uſq; informaſti, ideò annuncio mirabilia tua. *Pſal.* 25, 5. Oſtende viam tuam mihi, Iehova, & doce me; Duc me in veritate tua, & doce me, &c. Sic nemo meliorem tenebit callem in Politicis negotiis ac totius vitæ, in quovis munere & conditione, quàm qui dirigitur ad normam Verbi cœleſtis; alias facilè vel ad lęvam aut dextram declinabit undiq; errans.

Toto die, *inquit Iehova, Eſa.* 66, 2. expando manus meas ad populum rebellem, qui ambulat via non bona, ſequendo NB. cogitationes ſuas. En, quid ſunt cogitationes noſtræ? Iehova ait, via non bona. Ac *Ierem.* 2, 13. Me dereliquerunt ſcaturiginem aquarum perenniter viventium, ut effoderent ſibi ciſternas, ciſternas fractas, quæ non capiunt aquas.

Omnes regulæ igitur & Canones, præceptaq;, quę non ex hujus ore profluunt, qui nos creavit, ciſternæ ſunt fractæ & à nobis ipſis effoſſæ. Quid ergo perennitatis habeant in ſcaturigine ſua? An non ſat magna eſt ſtultitia mortalium, quod meliores ſe putent effodere

Digitized by Google

dere ciſternulas, ſi ſuæ mentis cæcæ ſequantur cogitationes? Novit Iehova vanitatem cordis humani; Ideo cœlitus inclamat omnes, nos ad Filium ſuum alliciens, & dicit: Hic eſt Filius ille meus; dilectus ille, in quo acquieſco: Hunc audite *Matth.* 17,5. Qui alium audit in quacunque viæ & vitæ ſuæ parte, peſſimè ſibi conſulit: Ideò nec David Rex alios ſibi conſiliarios elegit, quam teſtimonia Iehovę *Pſal.* 119,24. Et D. Paulus quoque ſuaſor eſt fidelis, ut omnia ita faciamus ad gloriam Dei, quodcunque ſuſcipiatur etiam in edendo & bibendo. 1 *Cor.* 10,31. ſic offendiculo nullis erimus.

Nec Politicus Doctor verior nec ullus unquam Politicus exprimi melior & dari poteſt, quàm *D. Paul. ad Phil.* 4. producit, inquiens: *Quod reliquum eſt, fratres, quæcunque ſunt Vera, quæcunque ſunt juſta, quæcunque veneranda, quæcunque pura, quæcunque boni nominis; ſi qua virtus, ſi qua laus eſt; hæc reputate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiviſtis & vidiſtis in me; hæc, inquam, facite, & Deus pacis erit vobiſcum.*

Igitur in ejus Verbi imitamine, quod protulit D. Paulus, & cujus officium geſſit, in eo latent omnia: ex hoc nulla fracta ciſterna profluet. Atque hoc eſt, quò maximè reſpiciendum erat noſtro Bodino; & ſic quoque ſe longè felicius ex tot temporum implicationibus extricare potuiſſet, nec tam longinqua operoſitate ipſi opus fuiſſet in plurimis.

XCV. *Num ergo brevius omnem de Republ. quæſtionem terminare Bodinus potuiſſet?*

QVi hoc ſtatuant, putat inter reprehenſores ſuos eſſe Bodinus referendos. Sed, credo, non retuliſſet, modò ſe propius ad verum, uti jam dictum eſt, fontem contuliſſet. Omnis enim diffuſa multipli-

citas mater eſt errorum: nec rectius proceditur, quàm in ſimplici Chriſti via, ad quam toties nos allicit, *Matth.* 11. & 18. *Hinc D. Gregor. ait,* Qui vitam deſiderat, Verbum vitæ audiat. Sic enim fit ut Chriſti veritatem imitemur in loquendo, *ait idem,* Charitatem in operando, & manſuetudinem in reſpondendo. Sicut perit omne, quod agitur; niſi humilitate cuſtodiatur.

Vita politica nunquam tam aſpera foret, nec in eam longitudinem diduceretur, niſi eſſent, qui magis perplexitatem, & obſcuritatem, etiam arcanarum argutiarum ſpinoſitatem & ſubtilitatẽ amarent, quàm ejus apertam ingenuitatem & planitiem. Recte ait, *Arnd. in Expl. Euang. Iohan.* 20. Ah quot milleni conſcribuntur libri, in quibus nihil ſolidi invenias. Aſt quàm multi exigui concipiuntur libelli, qui merum Spiritum vitæ ſpirant. Ejuſmodi ſunt doctores verè cœlitus vocati. Qui multis utitur ambagibus, eo ipſo oſtendit, quod ſecum adhuc in corde varias dubitationes geſtet, nec ipſi ſatis omnia dilucide conſtant. Si omnia in Politicis eò tendant, quomodo quiſque in ſtatione vocationis ſuæ rectè & juſtè nec minus pie agat, velut etiam eò cuncta tendere debent, modò de veritate ſua ritè conſtare debeat; certè non tanta opus erit extenſionis diffuſione: Sed hoc unicè agendum, ut perſona, quæ informatur, ſe rectè Deo ſubmittat juxta Verbi ejus normam.

Verbum Dei enim ſolum eſt, quod facit doctos, expeditos, promptos homines, qui ſine difficili labore multa præclare faciunt; ubi è contra impii diu conſultant, & tamen nihil rectè faciunt. Nam lucente in nobis Verbo, una hora plus boni facimus, dicente *Luth. Tom.* 2. *Ger. p.* 136. quam multis nobis præſcribi poteſt libris. Verbum enim Dei, ut ſic dicam, inquit,

Digitized by Google

inquit, *Id. Tom.* 4. *Lat. pag.* 519. genus eſt generaliſſimus omnium bonorum; ſiquidem omnia bona conſervat. Hoc autem amiſſo aut depravato, omnia bona ſimul ſunt amiſſa.

Sicut enim ſublato ſole & luce mundi, qui ambulat, in tenebris ambulat: Ita obſcurato Verbo, ſequitur etiam politiæ periculum. Ibi non magiſtratus, non ſubditus, non ancilla, non ſervus ſcit, quid faciat; ſed ſunt omnia in errore, & denſiſſimis tenebris. Proinde fit, ut quantò homo à Verbo longius diſcedat, tantò ſibi etiam videatur doctior & ſapientior. *Tom.* 1. *Ger. fol.* 64. Quæ propriæ ſapientiæ perſuaſio non caret periculo ſummo. Ideoque heic ſemper vela ſunt contrahenda, nec nimium nos ventorum expoſitioni credamus; ſed Cynoſura unicè ſemper ad curſum Verbi cœleſtis obſervetur. Sic facilè deprehendemus, quod omnē, quicquid rerum in hac vita geratur, unicè illud propter homines pios, & eos, qui ſalvandi ſint, geratur. Propter eos enim *ait Id. Tom.* 3. *Ger. p.* 153. lucet Sol, conſervantur & ſtabiliuntur regna, fœcundatur terra, conjugia contrahuntur; breviter omnia, quæ ſunt in cœlo & in terra, ad hunc finem ordinata ſunt, ut colligantur juſti, & numerus ſalvandorum impleatur.

Si ſaltem ad hæc & talia ſe ritè regeſſiſſet noſter Bodinus, facilè inveniſſet, quod Politicus Reipubl. ſtatus, ejuſque diſciplina non adeo difficilem contineret temperantiam, quæ nullis adhuc majorum finibus aut regione eſſet concluſa. *Modus inveſtigandi veri, nunquam rectius quam juxta Verbi Dei collationem fit,* ubi & citra defatigationem turpem veritas firma invenitur, ſi ad ejus ductum vividè quæratur explicatio.

Itaque nec juſta reprehenſione carent tam multi

ſcriptores aliarum artium, [illegible] inceperint cogitabo, quàm magnitudine [illegible], quaſi aliquid [illegible] potius remoras pariunt [illegible] foro theol[illegible] tuunt intelligendo, u[illegible] vera vitæ praxis in[illegible]nicam meras futilitatum [illegible] pro[illegible] piunt peſſimè, n[illegible]ent de[illegible] Si quid aſſiduè [illegible]atione opus habuiſſent. [illegible] bum Dei, q[illegible] Dominus Imperantium & ſubdi[illegible] dulo com[illegible] cordis ſynceritatem & veritatem, bus adſc[illegible]gicis, quàm politicis, domeſticis, pub[illegible]ri debe[illegible] exigit. Ille non vult duplicitate cor-

Im[illegible] Abjice habitualiſticam illam falſam rea[illegible] Ethicamque gentilem opinionem, ac in[illegible] [illegible]generationem ita, ut nova fias creatura, [illegible] Chriſto habitabis eſſentialiter atque vividè [illegible] omnibus veris virtutibus, & à te propelles rea[illegible] [illegible] vita, ſi ritè te in lucta carnis exerceas.

Unde *Chryſ.* recte loquitur, dicens: Verà converſio reſpuit avaritiam, horret luxuriam, fugat iram, [illegible] amorem, calcat ſuperbiam, excludit vindictam, odit malitiam, emendat vitam totam.

XCVII. *An Chriſtianitas tàm Theologo quàm Politico competit?*

Eſt ſic Chriſtianitas omnibus tàm Theologo quàm Politico communis, ut non liceat aliter quid Theologo quàm Politico peccando committere in vita humana, ſit quicunque velit; res ejuſdem eſt fundamenti: nec quidquam privilegii majoris habet Th[illegible] ulla re præ Politico, niſi quod debeat o[illegible] [illegible]hriſtianorum, id eſt, omni virtutum [illegible] vividè, non ſaltem orali loquacit[illegible] [illegible]ucere cunctis reliquis homini[illegible] [illegible]rem referre ſtatum ut Chriſtus toties

iubet, *Matth.* 5, [illegible] dicere, quid deterius? [illegible]ux veſtra cor[illegible] [illegible]àm facilè corrumpat [illegible]pera. [illegible] Plus enim nocet [illegible]ias quivis [illegible] ſecutoris, ait *D.* [illegible] & anim[illegible] rebus, & res [illegible] Qui al[illegible] modeſtiſſi- [illegible] baptiſm[illegible] Illa verò [illegible], ait *Luth.Tom.2.Germ.* [illegible] omnibus [illegible] pag. 54. dicit: Chriſtianus ſi prop[illegible] llaci- [illegible]definiatur, eſt filius gratiæ & remiſſionis pe[illegible]li-rum, qui nullam prorſus legem habet; ſed eſt ſup[illegible] legem, peccatum, mortem & infernum. Vnde Chriſtianus etiam major eſt toto mundo; quia quod in Fide tenet, majus eſt cœlo ac terra, quùm Chriſtus major ſit, qui hoc donum in eo eſt. Hinc ea Fides juſtificat in Chriſto, ſola implet legem, & facit bona opera ſpontaneo modo. *Tom.* 1. *Lat. pag.* 559. Interim tamen contrarii duces ſunt in nobis, ſpiritus & caro: Ac quo quiſque magis pius eſt, hoc plus ſentit carnis cum ſpiritu pugnam. *Id.Tom.*4. *Lat.p.* 167. Quo igitur Theologus ſuam carnem magis evincere laborat, eò major fit in ſui melioratione, quod D.Paulus Tim. & Tit. monet, velut & inde gratioſior publica adſtruitur ædificatio. Nec minus etiam ad hoc unicè tenentur, juxta eundem *D.Paul.* 1.*Tim.* 3,2,3. ut ſit irreprehenſibilis, unius vir uxoris, vigilans, temperans, compoſitus, hoſpitalis, aptus ad docendum: non vinoſus, non percuſſor, non turpem quæſtum faciens; ſed æquus, alienus à pugnis, alienus ab avaritia.

Sic itaque vita & doctrina maximam utilitatem exhibent cunctis, ſi benè conjungantur, nec quid debet ex ethnicilſmo ſubmiſceri, quùm ſimus Chriſtiani. Ideoque Chriſtianam, non ethnicam expetamus in Politica Rempubl. Iehova optimum, non ethni-

preſſionem Patrum moliretur. Repreſſit autem illum tumultum Menenius Agrippa, vir in inventione ſua facundus. Namque is quùm à Patribus ad ſeditioſam multitudinem eſſet Legatus, priſco dicendi modo, nil aliud dixiſſe fertur, quàm ejuſmodi parabolam, quâ ad ſui corporis Oeconomiam ut ſingulos tumultuantes in gratiorem Patrum obſervantiam deduceret. Ideoque infit:

Tempore, quo in homine, non ut nunc omnia in unum conſentiebant, ſingulis membris ſuum cuique conſilium & ſuus ſermo fuit: reliquas partes ſua cura, labore & miniſterio omnia quidem ventri quærere: ſed ventrem in medio quietis nihil aliud facere, quàm datis voluptatibus frui. Conſpirarunt inde, ne manus ad os cibum ferrent, ne os acciperet datum, & ne dentes conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipſa etiam membra, & totum corpus unà in extremam tabem venit: ut inde apparuerit, ventris quoque non ſegne miniſterium eſſe, nec magis eundem ali, quam alere: reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus, vigemuſque, diviſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando deinde, quàm inteſtina corporis ſeditio eſſet ſimilis iræ plebis in Patres: ita demulſit plebis animos, ut pacis conditiones admitteret.

Idem fermè *ante* 12 annos ipſe, ſed Chriſtiana adhortatione apud Magdeburgenſes præſtiti, quùm civitas tota ob corruptam nimis monetam contra Magiſtratum fremeret, & armis ad forum concurrerent cives omnes, ut Senatores perfoderent ſingulos, quùm nollent monetam abrogare falſam, & corruptores perverſos merita pœna afficere, qui inter eos eſſent. Spolium erat ingens, quùm quoque in eorum irruerent ædes, ut quaſi in articulo

mortis

mortis hærerent,quotquot in curia aderant. Quum verò omnes me noſcerent innoxium, qui in omnibus conventibus publicis & univerſalibus Hanſeaticiſque contradixeram, rogatus à Senatu commiſſionem ad Cives ſuſcepi, qui me in medio foro cingebant armis non abſque periculo meo; ut quamvis furibundi diriſſima in Magiſtratum & auctores tanti damni fremerent; tamen ad monita ſacra in pudorem ita ſunt conjecti, ut victas concederent manus conditione adjecta de abroganda falſa monetā. Sed qua fide id obſervatum ſit à parte Senatus, velut & alia quàm plurima, id vindicta divina demonſtrat.

Væ illis, qui ſuam ſibi accleraruntpœnam innoxiaſque animas in tantum præcipitarunt malum. Ah quoties horribilem eventum antè oculos ipſis depinxi! Quoties obteſtatus ſum, ut malignitati modum ponerent! Sed pro fide ſancta, quas non extremas repoſuêre mihi perſecutiones! Rectè ait Bodinus, quod interdum tanta vis calamitatum divinæ ultionis erumpat, ut Deus Conſiliis bonis obſtrepentes in omne dedecus,imò & perniciem ipſam præcipites ruere patiatur. *Greg. hom.* 13. *Evang.* ſint lumbi veſtri præcincti, ait, Nemo Dei longanimitatem negligat: quia tantò diſtrictiorem juſtitiam in judicio exigit, quantò longiorem ante judicium patientiam prorogavit. Altiſſimus enim eſt patiens redditor: tarditatem ſupplicii gravitate compenſat. Et Auguſt. lib. 3. de lib. arb. dicit; Illa eſt pœna peccati juſtiſſima,ut amittat unuſquiſque illud,quo benè uti noluit,dum tempus eſt. Hęc & ejuſmodi benè ſecum etiam examinavit Bodinus, ut eo maturius conſilio ſuo pro ingenii ſui capacitate communi patriæ ſuccurrere poſſet.

XC. *Vnde autem mutuatus eſt & ſumpſit Conſilii ſui informationes, quas remedii loco attulit?*

CVrioſum ſupra modum in omnibus hunc fuiſſe auctorem, id nemo diffitebitur, qui ſaltem labores ejus introſpicere rectè novit, abſque præconcepta opinione. Alias enim, ut quiſque affectus eſt, & animi ſpiritum diſtortum affert; ita quoque cenſuram ſibi facere & ſumere ſolet, velut eſt & habet ſe etiam dicterium illud commune:

Pro captu lectoris, habent ſua fata libelli.

Quamobrem, *ait in d. Præf.* quùm in infinita opinionum varietate, quæ ab humanis erroribus manare conſueverunt, de duobus alterum fieri poſſit, alterum non poſſit; ut earum nulla aut plus una vera ſit: exactiſſimis rationum ponderibus ac momentis quærendum putavimus, non quid quiſque auctorum dixerit aut ſcripſerit, quantæque auctoritatis fuerit; ſed quid rationi convenienter & ſententiæ ſuæ poſſet dicere. Si enim id, quod verum, laudabile, honeſtum eſt, è puriſſimis naturæ fontibus hauriatur: quur non oratio noſtra omnem ſibi fidem rationibus naturæ congruentibus, id eſt, integris & incorruptis teſtibus, confirmabit? Hinc itaque idoneum lectorem & cognitorem judicemvè ſuæ Reipubl. non quemvis obvium expetit, quùm judicii rationem talem adhibuerit, quæ cum ipſa natura congruere ipſi videtur.

XCI. *Quis verò ipſi ſatis idoneus eſt lector & cognitor rerum aut cenſor Politicarum?*

IN hoc etiam ſe ſatis expeditum explicat, ex deductis ita concludens. Igitur hæc, *inquit*, ad hæc dijudicanda, non Delio natatore nobis, ſed acerrimi ac pru-

ac prudentiſſimi judicis ope opus eſt: id eſt, ejus, (1) qui civitatum informandarum leges didicerit; qui (2) à Philoſophis, tametſi *πολιτειῶν πραγμάτων ἀπειρόκαλοι* fuerunt, politica decreta expreſſerit; qui (3) optimorum Principum dicta, geſta, actiones ſtudioſiſſimè perſpexerit; qui (4) abditas tyrannorum artes & arcana retruſa curioſiſſimè perveſtigarit; qui (5) rerum geſtarum veritatem (6) non ab incerto rumore; ſed (7) ab ipſis Principum archivis acceperit; qui (8) populorum ritus, inſtituta, mores, ac cœli cujuſque vim & naturam intellexerit; (9) qui rerum omnium publicarum, quæ uſquam terrarum extitiſſe comperiuntur, memoriam ab antiquiſſima vetuſtate, ad hæc uſque tempora, repetitam tenuerit: qui (10) denique prudentiam illam humanæ vitæ principem ac moderatricem, non tantum præceptis, (11) verum etiam ipſo rerum agendarum uſu partam adeptus ſit.

XCII. *Nonnè admodum duræ conditiones & requiſita videntur, quibus Reipubl. ſuæ verum cenſorem & judicem includit?*

VNdecim quidem ſunt conditiones, & ſatis prægnantes ſecundum externæ rationis ductum. Nec aliter ratio hominis informari cupit ſecundum naturalem ſuum curſum, quum nemini magis fidere velit, quam ſibimet ipſi. Quùm enim conſcientiam vitiatam & pluſquam cauteriatam imò cœcam in corde foveat, cui ſuum miniſterium dilucidationis ex propriis cœcitatis viribus promptiſſimè denunciare cupiat; ſemper vel ad experientiam, vel ad exempla recurrit. Sed quùm neque heic ſufficientem firmitudinem inveniat, ad regularum & Canonum confictionem ſe convertit, ut quaſi ex talibus

principiis ſibi ſuas ſecum conficiat concluſiones, quas tunc naturæ putat quàm optimè accommodatas, quaſi in iis non poſſit lapſum erroris committere. Verum quàm falſa hæc ſint, id ex ſuperioribus patet ablegatis. Ipſum enim rationis dictamen, quod ſibi confinxêre, quàm ficulneum ſit, imò & planè ſibi involutum ita, ut nunquam poſſit extricatum per ſe dari, ſupra in *quæſt.* 18, 50, 51, & 52. ſatis quidem oſtenſum eſt; attamen ut quoque heic pateat, quanta fragilitate Bodinus laboret, juvat id exemplariter ex duobus auctoribus explicare haud improbandis. Quod enim non tàm mira & tàm longè petita difficultate cognitio Politices veræ in abſtruſiſſimis laboret, id aliàs in noſtra Vniverſali *Introd. Pol. cap.* 8. *lib.* 1. plenius deductum eſt.

XCIII. *Quinam illi ſunt auctores, & quid propriè in his determinant?*

ALter eorum eſt ethnicus, & alter Chriſtianus. Prodeat vero prior gentilis ille Philoſophus Seneca, *cujus Epiſt.* 113. perquàm notabilis eſt, ubi variis exemplis monſtrat animalitatis, quàm vana figmenta ſubtilitates diſputationum ſuggerant nobis: Ego me hercule, inquit, titillare non deſinam, & ludos mihi ex iſtis ſubtilibus ineptiis facere. Iuſtitia & fortitudo ſi animalia ſunt, certè terreſtria ſunt. Omne animal terreſtre alget, eſurit, ſitit, &c. Ergo juſtitia alget, fortitudo eſurit, clementia ſitit, &c. Idem eſt animus & juſtus, & prudens, & fortis, ad ſingulas virtutes quodammodo ſe habens. Sublata eſt quæſtio? Convenit & nobis. Nam & ego interim fateor, animum animal eſſe: poſtea viſurus, quam de iſta re ſententiam feram. Actiones ejus animalia eſſe nego. Alioquin & omnia verba erunt animalia, & omnes verſus. *Nam ſi ſermo prudens bonum*

eſt:

eſt: bonum autem omne animal eſt: Sermo ergo animal eſt.

Prudens Verſus, bonum eſt: Bonum autem omne animal: Verſus ergo animal eſt.

Itaque *Armavirumq; cano* animal eſt: Quod non poſſunt rotundum dicere, quùm 6 pedes habeat. Textorium, *inquis*, totum me hercule iſtud eſt; quod cum maximè agitur. diſſilio riſu, quum mihi propono ſolœciſmum animal eſſe, & barbariſmum, & ſyllogiſmum, & aptas illis facies, tanquam pictor, adſigno. Hæc diſputamus attractis ſuperciliis; fronte rugoſa.

Non poſſum hoc loco dicere illud Cæcilianum: *ô triſtes ineptias*! ridiculæ ſunt. Quum itaque potius aliquid utile nobis ac ſalutare tractamus, & quærimus, quomodo ad virtutes venire poſſimus; quæ nos ad illas via ducat. Doce me, non an fortitudo animal ſit: ſed nullum animal felix eſſe ſine fortitudine, &c. Quid eſt fortitudo? Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, &c. Non eſt, quod fortunæ armis te putes eſſe tutum: tuis pugna contra ipſam. Fortuita non armant, &c. Alexander quidem Perſas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium uſq; in Oceanum extendit Oriens, vaſtabat, fugabatque. Sed ipſe modò occiſo amico, modò amiſſo, jacebat in tenebris, alias ſcelus, alias deſiderium ſuum mœrens. Victor tot regum atq; populorum, iræ triſtitiæque ſuccubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet in poteſtate, quàm affectus.

O quàm magnis homines erroribus tenentur, qui jus dominandi trans maria cupiunt mittere: feliciſſimoſque ſe judicant, ſi multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adjungunt; ignari, quid ſit illud ingens paratumque regnum! *Imperare ſibi, maximum eſt Imperium, &c.*

Imò, mi Seneca, ita ſibi imperare eſt verè maximū, ut quis poſſit carni ejuſque rationi planè mori & ſe jugo Spiritus Dei ſubmittere, velut id *Cornelius Agrippa* egregiè addidicerat, ut unicè oculos ad Verbum Dei converteret; à quo etiam noluit dimoveri, etiamſi uſque ad mortem propterea perſecutiones ſuſtineret, & ultra biennium ob hoc Veritatis ſolidæ Verbum captivus hæreret. Proinde adverſariis ſuis maſculè reſpondere eſt auſus ad eorum articulos, quibus itidem nonnihil altius profanitatem ſuæ ſapientiæ defendere conabantur, ſe ita reſolvens *n.* 9.

Quod autem, *inquit*, per artes liberales declaratur Scriptura & confundantur hæreſes, hoc ego nunc primum edoctus, hactenus neſcivi, (*Ironicè loquitur*) fateorque hanc profundam meam dormitantiam: fateor ingenii mei tarditatem, qui hoc non ſum aſſecutus. Heu me ter infelicem, qui credidi S. Scripturam à nullis humanis diſciplinis accipere lumen; ſed ipſam cæteras omnes illuminare, dijudicare & diſcernere (quod etiam Veriſſimum) putavique hæreſes (*cum Sectis*) ſuum robur, & fundamentum habere in ſcientiis humanis: quod ego, per totam Declamationem meam, multiplicibus argumentis, rationibus, authoritatibus, teſtimoniis, exemplis, demonſtrare conatus ſum. Nam *Hierony. in Pſal.* 100. ſcribens ſyllogizandi artem, Theologiæ applicatam, comparat plagis Aegypti: & *in Pſalm.* 143. interpretatur Dialecticam eſſe illam latam viam, quæ ducit ad mortem: *& ad Damaſ. ait*, de Hebraicis diſputantem; non decet Ariſtotelis argumenta conquirere. Quin & legi D. Ambroſium Letaniis addidiſſe: NB. à Dialecticis libera nos Domine.

Nam garrula Logica, Theologiæ plus obeſt, quàm confert. His & ſimilium authoritatibus perſuaſus, putavi non poſſe Fidei Chriſtianæ robur atque

Digitized by Google

que lumen aliunde pendere, quàm ab ipſo Verbo
i, & Iheſu Chriſti; qui gladius eſt Spiritus, & gla-
us oris Domini; quo ſolo conſundantur hæreſes,
interficitur homo peccati. *n.* 10. Nihil enim com-
rcii Chriſtianæ Fidei cum artibus profanis: nihil
alecticis argutiis, cum ſapientiæ divinæ myſteriis.
riſtus illa docet, non ratiocinatio, non ſyllogiſ-
is, &c.

En, tanta vanitate & profanitate ſimul nititur,
i huic vitæ actionumque omnium ſuarum etiam
xta Politiam, in qua ſpacium omne vitæ noſtræ
nſcurrimus, concredere velit. An non igitur mul-
licibus erroribus ſe involvat cotidiè, qui fragili-
i talium judiciorum præcepta ſuæ Politiæ de-
oveat?

CIV. *An proinde non ſatis firma ſunt præcepta Politica quæ ex nuda rationalitate petuntur?*

TOta vita hominis velut à Deo eſt, ita & Iehovæ
debet reddi, uti ſuperius *in q. de fine hominis* eſt
claratum; Ita quiſque in omni ſua conditione abſ-
e ulla exceptione omninò præcisè, ſive ſit impe-
is ſive ſubditus; ſive litteratus, aut illitteratus, te-
tur ſe voluntati Iehovæ conformare per totum
æ & muneris cujuſvis curſum, alias undique per-
tim à vero ſcopo devius aberrabit.

Hoc igitur vitæ ſuæ officium, unde rectius cogno-
t & noſcat, quàm ex ejus Verbo, qui hominem
ndidit, inque hunc mundum conſtituit, ſuæ gloriæ
uſſa, non ut homo ſibi viveret, & ſuus ſibi eſſet?
eo omnis ſapientiæ theſaurus latet ſolus, quod
hova cœlitus nobis detexit. Si omnem totius na-
ræ vim intelligeremus ritè, juxta externum homi-
m, multa quidem ea nos docere poſſet: Sed ipſe

Bodinus confitetur, quod nulla rerum ſingularum ſcientia poſſit haberi, imò quod etiam aliarum artium præcepta ſint certiora, quùm Politica res infinitas contineat; Idcircò impoſſibile eſt ex eo quid firmæ ſtabilitatis concipere & concludere, in quo nulla eſt firmitas & certitudo, juxtà propriam Bodini confeſſionem.

Quis accuratior unquam Politicus vixit, quàm divinus ille Rex David? Nil ille aliud ſapere voluit, quam Iehovæ Verbum. *Pſal.* 119, 104, 105. Verbum tuum, ait, me ſapientem reddit: ideò omnes vias falſas odio habeo. Verbum tuum lumen pedibus meis exhibet, & lux eſt mihi in omni via. Ita omnes vias falſas dicit, quæ non ex Verbo hoc proferuntur. *Pſal.* 43, 3. Mitte lumen tuum, & tuum mihi Verbum, ut ea me ducant. *Pſal.* 71, 17. ô Iehova, me à prima ætate mea uſq; informaſti, ideò annuncio mirabilia tua. *Pſal.* 25, 5. Oſtende viam tuam mihi, Iehova, & doce me; Duc me in veritate tua, & doce me, &c. Sic nemo meliorem tenebit callem in Politicis negotiis ac totius vitæ, in quovis munere & conditione, quàm qui dirigitur ad normam Verbi cœleſtis; alias facilè vel ad lęvam aut dextram declinabit undiq; errans.

Toto die, *inquit Iehova, Eſa.* 66, 2. expando manus meas ad populum rebellem, qui ambulat via non bona, ſequendo NB. cogitationes ſuas. En, quid ſunt cogitationes noſtræ? Iehova ait, via non bona. Ac *Ierem.* 2, 13. Me dereliquerunt ſcaturiginem aquarum perenniter viventium, ut effoderent ſibi ciſternas, ciſternas fractas, quæ non capiunt aquas.

Omnes regulæ igitur & Canones, præceptaq;, quę non ex hujus ore profluunt, qui nos creavit, ciſternæ ſunt fractæ & à nobis ipſis effoſſæ. Quid ergo perennitatis habeant in ſcaturigine ſua? An non ſat magna eſt ſtultitia mortalium, quod meliores ſe putent effodere

lere ciſternulas, ſi ſuæ mentis cæcæ ſequantur cogi-
ationes? Novit Iehova vanitatem cordis humani;
deo cœlitus inclamat omnes, nos ad Filium ſuum
lliciens, & dicit: Hic eſt Filius ille meus; dilectus il-
e, in quo acquieſco: Hunc audite *Matth.* 17, 5. Qui
lium audit in quacunque viæ & vitæ ſuæ parte, peſ-
imè ſibi conſulit: Ideò nec David Rex alios ſibi con-
iliarios elegit, quam teſtimonia Iehovę *Pſal.* 119, 24.
t D. Paulus quoque ſuaſor eſt fidelis, ut omnia ita
aciamus ad gloriam Dei, quodcunque ſuſcipiatur
tiam in edendo & bibendo. 1 *Cor.* 10, 31. ſic offen-
liculo nullis erimus.

Nec Politicus Doctor verior nec ullus unquam
Politicus exprimi melior & dari poteſt, quàm *D.
Paul. ad Phil.* 4. producit, inquiens: *Quod reliquum
ſt, fratres, quæcunque ſunt Vera, quæcunque ſunt
uſta, quæcunque veneranda, quæcunque pura, quæcun-
que boni nominis; ſi qua virtus, ſi qua laus eſt; hæc re-
utate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiviſtis, &
vidiſtis in me; hæc, inquam, facite, & Deus pacis erit
vobiſcum.*

Igitur in ejus Verbi imitamine, quod protulit D.
Paulus, & cujus officium geſſit, in eo latent omnia:
x hoc nulla fracta ciſterna profluet. Atque hoc eſt,
uò maximè reſpiciendum erat noſtro Bodino; &
c quoque ſe longè felicius ex tot temporum impli-
ationibus extricare potuiſſet, nec tam longinqua
perofitate ipſi opus fuiſſet in plurimis.

XCV. *Num ergo brevius omnem de Republ. quæ-
ſtionem terminare Bodinus potuiſſet?*

QVi hoc ſtatuant, putat inter reprehenſores ſuos
eſſe Bodinus referendos. Sed, credo, non retu-
ſſet, modò ſe propius ad verum, uti jam dictum eſt,
ontem contuliſſet. Omnis enim diffuſa multipli-

citas mater eſt errorum: nec rectius proceditur, quàm in ſimplici Chriſti via, ad quam toties nos allicit, *Matth.* 11. *&* 18. *Hinc D. Gregor. ait*, Qui vitam deſiderat, Verbum vitæ audiat. Sic enim fit ut Chriſti veritatem imitemur in loquendo, *ait idem*, Charitatem in operando, & manſuetudinem in reſpondendo. Sicut perit omne, quod agitur, niſi humilitate cuſtodiatur.

Vita politica nunquam tam aſpera foret, nec in eam longitudinem diduceretur, niſi eſſent, qui magis perplexitatem, & obſcuritatem, etiam arcanarum argutiarum ſpinoſitatem & ſubtilitatē amarent, quàm ejus apertam ingenuitatem & planitiem. Recte ait, *Arnd. in Expl. Euang. Iohan.* 20. Ah quot milleni conſcribuntur libri, in quibus nihil ſolidi invenias. Aſt quàm multi exigui concipiuntur libelli, qui merum Spiritum vitæ ſpirant. Ejuſmodi ſunt doctores verè cœlitus vocati. Qui multis utitur ambagibus, eo ipſo oſtendit, quod ſecum adhuc in corde varias dubitationes geſtet, nec ipſi ſatis omnia dilucidè conſtant. Si omnia in Politicis eò tendant, quomodo quiſque in ſtatione vocationis ſuæ rectè & juſtè nec minus pie agat, velut etiam eò cuncta tendere debent, modò de veritate ſua ritè conſtare debeat; certè non tanta opus erit extenſionis diffuſione: Sed hoc unicè agendum, ut perſona, quæ informatur, ſe rectè Deo ſubmittat juxta Verbi ejus normam.

Verbum Dei enim ſolum eſt, quod facit doctos, expeditos, promptos homines, qui ſine difficili labore multa præclare faciunt; ubi è contra impii diu conſultant, & tamen nihil rectè faciunt. Nam lucente in nobis Verbo, una hora plus boni facimus, dicente *Luth. Tom.* 2. *Ger. p.* 136. quam multis nobis præſcribi poteſt libris. Verbum enim Dei, ut ſic dicam, inquit,

inquit, *Id. Tom.4. Lat. pag.* 519. genus eſt generaliſſimus omnium bonorum; ſiquidem omnia bona conſervat. Hoc autem amiſſo aut depravato, omnia bona ſimul ſunt amiſſa.

Sicut enim ſublato ſole & luce mundi, qui ambulat, in tenebris ambulat: Ita obſcurato Verbo, ſequitur etiam politiæ periculum. Ibi non magiſtratus, non ſubditus, non ancilla, non ſervus ſcit, quid faciat; ſed ſunt omnia in errore, & denſiſſimis tenebris. Proinde fit, ut quantò homo à Verbo longius diſcedat, tantò ſibi etiam videatur doctior & ſapientior. *Tom.1. Ger. fol.* 64. Quæ propriæ ſapientiæ perſuaſio non caret periculo ſummo. Ideoque heîc ſemper vela ſunt contrahenda, nec nimium nos ventorum expoſitioni credamus; ſed Cynoſura unicè ſemper ad curſum Verbi cœleſtis obſervetur. Sic facilè deprehendemus, quod omnẽ, quicquid rerum in hac vita geratur, unicè illud propter homines pios, & eos, qui ſalvandi ſint, geratur. Propter eos enim *ait Id. Tom.3. Ger. p.* 153. lucet Sol, conſervantur & ſtabiliuntur regna, fœcundatur terra, conjugia contrahuntur; breviter omnia, quæ ſunt in cœlo & in terra, ad hunc finem ordinata ſunt, ut colligantur juſti, & numerus ſalvandorum impleatur.

Si ſaltem ad hæc & talia ſe ritè regeſſiſſet noſter Bodinus, facilè inveniſſet, quod Politicus Reipubl. ſtatus, ejuſque diſciplina non adeo difficilem contineret temperantiam, quæ nullis adhuc majorum finibus aut regione eſſet concluſa. *Modus inveſtigandi veri, nunquam rectius quam juxta Verbi Dei collationem fit*, ubi & citra defatigationem turpem veritas firma invenitur, ſi ad ejus ductum vividè quæratur explicatio.

Itaque nec juſta reprehenſione carent tam multi

ſcriptores aliarum artium,quæ nullo graviore morbo,quàm magnitudine librorum laborant. Vnde potius remoras pariunt auditoribus ſuis, & næ faciunt intelligendo, ut nihil intelligant. Dum enim vera vitæ praxis intendi debebat, teneros animos in meras futilitatum ſpeculationes & phantaſias abripiunt peſſimè, nec ſine ingenti boni publici damno. Si quid aſſiduè legendum,profectò unicum eſt Verbum Dei, quod Iehova & ſummis & imis tàm ſedulo commendat,ut etiam veſtibus innecti,& poſtibus adſcribi, digitis alligari, cotidiè liberis inculcari debeat: *Deut*.6,7,8. *Pſal*.78,5,6,7.

Imò ſine quo nec Reges in ſolio ſuo ſedere oporteat, uti expreſſe habet *Moſes Deut*.17, 19. Omnis enim ſapientiæ fons in eo eſt. *Luth.Tom.2.Ger.pag*. 143. & unus apex Verbi major eſt cœlo & terra, *Tom*.4. *Lat.p*.161. Proinde debet modus librorum eſſe,ut idem rectè judicat,*Tom.2.Ger.pag*.143. inter quos hi ſoli probandi ſunt, qui lectorem deducunt ad Scripturam rectè intelligendam.Et in ipſis Patribus nihil debemus amplecti,quod cum S.Scriptura non conveniat. Ea ſola maneat index & Magiſtra omnium librorum.

XCVI. *Sed quænam utilitas ex cognitione horum librorum peti poteſt?*

EAm ipſe Bodinus noſter *ibid.in præf.* indicat, uti excuſationi ſuæ copioſitatis obicem ponit, ſuccinctis quidem, tamen emphaticis hanc verbis exprimendo.Quid eſt,ait, quamobrem de re,per ſe ipſa infinita,paulo copioſius ſcribenti non indulgeamus? Quùm præſertim hujus ſcientiæ tot ac tantæ ſint utilitates, ut omnia omnium imperia,cœtuſque jure ſociati,ejus unius ope ſtare,eaque ex omnibus diſciplinis ſola principibus, ſola claris viris, ſola regibus digna

digna eſſe videatur. Quanquam tanta raritas eſt eorum, qui hoc de genere ſcripſerunt, ut mirum videri debeat, tam multis ætatibus vix unum reperiri, qui ſeriò hanc ſcientiam tractarit: ſive ii, quibus otium peperit rerum omnium affluentia, perinde à litteris ut litterati à publicis rebus ſeipſos ultro ſubducunt; ſive ii, qui utroque præſtant, tanta negotiorum mole obrui ſe patiuntur, ut nullum tempus ad cogitationem, ſcientiarum omnium parentem, aut ad ſcriptionem ſuperſit, &c. Qui per diſquiſitionem aliquid quærere cogitur, ipſi ſanè variæ objiciuntur difficultates, nec omnia ſemper adſequi poteſt: quod etiam Bodino noſtro obtigit, unde meritò ejus excuſationi locus ceditur. Quippe ille verè fuit primus, qui à tot ſeculis non habuit præcurſorem in Chriſtianiſmo, qui hanc doctrinam ritè juxta debitam vitæ praxin examinaſſet, niſi quod in Scoto & Thoma ejuſque ſimilibus Scolaſticis ſaltem futiliter dialecticum in modum quædam diſcutiantur, & Machiavellus omnia in ſimulationes tyrannicas convertat.

Tum quoque illi impoſuit illa erronea opinio vulgaris, qua tantum diſcrimen inter Theologiam & Politicam, ſive ſpiritualem & ſecularem doctrinam conſtituerunt alii, quaſi nulla inter eos dari deberet cohærentia aut convenientia. Semper enim huc uſque audita eſt illa clamoſa famoſaque admodum diſtinctio, qua provocabatur adſiduè ad illud cauterium: aliud eſt Theologicè, aliudque Politicè aut Ethicè &c. unde tantus ex communi errore conſtitit metus ſcandaloſiſſimus, ut quivis in publicam opinionem magnum nefas committere ſe putaret, ſi hunc lubricum diſtinctiunculæ inanis ſive parietem aut papiraceum limitem perforaſſet, aut è medio penitus ſuſtuliſſet. Occœcatio tam vanæ differentiæ

adcò

IIIII.

SI ...
... & ...
propter aliqu...
conceptus alic...
... corrigit, ...
... est. Nec c...
& in hanc con...
vel affectus pa...
Quod etiam ex...
... an...
... animalis ra...
... ipsi in corr...
... & manifest...
nobilitatem eju...
... edito, ab o...
nequaquam ali...
creatura fuisset ...
absolutior, in pe...

et, *Matth.* 5,14,16. Vos eſtis lux mundi.
x veſtra coram hominibus, ut videant ve-
opera.
te alias quivis Chriſtianus homo, eſt ſan-
pore & anima, ſit vel laicus aut ſacerdos,
mina: Qui aliter loquitur & ſentit, eſt
or ſancti baptiſmatis, ſanguinis Chriſti, &
ncti, *ait Luth. Tom. 2. Germ. pag.* 74. *& Tom.*
54. dicit: Chriſtianus ſi propriè & diſer-
ur, eſt filius gratiæ & remiſſionis peccato-
ullam prorſus legem habet; ſed eſt ſupra
eccatum, mortem & infernum. Vnde
s etiam major eſt toto mundo; quia quod
et, majus eſt cœlo ac terra, quùm Chri-
ſit, qui hoc donum in eo eſt. Hinc ea Fi-
at in Chriſto, ſola implet legem, & facit
a ſpontaneo modo *Tom. 1. Lat. pag.* 559.
amen contrarii duces ſunt in nobis, ſpiritus
Ac quo quiſque magis pius eſt, hoc plus
his cum ſpiritu pugnam. *Id. Tom. 4. Lat. p.*
o igitur Theologus ſuam carnem magis e-
borat, eò major fit in ſui melioratione,
aulus Tim. & Tit. monet, velut & inde
publica adſtruitur ædificatio. Nec minus
hoc unicè tenentur, juxta eundem *D. Paul.*
3. ut ſit irreprehenſibilis, unius vir uxo-
ns, temperans, compoſitus, hoſpitalis, ap-
cendum: non vinoſus, non percuſſor, non
uæſtum faciens; ſed æquus, alienus à pug-
us ab avaritia.
que vita & doctrina maximam utilitatem
cunctis, ſi benè conjungantur, nec quid de-
nicisſmo ſubmiſceri, quùm ſimus Chriſtia-
que Chriſtianam, non ethnicam expeta-
olitica Rempubl. Iehova optimum, non
ethni-

preſſionem Patrum moliretur. Repreſſit autem illum tumultum Menenius Agrippa, vir in inventione ſua facundus. Namque is quùm à Patribus ad ſeditioſam multitudinem eſſet Legatus, priſco dicendi modo, nil aliud dixiſſe fertur, quàm ejuſmodi parabolam, quâ ad ſui corporis Oeconomiam ut ſingulos tumultuantes in gratiorem Patrum obſervantiam deduceret. Ideoque infit:

Tempore, quo in homine, non ut nunc omnia in unum conſentiebant, ſingulis membris ſuum cuique conſilium & ſuus ſermo fuit: reliquas partes ſua cura, labore & miniſterio omnia quidem ventri quærere: ſed ventrem in medio quietis nihil aliud facere, quàm datis voluptatibus frui. Conſpirarunt inde, ne manus ad os cibum ferrent, ne os acciperet datum, & ne dentes conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipſa etiam membra, & totum corpus unà in extremam tabem venit: ut inde apparuerit, ventris quoque non ſegne miniſterium eſſe, nec magis eundem ali, quam alere: reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus, vigemuſque, diviſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando deinde, quàm inteſtina corporis ſeditio eſſet ſimilis iræ plebis in Patres: ita demulſit plebis animos, ut pacis conditiones admitteret.

Idem fermè *ante* 12 annos ipſe, ſed Chriſtiana adhortatione apud Magdeburgenſes præſtiti, quùm civitas tota ob corruptam nimis monetam contra Magiſtratum fremeret, & armis ad forum concurrerent cives omnes, ut Senatores perfoderent ſingulos, quùm nollent monetam abrogare falſam, & corruptores perverſos merita pœna afficere, qui inter eos eſſent. Spolium erat ingens, quùm quoque in eorum irruerent ædes, ut quaſi in articulo mortis

mortis hærerent, quotquot in curia aderant. Quum verò omnes me noſcerent innoxium, qui in omnibus conventibus publicis & univerſalibus Hanſeaticiſque contradixeram, rogatus à Senatu commiſſionem ad Cives ſuſcepi, qui me in medio foro cingebant armis non abſque periculo meo; ut quamvis furibundi diriſſima in Magiſtratum & auctores tanti damni fremerent; tamen ad monita ſacra in pudorem ita ſunt conjecti, ut victas concederent manus conditione adjecta de abroganda falſa monetā. Sed qua fide id obſervatum ſit à parte Senatus, velut & alia quàm plurima, id vindicta divina demonſtrat.

Væ illis, qui ſuam ſibi accleraruntpœnam innoxiaſque animas in tantum præcipitarunt malum. Ah quoties horribilem eventum antè oculos ipſis depinxi! Quoties obteſtatus ſum, ut malignitati modum ponerent! Sed pro fide ſancta, quas non extremas repoſuêre mihi perſecutiones! Rectè ait Bodinus, quod interdum tanta vis calamitatum divinæ ultionis erumpat, ut Deus Conſiliis bonis obſtrepentes in omne dedecus, imò & perniciem ipſam præcipites ruere patiatur. *Greg. hom.* 13. *Euang.* ſint lumbi veſtri præcincti, ait, Nemo Dei longanimitatem negligat: quia tantò diſtrictiorem juſtitiam in judicio exigit, quantò longiorem ante judicium patientiam prorogavit. Altiſſimus enim eſt patiens redditor: tarditatem ſupplicii gravitate compenſat. Et Auguſt. lib. 3. de lib. arb. dicit; Illa eſt pœna peccati juſtiſſima, ut amittat unuſquiſque illud, quo benè uti noluit, dum tempus eſt. Hęc & ejuſmodi benè ſecum etiam examinavit Bodinus, ut eo maturius conſilio ſuo pro ingenii ſui capacitate communi patriæ ſuccurrere poſſet.

XC. *Vnde autem mutuatus eſt & ſumpſit Conſilii ſui informationes, quas remedii loco attulit?*

CVrioſum ſupra modum in omnibus hunc fuiſſe auctorem, id nemo diffitebitur, qui ſaltem labores ejus introſpicere rectè novit, abſque præconcepta opinione. Alias enim, ut quiſque affectus eſt, & animi ſpiritum diſtortum affert; ita quoque cenſuram ſibi facere & ſumere ſolet, velut eſt & habet ſe etiam dicterium illud commune:

Pro captu lectoris, habent ſua fata libelli.

Quamobrem, *ait in d. Præf.* quùm in infinita opinionum varietate, quæ ab humanis erroribus manare conſueverunt, de duobus alterum fieri poſſit, alterum non poſſit; ut earum nulla aut plus una vera ſit: exactiſſimis rationum ponderibus ac momentis quærendum putavimus, non quid quiſque auctorum dixerit aut ſcripſerit, quantæque auctoritatis fuerit; ſed quid rationi convenienter & ſententiæ ſuæ poſſet dicere. Si enim id, quod verum, laudabile, honeſtum eſt, è puriſſimis naturæ fontibus hauriatur: quur non oratio noſtra omnem ſibi fidem rationibus naturæ congruentibus, id eſt, integris & incorruptis teſtibus, confirmabit? Hinc itaque idoneum lectorem & cognitorem judicemvè ſuæ Reipubl. non quemvis obvium expetit, quùm judicii rationem talem adhibuerit, quæ cum ipſa natura congruere ipſi videtur.

XCI. *Quis verò ipſi ſatis idoneus eſt lector & cognitor rerum aut cenſor Politicarum?*

IN hoc etiam ſe ſatis expeditum explicat, ex deductis ita concludens. Igitur hæc, *inquit*, ad hæc dijudicanda, non Delio natatore nobis, ſed acerrimi ac pru-

ac prudentiſſimi judicis ope opus eſt: id eſt, ejus, (1) qui civitatum informandarum leges didicerit; qui (2) à Philoſophis, tametſi πολιτειῶν πραγμάτων ἀπειρόκαλοι fuerunt, politica decreta expreſſerit; qui (3) optimorum Principum dicta, geſta, actiones ſtudioſiſſimè perſpexerit; qui (4) abditas tyrannorum artes & arcana retruſa curioſiſſimè perveſtigarit; qui (5) rerum geſtarum veritatem (6) non ab incerto rumore; ſed (7) ab ipſis Principum archivis acceperit; qui (8) populorum ritus, inſtituta, mores, ac cœli cujuſque vim & naturam intellexerit; (9) qui rerum omnium publicarum, quæ uſquam terrarum extitiſſe comperiuntur, memoriam ab antiquiſſima vetuſtate, ad hæc uſque tempora, repetitam tenuerit: qui (10) denique prudentiam illam humanæ vitæ principem ac moderatricem, non tantum præceptis, (11) verum etiam ipſo rerum agendarum uſu partam adeptus ſit.

XCII. *Nonnè admodum duræ conditiones & requiſita videntur, quibus Reipubl. ſuæ verum cenſorem & judicem includit?*

VNdecim quidem ſunt conditiones, & ſatis prægnantes ſecundum externæ rationis ductum. Nec aliter ratio hominis informari cupit ſecundum naturalem ſuum curſum, quum nemini magis fidere velit, quam ſibimet ipſi. Quùm enim conſcientiam vitiatam & pluſquam cauteriatam imò cœcam in corde foveat, cui ſuum miniſterium dilucidationis ex propriis cœcitatis viribus promptiſſimè denunciare cupiat; ſemper vel ad experientiam, vel ad exempla recurrit. Sed quùm neque heic ſufficientem firmitudinem inveniat, ad regularum & Canonum confictionem ſe convertit, ut quaſi ex talibus

principiis ſibi ſuas ſecum conficiat concluſiones, quas tunc naturæ putat quàm optimè accommodatas, quaſi in iis non poſſit lapſum erroris committere. Verum quàm falſa hæc ſint, id ex ſuperioribus patet ablegatis. Ipſum enim rationis dictamen, quod ſibi confinxère, quàm ficulneum ſit, imò & planè ſibi involutum ita, ut nunquam poſſit extricatum per ſe dari, ſupra in *quæſt.* 18, 50, 51, & 52. ſatis quidem oſtenſum eſt; attamen ut quoque heîc pateat, quanta fragilitate Bodinus laboret, juvat id exemplariter ex duobus auctoribus explicare haud improbandis. Quod enim non tàm mira & tàm longè petita difficultate cognitio Politices veræ in abſtruſiſſimis laboret, id aliàs in noſtra Vniverſali *Introd. Pol. cap.* 8. *lib.* 1. plenius deductum eſt.

XCIII. *Quinam illi ſunt auctores, & quid propriè in his determinant?*

ALter eorum eſt ethnicus, & alter Chriſtianus. Prodeat vero prior gentilis ille Philoſophus Seneca, *cujus Epiſt.* 113. perquàm notabilis eſt, ubi variis exemplis monſtrat animalitatis, quàm vana figmenta ſubtilitates diſputationum ſuggerant nobis: Ego me hercule, inquit, titillare non deſinam, & ludos mihi ex iſtis ſubtilibus ineptiis facere. Iuſtitia & fortitudo ſi animalia ſunt, certè terreſtria ſunt. Omne animal terreſtre alget, eſurit, ſitit, &c. Ergo juſtitia alget, fortitudo eſurit, clementia ſitit, &c. Idem eſt animus & juſtus, & prudens, & fortis, ad ſingulas virtutes quodammodo ſe habens. Sublata eſt quæſtio? Convenit & nobis. Nam & ego interim fateor, animum animal eſſe: poſtea viſurus, quam de iſta re ſententiam feram. Actiones ejus animalia eſſe nego. Alioquin & omnia verba erunt animalia, & omnes verſus. *Nam ſi ſermo prudens bonum*

eſt:

eſt: bonum autem omne animal eſt: Sermo ergo animal eſt.

Prudens Verſus, bonum eſt: Bonum autem omne animal: Verſus ergo animal eſt.

Itaque *Armavirumq; cano* animal eſt: Quod non poſſunt rotundum dicere, quùm 6 pedes habeat. Textorium, *inquis*, totum me hercule iſtud eſt; quod cum maximè agitur. diſſilio riſu, quum mihi propono ſolœciſmum animal eſſe, & barbariſmum, & ſyllogiſmum, & aptas illis facies, tanquam pictor, adſigno. Hæc diſputamus attractis ſuperciliis; fronte rugoſa.

Non poſſum hoc loco dicere illud Cæcilianum: *ô triſtes ineptias*! ridiculæ ſunt. Quum itaque potius aliquid utile nobis ac ſalutare tractamus, & quærimus, quomodo ad virtutes venire poſſimus; quæ nos ad illas via ducat. Doce me, non an fortitudo animal ſit: ſed nullum animal felix eſſe ſine fortitudine, &c. Quid eſt fortitudo? Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, &c. Non eſt, quod fortunæ armis te putes eſſe tutum: tuis pugna contra ipſam. Fortuita non armant, &c. Alexander quidem Perſas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium uſq; in Oceanum extendit Oriens, vaſtabat, fugabatque. Sed ipſe modò occiſo amico, modò amiſſo, jacebat in tenebris, alias ſcelus, alias deſiderium ſuum mœrens. Victor tot regum atq; populorum, iræ triſtitiæque ſuccubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet in poteſtate, quàm affectus.

O quàm magnis homines erroribus tenentur, qui jus dominandi trans maria cupiunt mittere: feliciſſimoſque ſe judicant, ſi multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adjungunt; ignari, quid ſit illud ingens paratumque regnum! *Imperare ſibi, maximum eſt Imperium, &c.*

Digitized by Google

Imò, mi Seneca, ita ſibi imperare eſt verè maximũ, ut quis poſſit carni ejuſque rationi planè mori & ſe jugo Spiritus Dei ſubmittere, velut id *Cornelius Agrippa* egregiè addidicerat, ut unicè oculos ad Verbum Dei converteret; à quo etiam noluit dimoveri, etiamſi uſque ad mortem propterea perſecutiones ſuſtineret, & ultra biennium ob hoc Veritatis ſolidæ Verbum captivus hæreret. Proinde adverſariis ſuis maſculè reſpondere eſt auſus ad eorum articulos, quibus itidem nonnihil altius profanitatem ſuæ ſapientiæ defendere conabantur, ſe ita reſolvens *n.* 9.

Quod autem, *inquit*, per artes liberales declaratur Scriptura & confundantur hæreſes, hoc ego nunc primum edoctus, hactenus neſcivi, (*Ironicè loquitur*) fateorque hanc profundam meam dormitantiam: fateor ingenii mei tarditatem, qui hoc non ſum aſſecutus. Heu me ter infelicem, qui credidi S. Scripturam à nullis humanis diſciplinis accipere lumen; ſed ipſam cæteras omnes illuminare, dijudicare & diſcernere (quod etiam Veriſſimum) putavique hæreſes (*cum Sectis*) ſuum robur, & fundamentum habere in ſcientiis humanis: quod ego, per totam Declamationem meam, multiplicibus argumentis, rationibus, authoritatibus, teſtimoniis, exemplis, demonſtrare conatus ſum. Nam *Hierony. in Pſal.* 100. ſcribens ſyllogizandi artem, Theologiæ applicatam, comparat plagis Aegypti: & *in Pſalm.* 143. interpretatur Dialecticam eſſe illam latam viam, quæ ducit ad mortem: *& ad Damaſ. ait*, de Hebraicis diſputantem; non decet Ariſtotelis argumenta conquirere. Quin & legi D. Ambroſium Letaniis addidiſſe: NB. à Dialecticis libera nos Domine.

Nam garrula Logica, Theologiæ plus obeſt, quàm confert. His & ſimilium authoritatibus perſuaſus, putavi non poſſe Fidei Chriſtianæ robur atque

atque lumen aliunde pendere, quàm ab ipſo Verbo Dei, & Iheſu Chriſti; qui gladius eſt Spiritus, & gladius oris Domini; quo ſolo conſundantur hæreſes, & interficitur homo peccati. *n.* 10. Nihil enim commercii Chriſtianæ Fidei cum artibus profanis: nihil Dialecticis argutiis, cum ſapientiæ divinæ myſteriis. Chriſtus illa docet, non ratiocinatio, non ſyllogiſmus, &c.

En, tanta vanitate & profanitate ſimul nititur, qui huic vitæ actionumque omnium ſuarum etiam juxta Politiam, in qua ſpacium omne vitæ noſtræ tranſcurrimus, concredere velit. An non igitur multiplicibus erroribus ſe involvat cotidiè, qui fragilitati talium judiciorum præcepta ſuæ Politiæ devoveat?

XCIV. *An proinde non ſatis firma ſunt præcepta Politica quæ ex nuda rationalitate petuntur?*

TOta vita hominis velut à Deo eſt, ita & Iehovæ debet reddi, uti ſuperius *in q. de fine hominis* eſt declaratum; Ita quiſque in omni ſua conditione abſque ulla exceptione omninò præcisè, ſive ſit imperans ſive ſubditus; ſive litteratus, aut illitteratus, tenetur ſe voluntati Iehovæ conformare per totum vitæ & muneris cujuſvis curſum, alias undique perpetim à vero ſcopo devius aberrabit.

Hoc igitur vitæ ſuæ officium, unde rectius cognoſcat & noſcat, quàm ex ejus Verbo, qui hominem condidit, inque hunc mundum conſtituit, ſuæ gloriæ cauſſa, non ut homo ſibi viveret, & ſuus ſibi eſſet? In eo omnis ſapientiæ theſaurus latet ſolus, quod Iehova cœlitus nobis detexit. Si omnem totius naturæ vim intelligeremus ritè, juxta externum hominem, multa quidem ea nos docere poſſet: Sed ipſe

Bodinus confitetur, quod nulla rerum ſingularum ſcientia poſſit haberi, imò quod etiam aliarum artium præcepta ſint certiora, quùm Politica res infinitas contineat; Idcircò impoſſibile eſt ex eo quid firmæ ſtabilitatis concipere & concludere, in quo nulla eſt firmitas & certitudo, juxtà propriam Bodini confeſſionem.

Quis accuratior unquam Politicus vixit, quàm divinus ille Rex David? Nil ille aliud ſapere voluit, quam Iehovæ Verbum. *Pſal.* 119, 104, 105. Verbum tuum, ait, me ſapientem reddit: ideò omnes vias falſas odio habeo. Verbum tuum lumen pedibus meis exhibet, & lux eſt mihi in omni via. Ita omnes vias falſas dicit, quæ non ex Verbo hoc proferuntur. *Pſal.* 43, 3. Mitte lumen tuum, & tuum mihi Verbum, ut ea me ducant. *Pſal.* 71, 17. ô Iehova, me à prima ætate mea uſq; informaſti, ideò annuncio mirabilia tua. *Pſal.* 25, 5. Oſtende viam tuam mihi, Iehova, & doce me; Duc me in veritate tua, & doce me, &c. Sic nemo meliorem tenebit callem in Politicis negotiis ac totius vitæ, in quovis munere & conditione, quàm qui dirigitur ad normam Verbi cœleſtis; alias facilè vel ad lęvam aut dextram declinabit undiq; errans.

Toto die, *inquit Iehova, Eſa.* 66, 2. expando manus meas ad populum rebellem, qui ambulat via non bona, ſequendo NB. cogitationes ſuas. En, quid ſunt cogitationes noſtræ? Iehova ait, via non bona. Ac *Ierem.* 2, 13. Me dereliquerunt ſcaturiginem aquarum perenniter viventium, ut effoderent ſibi ciſternas, ciſternas fractas, quæ non capiunt aquas.

Omnes regulæ igitur & Canones, præceptaq;, quę non ex hujus ore profluunt, qui nos creavit, ciſternæ ſunt fractæ & à nobis ipſis effoſſæ. Quid ergo perennitatis habeant in ſcaturigine ſua? An non ſat magna eſt ſtultitia mortalium, quod meliores ſe putent effodere

dere ciſternulas, ſi ſuæ mentis cæcæ ſequantur cogitationes? Novit Iehova vanitatem cordis humani, Ideo cœlitus inclamat omnes, nos ad Filium ſuum alliciens, & dicit: Hic eſt Filius ille meus, dilectus ille, in quo acquieſco: Hunc audite *Matth.* 17, 5. Qui alium audit in quacunque viæ & vitæ ſuæ parte, peſſimè ſibi conſulit: Ideò nec David Rex alios ſibi conſiliarios elegit, quam teſtimonia Iehovę *Pſal.* 119, 24. Et D. Paulus quoque ſuaſor eſt fidelis, ut omnia ita faciamus ad gloriam Dei, quodcunque ſuſcipiatur etiam in edendo & bibendo. 1 *Cor.* 10, 31. ſic offendiculo nullis erimus.

Nec Politicus Doctor verior nec ullus unquam Politicus exprimi melior & dari poteſt, quàm *D. Paul. ad Phil.* 4. producit, inquiens: *Quod reliquum eſt, fratres, quæcunque ſunt Vera, quæcunque ſunt juſta, quæcunque veneranda, quæcunque pura, quæcunque boni nominis; ſi qua virtus, ſi qua laus eſt; hæc reputate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiviſtis & vidiſtis in me; hæc, inquam, facite, & Deus pacis erit vobiſcum.*

Igitur in ejus Verbi imitamine, quod protulit D. Paulus, & cujus officium geſſit, in eo latent omnia: ex hoc nulla fracta ciſterna profluet. Atque hoc eſt, quò maximè reſpiciendum erat noſtro Bodino; & ſic quoque ſe longè felicius ex tot temporum implicationibus extricare potuiſſet, nec tam longinqua operoſitate ipſi opus fuiſſet in plurimis.

XCV. *Num ergo brevius omnem de Republ. quæſtionem terminare Bodinus potuiſſet?*

QVi hoc ſtatuant, putat inter reprehenſores ſuos eſſe Bodinus referendos. Sed, credo, non retuliſſet, modò ſe propius ad verum, uti jam dictum eſt, fontem contuliſſet. Omnis enim diffuſa multiplicitas

citas mater eſt errorum: nec rectius proceditur, quàm in ſimplici Chriſti via, ad quam toties nos allicit, *Matth.* 11. *&* 18. *Hinc D. Gregor. ait*, Qui vitam deſiderat, Verbum vitæ audiat. Sic enim fit ut Chriſti veritatem imitemur in loquendo, *ait idem*, Charitatem in operando, & manſuetudinem in reſpondendo. Sicut perit omne, quod agitur; niſi humilitate cuſtodiatur.

Vita politica nunquam tam aſpera foret, nec in eam longitudinem diduceretur, niſi eſſent, qui magis perplexitatem, & obſcuritatem, etiam arcanarum argutiarum ſpinoſitatem & ſubtilitatē amarent, quàm ejus apertam ingenuitatem & planitiem. Recte ait, *Arnd. in Expl. Euang. Iohan.* 20. Ah quot milleni conſcribuntur libri, in quibus nihil ſolidi invenias. Aſt quàm multi exigui concipiuntur libelli, qui merum Spiritum vitæ ſpirant. Ejuſmodi ſunt doctores verè cœlitus vocati. Qui multis utitur ambagibus, eo ipſo oſtendit, quod ſecum adhuc in corde varias dubitationes geſtet, nec ipſi ſatis omnia dilucidè conſtant. Si omnia in Politicis eò tendant, quomodo quiſque in ſtatione vocationis ſuæ rectè & juſtè nec minus pie agat, velut etiam eò cuncta tendere debent, modò de veritate ſua ritè conſtare debeat; certè non tanta opus erit extenſionis diffuſione: Sed hoc unicè agendum, ut perſona, quæ informatur, ſe rectè Deo ſubmittat juxta Verbi ejus normam.

Verbum Dei enim ſolum eſt, quod facit doctos, expeditos, promptos homines, qui ſine difficili labore multa præclare faciunt; ubi è contra impii diu conſultant, & tamen nihil rectè faciunt. Nam lucente in nobis Verbo, una hora plus boni facimus, dicente *Luth. Tom.* 2. *Ger. p.* 136. quam multis nobis præſcribi poteſt libris. Verbum enim Dei, ut ſic dicam, inquit,

inquit, *Id.Tom.4.Lat.pag.*519. genus eſt generaliſſimus omnium bonorum; ſiquidem omnia bona conſervat. Hoc autem amiſſo aut depravato, omnia bona ſimul ſunt amiſſa.

Sicut enim ſublato ſole & luce mundi, qui ambulat, in tenebris ambulat: Ita obſcurato Verbo, ſequitur etiam politiæ periculum. Ibi non magiſtratus, non ſubditus, non ancilla, non ſervus ſcit, quid faciat; ſed ſunt omnia in errore, & denſiſſimis tenebris. Proinde fit, ut quantò homo à Verbo longius diſcedat, tantò ſibi etiam videatur doctior & ſapientior. *Tom.*1. *Ger.fol.*64. Quæ propriæ ſapientiæ perſuaſio non caret periculo ſummo. Ideoque heîc ſemper vela ſunt contrahenda, nec nimium nos ventorum expoſitioni credamus; ſed Cynoſura unicè ſemper ad curſum Verbi cœleſtis obſervetur. Sic facilè deprehendemus, quod omnẽ, quicquid rerum in hac vita geratur, unicè illud propter homines pios, & eos, qui ſalvandi ſint, geratur. Propter eos enim *ait Id.Tom.*3. *Ger. p.*153. lucet Sol, conſervantur & ſtabiliuntur regna, fœcundatur terra, conjugia contrahuntur; breviter omnia, quæ ſunt in cœlo & in terra, ad hunc finem ordinata ſunt, ut colligantur juſti, & numerus ſalvandorum impleatur.

Si ſaltem ad hæc & talia ſe ritè regeſſiſſet noſter Bodinus, facilè inveniſſet, quod Politicus Reipubl. ſtatus, ejuſque diſciplina non adeo difficilem contineret temperantiam, quæ nullis adhuc majorum finibus aut regione eſſet concluſa. *Modus inveſtigandi veri, nunquam rectius quam juxta Verbi Dei collationem fit,* ubi & citra defatigationem turpem veritas firma invenitur, ſi ad ejus ductum vividè quæratur explicatio.

Itaque nec juſta reprehenſione carent tam multi

ſcriptores aliarum artium, quæ nullo graviore morbo, quàm magnitudine librorum laborant. Vnde potius remoras pariunt auditoribus ſuis, & næ faciunt intelligendo, ut nihil intelligant. Dum enim vera vitæ praxis intendi debebat, teneros animos in meras futilitatum ſpeculationes & phantaſias abripiunt peſſimè, nec ſine ingenti boni publici damno. Si quid aſſiduè legendum, profectò unicum eſt Verbum Dei, quod Iehova & ſummis & imis tàm ſedulo commendat, ut etiam veſtibus innecti, & poſtibus adſcribi, digitis alligari, cotidiè liberis inculcari debeat: *Deut*.6,7,8. *Pſal*.78,5,6,7.

Imò ſine quo nec Reges in ſolio ſuo ſedere oporteat, uti expreſſe habet *Moſes Deut*.17, 19. Omnis enim ſapientiæ fons in eo eſt. *Luth.Tom.*2.*Ger.pag.* 143. & unus apex Verbi major eſt cœlo & terra, *Tom*.4. *Lat.p.*161. Proinde debet modus librorum eſſe, ut idem rectè judicat, *Tom.*2.*Ger.pag.*143. inter quos hi ſoli probandi ſunt, qui lectorem deducunt ad Scripturam rectè intelligendam. Et in ipſis Patribus nihil debemus amplecti, quod cum S. Scriptura non conveniat. Ea ſola maneat index & Magiſtra omnium librorum.

XCVI. *Sed quænam utilitas ex cognitione horum librorum peti poteſt?*

EAm ipſe Bodinus noſter *ibid.in præf.* indicat, uti excuſationi ſuæ copioſitatis obicem ponit, ſuccinctis quidem, tamen emphaticis hanc verbis exprimendo. Quid eſt, ait, quamobrem de re, per ſe ipſa infinita, paulo copioſius ſcribenti non indulgeamus? Quùm præſertim hujus ſcientiæ tot ac tantæ ſint utilitates, ut omnia omnium imperia, cœtuſque jure ſociati, ejus unius ope ſtare, eaque ex omnibus diſciplinis ſola principibus, ſola claris viris, ſola regibus digna

digna eſſe videatur. Quanquam tanta raritas eſt eorum, qui hoc de genere ſcripſerunt, ut mirum videri debeat, tam multis ætatibus vix unum reperiri, qui ſeriò hanc ſcientiam tractarit: ſive ii, quibus otium peperit rerum omnium affluentia, perinde à litteris ut litterati à publicis rebus ſeipſos ultro ſubducunt; ſive ii, qui utroque præſtant, tanta negotiorum mole obrui ſe patiuntur, ut nullum tempus ad cogitationem, ſcientiarum omnium parentem, aut ad ſcriptionem ſuperſit, &c. Qui per diſquiſitionem aliquid quærere cogitur, ipſi ſanè variæ objiciuntur difficultates, nec omnia ſemper adſequi poteſt: quod etiam Bodino noſtro obtigit, unde meritò ejus excuſationi locus ceditur. Quippe ille verè fuit primus, qui à tot ſeculis non habuit præcurſorem in Chriſtianiſmo, qui hanc doctrinam ritè juxta debitam vitæ praxin examinaſſet, niſi quod in Scoto & Thoma ejuſque ſimilibus Scolaſticis ſaltem futiliter dialecticum in modum quædam diſcutiantur, & Machiavellus omnia in ſimulationes tyrannicas convertat.

Tum quoque illi impoſuit illa erronea opinio vulgaris, qua tantum diſcrimen inter Theologiam & Politicam, ſive ſpiritualem & ſecularem doctrinam conſtituerunt alii, quaſi nulla inter eos dari deberet cohærentia aut convenientia. Semper enim huc uſque audita eſt illa clamoſa famoſaque admodum diſtinctio, qua provocabatur adſiduè ad illud cauterium: aliud eſt Theologicè, aliudque Politicè aut Ethicè &c. unde tantus ex communi errore conſtitit metus ſcandaloſiſſimus, ut quivis in publicam opinionem magnum nefas committere ſe putaret, ſi hunc lubricum diſtinctiunculæ inanis ſive parietem aut papiraceum limitem perforaſſet, aut è medio penitus ſuſtuliſſet. Occœcatio tam vanæ differentiæ

adcò

adeò miſerè torſit nonnullos, ut inceperint cogitationes de duplici veritate ſuſcipere, quaſi aliquid philoſophicè daretur verum quod in foro theologico ſe aliter haberet.

Sed ſi falſam ſaltem hanc ethnicam diſtinctionem cum ſuo pallio philoſophico profanitatis malignæ deprehendiſſent & excuſſiſſent debitè, non tam diuturna coanguſtatione opus habuiſſent. Iehova enim eſt juſtus Dominus Imperantium & ſubditorum, ille ubique cordis ſynceritatem & veritatem, tàm in theologicis, quàm politicis, domeſticis, publicis & privatis exigit. Ille non vult duplicitate cordis honorari. Abjice habitualiſticam illam falſam Sapientiam, Ethicamque gentilem opinionem, ac ingredere regenerationem ita, ut nova fias creatura, & ſic in Chriſto habitabis eſſentialiter atque vividè cum omnibus veris virtutibus, & à te propelles realiter vitia, ſi ritè te in lucta carnis exerceas.

Vnde *Chryſ.* recte loquitur, dicens: Verà converſio reſpuit avaritiam, horret luxuriam, fugat iram, firmat amorem, calcat ſuperbiam, excludit vindictam, odit malitiam, emendat vitam totam.

XCVII. *An Chriſtianitas tàm Theologo quàm Politico competit?*

EST ſic Chriſtianitas omnibus tàm Theologo quàm Politico communis, ut non liceat aliter quid Theologo quàm Politico peccando committere in vita humana, ſit quicunque velit; res ejuſdem eſt fundamenti: nec quidquam privilegii majoris habet Theologus in ulla re præ Politico, niſi quod debeat optimus eſſe Chriſtianorum, id eſt, omni virtutum genere in vita vividè, non ſaltem orali loquacitatis habitu, prælucere cunctis reliquis hominibus, & eo perfectiorem referre ſtatum ut Chriſtus

toties

toties jubet, *Matth.* 5, 14, 16. Vos eſtis lux mundi. Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant veſtra bona opera.

Namque alias quivis Chriſtianus homo, eſt ſanctus in corpore & anima, ſit vel laicus aut ſacerdos, vir aut fœmina: Qui aliter loquitur & ſentit, eſt calumniator ſancti baptiſmatis, ſanguinis Chriſti, & Spiritus ſancti, *ait Luth. Tom. 2. Germ. pag.* 74. *& Tom.* 4. *Lat. pag.* 54. dicit: Chriſtianus ſi propriè & diſertè definiatur, eſt filius gratiæ & remiſſionis peccatorum, qui nullam prorſus legem habet; ſed eſt ſupra legem, peccatum, mortem & infernum. Vnde Chriſtianus etiam major eſt toto mundo; quia quod in Fide tenet, majus eſt cœlo ac terra, quùm Chriſtus major ſit, qui hoc donum in eo eſt. Hinc ea Fides juſtificat in Chriſto, ſola implet legem, & facit bona opera ſpontaneo modo *Tom.* 1. *Lat. pag.* 559. Interim tamen contrarii duces ſunt in nobis, ſpiritus & caro: Ac quo quiſque magis pius eſt, hoc plus ſentit carnis cum ſpiritu pugnam. *Id. Tom.* 4. *Lat. p.* 167. Quo igitur Theologus ſuam carnem magis evincere laborat, eò major fit in ſui melioratione, quod D. Paulus Tim. & Tit. monet, velut & inde gratioſior publica adſtruitur ædificatio. Nec minus etiam ad hoc unicè tenentur, juxta eundem *D. Paul.* 1. *Tim.* 3, 2, 3. ut ſit irreprehenſibilis, unius vir uxoris, vigilans, temperans, compoſitus, hoſpitalis, aptus ad docendum: non vinoſus, non percuſſor, non turpem quæſtum faciens; ſed æquus, alienus à pugnis, alienus ab avaritia.

Sic itaque vita & doctrina maximam utilitatem exhibent cunctis, ſi benè conjungantur, nec quid debet ex ethnicismo ſubmiſceri, quùm ſimus Chriſtiani. Ideoque Chriſtianam, non ethnicam expetamus in Politica Rempubl. Iehova optimum, non ethni-

ethnici, præſcribit Reipubl. modum, qui unicè ex verbo ejus addiſcendus manet.

XCVIII. *Quali autem genere locutionis utitur Bodinus in deſcriptione Reipublicæ?*

IDem quoque de ſe ita teſtatur *d. præf.* Genus dicendi uſitatum & quietum, nec ullis pigmentis oblitum ſequuti ſumus; parum admodũ ſolliciti, num oratio numeroſa molliter in aures audientium influeret, animoſque ſuaviter permulceret, modò ſua hæc ſe facilitate ac perſpicuitate commendaret. Nec vero ęgrotantium, ut Celſus Medicus appoſitè ſcripſit: nec item civitatum morbi, verborum luminibus curantur: ac tantum abeſt, ut ardua ac ſublimia, in quibus explicandis res ipſæ verba rapiunt, nimis illuſtri ac magnifica oratione quaſi ferculis aureis ſplendidiora fieri, ut etiam talibus illecebris rerum ipſarum pondus & gravitatem elevari putem: contentus cœnare fictilibus, modò nitidis, in quibus ſint epulæ exquiſitæ &c.

Candorem ſuum ingenuum itidem in his *Bodin.* exprimit; ita non vult planè aut in verbis aut materiæ explicatione fucatus haberi; indicans ſimul, quod omnis docentis eſſe debeat proprium, ut facilis ſit in ſtilo & perſpicuus in perceptibilitate, ne quid aut invidioſe aut inſidioſe aut ſuperbe involvat, omnemque evitet adulationem. Namque uti planus ſermo, planum cordis ſenſum detegit, & ingenuitatis candidæ candidus eſt character: ita è contra adulantium linguæ, *juxta Auguſt. ſup. Pſal.* 9, ligant homines in peccatis. Dicat mihi vel Plato, vel aliquis, (*ait Ariſtid.*) pro ipſo alius, num quid ab adulatore ſit alienius, quàm veritas; aut veritatis ſtudioſo quidquam ſit ingratius adulatore? Iam

quum

quum hoc ipſum ſit falſum dicere, quid deterius?

Namque nihil eſt, quod tàm facilè corrumpat mentes hominum, ſicut adulatio. Plus enim nocet lingua adulatoris, quàm gladius perſecutoris, ait *D. Hieronym. ſup. Pſal.* Qui verò verba rebus, & res temporis opportunitati contemperat, modeſtiſſimam totius eloquentiæ regulam tenet. Illa verò copia laudem parit, cui veritas virtuti & omnibus officiis amica, conſentit. Multa ſiquidem & fallaciter loqui, nugigeruli eſt, & famam omninò negligentis, & in ſe virorum gravium provocantis odium & contemptum *Ioh. Sibar. lib. 7. Polit. c.* 12.

At Chriſtianus, non tantum ita veritati tenetur, ut ex corde ſcribat & loquatur, quid ſentiat; ſed quoq; ejus debet eſſe integritatis, ut poſſet etiam omnes ſui ſimiles ad mentis cogitata admittere, *ait Luth. Tom. 2. Germ. p.* 335.

Quod ſi conditio interni hominis conſtitiſſet Bodino, longè propius pro donis ſingularibus animi attigiſſet omnia, quæ deſiderari poſſent. Quorſum autem proſunt illi, qui tàm obſcura & ambigua imò & antiquata loquuntur, ut nihil fermè dixiſſe videantur. Si nollent intelligi, aut ſui tantum & oſtentationis propriæ cauſſa, aut in circumductionem aliorum quid ſcribere aut proferre voluerint, rectius eſſet, quod tacuiſſent.

Si aliquid optandum eſſet, nihil certè melius poſſet in vota conjici, quam quod omnes prorſus libri eſſent deleti; nec quid ſupereſſet mundo toti, præſertim Chriſtiano orbi, niſi ſola S. Scriptura ſive Biblia. In iis enim plus theſauri latet, quàm homines poſſint percipere, & neceſſitas exigit, *ait Luth. in Conc. Eccl. 3. Reg.* Namque ex quo litteratura in commercium abiit, & ſaltem papiro ac libris inſeritur, nuſquam fermè in corde humano invenit locum

pietas

pietas & virtus; ſed ſaltem ad linguæ uſum ſinguli quid præſtant. Si ulterius quid exigas, nemo domi habitare cupit in facto virtutis ſanctæ: Ita inania undique invenias crepitacula, quum quiſque id ſatis eſſe putet, ſi ſit papyro inſcriptum, quod cordis pietatem repræſentare debebat.

XCIX. *Quur verò Bodinus ſuos libros potius Reipubl. quàm Politicæ titulo inſignire voluit?*

QVùm ipſe confiteatur, quod in hoc tractatu præcepta aut decreta Politica connotarit & expreſſerit, poſſet quidem Politica dici: Sed tamen quùm ille reddat rationem, quæ non eſt abſimilis ei, quàm Sigonius de Cicerone refert *in Fragm. ad 6 lib de Republ.* nimirum quod iſtud, quicquid ſit, poſteaquam paululum à bellis conquietum ſit, de Republica conceperit, fortè ad imitationem Ciceronis librum hoc titulo affecit. Marcus Cic. enim, *inquit Sigon.* quùm in patriam revocatus, unde injuſtè lege Clodia fuerat pulſus, non magis ſe ſibi, quàm Reipubl. in qua tum dignitate, atque auctoritate florebat, reſtitutum exiſtimaret animum ad præcepta de Republ. danda, Platonis potiſſimum, quem unum ab ineunte ætate fuerat imitatus, exemplo convertit. Itaque 6 libros ſcripſit hos, quibus nihil eruditius, nihil ornatius eſſe potuit, in quibus optimam Rempubl. ſive optimum civitatis ſtatum, quàm copioſiſſimè, atque ingenioſiſſimè potuit, informavit. Quum autem Rempubl. rem populi eſſe conſtituiſſet, quomodo bene & juſte regatur, ſive ab uno Rege, ſive à paucis optimatibus, ſive ab univerſo populo per ſuos docere voluit: tum verò optimam eſſe Rempubl. quæ ex his tribus generibus, regio, optimatum & populari, modicè eſſet confu-

ſa,

ſa, concluſit. Hoc autem non in his ſolum libris; ſed etiam *in 2 de Divinat.* ſcriptum reliquit, &c.

Ipſe auctor *in præf. lib.* talem undique ſe ſiſtit, ut quaſi eodem genio cum Cicer. duci videatur, quum fermè eadem ſit locutio; niſi fortè etiam hoc ſubindigetare ſimul voluerit de ſtatu Reipubl. quod ad populum ſpectet, & quum ſui Regis regno accommodare principaliter voluerit, ſubindicavit ſimul, quod Reges non ex ſe tales ſint, ſed quod dignitatis locum ſolummodo ex populo habeant. Velut *David Pſal.* 78, 70, 71, 72. id clarè oſtendit in ſuo exemplo, quomodo populi cauſſa à Deo electus ſit, ut eum rectè curet, non ſibi & ſuis vivat voluptatibus. Elegit, *ait*, Davidem Iehova ſervum ſuum, aſſumens eum ex caulis gregis. A tergo fœtarum duxit eum, *NB.* ad paſcendum Iacobum populum ſuum, & Iſraëlem poſſeſſionem ſuam, qui pavit eos pro integritate cordis ſui, & ſumma prudentia manuum ſuarum deduxit eos.

Aliàs tamen auctores inſcriptionem apponere ſolent, ut indicet ea, quæ principaliter in eo libro continentur; vel etiam ex fine interno denominationem ſcripti formant, uti heîc factum, res ipſa loquitur: Nonnunquam auditoris attentionem titulus excitat, velut ipſe quoque aliquoties innuit auctor haud obſcuris verbis. Vnde patet, quod ſatis juſta hujus tituli ratio ſibi conſtet.

C. *Quo conſilio & cujus impulſu, ac quo ordine uſus eſt, & num ſatis decenti convenientia hunc tractatum perſcripſit?*

NVllam aliam ob cauſſam, ſe hunc tractatum conſcripſiſſe, quàm quod ex intuitu turbatiſſimi ſtatus in regno Galliæ, quædam auxilia poſſet adhibere, quibus morboſiſſimum & ferè in ruinam ſui vergens

Digitized by Google

vergens corpus poſſet ſanari, ipſe confitetur ſatis ſollicitus in hoc opere, ut ſupra tetigimus. Senſu enim hoc didicerat per aliquot annos, quænam corpori ſana abeſſet forma, & in primis quomodo diſcordia cum violentia imperium tenuiſſent. Proinde finem quidem ſuum in præſuppoſitis ſibi expreſſit ſecum tanquam civis & vir bonus: Sed ulterius progredi debuiſſet, tanquam Chriſtianus ad pietatem in dilectione proximi, quum nervus finis hujus unicè in hoc conſiſtat: quod ſanè turpiter ab omnibus omittitur. Quomodo igitur vera conquirant tales media? Externa reſpexit ſaltem. Ideoque ex eo termino reſtituendæ unanimitatis & concordiæ, Medicinam aut medium huic morbido iſte corpori totius patriæ applicandum putavit: velut ipſe loquitur: *in d. præf.* Franciſco Duce præmatura morte, acerbiſſimoque totius Galliæ caſu nobis erepto, quum & otio liberiori frui licuiſſet, & ad minuendum animi dolorem, vix ulla medicina reſtaret, operi manus admovi. Igitur interpretandi religione ſoluti, nonnulla detraximus, plura emendavimus, plura etiam adjecimus, & ea, quæ de Iure Majeſtatis deque Magiſtratuum officiis, Imperio, Poteſtate, quæ item de Iure Feciali minus accuratè vel obſcurè ſcripta videbantur, facilioribus illuſtravimus & rationibus & exemplis: Caput etiam integrum, quod res ipſa poſtularet, de ordinibus civium, diſputationi de corporibus & collegiis ſubjunximus. Quam quidem ad rem illud efficere ſtuduimus, ut reſponderent extrema primis, media utriſque, omnia omnibus: utque alia ex aliis nexa, & inter ſe apta, colligataque, eadem ſerie cohærerent. Sic enim facilius intelligi poſſe putavi, non ſolum quæ quamque rem res ſequatur; verum etiam quid cuiq; conſentaneum ſit.

In

In his ſatis dilucidè ſe declarat, quàm curioſus in diſpoſitione methodica totius libri fuerit. videlicet quod cuique docenti maximè incumbit, ut non tantum ordine quid dicat, ſed etiam captui auditorum ſeſe accommodet, id ſedulo ſe obſervaſſe pronunciat, ut ita extrema primis per media connecteret. Finem quidem externum, velut ipſe juxta communem gentium opinionem ſecum ſibi conceperat notorium, præſuppoſuit; ideo quomodo ejus media, ſubjecto ſuo politico applicaret, ſummi artificii loco ſibi habuit; quod etiam proprium officium boni Politici rectè arguit, ut in eo nihil ſit deſiderandum: Si tamen verè ultimus ipſi finis, qui omnibus & maximè Chriſtianis competit, in mutua ſocietate viventibus, cognitus in obſervatione debita fuiſſet, procul dubio exactius omnia determinaſſet & ordinaſſet, uti mox infra in exordio libri patebit.

Nemo etenim ſibi ipſi vivit, ſed omnes à Deo conſtituti ſumus in hunc mundum in utilitatem proximi, & quidem talem, quæ ex amore vero profluat. Namque *ait Luth. in Ser. Ec.* 14. *Trin. d.* Charitas & Fides eſt verè vita Chriſtiana, in compendium redacta; non opus eſt heic varietate, doctrinæ abundantiâ & librorum copiâ. In duobus iſtis omnis cardo vertitur. Charitas & Fides totam eſſentiam Chriſtianiſmi complectitur & abſolvit. Fides accipit, & charitas diſtribuit: Fides hominem ad Deum perducit; Charitas ad homines eum educit. Per Fidem benefacta à Deo accipit; per Charitatem benefactis ipſe afficit homines.

Quippe qui rectè credit, à Deo omnia habet, & jam beatus eſt diveſque: unde nullius amplius rei indigus eſt; ſed quodcunque vivit & agit, hoc ordinat in emolumentum proximi, & mediante Charitate

tate id diſtribuit,quod Deus ipſi largitus eſt per Fidem. Ita deſuper haurit per Fidem cuncta,quæ heic inferius per Charitatem perficit. *Id. d. l.* Amor proinde hoc ſibi peculiare habet,quod cogatur beneficentiam undique exercere, etiam erga extremum hoſtem. *Id.Ser.Eccl. ad Col.3.* Ideoque ubi dilectio & fides expirant, ibi mundus & diabolus regnant. *Id.l.ad Rom.12.*

Vſque adeò omnis Chriſtiana doctrina, opus & vita breviter, dilucidè & abundanter comprehenſa eſt in binis partibus, Charitatis & Fidei, per quas homo inter Deum & proximum ſuum conſtitutus eſt tanquam medium,quod deſuper accipiat, & heîc in inferiori loco iterum diſtribuat accepta, ac quaſi inſtrumentum ac canale fit, per quod fons cœleſtis benignitatis abſque intermiſſione ſe in alios homines effundit.*Id.Serm.Eccl. Epiſt.Tit.3.feſt.Nativ.* Sed ut omnia paucis complectar: Fides ſive regeneratio efficit nos filios Dei, & loco Dei eſt heîc: At Charitas nos efficit ſervos amabiles hominum in mutua converſatione,& ſe inſtar ſervi ad omnia promptî habet. *Id.Ser.Eccl.Rom.12.*Nemo enim Chriſtianorum ſui cauſſa proprii vivit, ex ordinatione Dei. Inde condemnata ſit cujuſq; vita,quæ ſibi vivit ſoli. Namque quodcunque vivitur heîc, propter alios & proximum quemque vivitur, *Id.Con.19.Trin.* Quis eſt qui hoc recte intelligat?

CI. *Quæ verò libri eſt hujus diviſio, aut in quot partes dividitur iſte tractatus Bodini?*

VT eo faciliorem auditoribus ſuis rerum cognitionem faciat, dividit ille librum totum in ſex partes,& unamquamque partem ſive libellum iterum in certas ſuorum digeſtiones membrorū, juxta ratio-

rationem materiæ & ſubjecti diſſecat, quæ capita aliàs paſſim ab aliis quoque dicuntur.

C I I. *Quid tractatur in primo libro, & quot capita continet?*

QVùm Reſpubl. nihil aliud ſit, quàm quædam forma, quæ ſocietatem communem aut multitudinem hominum ex ſuis familiis conſtantem legitima conſociatione conjungat, ita,ut debitis mutui amoris & dilectionis officiis inter ſe juxta ſubordinationem,quam ſumma poteſtas exigit, pie vivant, indeq; ſuam in Deo beatitudinem obtineant; proinde non tantum à principio ſtatim Rempubl. definiendam,ejuſq; verum finem,juxta ſuam opinionem, eruendum;ſed etiam de ſubjecta materia nempe familiis,& earum originali ſtatu,& imperio conjugali, paterno,& herili agendũputavit, quæ tractatio uſq; ad finem cap.5.excurrit.Poſteà verò quùm explicandæ eſſent ipſi primæ & immediatæ Reipubl.in coagmentationem juxta gubernationis modum colligendæ partes,ut inde imperium in ſubditos conſtaret, & civitas ritè exoriri poſſet,à capitis 6 initio uſque ad finem iſtius libri de civibus peregriniſque; qui majeſtatem ſive ſummam potentiam comiter obſervare tenentur, egit,cõmiſcuitq; ſimul doctrinã de differentia urbis,civitatis & Reipubl.eãrumq; appellatione.Quæ verò de ſubditis adhuc reliqua erãt, rejecit ad lib.5. progreſſurus hinc ſtatim ad Iura altiora donec ſe ad Majeſtatem ipſam ejuſque Iura convertat: ubi de ſubordinationibus principum ſimul diſquiſitionem cap.9. interſerit,ut hinc tandem concluſionem de proprietatibus Iuris Majeſtatici conficiat.Atque ita 10.capitibus librum primum abſolvit.Quæ verò ſumma cujuſq; capitis ſit;ſuo loco rectius explicabitur inferius.

CIII. *De quibus rebus agit in ſecundo libro?*

POſtquam ita monſtrando deduxit, quænam eſſentialia requiſita pertineant ad Reipubl.conſtitutionem ſolidam,& quomodo gubernatio ſummæ poteſtatis, ſive imperium in ſubditos extendi legitimè per ſua poſſit Iura, protenus ſed hoc libro ſe ad Rerumpubl.formas ſive ſpecies convertit,in quibus tamen ſic procedit, ut ſemper facilioris cognitionis ductum obſervet. Ideoque capite 1, in genere agit de Rebuspubl. Quia verò ſumma poteſtas maximè in tribus ſpeciebus ſua ſummitatis Iura exerit, eas ordine ita explicat, ut potiſſimum locum ex naturæ dictamine adſcribat Monarchiæ, quam ſatis accuratè perveſtigat materiam, adeò, ut etiam ejus abſolutum non tantum examinet dominium, & in quibus conſiſtat, quoſque habeat limites; ſed etiam ejus oppoſita valdè ſcite explicat, & cauſſam tyrannidis ſatis dilucidè tangit, unde & tandem in quæſtionem deducit, an liceat manus tyranno inferre? Quæ etiam hodiè quæſtio multorum torquet animos. Hæc ita de hujus ſpeciei regimine quatuor capitibus abſolvit; & duobus ſequentibus percurrit Ariſtocratiam & Democratiam,cuiq; materiæ ſuum proprium caput deſtinans, ut ita liber iſte 7 capitibus abſolvatur.

CIV. *Quid vero libro tertio agit?*

QVando ſumma poteſtas in dictis ſpeciebus, propter amplitudinem regiminis, ſuis perpetuis indiget ante omnia conſiliis, deinde vel vicariis vel adminiſtris, quum multi vel omnes in Ariſtocratia aut Democratia, nequeant omnia ſubire munia; inque Monarchia partim non ſufficiat quis, partim ob majeſtatis reſpectum prohibeatur, officia quævis adminiſtra

niſtrare; Idcircò ſtatim ordinis cauſſa iis, qui jura majeſtatis habent ſubnectit ſenatum veluti pręcipuam Reipubl. partem, ubi ſimul de Senatorum virtutibus, numero, & conſiliorum varietate, conſtantia, & modo vera conſilia capiendi & materia deliberanda, votis, ſuffragiis & decretis, auctoritate, ſenatus conſultis & rogationibus ad populum diffuſe agit. Hinc ſe ad alias publicas perſonas ordinarias velut officiales ſive officiarios; & extra ordinarias, ceu ſunt Curatores tam pacis quam belli tempore convertit, quos ita informat, ut noſcant, quæ fidei cura pro boni publici ratione illis competat. Vnde & his conjungendos putavit magiſtratus, vicē ſummæ poteſtatis ſuſtentantes. Magiſtratus enim coguntur ſummæ poteſtatis juſſa ſequi, utpote cujus eſt vetare, & jubere. Et quum heic alios Majores, & alios Minores faciat, eorum ordines & dignitates ſatis perſpicuè recenſet; nec minus eorum differentias, quibus à Principe & privatis diſtent, & quomodo in communicata auctoritate à Majeſtate dependeant, & quid in abdicatione eorum notandum ſit, deſignat. Vt verò certi ſint de voluntate ſummæ poteſtatis legibus opus eſt, quæ illius juſſa & voluntatem tum magiſtratibus, tum etiam ſubditis declarant. Vnde hæc ſunt proxima media, quibus Reſpublicæ rectè inſtituuntur & gubernantur: Quapropter in reliqua parte libri 3. hujus à cap. 5. uſque ad cap. 8. de iis ſollicitus eſt Auctor noſter, quæ ſpecialius de Magiſtratu erant dicenda, quomodo ſe non tantum erga ſubditos & privatos quoque in demandato officio ſe gerere, ſed etiam inter ſemetipſos ad ſe invicem imperii & officii adminiſtratione quid præſtare, adeoque in quibus corporum, Collegiorum, & Vniverſitatum curām juſtam, quibuſque modis ex his commoda communi ſaluti

creare, & incommoda avertere debeant. Donec tandem ultimo capite in ordinibus civium & eorum ſervis, nec non utriuſque conditionibus, dum cives in plebejos & nobiles, item ordinem in militarem & togatum dividit, librum hunc concludat; ut ita 8 capitibus totus iſte diſcurſus conſtet & finiatur.

C V. *Quæ verò res in libro quarto pertractantur?*

SIcut artes fermè omnes duplicem finis ſui reſpectum habere ſolent, ut non tantum rem ſuam propoſitam conficiant, ſed etiam in confectione conſervent, damna removeant, &, ſi quid violentiæ quacunque via ſit illi illatum, id reficiant aut morboſitatem eradicent, quantum fieri poteſt: Ita etiam non ſecus Politicus duplicem hunc intentionis ſcopum ſibi habet propoſitum, Conſtitutionem ſcilicet, & conſervationem Rerumpubl. earundemq;, ſi labefactatæ fuerint, reſtitutionem, in quem finem non ſaltem veras conſiderat Reſpubl. ſed & prolapſas. Quumque, dicente *Iuſtin. de concept. ff. parag.* 4. qui ſubtiliter factam emendat, laudabilior ſit eo, qui primus invenit; non minori opera incumbendum eſt Politico in reſtituenda Repub. quàm conformanda. Idque perſequitur Bodinus ita in hoc libro, ut non tantum juxta rationem anatomiæ de ortu, incremento, amplificatione, ſtatu conſervationis; ſed etiam de converſione & morbis, eorumq; cauſſis & inclinatione Rerumpubl. & medelis ſit ſollicitus, quo diſcamus corruptam Rempubl. iterum corrigere, aut, quod optimi eſt medici, matura præſervatione antevenire, de qua proviſione maximè cap. 2. agit, & potiſſimum cap. 3. præcipitantiam aut ſubitam mutationem in ſtatutis ac conſuetudinibus diſſuadet,

ſuadet, ponitq; ante oculos quanta ſubſint pericula. His pertractatis, in ſequētibus cap. uſq; ad finem libri diverſis quęſtionibus & caſuū explicatione rem omnem dilucidiorem reddit; atque primò agit de eo, Num pręſtet, quod magiſtratus ſint perpetui, an mutabiles? uti ita deciſionem format, quod Monarchiam maxima ex parte perpetuam & reliquas annuas Polyarchicas velit, modificatione exiguâ adjectâ. Dehinc Machiavellicum oppugnat, ubi quæritur, num ex uſu Reipubl. ſit, quod Magiſtratus ſint concordes, an potius in diſſidio mutuo ſint retinendi? Poſtea ſe ad auctoritatem Pincipis convertit, ubi quęritur an conſultum ſit ejus Majeſtati, ut judicem agat, & cum ſubditis colloquiā conferat? ubi ſeductiones multorum ſatis expeditè ex Verbo Dei & exemplis S. Scripturæ exagitat, quum Deus ipſe docuerit Principes, quomodo ſe gerere debeant, ut amari & metui poſſint pacis tempore; aut etiam motus ſubjicit, & diverſas quæſtiones format, An Princeps in bellis civilibus poſſit eſſe alicujus partis Dux, & ejus cauſſam fovere: idem de civibus quærit bonis, Num ſe alicui parti adſociare tutò poſſint? Et demum unde medicina conveniens huic malo in diſcordiis civilibus applicari queat, ut in metum & ſubjectionem debitam revocentur; quibus 7 capitibus ita librum concludit.

C V I. *De quibus autem rebus & materiis agit in libro quinto?*

QVamvis de iis, quæ ad univerſam Reipubl. conſtitutionem, ejuſque converſionem faciant, ſuperioribus libris ſufficienter quidem egerit, tamen priuſquam latius abeat ad ſubjiciendum cætera, quæ adhuc requirebantur, conſequens putat eſſe, ut explicet ea prius, quæ ad naturam populi in quovis

loco rectè cognoſcendam ſpectant; cui materiæ ita inhæret nonnihil prolixius,ut etiam monſtret rationes & ſigna,ex quibus qualitas cujuſq; populi poſſit internoſci. Namque, quum genius & clementia cœli non ſit eadem in omnibus terrę regionibus,ideo vult, ut bonus Politicus rectè hæc obſervet, ne peccetur in formando Reipubl. vero ſtatu, & legibus componendis;ſed ita omnia adornentur,ut cum natura locorum & populorum ingeniis quandam habeant congruentiam. Hinc occaſionem ſumit,ut nonnulla poſſit ſupplere,quæ ſuperius in converſione & everſione prætererat: ubi confert paucorum opes & divitias cum multitudinis inopia, & docet quomodo heîc præcaveri poſſit, ne ex æmulatione, invidiâ, aut alio vitio cauſſa ſubverſionis in Republ. exoriatur. Ac ſi fortè aliqui proſcribendi ſint petulantiores, quorſum bona eorum convertenda veniant,quærit;num propinquis illorum,aut potius Reipubl.? Inde de pręmiis & pœnis in Republ.decernendis agit,ut honor iis attribuatur,qui digni verè ſint, ne in contumeliam aliorum abripiatur indigna diſtributio: Et quum talia ad animoſitatem civiū ſpectent,& præmia maximè ex bellicis artibus promanent,quærit hinc,an magis conducat Reipubl.ut civitas ſit benè munita,an verò ut incolæ & cives bellicæ fortitudini adſueſiant continuis exercitiis? Ex qua occaſione progreditur ad Ius feciale, & plenius ſimul agit de fœderibus & tractatione pacis,ac quomodo quis in Neutralitate ſe conſervare poſſit, explicat; ubi tutiſſimam omnium cautionem judicat eſſe, ut ſcilicet finitimorum Principum mutua conſenſione imperium per ſeſe tueantur, & à bellis ſociorum prorſus abſtineant; nec minus etiam notabilia ponit de differentia ſponſionis, fœderis, pacti, & pacis; & ubi hæc exemplis declaravit

ac

ac illuſtravit, ſexto capitulo libro huic finem addit.

C V I I. *Quæ verò res in ſexto & ultimo explicantur libro?*

VT ad primariam methodum revertatur, in hoc libro plenius de iis agit rebus, quæ Reipubl. in gerendis negotiis civitatis nervum procurent legitimum. Supererat enim ipſi ærarii & Iuſtitiæ cura, ſine quibus manca & mutila eſſet Reſpubl. futura, nec quidquam rectè poſſet in aut extra civitatem expediri. Proinde non tantum de bonis & locis publicis agit, ſed etiam quomodo verè rei cujuſq; æſtimatio & cenſura fieri debeat, quę inde contributiones, penſiones vectigaliaq; poſſint confici, ut ærarii reditus exditeſcant; ubi ſimul 7 genera ærarii conſtruendi ponit, & inprimis commercio multum attribuit, ſique ex hoſtibus ſpolia poſſint conquiri, in qua materia admodum eſt diffuſus, donec etiam explicet quęnam poteſtas rei nummarię competat, quibuſq; legibus nummorum depravatio præcaveri & averti debeat, ut in florenti ſtatu & reſpectu digno Reſpubl. conſervetur. Tandem his ſubjicit, poſtquam de comparatione Rerumpublicarum inter ſeſe, earumq; utilitate potiori, & de regali civitatis genere cap. 5. quomodoq; nec à ſorte, nec à ſuffragiis, ſed à ſtirpis claritate pendere & duci id debeat, abundè egerat; quomodo conſummata perfectio harmonica juſtitię temperationi regimini ſit cuiq; applicanda, ubi pluribus cap. 6. & ultimo tria juſtitiæ genera, in proportione Geometrica, Arithmetica & Harmonica conſiſtentia, deducit, atq; quomodò tribus Rerumpubl. ſpeciebus legitime applicentur, monſtrat, ſimulque Ius fiſci includit, quidq; ibi cavendum ſit monet, ne incommoditates & turpitudines apud ſubditos quid

virium ſumant; ſed Reſpubl. quævis à ruina ſui feliciter libera conſervari queat. Quibus ita peractis, totum opus abſolutum ſtatuit ſuum, 44 capitibus in univerſum comprehenſum.

CVIII. *Sed quæſo, num Methodus hæc juſta, bona & huic diſciplinæ rectè accommodata eſt?*

Methodi omnis ratio in eo exiſtit, ut nobis noſtroq; intellectui proximè inſerviat, ut eò facilius rem uti eſt in ſua natura percipiamus, ac ſecundum eam cognitionem ſimul quàm optimè & convenientiſſimè, id perficiamus, quod rei natura efflagitat ſibi, aut ipſa actionis neceſſitas poſtulat. Inde nō incompte agunt, qui proceſſum in tali forma duplicem faciunt, quùm methodus nihil aliud ſit, quàm via quaſi, qua progredimur in cognitionem rerum quàm convenientiſſimè acquirendā: unde aut juxta ductum naturę quid eruitur in inſtitutione, ac Compoſitio dicitur; vel ex fine propoſito media ita diſponimus, ut omnes horum partes pro conſecutione iſtius finis nobis inſerviant: proinde etiam ex uno notiore progredimur ea via in inventionem & explicationem alterius; quæ dicitur Reſolutio. Quod ſi jam tota diſciplina ita fuerit formata, ut ſemper reſolutione utatur, methodum univerſalem appellant; ſi verò in aliqua parte obſervetur ea ratio, particularem dicunt. Non rarò enim ob varias occaſiones & commoditates, in partibus quiſque auctor mutat ordinem, ut modo compoſitione, modo reſolutione utatur, prout cuiq; commodum quid videtur; præſertim liberiorem diſpoſitionem ſibi vendicare ii ſolent, qui vel ipſi aliquid invenerint, aut praxeos artifices ſe norunt. Omniū autem utiliſſimè illi procedūt, qui definitionis benę ductum & diviſionis naturam ſequun-

ſequuntur,ut evitetur confuſio,quæ ordini adverſatur.

Excellentiora tamen ingenia,prout libertati ſe deſtinant, diſcurſu liberiori ſuas proponere ſolent informationes,nec ſe alligari patiuntur ad certas regulas,modò rem pro nutu rectè declarent,quod ubivis fermè in Theophr.& aliis videre eſt; qui potius res, quàm ornatum diſpoſitionis exactæ reſpiciunt. At Bodinus noſter non ſine cura ad definitiones & diviſiones reſpexit,& interim ſimul exempla ſimiliaq; pro faciliori & firmiori illuſtratione,explicatione & perceptione rei interſeruit, ut eo magis vis & nervus cujuſque loci pernoſci poſſit,quod adeò in longum materiam quamq; ſæpius deducit, ut occaſionem præbeat quæſtionibus nonnullis,quæ explicandæ inde veniunt, ut ſequentibus obſcuritatem adimant ſuam. Ac licet aliquoties hoc ſedulò inculcet, quod totius doctrinę hujus pertractatio in vera cõſtitutione & adminiſtratione ſolida Reipubl. conſiſtat;tamen quum in libros 6 totius operis materiam diſtribuiſſet,non ſempèr ſe in iſtis terminis continere potuit, quin cuique loco interſereret, quæ magis viderat informationi fundamentali accommodata. Proinde rectè fecerunt alii,qui hoc ex ipſius monitis obſervarunt,& ad uſum hujus diſciplinæ confirmatiorem in ſuis libris pertraxerunt,ut ordo inde conveniens,quem Bodinus detexit,ritè ſe exereret. Non enim boni viri,multò minus Chriſtiani eſt,ſed prorſus maligni & invidi,ea diſſimulare velle, quæ ex aliis addidiceris, aut deſcriptione tibi vendicaris. Quamvis autem ſint,qui ſuo ſapiant ita ſibi ingenio, ut multa invertant, multa in mancum & mutilum ſtatum traducant : tamen omnium abſurdiſſimè faciunt,qui protſus contra omnem facilioris cognitionis rationem, & ipſius doctrinæ conſtitutionem,

Politicæ ita portentoſe diſtortam methodum in ejus diſpoſitione involvere ſolent, ut nec finis ſcopum rectè attendere noſcant.

CIX. *Quinam illi ſunt, qui ita portentosè Methodum doctrinæ Politicæ diſtorquendo involvunt?*

MAximè ſunt ii omnes, qui fundamenta Reipubl. non intelligunt, & unde ea petenda veniant, ignorant. deinde ſunt quoque qui in ipſo limine impingunt & id pro ſubjecto Politicæ habent, quod nullatenus eſt à principio, ſed tandem acceptâ ſuâ formâ Reipubl. effectum exprimit; veluti hinc adeò miſerè peccant, qui civitatem pro ſubjecto accipiunt, & inter ſubjectum ac effectum diſcernere verè neſciunt, quùm pannus & veſtis non ſint eadem in diverſitate notoria, nec pannus poſſit dici veſtis, antequam artifex & ſartor ſuum prius panno applicarit laborem in forma veſtimenti conſuēda. Vnde errores non exigui undiq; profluunt, ſi tàm craſſus fiat lapſus à principio. Sed omnium errorum maximus in diſpoſitione & intellectu Politices eſt, quem illi delinquunt, qui ex ignoratione veri finis, qui ante omnia conſtare debet cuivis ſolido Politico, tres partes ita conſtituunt Politicæ, ut primam civitati, quaſi ſubjecto deputent; alteram fini, quem Reipubl. adſignant, & tertiam mediis: quum tamen finis prænotio externi faciat, ut internus ſubjectum declaret, ac monſtret, cui media ſint finis iſtius applicanda, ut inde juſta reſultet in effectu ſuo civitas, quæ vitam Iehovæ dilectam cuivis in eo porrigat, & ſalutem ſingulorum publicè tueatur. Multitudo enim & ſocietas mortalium eſt, quæ mediante Reipubl. ſtatu obtinet ſuam felicitatem, ex cujus reſpectu introducta eſt Reſpubl. Longè rectius facit Bornitius, qui ex Bodino noſtro, officium boni

Poli-

Politici obſervavit in quatuor conſiſtens partibus, nempe in fundanda Republ. conſervanda, amplificanda & curanda, unde etiam totidem partitionibus Politicis ſuum conſcripſit librum, ut Politicus heic ſcita habeat, qualem Medicum in uſu & experientia exercitatum volunt omnes, qui circa complexionem humani corporis verſantur. Itaque omnis, quicunque ſuis conſiliis Reipubl. manum adhibere & opem præſtare velit, hoc modo ſe gerere debebit, ceu bonus & exercitatus medicus humani corporis ſalutem curat, ut conſtitutio ejus in vigore cõſervari, valetudo corroborari, aut à morbis liberari & reſtitui ſuæ queat ſanitati. Quare, quùm multũ interſit inter ſyſtema doctrinæ, & uſum officiũq; utentis, omninò hæc in confuſionẽ pertrahi non debent; aliàs nulla ratione de pręceptis quid rectè percipi poterit, multò minus quid ſolidè doceri, præſertim ſi ſcaturigo fontis in ſacris & Verbo Dei nõ reſpiciatur, quod omnes ii faciunt, qui ethnicorũ opinionibus ſe ſapientes fingere non deſinunt, abſq; Spiritu Dei ſibi regnum ſapientiæ in meris habitibus confingentes.

CX. *An verò res omnes Politicas Bodinus his 6 libris complexus eſt, & plenè explicavit?*

MAgna quidem eſt amplitudo Politicæ, & Reip. formatio cuncta in ſe continet, ut ea cõplectatur, quæ ad pietatis & ſalutis publicæ curam pertineant, quomodoque communis converſatio ſocietatis humanæ in ſuis propriè terminis ad Dei gloriam propagari & promoveri valeat. Si ita Reſpubl. non inſtituatur, nunquam veræ proprietatis ideam in ſe exprimet; ſed erronea erit, & conceptui Dei aut voluntati ejus nullatenus congruè conveniens. Namque ea tantum Reſpubl. in mundo vera dicenda eſt, quæ in Verbo Dei ſua ſortitur fundamenta, ut nil ad ullius excuſationis prætextum faciat,

quicquid de diſciplina Politica hodierna afferre ſolent, quod nunc eò longius evagetur, quò plura per ætatem innovata, & prioribus adjecta ſint. Quod arbitria hominum indies nova officia, novas dignitates, novos terminos ex diverſitate linguarum ſibi confingat & introducat, novos honores, novasque conſtitutiones, in Iure fiduciario, feudali, aliisq; innumeris particularibus pro conſuetudine firma, cum capitulationibus ſuis adſumat, nil ſanè ad rem facit. Etenim hominum errata, & phantaſticæ ſpeculationes, quæ ex regno animali augmenta cotidiè ſua ſumunt, prout quiſque aut ambitioni, aut invidiæ, aut avaritiæ, aut iræ eſt deditus in nullis Dei conceptum æternum, & radicem conſcientiæ ſubvertere poterunt; ſed ſeſe potius perfodiunt, & ab omnis gratiæ cœleſtis firmitudine excludunt.

Quippe vera Politicæ idea etiam in natura & apibus formiciſque latet depicta, ſi rectè inſpectionem quis adferat heic ſolidam. Ita naturæ miracula in devinctione mutua undique patent, & quomodo alterum ab altero harmonicè pendeat, ut meritò huc referri debeat, quod Salomon Rex adſeverat, nihil novi ſub ſole fieri. Homines quidem ſui lapſus in actionibus ſuis ſtolidis caſus varios conficiunt ſibi, an verò propterea culpam quis in Deum transferat? Iehova non vult, ut homines peccent; ſic etiam non vult, ut Rempubl. ex avaritiæ ſuæ aut ambitionis vindictęvè ſtudio ſibi ullam forment, indeq; novas fingant dignitates, nobilitatis modos & fucata talia; ſed ut in veritate & amore mutuo omnia ſuſcipiant, & ab omnibus falſis axiomatibus rationis propriæ abſtineant.

Velut etiam falſiſſimum eſt, quod ille ait, *L. Grach. C. de adult. c. qui peccat. 23. quæſt. 4.* Dura quidem

dem lex eſt; ſed tamen ſic ſcripta: & qui ſecundum legem pronunciat, non peccat. Imò maximè peccat, qui non prius legem ad normam Verbi cœleſtis ex mente & voluntate Dei examinat, priuſquam juxta duritatem legis quid pronunciet. Tam enim qui duram legem ſcripſit, quàm ille qui juxta falſitatem legis judicat & quid exequitur aut curat executioni mandari, in Deum peccat granditer, nec coram facie Dei in extremo judicio exculpationem ſui ullam inventurus eſt.

Quocirca licet ſatis nervos plurima, quæ ad Reipubl. curam ſpectant in ſingulis partibus, pertractarit; tamen non potero abnuere, aut ire inficias, quod nonnulla omiſerit, quædam etiam ob copiam nimiam ſtrictim tetigerit; uti de libertate, conſuetudine, educatione, inſtitutione, Religione, commerciis, &c. Vix quid ex propoſito agit, aut prælibare ſtudet, quæ tamen ſat fuiſſent neceſſaria: Si ad Verbum Dei & ejus normam talia revocaſſet, procul dubio profundius nonnulla introſpicere ipſi datum fuiſſet, & facilè obſervaſſet, quomodo ad nutum Iehovæ vera Reipubl. forma accommodari poſſet; Quæ undique ad eum modum reducenda eſt, uti in Hierarchiis ſe amor mutuus unicè exerit.

Quò igitur magis huc refertur ad Angelorum regimen Reſpubl. hominum, eò etiam propius ad voluntatis divinæ veritatem ſe conformat, atque evadit perfectior: E contrà verò quò magis ab hac norma abit; eò ferventior in malignitatem, diſcordiam & falſitatem ruinamque ſui erumpit.

CXI. *Num verò ejuſmodi Hierarchiæ & regiminis ſtatus, etiam inter Angelos datur?*

DE hac quæſtione nonnihil actum eſt quidem in *Vniverſ. Int. Reipubl. noſt. lib. 1. cap. 2.* Sed

 quùm

quùm valdè notabilia ſint, quæ *Teut. Theodid. in Myſt. Mag. cap.* 8. habet: ejus verba pro reſponſione hujus loci apponere libet, quùm fundamentum ipſum monſtret, quod alias alii fruſtra ita operosè quærunt.

Creatio Angelorum, *inquit*, exordium habet: Aſt virtutes, ex quibus creati ſunt, nunquam ullum habuerunt initium; ſed ſimul in generatione æterni initii extitêre: Non quidem ita, quod æterna, aut in ea quidquam ſint Trinunitate; ſed ex manifeſtato Verbo æternitatis conſtant, ex æterna denſa ignis & lucis lucidæ natura, nempe ex appetentia divinæ manifeſtationis concepti ſunt, & in creaturales imagines producti. Iehova, qui Spiritus ineffabiliter limpidiſſimus, proprio motu per ſe & ex manifeſtatione ſua in diverſos induxit ſe Spiritus, qui ſunt voces & habitus æternæ progenerantis ſuæ Harmoniæ in manifeſtato ejus Verbo magnificè exultantis gaudioſi regni. Illi ſunt inſtrumenta, per quæ Spiritus Iehovæ in lætitiæ ſuo regno luſus gratioſos exerit: Illi ſunt ignes & lucis flammæ, ſed in vivido & intellectuali regimine. Quippe virtutes potentiæ divinæ in illis ſimili modo ſe habent, ceu idea hominis eas repræſentat, ſicut *Iohan.* 1. dicit: vita hominum erat in Verbo: ita quoque vita Angelorum in Verbo ab ipſa æternitate fuit. Etenim *Matth.* 22. *verſ.* 30. apertè hoc habetur: In reſurrectione ſunt ſimiles Angelis Iehovæ, (*intelligite homines.*) Ac velut cum manifeſtatione divina per æternam naturam principales formationes intelligimus: Ita quoque Principes Angeli cum multis legionibus, præſertim autem cum tribus Hierarchiis juxta proprietatem Sanctiſſimæ Trinitatis & juxta 3. Principia percipiendi ſunt, quùm hoc omne in univerſum prorſus negari queat.

Vide-

Videlicet una Hierarchia intelligitur juxta mundum tenebricoſum cum regno Luciferi, qui ſemetipſum in illum præcipitavit: Altera verò intelligitur in & cum lucis igneique amoris mundo; Ac tertia cum myſterio mundi externi, cum quo internus ſe manifeſtando expreſſit.

Vnaquæque Hierarchia ſuum Principale regimen & ordinem continet: Veluti tenebricoſi illa mundi in ira & furore Dei Iehovæ: illa autem ſanctæ lucis in amore vivido & lucido Iehovæ;ac illa externi hujus mundi in magnis Iehovę mirabilibus juxta amorem & iram ejuſdem. Illi incolæ tenebricoſi mundi geſtant nomen ingentis irę Dei, juxta proprietates æternæ Naturæ in fervore iræ:Aſt Angeli illi in lucido mundi amore, geſtant nomē Sanctiſſimi Iehovæ Domini Zebaoth, velut divinæ potentiæ:Ac illi in creatorum mirabilium mundo externo, geſtant nomina manifeſtatarum virtutum externi mundi, nempe planetarum, ſtellarum & 4 elementorum.

Illi in tenebricoſo mundo regimen ſuum exercent in natura manifeſtati furoris, nempe in proprietatibus Iræ Dei, & Principale regnum in iis obtinent.

At illi in Sancto Lucis mundo, regnant in virtutibus triumphantis mundi; nempe in maximo ſanctitatis & gratioſitatis regno, ubi degunt in mirabilibus glorioſæ & ſanctæ Sapientiæ: Ac illi in hoc externo, Regentes exiſtunt virtutum, ſtellarum, & 4 Elementorum, & ſuam quoque principalis regiminis Rempubl. fovent, imperiumq; tenent in mundi regia regna, & Ducatus pro defenſione adverſus divaſtatorem ſævientis furoris. Vnaquæque regio ſuum habet Principalem defenſionis Angelum cum ſuis legionibus.

Hi quoq; ſunt Angeli imperantes 4 Elementis, igni, aëri,

aëri, & aquæ & terræ; atq; omnes ſunt ſaltem ſpiritus inſervientes magni illius Iehovæ, dimiſſi ad inſerviendum iis, qui ſalutis æternæ hæredes ſunt futuri, uti ſcriptum eſt in Pſal. Angelus Domini eos munimine cingit, qui timent Dominum. Ipſi ſunt Iehovæ præfecti, & miniſtri in ejus regimine & republ. qui motus habent ſuos.

Quippe Iehova non ſe movet unquam niſi in ſe ipſo: Quoniam verò manifeſtatio ejus æternæ & externæ Naturæ quaſi in lucta viget; inde quoque tenebricoſi mundi ſpiritus impugnare non deſinunt ſancti mundi Spiritus & Angelos, præſertim adſiduè infeſtant homines, qui in malo & bono extant manifeſtati. Propterea Iehova alterum altero oppoſuit, ut ejus gloria manifeſtetur tam in amore ejus quàm in ejuſdem Ira. Namq; veluti nos homines in terris Imperia & Reſp. noſtras fovemus; ita quoq; Superiores ſub ſyderibus ſuas tenent Reſpubl. Tam ſimul Oleaginei ſpiritus in Elemento aëris quàm ignei in Elemento ignis. Vniverſa profunditas inter ſtellas & terram plena eſt, nec quidquam vacuum exiſtit.

Vnumquodq; regimen, ſuum proprium obtinet principium, nec refert, licet maximæ parti mortalium ridiculum hoc videatur, quùm externis hiſce oculis talia in aſpectu non valeamus attingere, nec eò penetrent noſtri craſſiores radii: quum tamen nobis eſſet id conſiderandũ, quod noſtri oculi non ſint illius eſſentiæ & proprietatis, ut hinc nullatenus in hoc corporis ſtatu talia perluſtrare aut concipere valeamus. Quippe non in illorum vivimus principio, proinde prorſus nequimus eos adſpicere. Nam velut in manifeſtatione divina divinarum virtutum & potentiæ unus gradus ex alio exurgit, & uſq; ad extremam manifeſtationem prodit: ita quoque res cum Angelis concipienda eſt nobis. Non ſunt omnes ſan-

cti, qui in Elementis habitant. Namq; ſicuti fervor ęternę naturę in tenebricoſo mūdo manifeſtatus eſt; ita etiā in hoc mundo externo juxta ejus proprietatē.

Tum quoque externi mundi ſpiritus non omnes æternitate donati ſunt; ſed partim tantum ex initio, qui naturale in ſpiritu magno mundi externi exordium & originem ſumunt, & ſic etiam per naturam tranſeunt, nec quid niſi umbrā ſui relinquunt, veluti omnium reliquorū animantium in terra. Quodcunque non ſanctum Elementum primum, & æternum mundum igneum attingit aut adſequitur, illud omne abſq; æterna eſt vita: quia originē ex tempore ſumit: Ac quodcunq; ex tempore originationem ſumit, ab eodem conſumitur, niſi ęternum quid temporali incluſum foveat, ut ita ęternum illud temporale æternaliter conſervet. Namque æternum non habitat in tempore: Ac licet temporalem aliquatenus induat & mutuetur ſibi eſſentiam; tamen æternum in æternitate ſua habitat in ſemetipſo, ac hoſpitium præbet temporalitati ſaltem; temporale autem in tempore ſuo habitat, & ſibi ſic eſt hoſpitio ſuo.

Simili modo hæc de hominis anima, ſpiritu & corpore accipienda ſunt, ubi anima ex æterno, & ſpiritus rationis aſtralis cum corpore ex tempore conſtat, quum tamen in corpore temporis æternum quid ſit, quod proh dolor in Adamo æterni luminis vigorem deformavit abolitione, ſed per Chriſtum regeneratione reſtauratur.

Vanæ ſunt cogitationes hominum, qui ſibi imaginantur, quod Angeli ſupra ſydera extra hunc mundum ſuam habitationem ſibi conſervent: ratio ſtulta ſibi talia confingit, quæ nihil de Deo intelligit. Extra hujus mundi regimen & Rempubl. in originatione ſua quidem habitant; nec minus tamen in loco hujus mundi, licet in æternitate non ſit locus ullus. Lo-

cus

cus hujus mundi,& locus extra hunc mundum illis unum idemq; eſt :Quia exordium originationis hujus 4 Elementorum cum conſtellatione ſua unum conſtituit locum. *In interno verò nullus habetur nec datur locus ; ſed omnia univerſimodè ſe habent totaliter.*

Quodcunque ſupra aſtra extra hunc mundum exiſtit, id quoque in interno extat extra 4 Elementa in loco hujus mundi ; aliàs enim Iehova eſſet ſibi ſeparabilis. Mundus Angelicus eſt in loco aut capacitate hujus mundi interno modo, atque originationis iſtius abyſſus ſunt tenebræ magnæ, ubi Diaboli ſuam obtinent Rempublicam,quæ neq; aliquo loco concluſa tenetur : quia ipſorum locus ſimul æternitatem continet, ubi nullus datur fundus ; niſi quod ipſorum mundus & ejus vigor proprietaſque fundus ſit eorum habitationis ; velut externæ noſtræ humanitatis habitationi 4 Elementa ſe exhibent : Ita quoque illi in tenebris ſuis Elementum quoddam poſſident, quod juxta rationem tenebrarum ſuas obtineat proprietates : Alias Iehova quoque in furoris ira eſſet ſeparatus ſibi.

Namque ubicunque ego poſſum dicere: Heîc eſt Iehova in Amore ſuo : ibi quoque poſſum id proferre: Heîc Iehova in ira ſua adeſt;ſed unum ſolummodo id ſeparat Principium. *Quemadmodum nos homines oculis noſtris non cernimus Angelos & Diabolos, quùm tamen circa & circum nos ſint undique : cauſſa hæc eſt, quod non in noſtri mundi originatione & regimine habitent, neque hujus mundi proprietatem obtinent, in qua habitaculum contineant.*

Exordium cujuſque mundi originationale eſt limitis terminus, ex quo unus in alterum non

valet

valet proſpicere. Quippe Diaboli in originatione cœleſti ſunt planè nihil, quùm non habeant quidquam ex ejus originatione in ſeſe, ac licet aliquid haberent; tamen inſtar mortis in iis occluſum manet: Quemadmodum ferrum candens eſt, dum fervore candet, tam diu igneum eſt in igne; at ſi ignis extinguatur, in ferrum tenebricoſum abit: ita etiam in Spiritibus his iſtud accipiendum eſt. Simili modo Angeli in tenebris inſtar nihili ſunt: In tenebris quidem ſunt; ſed eas non cernunt nec ſentiunt. Quodcunque Diabolis pœnam creat; illud Angelis gaudio eſt. Ita etiam quodcunque Diabolus beneplacitum excitat; hoc omne averſantur Angeli. Magnum interſtitium inter hos & illos viget, quod totam regenerationem determinat, & complectitur. Nam quid alias lucem à tenebris ſeparare poteſt, quàm generatio viſus aut apparentiæ.

Lumen quidem habitat in tenebris, at tenebræ non illud comprehendunt *Ioh.* 1. *&* 3. Similiter uti externi ſolis lumen in tenebris hujus mundi habitat & ſplendorem excitat, nec tamen tenebræ illud apprehendunt; Si tamen lumen ſolis diſcedat, tunc tenebræ manifeſtatæ apparent. Sic nec heîc aliud interſtitium profunditatis adeſt, quàm generatio oſtendit talis. Nec aliter quid de æterno lumine quid accipiendum eſt, aut de æternis tenebris iræ Dei.

Omnia unicum fundamentum continet, quod Iehova eſt. Sed ſeparatio tamen in diverſa abit principia & proprietates: quia Sacra Scriptura ait: Sanctus Iehovæ odorem præbet ad vitam; (intelligite ſanctam divinamque vitam, nempe in virtute lucis) & contra impius Iehovæ odorem bonum ad mortem præbet, id eſt furori,

velut

velut in tenebrioſi mundi eſſentia, originatione & regimine. Namque ſancti mundi Deus, & tenebricoſi mundi Deus non ſunt duo Dii aut duplices; ſed unus eſt Iehova; qui ipſus eſt & exhibet cunctis rebus eſſentiam omnem.

Ipſe eſt lux & tenebræ, æternitas & tempus, principium & finis, cœlum & infernus, &c. Vbicunque ejus amoris eſſentia in obſcuro latet, ibi ira ejus manifeſta eſt. In multis rebus ſimul Amor & ira in æquali pondere & menſura ſunt, quod in hujus mundi ſubſtantia invenitur. Iam verò juxta lucem ſuam in amore ſuo ſolummodò Deus vocatur, & non ſecundum tenebras, nec juxta externum hunc mundum; etiamſi ipſe omnis ſolus ſit: inde conſiderandi tamen ſunt gradus, quomodo ii ex uno in alterum profluant. Namque neque de cœlo, nec de tenebris, neque de externo hoc mundo id proferre poſſum, quod Deus ſint: nihil eorum eſt Deus, ſed ejus formatum & pronunciatum eſſentiæ Verbum, ſpeculum Spiritus Dei, &c.

Neque tamen ſubſtantia hæc à Spiritu Dei ſeparata eſt, nec tamen ſubſtantia hæc comprehendit Deitatem. Quemadmodum corpus, ſpiritus, & anima unum ſunt, nec tamen unum eſt alterum: vel ſicuti ignis & aqua, aut aër & terra ex una Origine, nec tamen unum eſt alterum; ſed diverſimodè ſe habent; ſunt tamen inter ſe conjuncta, & unum abſque altero nequiret eſſe quidquam: Ita quoque omnia de eſſentia divina, & potentia divina ſunt percipienda. Virtus & potentia lucis in Dei amoris igne, & potentia in tenebris eſt Dei iræ ignis, & tamen unicè unus eſt ignis; ſe tamen in duo dividit Principia, ut unum in altero manifeſtum fiat: quia flamma iræ eſt manifeſtatio vehementis amoris. In tene-

bris

bris lux agnoſcitur, alias ipſi non eſſet manifeſta.

Ita quoque hoc nobis percipiendum eſt, quod boni & mali Angeli ad invicem habitant, & tamen immenſurabile ſpacium intercedit. Namque cœlum in inferno eſt, & infernus in Cœlo; nec tamen alterum alteri manifeſtum eſt. *Ac licet diabolus centeſies millies millena milliaria ad irruptionem cælorum adſumeret, ut in cælo figeret pedem, tamen maneret in inferno, nec cerneret illud.* Ita ſimul Angeli non cernunt tenebras. Quia ipſorum viſus nihil niſi mera lux eſt, in virtute Dei. At Diabolorum viſus nil niſi tenebræ ſunt in ira Iehovæ.

Simili modo ſe res habet cum Sanctis, & cum impiis hominibus à corpore ſolutis. Quapropter quùm Adami viſum divinum, in quo Adam ex virtute Iehovæ videbat, amiſiſſemus, inde ajebat Chriſtus, oportet vos de novo regenerari, alias regnum Dei videre non poteritis.

Creatio Angelica nobis de Spiritu ignis intelligenda eſt, ubi voluntas abyſſi ſe in fundamentum inducit, & ignea cum progeneratione Verbum æternaliter proferendum ſive Vitam manifeſtat, nempe in Primo Principio, ubi Spirituale regimen per ignis progenerationem manifeſtatur. Ex hoc Spirituali igne originem ſuam ſumunt omnes Angeli, velut ex ſpeciebus ad ignis originationem. Quippe ex igne ipſo nihil creari valet, quum non ſit ſubſtantia: aſt ex proprietatibus ad ignem pertinentibus creatura in appetitu, nempe in Verbo Fiat apprehendi & in creaturalem formam proprietatemque introduci poteſt.

Ideoque tàm multiplex copia Angelorum eſt: imo tot diverſa miniſteria & officia diviſorum ſunt.

Ac

Ac veluti tres ſpecies ad ignem ſpectant; ita 3 quoque ſunt Hierarchiæ, atque in iis quæque ſuam gerit principalem Rempubl. ſive regimen, & 3 quoque mundi involutim ad invicem inſtar unius, qui 3 Principia aut Exordia conficiunt. Etenim unaquæque Proprietas æternæ Naturæ ſuos habet gradus; quum in ignis fulgore exortum ſuum diſſeminent; Atque ex iſtis gradibus differentia Spirituum procreata eſt. Hinc per creationem Angelorum, aliorumque Spirituum nil aliud percipiendum eſt nobis, quàm quod ineffabilis & inperceptibilis Iehova in manifeſtatis ſuis proprietatibus ex iiſdem ad vividas creaturas produxerit eos, quibus gradus tales adimplevit, atque in eorum proprietatibus ſuos exercet admirabilitatis luſus, quùm ſint quaſi chordæ ejus in omnipotenti pronuncianti Verbo, nec non omnes ac ſinguli in ingentem Harmoniam ſui æternaliter pronunciantis Verbi ſint directi, ut ita in omnibus gradibus & proprietatibus vox inexplorabilis Iehovæ manifeſta & nota fiat.

Cuncti in laudem Iehovæ creati ſunt. Quodcunque enim vivit, hoc in pronunciato Verbo vitam fovet. Angeli in æterna pronunciatione, at temporales Spiritus in repronunciatione aut repercuſſione Vocis ex formatione temporis, quaſi ex ſono temporis; ſed Angeli ex ſono æternitatis velut ex voce manifeſtati Verbi Iehovæ.

Idcirco nomina diverſorum graduum geſtant in manifeſtata voce Iehovæ; unde & unus gradus præ altero Sanctior eſt: Propterea quoque Angeli in ſuis choris ex virtute divinæ potentiæ diſcriminati ſunt, ac longe Sanctius officium iſte præ altero adminiſtrat; ſicuti exemplum perſpicuum eſt in muneribus Sacerdotum veteris Teſtamenti eorumque

rumque ordine; quod ad modum Angelicum inſtituebatur; licet terrenum eſſet; tamen Angelicus intellectus ſub eo latebat, quem Iehova ſibi in futuro Iheſu juxta humanas proprietates effigiebat, & in præfiguratione cum eo quaſi cum Iſraele luſum exerebat ſuum, ut eſſet figura futuri æterni, quod Iheſus iſte ex Iehova reparabat, & in humanam proprietatem reducebat denuò; quæ cuncta ratio hæc externa, aut intellectus ejus litteris nitens nunquam cognovit nec intellexit.

Iam verò, quùm tempus natum ſit, & exordium finem ſuum rurſus invenerit, mox manifeſtabitur, ut atteſtatio luculenta adſit omnibus populis, quod ſic eloquitur Spiritus mirabilium Dei, &c.

Magna in his auctor iſte myſteria loquitur, quæ jam inſtans tempus, de quo omnes Prophetæ & Apoſtoli multa ſunt atteſtati, deteget. Quis enim abnegare auſit *D. Paul. & D. Iohan. in Apocalyp.* teſtimonium aliorumque ſanctorum, quod de univerſali Chriſti regno, uti ultimis deſtinatum temporibus ſit, toties prænunciando omnibus gentibus prædicarunt? Et quiſnam mortalium ſibi tale gratum non exoptaret tempus, dum Babylonica confuſio nos cunctos ita miſerè perdidit? Exite ex Babylone, exite, clamat Angelus, *Apocal.* 18. & diſcedite ex ea, dum tempus inſtat, ne participes fiatis peccatorum ejus, & ex plagis ejus accipiatis.

CXII. *Quid igitur eſt Babylon, & quid per eam determinatur?*

LIcet S. Script. ſatis id declaret paſſim, & ipſa vocis declaratio idem cõmonſtret, quod ſeparationẽ, diſſo-

diſſolutionem, & inde exortam commixtionem aut confuſionem determinet, quùm homines à naturæ lingua ſe ad proprium intellectum rationis cœcæ converterint; atque hinc quaſi à vero Deo Iehova diſceſſum fecerint, ut ſuam quiſque conceperit ſibi ſecum de Deo formam, ceu loquitur Sacra Scriptura, qualis eſt populus, talem quoque ſibi Deum fovet: quippe omnes mortales una utebantur lingua & elocutione; ac inter ſe invicem colebant vitam uniformem; quam contentio de Dei cognitione diſſolvebat ita miſerè; ut teſtatur *Sac. Phil. in d. lib. cap.* 35. Attamen ex hac introducta cauſſa diſtractionis mentium humanarum facilè conſtat, quod Babylon nil aliud ſit, quàm Regnum Antichriſti, quum ita de Babylone & Antichriſti regno eadem habeatur paſſim querela in Verbo Dei.

Quàm latè igitur ſe averſio mortalium in confuſione linguarum à Deo extendit, tàm longè etiam Antichriſti regnum pervagatur terras: *ceu Sac. ille Phil. d. lib.cap.*36. ſedulo id nobis inculcat, dicens: Rectè hoc ita percipite, quid Antichriſtus ſive Babylonica illa meretrix cum Draconico animali, uti in Apocalypſi videre eſt, propriè ſit. *Quiſque mortalium, qui non renatus ex Deo eſt, notam animalis & meretricis falſæ ſecum geſtat.* Namque animal nihil aliud eſt, quàm homo Chamicus animalis, &c. Meretrix, animalis eſt ratio miſeram animam in vanitate captivam ducens, quæ ſuo propriæ voluntatis motu à Deo tam turpiter ſe abruptam confregit, &c. Vnde miſerè capta anima in hoc animanti conſtricta jacet, ut imagini Dei ſe reſignarit turpiſſimè, &c. Meretrix iſta nequam inſidet animali Monſtroſo homini, & equitem agit adeò ferocem, ut inde partim diabolica, partim brutalis ſit:

Hæc

Hæc mortificari debet, ceu ſpurius monſtroſaque progenies; aut anima non poteſt liberari, & hæres regni Chriſti fieri, ut rurſus faciem adſpiciat Iehovæ, &c.

Animalis hæc voluntas ſe devium egit à Deo, & inde regimen ſibi in adſpectibilitate Dei attribuit, ut ſibi ſuus ſit Deus proprius. Hinc adeò miſerè totus confunditur mundus in ſua ſuperbia; præſertim ſi rationis ſuæ cœcæ ſophiam nanciſcatur Ductricem ad quævis prolubia, quæ pietatis ſuæ & Iuris proprii pallio veſtit. Verum quùm ſit hæc Babylon tota Deo & Chriſto in ſuitate ſibi contraria, de ejus divaſtatione & exitio toties admodum ſeverè agit S. Scriptura *Levit.* 26,42. *Deuter.* 4, 29. *&* 30, 2. *&* 1. *Reg.* 8. 46. *&* 2. *Paral.* 6, 24, 37, *Eſa.* 4, 1. *&* 13. *&* 14. *&* 21. *&* 40, 1. *&* 47. *&* 48, 20. *Ierem.* 12, 15. *&* 31, 9. *&* 32. 37. *&* 50. *&* 51, *Ezech.* 11, 17. *Dan.* 9, 2, 25. *Baruch.* 6, 2. *&* 4, 27. *Apocal.* 14, 8. *&* 16, 19. *&* 17, 1. *&* 18, 1. *&c.*

Quod verò tàm multa de beſtia & meretrice Babylonica ſcribantur, ait Sac. Philoſ. *d. l. & c. d.* cauſa hæc eſt, quod manifeſtari debeat in fine, & exitium ejus adſit certum, &c. Quod ſi in lapſum ſuum detrudi debeat, neceſſum eſt, ut ſectæ quoque & imagines ejus concidant unà cum beſtia cui inſidet meretrix. Quiſque mortalium ſuæ opinionis imagines in ſeſe deſtruat: ac niſi id faciant; hoc ira Dei perficiet, &c.

Si Antichriſtus in anima moriatur, tunc Chriſtus in ea reſurgit, &c. Ideo audi, *inquit*, ô eximiè ornata & coronata Babylon, plena mali coram Deo & Angelis ejus; Audivimus Angelum clamantem; eruatur hæc civitas cum ſua turri meretricia:

in ruinam incidit cum animali, quum à ſupremo Iehova ita ſit judicata.

Civitatem Dei nunquam videbis in æternum, niſi liberi tui maculatum exuant pannum, & à ſe abjiciant, ac ad Iehovam toto corde convertantur. Iſti & ejuſmodi cernent quidem eam: reliqui autem omnes, qui aureos ſibi pollicentur montes, in quibus honores, aurum, & voluptates diſtribuuntur, eorum nemo quid obtinebit, quod illum recreet in hujus Reipubl. ſtatu, &c.

CXIII. *Num verò univerſalis Reipublicæ Chriſtianæ idea in hoc mundo expectanda?*

BAbylonis & confuſionis in Rebuspubl. finem inſtare certum, ex ſuperioribus patet; ad reliqua *D. Paul. Rom.* 11, 23, 24. reſpondet ſatis apertè. οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, τὸ μυστήριον τοῦτο &c. Non enim volo, vos ignorare, mei fratres, myſterium hoc, ut ne ſitis apud voſmetipſos elati animo, quod excœcatio ex parte Iſraëli acciderit, donec plenitudo gentium advenerit, & ita totus Iſraël ſalvus erit. ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion ille, qui liberat, & avertet impietates à Iacob, &c. *Eſa.* 59. 20, 19. Quod ita filii Abrahami in mundo penitus disjecti vivant, *ait Sac. Philoſ. d. lib. cap.* 37. in cœcitate & obſtinatia ſua commeriti ſunt, donec gentium tempus ſit completum. Noluerunt Dominum gloriæ agnoſcere; ſed ſibimetipſis ſcandala confecerunt ſua. Quando autem in ſe reverſi fuerint, radici reſtituentur implantati: non quod è radici planè ſint ejecti; ſed oportet eos cœcos eſſe, ut lumen eorum ethnicis fulgeat, donec itidem gentes in lumine hoc cœcutiant Abraha-

brahami,ſicut & reverà cœci jam ſunt: tunc lumen Abrahæ ex radice ſua & ſtemmate reſuſcitatur, & omnibus ſplendet paſſim populis: tunc quoque Iaphetus in Semi habitabit tabernaculo, & Iſraël ad apertum gratiæ fontem adducetur cum omnibus populis terræ, circa quem tamen adhuc omnes gentes cœcutiunt: Sed tempus jam appropinquat, & lux iſta apparuit auroræ, quibus datum eſt eam cernere. Aſt meretrix Babylonica quidvis occœcavit, ut populi cuncti ſub nocte ambulent: ejus laſcivia coram Iehova ſtat, qui illius malitiam perdet, quâ cœlum eſt adeò commaculatum: Quòd certe in tua mox videbis ebrietate, quod indicat Spiritus mirabilium ex propria ſua radice.

CXIV. *Vnde autem tam diuturna occœcatio eſt & remora circa veram Chriſt. Reipubl. reſtitutionem?*

HOc amor ſui & litteralis inde prodiens ſapientiæ ſuperbia facit. Quapropter hoc tibi ſit dictum, Babel, *ait Sac. Phil. in lib. de Myſt. Mag. cap.* 39. tu inequitas in dracone conceptæ ex parte diabolica & ex parte animali linguæ, quam ita foves in proprio verbo & voluntate, nec fidem Abrahæ tenes in concepto & verbo apprehenſo, quod Homo factum eſt: ſed tu ſaltem cum canibus ululatus edis tuos, & tamen cum canina voluntate tua in aliena progenie Abrahæ hæreditatem ambis. Sed Iehova ita alloquebatur Abraham: miniſtræ tuæ filius, non erit hæres; ſed ille qui ex lumbis tuis procreatus fuerit, qui ex Fide juſtitiæ nova prodit creatura, ille erit Dei hæres; non ancillæ filius, nempe illud introductum craſſum terrenum Ens ſerpentinum, &c. Ejuſmodi figuræ, *ait idem d. l. cap.* 46.

*cap.*46. mundo fermè mutæ manſerunt, uſque ad ultimum hoc tempus, atque hoc ex Iehovæ reſervatione, quùm ita planè carnalis & vanus in ratiocinatione ſua eſſe velit, ac margaritæ hujus protenus nauſeam ſibi ſumat, quam vix agnitam pedibus ſtatim conculcat. Inde coactus eſt Iehova, ut cum hominibus per imagines & parabolas ageret, ſicut idem quoque præſtabat Chriſtus. Quum in terram deſcenderet, hæc & ejuſmodi myſteria cuncta in ſimilitudinibus proferebat, propter hominum indignitatem. Quod verò jam manifeſtari debeat, iſta non exigua eſt cauſſa, de qua omnes Prophetæ locuti ſunt, quod nimirum ad ſonum ultimæ tubæ conſummari debeat myſterium Regni & Reipublicæ Dei, & præparari oporteat Sponſa Chriſti, nempe prudentes virgines, quæ Iehovæ in apparitione obviam ibunt. Ita indicatur dies Chriſti adventus, quo, cum nova civitate, nova Hieroſolymitana affulgebit, & Sponſam ſuam domum ducet.

Proinde ante hoc tempus neceſſum eſt, ut regnum Chriſti ex ſuis imaginibus enucleetur & manifeſtetur penitus: Atque iſte erit lapſus carnalis vitioſi hominis, ut homo peccati manifeſtetur, *uti D. Paulus* de eo vaticinatur, quod filius perditionis manifeſtari debeat coram omnibus terræ populis, linguis & loquelis; quodque animal cum meretrice in abyſſum expelli oporteat: id eſt, quando regnum Chriſti manifeſtabitur, tunc carnalis homo cum beſtia ſua & meretrice univerſo mundo judicabitur ignominioſiſſimè; florebitque Chriſtus paſſim ſolidiſſimè *2.Theſſal.*2, 3, 4. regnaturus in æternum, de quo etiam aurei Pſalmi Davidis Iehovæ Regis hæc ſequentia habent, in primis quum ſuum Filium Salomonem informans, de Regno

Chriſti

Chriſti futuro ſimul ea, quæ nunc inſtant, ſanctè vaticinaretur.

Paraph. in Pſal. 72. Lud. Cr.

Beatiſſimi Regni ſancta initiatio Salomoni inſcripta.

I. *O Ihova Regi judicium tuum*
Et æquitatis trade modum tua:
Fac Regis ut proles perenne
Iuſtitiæ foveat tribunal.

II. *Vt plebis æquus pectora temperet,*
Cauſas egeni protegat integer;
Ac ante ponat juſtiorem
Divitiis inopem ſuperbis.

III. *Frondente montes vertice nobiles*
Pacis miniſtrent dona minoribus:
Exempla colles Iuris almi
In populo generoſa figant.

IV. *Dum judicet quid, pauperis erigat*
Stirpem jacentis, legibus eruens
Idem Severus mollentes
Cuncta doli temerare pravis.

V. *Hunc gens timebit poſtera perpetim,*
Dum nota viſet ſydera Lucifer:
Et multiformis Luna curſu
Noctivagos moderatur ignes.

VI. *Ceu flagitatus vellera molliter*
Humectat imber, gemmea recreat
Vt gutta blandi roris æſtum
Pulvereum ſitientis arva.

VII. *Florebit ejus temporibus pius*
Iuſtusq; ſemper: Pacis amabile
Felixq; terris curret ævum,
Dum properat vaga Luna menſes.

VIII. *Rex iſte habenis imperii reget,*
Hinc inde quantum cingitur æquore;
Quantumque decurrunt ab ortu
Ad tumidi maris ora rivi.

IX. Hunc ante pronus concidet Aethiops,
Hoſtes, in ipſo pulvere ſordidi,
Vultum refingent, oſculantes,
Quam pedibus premit ille, terram.

X. Reges, profundum qui trabe navigant,
Franantque vaſti murmuris Inſulas,
Aurum rependent; ſacra thuris
Dona ferent Arabes, Sabai.

XI. Et qui coronant ſe diademate,
Curvato honorem poplite deferent;
Illiq; gentes univerſa
Subjicient famulare collum.

XII. A vi potentum namque tuebitur
Infirmiores, ac opis indigos
Clemens levabit, ne malorum
Imparibus rapiantur undis.

XIII. Solvet ligatos compede fœnoris;
Cadi vetabit per violentiam
Trahiq; egenos, quos honorum
Nominibus decorabit amplis.

XIV. Ipſius proborum ritè animas dolis
Diriſque technis expediet bonus;
Et ſanguinem cenſebit horum
Aeſtimii precio perennis.

XV. Rex quippe ſecum vivere pauperes,
Auri Sabai torquibus indutos
Donabit: illi laude Regem
Afficient, humeriſq; tollent.

XVI. Meſſes opima per juga montium
Creſcent in altum; flatibus aeris
Qua verberata tàm ſonabunt,
Quàm Libani crepuère frondes:

Terraq; ſurgent uberis incola,
Ut gramen agris naſcitur herbidis;
Quos fontis humor, vel cadentis
Urna rigat pluvioſa nubis.

XVII. Sit nomen ejus nobile cantibus,
Quod eſt Parentis Filius optimi:
Et quàm diu ſolis vigebit
Splendor ovans radioſq; ſparget;

Gentes

Gentes beabit Nomine cœlico,
Et univerſos aurea fauſtitas
Ad ejus immortale Regnum
Terricolas revocabit ore.

XVIII. *Hinc prædicabit quilibet hunc ſibi:*
Laus ſit Iehovæ perpetua undique:
Sit laus Deo noſtro Iſraelis,
Qui ſua mira operatur unus.

XIX. *Sanctumque nomen perpetuò illius*
Quævis ſonet per ſecula gloriam
Cujus per orbem ſempiternam
Angulus omnis ubique clangat.
Amen. Amen.

Paraphr. Pſal. 108.

Divina Virtus ſola, maxima, & efficacisſima, univerſaliſque.

I. *VIgore cordis totius ad tuas,*
O Ihova, laudes abripior mihi:
Ad Te canendum mens anhelat,
Ceu fidium id meus ardor urget.

II. *Exurge tu proin jam mea Pſaltria,*
Cum nablio, dum primula lux micat;
Proferto cantum: manè ſurgam
Ante vagos Orientis ignes.

III. *Devotus inter terrigenas tibi*
Grates ſonabo pectore fervido;
Interq́; cunctas, Ihova dulci
Carmine Te celebrabo gentes.

IV. *Longè remotos quippe benignitas*
Cœli receſſus exuperat Tua;
Et veritas tranſcendit ipſas
Aethereæ regionis arces.

V. *Te celſiorem ſydereo exere,*
O Ihova, tractu; lampade gloriæ
Fulgente ſplendeſcas per omnem
Circuitum, ſpaciumq́; terræ;

Digitized by Google

VI. Vt liberentur ritè periculis
Cunctis, amico quos animo fovet;
Sis dextera adjutor fideli,
Aure proceſq; meas capeſſe.

VII. De monte cœli jam loquitur Deus,
Quod lator ardens: Partiar hinc ſimul
Arvum Sichemes, atque vallem
Metiar undiferam Suchoti.

VIII. In fruticetis eſt Gilead meum;
Sic & Manaſſes depicto mî locum;
Stat verticis vis Ephraimi:
Iuda tamen ducis arx manebit.

IX. Pelvim Moabi ſubjicio mihi;
Vexilla Idumes finibus inferam,
Cum calceamentis; Philiſta
Gens Domino pariet triumphos.

X. Munita ſed quis ducet in oppida
Me diſſipatum? Quis comitem pium
Seſe exhibebit, ut reducar
Ad loca tuta vagans Idumes?

XI. An, Ihova, non id Tu facies, prius
Nobis repulſis, qui fueras gravis
Irâ? Tibi quur arma ſordent
Militia clypeiq; noſtri?

XII. Ah, quaſo, nobis porrige opem tuam,
In rebus arctis, quando calamitas
Eſt tanta: prorſus vanitate
Quippe ſalus hominis laborat.

XIII. O Ihova, tecum perficitur piis
Res quæque facto perfacili; velut
Et ipſe conculcabis hoſtes
Qui tibi ſub pedibus reſiſtunt.

Pſal.

Pſal. III. Paraphr.

Deo Iehovæ ſalutari ad piorum, in Republ. ejus Chriſtiana, exhortationem gratulatio candida.

I. *EX corde toto pectoris intimi*
Grates Iehovæ ſolvere geſtio,
In congregatione Patrum,
Cœtibus & populi proborum.

II. *Miraculoſi Nominis omnia*
Sunt facta Ihovæ: Talia debitè
Qui ponderat ſecum, ſtupenda
Gaudia concipit inde lætus.

III. *Quodcunque Rex hic cœlitus ordinat,*
Laudis meretur gloriam in omnibus
Summam, velut per ſêcla durat
Iuſtitia illius æviterna.

IV. *Miraculorum mnemoſynon pium*
Iſthic ſuorum conſtituit Deus,
Clementiæ patronus almæ,
Et ſolidæ bonitatis Author.

V. *Explet cibis hos largiter, & ſuam*
Concedit eſcam ritè timentibus
Illum: ſuum nec fœdus unquam
Deſerit, aut violare geſtit.

VI. *Perpes ſuæ ſed facta potentiæ*
Annunciari vult populo ſuo:
Hæreditatem ut ethnicorum
Tradat iis tribuendo cunctis.

VII. *Quæcunque dextra perficit is ſua*
Virtute, Ius ſunt, firmaq; Veritas;
Ceu lege ſtant perſcripta fixâ,
Fraude carentq; ſtatuta Ihovæ.

VIII. *Per cuncta mundi ſecula debita*
In æquitatis lance perenniter
Hæc ritè ſervantur, nec ullo
Arbitrio fidei vacillant,

IX. *Is liberando terrigenas ſuos*
Cunctis malorum cladibus eripit,
Et ipſe ſpondet, ſempiterni
Pacta quod hac maneant vigoris.

X. *Sanctum tremendo Nomine ſe exhibet,*
Grandemque cunctis: Fons ſapientiæ
Veræ iſte primus ſemper extat,
Corde timere pio Iehovam.

XI. *Intelligendo percipit omnia,*
Hoc ritè purâ qui peragit fide;
Hujusq; laus perpes manebit,
Tempore nec morietur ullo.

Finis Πρωτοπορείας.

Iohan-

Digitized by Google

Iohannis Angelii Werdenha-
gen I.C.C.

SYNOPSIS
IN
Lib. I. Iohan. Bodini
De
REPVBLICA.

CAPVT I.

I. *De quibus rebus agit, aut quid continet hêic caput primum?*

VT demonſtret Auctor de quibus rebus fundamentaliter ſit acturus, ſtatim hinc in frontiſpicio exordii laudabiliter ponit definitionem Reipublicæ; deinde de fine circumſpicit, ut eum verum juxta ſuam opinionem producat, & alios in falſitate deprehenſos commodè refutet.

II. *Quid eſt definitio?*

ESt denotatio certa & firma, per quam res nobis, pro denuntiatione intellectus, exprimitur id quod in nomine aut natura ſua eſt.

III. *Quotuplex eſt definitio?*

VTi ex hac indicatione apparet, duplex habetur, ut vel ſit Nominis aut Rei.

IV. *Quid eſt definitio nominis?*

ESt nominis explicatio aut transſumptio, quæ vocis ignotioris per notiorem conceptum declaramus aut detegimus aliis, ut interpretatione commoda ritè comprehendatur.

Digitized by Google

V. *Quid vero eſt definitio rei?*

EST denotatio rei quæ eſſentiam explicat, uti in ſua natura eſt, ut inde veritatis cognitionem rite concipiam.

VI. *Quotuplex eſt definitio rei?*

DVplex; alia eſt completa & exacta, quam & exquiſitam dicunt; alia non completa, ſive non exacta.

VII. *Quid eſt completa definitio?*

EST quæ in explicatione eſſentiæ aut rei alicujus omnes quatuor cauſſas tàm internas duas materiam & formam, quàm externas efficientem & finalem exprimit & nobis denunciat.

VIII. *Quid eſt incompleta definitio?*

QVæ vel ſaltem internas cauſſas ponit, ex quibus res ſit quædam conſtituta; vel explicat propter quid res ſit, & dicitur cauſſa definitionis; vel etiam dicit proprietates rei proximas, quæ ex ipſa indiviſibiliter dependent.

IX. *Quid diſcriminis eſt inter cauſſas internas & externas?*

CAuſſæ internæ dicuntur, quod pendeant ab externis, non tantum quia ſunt ſimul, & componunt rem effectam; ſed præſertim, quia externis ſubjiciuntur, & diriguntur ab eis ad conſtituendum compoſitum, ut etiam ſæpe inſtrumenta nuncupentur concauſæ.

X. *Quod igitur eſt officium bonæ definitionis?*

VT patefaciat eſſentiam rei, quæ competat omni, ſoli & ſemper; ob quod dicitur proprium eſſentiale: in quo maximè à deſcriptione rei diſtat. Quippe deſcriptio circumſtantias ponit, & ut plurimum

mum vel quid de re affirmat, aut negat, quod ſit vel non ſit, vel etiam quid cum relatione ad aliud exprimat; ut ſi de Deo quis dicat, quod non ſit cœlum, ſed eminentius quiddam, &c. Idcirco, quum definitio requirat explicationem eſſentiæ, ſuas obſervat regulas.

XI. *Quæ verò ſunt regulæ definitionis?*

VVlgariter hæ habentur; 1. Quod nil ſit definiendum per Metaphoricas locutiones, quùm ſaltem adumbratè & extrinſecus non propriè rem patefaciant. 2. Deinde, ut nil includat alieni, nilque excludat, & deſerat proprii; Sed 3. cum definito ritè poſſit reciprocari. 4. Ita ſit comparata, ut bona & ſolida ex ea diviſio elici queat, licet non enumeret contenta, quum illud officium ſit diviſionis.

XII. *Quid igitur eſt Reſpublica juxta Bodini definitionem?*

REſpubl. eſt, *inquit*, familiarum rerumque inter ipſas communium, ſumma poteſtate, ac ratione moderata multitudo.

XIII. *Quare hanc definitionem Reipubl. in exordio ſtatim libri ponit?*

DVas affert rationes. 1. Quoniam artium tradendarum, ac rerum omnium agendarum extremum intueri prius oportet, quàm quid aliud diſſeratur: 2. Deinde comperto & explorato fine, aditus inveſtigare, quibus eo perveniri poſſit. Nam qui rerum agendarum finem ignorat, ejus adipiſcendi ſpes vix eſſe poteſt.

XIV. *An verò Reſpubl. eſt finis Politicæ?*

FInis quidem eſt, non autem externus; ſed internus & opus ipſum hujus doctrinæ, quæ tota in praxi conſiſtit, & eò omnino derigi debet, ut finem

Digitized by Google

verum ultimum per ſua legitima media obtineamus. Finis enim iſte revera ſe habet inſtar metæ & termini, ad quem omnia media collineant, quæ non pro veris agnoſci poterunt, niſi ad finem hunc obtinendum ſint idonea & conducentia. Ideoque & finis iſte, rectè ab aliis principium artis nuncupatur, quùm omnis conſultatio ob hunc finem propoſitum inſtituatur ab artifice: uti ipſe Bodinus in exemplo jaculatoris id optimè declarat, quod fruſtrà operam ſumat, qui ſcopum feriendi, quo telum mittat, ignoret, aut obſervare ritè adſiduo oculi intuitu neſciat.

X V. *Quid intelligis per Praxin?*

PRaxeos admodum famoſum eſt vocabulum, apud eos, qui ſibi magiſterium ſapientiæ in ſuis opinionibus profanis vendicant, quod à Græcis mutuati ſunt, quibus πράττειν idem eſt quod Latinis *agere*, quaſi fruſtra ſit omnis ſpeculatio, niſi operationi inſerviat ſolidæ & veræ: quum homines omnes ad agendum, non ſpeculandum ſaltem, in quod tamen illi falſo prioritatem ponunt, nati ſimus: Veluti ipſe Chriſtus nos beatos tunc vocat, ſi fecerimus ea, quæ mandaverit. *Iohan.* 13. 17. non ſi ſpeculati ſaltem quid fuerimus; ut omnis completio vitæ humanæ in actionibus ſolidis conſiſtat. *Deuteron.* 4. 2. *&* 5. 7. *&* 6. 2. *&* 10. 12, 13. *&* 11. 1. *&* 12. 1. &c.

X V I. *Quid verò eſt propriè Praxis?*

VItam hominis actionibus veris & bonis totam deſtinatam eſſe debere, hoc quidem confitentur ſanioris intellectus mortales omnes, quibus non modò turpis veſania otii ſtultè imponit; ſed in quo verè actiones bonæ & ſolidæ conſiſtant, id undique diſtra-

diſtractiſſimè torquet ingenia paſſim; dum quiſque potius ſibi & ſuo commodo primus eſſe cupit amicus, quàm Dei & proximi. Qui autem in fuco faciendo mortalibus ex inſtinctu Diaboli ſe maximè oblectant, Praxeos ſcopum à pietate & veritate ſua ita dimovent, ut nil niſi honeſtatem fictam quaſi in operationibus ſuis reſpicere velint. Atque proinde velut pro confeſſato axiomate communi apud omnes habere volunt, quaſi Praxis nihil aliud ſit, quàm Operatio, quæ ad honeſtatem ſit deſtinata. Imò addere etiam non verentur, quod Praxis & honeſtas æquè latè pateant, quo tamen nihil falſius proferri, &, quod diriorem ſeductionem animis hominum gignat, effingi potuit. Alii Praxin dicunt, operationem à ratione regulatam, id eſt, ſi Latinius loqui veliſ, ut ait ille; Operatio, cui regulam & directionem præſcribit intellectus. Quod æquè abſurdè prolatum, præſertim ſi hoc juxta Scotum adjiciant; quod ſit nata conformiter dici rationi rectæ, ad hoc, quod ſit recta, uti naturaliter poſterior ſit intellectione. Quùm tamen poſt lapſum non habeat rationem rectam, & nil ſit niſi tenebrarum captator in umbris, ut rectè loquitur *Luth.* & nos ſuperius pluribus explicavimus: *Luc.* 11.34,35.

XVII. *Quare autem Praxis non eſt operatio talis honeſtatis?*

HOneſtatis nomen non ita cupimus exoſum, quaſi planè ex oculis removendum ſit omnium; ſed hoc maximè eorum ſententiam abominabilem reddit, & perquàm deteſtabilem, quod non tantum contra proprium hominis officium & finem verum, ob quem homo creatus & conſtitutus eſt in hunc mundum, Praxeos ſuæ acceptionem nolint latius extendendam, quàm ut conciſè ad ho-

neſtatem

neſtatem talem, qualem ipſi confingunt, adſtricta hærere debeat, nec aliter accipi poſſit aut oporteat: Sed etiam ſub ea definitione venenatiſſimas quaſque ſeductiones & infectiones animorum contectas foveant. Etenim quem miſeriorem ſtatum homini nectere poſſes, ſi ſaltem ipſius beatitudinem in honeſtatem talem deponeres? An non homo ad altiora, ſublimiora, & ſanctiora procreatus eſt, quàm illi in honeſtate ſua confingunt? Quid ſtatuas de Chriſto, qui centrum & ſcopum totius univerſi continet? Quomodo vivit ille, qui extra Chriſtum vivit, etiamſi omni honeſtatis ſchemate & habitu ſe veſtiat? An Chriſtus idem eſt, quod honeſtas? & honeſtas, quod Chriſtus? Sine me; *tamen ait*, nihil poteſtis facere: *Iohan.* 15. 5. Quare hoc? Divus Iohan. reſpondet apertiſſimo ore *Iohan.* 1. 3. Quia ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Vnde etiam Divus Paul. 2 *Corinth.* 3. 5. adſeverat, quod neque idonei ſimus ex nobis, tanquam ex nobis ipſis, ad quidquam boni cogitandum, niſi id ex Deo ſit.

Præterea in hoc maximè venenatiſſimum ſerpentis virus latet ſub iſto honeſtatis prætextu, quod honeſtatem hanc conſequi neminem alium poſſe affirment, niſi per illorum virtutes & earum crebras actiones id fiat; quùm tamen ipſi neque ſatis inter ſe conveniant, quid per Virtutem intelligi velint, aut quid ea ſit propriè; unde dicatur, ac quodnam ejus genuinum ſit genus? An ſit πάθος, an δύναμις, an verò ἕξις? Qui ex virtute habitum conſuunt, illi maxima ſe gloria totum mundum & univerſum genus mortale, ſummaque beatitudine id affeciſſe non ſaltem putant; ſed unice in eo ita jactabundè gloriantur, ut etiam non vereantur plurimos imò & infinitos de hac vana virtute conſcribere libros; quùm tamen

men illi interim ſibi de eadem tales confingant futiles regulas in exercitatione illius, quas nec ipſi in minima parte obſervent, aut unde à reliquis mortalibus ſpecialiter poſſint in præferentia dignoſci. Vnde Chriſtus ait *Matth.* 23. 4. Ligant onera gravia, &c. digito autem ſuo nolunt ea tangere. Nec igitur cum fructu quid efficiunt, ſimiles illis auditoribus Verbi, qui nil, niſi ſua curant. *Marc.* 4. 19.

Sic etiam multa de genuina & accurata Virtutis forma diſputant, quænam ea ſit, dum alii privationem extremorum volunt; quidam mediocritatem: alii congruentiam cum recta ratione; nonnulli *ὀρθότητα*, ſive rectitudinem, *Meiſ. in diſſ. de ſum. bo. c. Cor. q.* 4. ut tota eorum ſchola nihil aliud in his ſit, quàm vana cordis anxietas, quæ tandem in Phantaſiæ gyrum abit, & fundamento collabaſcit ſuo. Ex quo non tantum conditio talium hypocritarum more miſera manet. *Iob* 15. 34. *&* 27. 8. & inanis fiducia *Ier.* 7. 4. ſed etiam juxta Chriſti effatum ſunt adulteri. *Matth.* 12, 39. imò & Deo prorſus abominabiles *Eſa.* 57, *&* 58. *Zach.* 7. 5. *Matth.* 6. 16. Quia tanto ardentius in hypocriſin & idololatriam abeunt, quò longius à vera pietate abſunt, *ait Luth. Tom.* 4. *Lat. p.* 426. Quantò enim homo à Verbo diſcedit longius, tanto videtur ſibi doctior & ſapientior. *Id. T.* 1. *Ger. p.* 64. Imò in naturæ corruptione, ne quidem leviſſimo dono ſine ſuperbia uti poſſumus. *Id. T.* 1. *Ger. p.* 114.

Quocircà quicquid oratur, docetur & vivitur extra Chriſtum, eſt Idololatria corã Deo & peccatum ſummũ. *Id. T.* 3. *Lat. p.* 300. Ac ſummæ ethnicorũ virtutes, ſummæ ſunt Idololatriæ, quũ ſemper amorem ſui ſubmixtum teneant, *dicente eod.* Nulla enim virtus extra gratiam habet Deum pro fine; ſed tantum quærit, quæ ſua ſunt *T.* 1. *L. p.* 301. Si cognitio Chriſti

deſit,

deſit, omnis ſapientia eſt ſtultitia; omnis Iuſtitia iniquitas,& peccatum: quin ipſa quoque vita mors eſt. *Id.T.4.Lat.p.772.* Iſta tua ſapiẽtia,ſi extra Chriſtum es, duplex eſt inſipientia: tua Iuſtitia,duplex peccatum & impietas eſt. Paulus rectè vocat mundum nequam: quia tunc eſt peſſimus, quùm & optimus. *Id. d.l.p.16.*

An aliud judicium de virtutibus illorum ferri poſſit, aut de Honeſtate eo modo per tales virtutes obtenta? Miſera certè conditio mortalium, & tenebris ſemper calamitatibuſque ſuis involuta, quæ ulteriorem extenſionem non poſſideret,quam ad ejuſmodi honeſtatis miſeræ beatitudinem. Si neſcis,vera virtus non ſaltem nudum repræſentat habitum; ſed ipſam regenerationem cordis per Chriſtum ingreditur, & novam nobiſcum parit creaturam, ut *ait D. Paul.* *καίνην κτίσιν* *2 Cor.5.2. Eph. 2.10.15,* & *Gal.6.15.* quum omnis virtus falſa cujus centrum non pietas in Chriſto conſervet & teneat. Quapropter omninò non ſufficit ut praxis hæc ſit operatio directa ad honeſtatem, niſi pietas principaliter ſuum mereatur debitè reſpectum ſanctiorem, & ejus formatrix ſit.

XVIII. *Quid verò propriè eſt Virtus vera & Chriſtianorum?*

QVamvis iſtud non ſit hujus loci quærere; tamen ſufficiat, ſaltem indicaſſe, quod proprietas ejus maximè in eo conſiſtat, ut pravitatis noſtræ malum penitus, non fucatim tantùm ſpecie & habitu tenus, evellere & eradicare debeat; alias veræ virtutis nomen non mereatur; ſed in hypocriſi ſolùm indumenta & obtegumenta vitiis noſtris oppalliando ea generet; velut plenius id *in Ehard. Ethi. cap. 12. & in mon. Serm. Ethi. ad cal.* docuimus, quo

rectius jam remittimus cognitorem hujus ſtudioſum.

XIX. *An non igitur Politica ad honeſtatem ordinari debet?*

NOn certè eò dementiæ cum Habitualiſtis profanis deveniendum eſt, ut velimus finem talem ſolummodò obtineri debere, ſimilationis ergo, qualem illi præſcribunt; etiamſi ſaltem in intentione aut opinione abſque fructu, & conſecutione ſui determinetur: Fruſtrà illi cum Ramiſtis longè excellentioribus hanc Andabatarum depugnãt concertationem, dum heic ſubſiſtere cupiunt, ubi ſolummodo opiniones præceptorum ſufficiant, etiamſi cum piſcatoribus non capiant piſces ſæpius, quùm non ſit in poteſtate eorum captura piſcium, ſed ſaltem labor retia exponendi aut projiciendi. Ita perquam audacter & temerè potius affirmare non verentur, & dicunt finem eſſe Reipubl. externum, quem tamen omnes Reſp. non aſſequantur, ſi in iis vel prâvi mores dominentur, vel malæ leges, vel ſi omninò prolabantur. At præceptor Cornel. heic ſuo reſpondet diſcipulo: Sanè, *ait*, quoties ita diſſerere vos audio, de finibus doctrinarum, ſæpe dubitare mihi ſubit, an ſenſu aliquo communi ſitis prædití. Nam de quibus omnibus hominibus conſtare debeat, ea vos in dubium vocatis. Proinde cuinam homini etiamſi tolerantiſſimo & oviculæ meræ non exprimant bilem hæc tàm abſona?

O Veritas, hæcne audis! Sorices videte, quomodo veſtro judicio pereatis! An non hoc veriſſimum ipſi volunt; quod cauſſa qualis, etiam effectus ſit talis? Quæſo igitur, qualis erit Reſpubl. ſi malas fingat leges, mores pravos gignat, dominari ſinat, vel omninò prolabatur? An hæc verè poſſit Reſpubl. dici? Quur

Quur non potius vitiorum & criminum magiſtra & ſuſtentatrix? Quur non magis, tyrannis vel tale quid, quod rectius monſtro alicui in hac malitiæ confuſione, quàm Reipubl. adſimiletur? Quod enim veram Reipublicæ definitionem ſubvertit, id ſanè non poteſt ejus encomion aut nomen mereri.

An non eſſentiale hoc eſt Reipublicæ, ut talia media introducat, quæ omnem pravitatem à ſe excludant? Quomodo namque alias finem ſuum externum, ad quem omnia media dirigi debent, poterit verè intentum ſibi ſervare? An non is eſt finis propriè, cujus gratia fiunt, & quo referuntur omnia? An non externus finis eſt, ad quem ipſe internus dirigitur, quùm internus non propter ſe expetatur? Num igitur pravi mores, aut malæ leges quid faciant ad beatitudinem? An non omnia potius dirimant, diſſolvant, & perdant? Miſera illa iterum beatitudo, quæ talem ſortiatur Rempublicam! An non heîc melius erat diſcere ea, quæ falſo nominatam à vera diſtinguant Republ. quàm talibus futilitatum inhærere nugis? Sed habitualiſtis talibus non eſt inſolens, quod velut proterviores ethnici, quales ſe quoque hi iſtis moribus probant, veritati cœleſti oppedere audeant.

Quæſo, ſi vel honeſtatis ratio ſaltem haberi debet in Republ. quomodo malæ leges tolerari ibi poterunt, aut pravi mores? Oppidò ergo ſatis fuit dicere, aut non eſſe Rempubl. aut non eſſe honeſtatem in intentione ibi propoſitam, præſertim quùm ſummum finem Rerumpubl. in benè vivendo conſiſtere dicant. An verò alicubi benè vivatur, ubi non ſit bona conſcientia? An vero ulli ſit bona conſcientia, ubi non ſit vera pietas? An uſpiam vera ſit pietas, ubi non ſit dilectio aut verus amor erga Deum

Digitized by Google

Deum & proximum? Seligas heîc mihi, quid velis, non poteris negare, quin honeſtatis partes haud ſint inferiores.

Omnia, inquit, Divus Paul. 1 *Corinth.* 14. 40. εὐσχημόνως decenter ſive honeſtè fiant & ordine; ſicut & honorem attribui vult, cui honor ſive τιμὴ debetur. *Romanor.* 13. 7. Si omnia decenter & ordinate fiant in Republica honor redundat in eum, qui Reipublicæ fulcrum exhibet populo; at mutua honeſtas heîc non ſufficit niſi pietas amorem ſuggerat mutuam tam regentibus, quàm imperantibus. Alias etiam ſubtilia ingenia fiunt officina Satanæ, ſi ſe à Verbo Dei patiantur abduci, & nitantur ſuo ſenſu, *ait d. L. Tom.* 4. *Lat. pag.* 767. Imò ubicunque non eſt ſanguis Filii Dei, ſeu Fides in ſemen promiſſum, ibi non eſt populus Dei, licet ſit ibi lex, ſacrificia, boni mores, potentia, ſucceſſus, & quicquid ab hominibus optari aut prædicari poteſt. *Id. d. L. pag.* 587. Sicuti etiam ideò ſunt mala noſtra opera coram Deo; quia non fiunt ex Deo, nec propter Deum; id eſt, non cognoſcuntur, nec referuntur in Deum. *Id. Tom.* 1. *Lat. pag.* 134. Namque ſic ait Iehova ipſe *Ierem.* 9. 23. 24. ne gloriator ſapiens in Sapientia ſua; neque gloriator potens in potentia ſua, neque gloriator dives in divitiis ſuis: Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſe intelligere & cognoſcere me, me eſſe Iehovam exercentem benignitatem & juſtitiam in terra: quia iſtis delector.

Dictum Iehovæ eſt. Quis ſe heîc valeat exemptum ſtatuere ab hoc univerſali mandato Iehovæ? Num Politica praxis aliud quid intendat? Maledicta ſit ea honeſtas, quę non huic jugo ſe ſubmittat. Quare praxis talis non in hoc ſenſu Politicæ operationi competit, ut illi volunt Peripatetici; ſed omninò praxis vera

ad pie-

ad pietatē in dilectione Dei & proximi conſiſtentem ordinari debet, alias ubiq; ſumma idololatria ſubmiſcetur. *Etenim qui minutiſſimum amorem & gloriam ſui, gloriæ Dei ſubmiſcet ſummus eſt idololatra.* Ideoque planè altius progrediendum eſt in hoc Politices fine ad ordinationem veram boni illius, quod heîc requiritur.

XX. *Quis igitur eſt ſummus & principaliſſimus verus in Politica finis?*

HOc certè veriſſimum eſt, ſi quis media idonea & vera ad finem obtinendum invenire velit, quod etiam finem verum ſibi cognitum habere debeat: Quod ſi enim ex errore aut ignorantia aliqua ſibi finem proponat, qui non ſit verus, ſed falſus, omnia quoque erunt falſa & erronea, quæ ex hoc falſo principio ſibi præfixit. A fine enim tanquam à principio ſuo, omnia media ſubordinationis dependent & viæ legitimæ. Hic ordo non à rerum natura tantum; ſed ex noſtra etiam cognitione maximè deſumendus eſt, ut ipſa neceſſitas ex noſtro diſcendi modo iſtum nobis imperet: Veluti propterea ordo introducitur, ut quid vel eò facilius diſcendo addiſcamus, aut operemur, & in effectum deducamus. Finis autem quum ſit qui largiatur & ſuggerat rationem inſtrumentorum, oportet quoque ex eo ordinis regulam æſtimari. Quomodo igitur veras æſtiment regulas, qui proprium finem ignorant.

Sunt heîc, qui non levem vendant nobis fucum & fumum ſummi boni nomine in Republica, quod aliàs benè & beatè vivere dicunt. Sed quàm venenata falſitas heîc ſubſit, id ſuperius declaratum eſt; unde quoque fit, quod tam falſas conſtituant ſibi Reſpublicas, quæ ab omni pietate & dilectione Dei

ne Dei proximique exulent; quùm tamen bona & beata vita non poſſit, aut in conſcientiæ foro aut converſationis ullius ſoliditate dari abſque vera pietate, quæ in dilectione Dei & proximi conſiſtat, ut ſic ſalus publica in ſancta converſatione univerſæ ſocietatis civilis ritè conſtet; quem finem adeò accuratè nobis inculcat Verbum Dei, ut exigat ab omnibus, quod nemo quærere debeat, quæ ſua ſint, ſed quiſque, quæ ſint alterius 1. *Corinth.* 10, 24. *Philip.* 2, 4. Sic enim concordia rectè conſervatur, & harmonicus concentus univerſæ Reipublicæ cum grata populi ſalute ſuas in duratione vera exerit vires. *vid. Pol. noſtr. lib.* 1. *cap.* 13.

XXI. *An vero hunc Politicus finem potius tacitè præſupponat, quàm ut ſingulariter eum in Politica explicet?*

OMnes fermè hoc ſibi perſuaſiſſimum habent, & uſu id ita ſuo conſtituerant, quaſi non opus ſit, ut finis iſte rectè explicetur; ſed quod ſatis ſit, ſi imaginatione quaſi tacita ſibi ſuum ſcopum præfixum teneat: quùm tamen ipſi ſibi contradicant in communi hac opinione, & ſemetipſos refutent; quando unanimi conſenſu in eo conveniunt, quod quàm diu quis incertus ſit de termino, tam diu quoque non poſſit de via certus eſſe, per quam ad metam perveniat. Quid clarius poteſt dici? Nihilominus tàm cœci ſunt, ut id ſibi præſuppoſitum habeant bonum ſummum, quo nihil falſius poteſt effingi. Vt tamen ſibimet ipſis in falſa perſuaſione ſua ſolatio ſint, & ab aliis quoque non aperti deprehendantur impoſtores, finem hunc generalem dicunt, qui in beatitate ſit depoſitus apud Ethicam, quùm ea beatitas nil aliud ſit, quàm actio ſecundum virtutem

tutem non tantum moralem, ſed & intellectualem, ut ita ſummum illorum bonum duplex conſtituatur, ex duplici ſcilicet ſerie virtutum.

Quur verò non poſſit ſeries triplex dari, ſi ex facultatibus & operationibus rationis & animæ, (juxta eorum ſenſum) velſnt virtutes ex operatione Spiritus Dei in pietate vera & ſolida æſtimare? Etenim tres faciunt facultates, & cuique facultati ſuas iterum ſubdiviſiones in operationibus adſignant: inde non triplex ſed quadruplex aut quintuplex virtutum ſeries poterit dari. Nam quur non memoria, quur non phantaſia, quur non ſenſus communis &c. ſuas habeant cum reliquis partibus virtutes? An illæ excluſæ vivant à ſuis operationibus?

Verum quàm fragiles & imbecilles ipſorum virtutes ſint in habitibus ſuis abſque ſolidis virtutibus, id jam toties dictum eſt. Sic etiam ſemetipſos eludunt nimium creduli in hoc ſuo Stagiritæ maledicto, ut *ait D. Luth.* quod finem tacitum ex eo adſumant, potius ignorant, quùm nec ipſi noſcant, quomodo virtus vera in pietate cordis cum eradicatione pravitatis per regenerationem ſe propriè habeat. Cumulus ſanè errorum inde profluit, & falſitatum ingens diſpoſitio in ordinandis mediis, quùm ex ethnico hoc ſibi ita perſuaſum arripiant, quod Verbo Dei omninò contrarium eſt.

Quæſo enim utrum rectius ſit? Num ex ore & Effato Dei veritas magis; an ex fluctuatione rationis peti debeat? Num certitudo ab incertis, an à certis veritatis teſtimoniis accipiatur? Sed diaboli hæc eſt pernicioſiſſima impoſtura, qui adeò obſtinatè mortalibus Iehovæ gratiam invidet,

det, & illos in propriis opinionibus occœcatos circumducit, ne aliquando ſaniora ſapere diſcant, atque ille in mendaciis ſuis deprehendatur nugator convictus.

Proinde David Rex optimus Politicorum, non vult niſi à Deo in ſuo Verbo informari: Doce me juſtitiam tuam, precatur toties *Pſal.* 119.26.64.66. 68.124.135.149. Monſtra mihi viam mandatorum tuorum. *Ibid.* 27.33.34. Duc me in ſemita verborũ tuorum. *ibid.* 35.36. Inſtrue me, ut tuas addiſcam leges. *ibid.* 73. Præcepta tua mera ſunt veritas. *ibid.* 86. Verbum tuum me ſapientem reddit, inde odio habeo omnes falſitatis vias. *ibid.* 104. Ideò planè tua mandata cuncta obſervo, & odi omnem falſam viam. 128. Verbum tuum nihil niſi veritas eſt. 160. Gratias tibi habeo ex toto corde; quod tu Iura tuæ juſtitiæ me doceas. *ibid.* 7. ô quàm intimè tuas adamo leges! cotidiè de iis mihi ſermo eſt. 97.

Si Politici tanta cupiditate noſtri, ex ore Dei, cum Davide ſapere ſtuderent, non tot falſæ doctrinæ ſe oſtenderent, nec tot experiremur bella. Sed quot capita tot ſenſus dum ſunt, inde quoque tot diſtractiones hominum, ut rectè noſter Bodinus ait; *quùm ſuis quiſque cupiditatibus felicitatem metiatur, fit, ut inde civitatum moderatores plurimum in eo genere à ſemetipſis diſſentiant, atque hinc tanta legum ac morum, pro cujuſque principis arbitrio & voluntate diverſitas:* id eſt, *tam frequens undique falſarum Rerumpubl. copia ſit, & vix uſpiam vera inveniatur.*

XXII. *An non Bodinus quoque hunc ſibi propoſitum habet finem, in ſua Republica?*

IN definitione ſua quidem finem non expreſſit, uti par fuiſſet; ſed tamen, ſi tam ad Verbi cæleſtis informationem ſedulò reſpexiſſet ſanctiorem, quàm ad

gentilium virtutum culturam fervidam & communem, exactius quid & plenius conſtituiſſet, ita operoſus eſt in inquirendo fine, ut etiam *pag.* 5. in hæc verba erumpat; quod, quantò finis cujuſque civitatis præſtantior atque divinior erit, tantò ipſa cæteris excellere judicetur. *Item pag.* 5. *ait,* quis dubitet felicitatis humanæ ſummam, à præſtantiſſima virtute, quam mentis agitationem appellant, totam pendere? Si ita ſtrenuè Chriſtianorum cauſſam, quàm ethnicorum egiſſet, ac ad pietatis veræ normam in Chriſto hæc revocaſſet, ſatis promptiorem ſe heic expedire potuiſſet præ cunctis aliis Politicis. Sed communis iſte error, quo Politica omnis à Verbo Dei ſeparatur & dirimitur, ipſi cum aliis impoſuit, ut talia incautus tranſierit.

XXIII. *An verò felicitas humana non à virtute pendet?*

OMninò quidem id ſtatuendum eſt; ſed non à falſa ea virtute, quàm ethnici ex nudo habitu ſibi conficiunt; verùm à vera virtute, quam nobis Verbum Iehovæ toties inculcat cum mortificatione carnis, & abnegatione ſui, quæ nil niſi pietatem vividam in dilectione Dei & proximi ponat & importet: Alias altera nil niſi idololatriam ſpirat, ut jam toties declaratum eſt.

XXIV. *An non eadem unius civis, quæ totius eſt Reipubl. felicitas?*

HAnc movet *pag.* 5. Bod. quæſtionem, & juxta ſuam opinionem non malè reſpondet ex præſuppoſitis ſuis ita: ſi ſummum bonum in iis poſitum eſt virtutibus, quæ mentis ipſius ſunt propriæ; conſequens eſt illud quoque, cives illos vera felicitate frui, qui rerum naturalium, humanarum ac divinarum ſuaviſſima cognitione exercentur, quique contemplationis

plationis ſuæ fructus præpotenti Deo, totius naturæ Principi, ferunt acceptos. Hoc igitur bonorum extremum in ſingulis ſtatuentes, quur non etiam univerſorum ac totius Reipubl. ſummum ultimumque finem eſſe concedimus? &c. Conatum ejus quidem eſſe arduum & ſatis alacrem ac propenſum ad bonitatem: ſed utinam quoque verè cœleſtia ita attingere potuiſſet, ceu undique id innuit. Tantum igitur ſani eſt huic locutioni, quod omnia velit ad Deũ referri; ſed fallit in eo maximè, quod in contemplatione ſaltem externæ rationis acquieſcendum putet, quum in pietatis exercitio, ex Fide vivida & nova creatura hominis, *ut loquitur D. Paul.* profluente, omnia conſiſtant, quæ gratiam nobis coram Deo procurent. Aliàs enim vanitas vanitatum & afflictio ſpiritus eſt, quicquid extra Fidem veritatis Dei laboratur, *ait rectè D. L. tom. 2. Lat. pag.* 285. Nec ſummum bonum in talibus datur virtutibus, quæ verum Deum ſapere nequeunt, aut ad eum pertinere. Interventione enim Chriſti heic opus eſt, ut ipſe adfirmat; *Ioh.* 14, 6. Nemo venit ad Patrem niſi per me. Nec quiſquam novit Patrem, niſi Filius, & cuicunq; voluerit Filius eum detegere. *Matth.* 11, 27. Sic omnia huic à Patre ſunt tradita.

Quis ſibi igitur quid bonitatis per eas futiles & inanes habitualiſticas virtutes, Spiritum Dei Chriſti prorſus ignorantes, adſcribere auſit, quùm ipſe Chriſtus quoque neminem bonum pronunciet, niſi unicum Deum? *Marc.* 10, 18. *Luc.* 18, 19. Hæc tamen quoque ſententia Bodini non improbanda eſt; ubi ſtatuit, quod à ſingulorum virtuoſitate etiam felicitas in univerſam ſe extendat Rempubl. Etenim ſi unuſquiſque in cordis veram ſecum pietatem deſcendat, ac in ea fideliter cotidie exerceat, an non inde totius Reipubl. ædificatio ſalutaris exurgat? Ideo

Chriſtus ipſe ad cordis ſui pacificationem nos tàm ſedulò remittit. *Matth.* 18, 35. Et D.Paul. *Rom.* 15. 2. *ait:* Vnuſquiſque noſtrûm placeat proximo in bonum, ad ejus ædificationem. *Item Gal.* 6, 5. Vnuſquiſque opus ſuum probatum reddat, & tunc in ſemetipſo ſolo glariationem habebit, & non in alio. Nam unuſquiſque ſuum onus portabit. Communicet autem cum eo, qui ſe inſtituit, omnia bona, &c. 1 *Cor.* 14, 26. Omnia ad ædificationem fiant 2 *Cor.* 9, 7. Vnuſquiſque ſicut præoptat corde, ita agat, non ex triſtitia. Quapropter depoſito mendacio, loquimini veritatem quiſque cum proximo ſuo. Nam ſumus alii aliorum membra. *Epheſ.* 4, 25. Si ita ſinguli id faciant, quod pietatis eſt, totum corpus facilè ſanabitur. *Hebr.* 8, 11.

XXV. *Num verò Bodini definitio, quam ſtatim in principio Reipubl. accommodavit, eſt ſatis ſufficiens?*

EX iis, quæ hactenus ſunt explicata, facilè cuivis patet, quod Reſpubl. ſuam congruentem ſibi perfectionem non acceperit. Etenim præterquam, quod finis externus & propriè veræ Reipubl. conveniens planè eſt omiſſus, etiam hoc illi deeſt, quod minus accommadatè ad Verbum Dei ſit prolata & compoſita, quùm veritas inde unicè ſit petenda, utpote quod ſolummodo ea doceat, quæ undiquaque in hujus vitæ converſatione quavis & ſtatu tam privatim quàm publicè eſſe ſaluti queant, quùm omne conſilium Dei in eo ubertim nobis ſit detectum, ut non opus ſit ex ethniciſmo tam longinqua petere. *Eſa.* 49, 20. & 50, 45. *Act.* 20, 27. *Eph.* 1, 11. *Hebr.* 6, 17. *Eſa.* 11, 2.

XXVI. *An*

Digitized by Google

XXVI. *An verò in definitione bona, quid commodè omitti poteſt?*

TAles definitiones quæ ſaltem ex ſubjecto & fine interno deſumuntur, imperfectiſſimæ ſunt: Quippe, *ut diximus*, finis internus non propter ſe eſt; ſed totus propter externum, cui famulatur & ſubſervit omnibus mediis & viribus ſuis; quare & principaliſſimus eſt ac dicitur meritò ab aliis. Quod ſi jam omittatur externus è definitione, incertus abit auditor, quùm præſtantiſſimam ignoret cauſſam. E.g. Definiat mihi quis piſcatoriam artem ſine mentione finis externi, ſive principalis; videbit quam pulchram ſit habiturus definitionem: puta: Piſcatoria eſt ars benè conficiẽdi rete & hamos, eoſdemq; catè cum prudẽtia projiciendi in aquas. Queret ſtatim auditor; quorſum id fiat, quùm videat, præcipuam heîc deeſſe cauſſam; licet heîc & opus & officium piſcatoris in projectione retium iſti definitioni ſit incluſum; tamen mutila eſt. Ita quoque ſe res habet in aliis definitionibus cunctis, ut cauſſas exprimere debeant, ſi ſint cauſſales, & pro perfectis ſint accipiendæ.

XXVII. *Quur tamen Bodinus ita principalem omiſit cauſſam heîc?*

EX incuria aut negligentia id factum eſſe, minimè ſtatuendum eſt, multò minus ex ignorantia, quùm toto capite hoc 1. de fine univerſali ſit ſollicitus: ſed ipſe innuit & rationem ſuam indicare videtur *pag.* 4. quod eò rectius excutere potuerit Stagiritæ illius & Ciceronis de hoc fine opiniones, qui Reſpubl. appellaverint, hominum cœtus, benè beateque vivendi cauſſa ſociatos; ubi illud, Benè beateque vivere, ſatis nervosè exagitat, quum illi virtutis ſuæ culturam non aliter in Republ. admittant, quam ſi ſimul rerum affluentia adſit, licet aliud ſimulent

interdum, & virtutis falſæ ſuæ nomine ſe veſtire candidos videantur. Inde Rempubl. benè inſtitutam dicemus, *inquit*, quæ ad verum decus & honeſtatem dirigetur; etiamſi prematur inopia, ſi ab hoſtibus obſeſſa, ſi ab amicis deſerta, ſi denique omni genere calamitatum obruta videatur. Nam veluti juſtus ſemper ſibi beatus apparet, licet omnibus fortunæ acerbitatibus prematur; ac è contra injuſtus ſemper infeliciſſimus, licet omnibus & maximis ſortis proſperitatibus abundet: Sic & vult ſe rem habere cum bona Republ. quæ virtutibus ſit addicta. Majori ſanè hoc & gratiori veritatis affectu hæc exprimere potuiſſet; ſi fundamenta S. Scripturæ paulò attentius introſpexiſſet. Nihilominus non putat negligenda, quæ Reipubl. primordia ſuggerant. *pag.* 7. in vita.

XXVIII. *Qualia igitur primordia facit Reipublicæ?*

VT ſcilicet ea parentur, ſine quibus vivi non poteſt: Deinde quærantur ea, quibus commodius vivitur, ut medicamenta ad morborum curationem; metalla quibus inſtrumenta opificibus & alia neceſſaria comparantur, &c. & in primis idonea procuretur educatio, &c.

XXIX. *Quid verò de eorum fine Reipubl. ſtatuendum eſt, qui eum vitæ commoditatem, omnium ſingulorumque utilitatem volunt?*

HAEc omnia gentes mundi requirunt, ait Chriſtus *Matt.* 6, 32. *Luc.* 12, 30. Vos autem non ſic. Propterea enim ſic fremunt ethnici, ut potius corporalia, quàm vera poſſideant bona, & quæ ſolida cæleſti beatitudine Rempubl. afficiant. Ideoque mera eſt inverſiò rerum, ex ſervo Dominum efficere. Quod rei miniſterium exhibet, non poteſt pro principali haberi. Quid igitur dicemus? ait *D. Paul.*

Rom.

Digitized by Google

Rom. 6, 1, 2. Permanebimus in peccato, ut gratia auctior fiat? Abſit. Qui mortui ſumus in peccato, quomodo adhuc vivemus in eo? Sine, ut mortui ſuos ſepeliant mortuos. *ait Chriſt. Matt.* 8, 22. *Luc.* 9, 60.

XXX. *Quomodo verò Reipubl. perfectior definitio poteſt dari?*

VT ſit apta & ſacra univerſi populi, ſive ſocietatis publicæ coadunitio in ſancta poteſtate, per quam imperantes & ſubditi mutuo amoris & dilectionis conſenſu ita in unum Corpus cum rebus ſuis ſolidè coaleſcunt, ut certum ſtatum firmitudinis ſalutaris piè recipiant, ac inde civitas juſta reſultet. Quàm ſanctum enim ſit nomē Reipubl. id rectè monet ſub initio Bodin. quùm inter nebulones & piratas prædoneſvè, nulla juris ſocietas aut contractuum fides in pietate eſſe queat. Reſolutionem autem hujus definitionis, *in Pol. intr. noſt. lib. 2. cap. 2.* inveniet, qui plura expetit.

CAPVT II.

I. *De quibus rebus agit, aut quid continet hoc caput?*

POſtquam Finem ceu Principium totius Doctrinæ Politices conſtituit, incipit nunc rectè in ſubjectum, cui finis ille imponendus eſt, oculos convertere ſuos, & illud ſecundum anatomiam convenientem diſcutere cupit. Etenim tria hæc omnes continent artes; Primò, ut finem ſuum benè prius diſpiciant & examinent; Deinde pernoſcant loca ſuorum ſubjectorum, quibus finem ſuum inducant. Tertio, diſpiciunt etiam inſtrumenta idonea, cum quibus id obtineant in ſubjecto, quod finis illis determinatum conſtituit, quamvis a[illegible] fermè inverſum ordinem præcipiant contra naturam. Vt autem heîc auctor noſter cognitioni ſe humanæ rectius accommodet,

 modet,

modet, priuſquam ad ſpecialiora deſcendat de familiis in genere heîc agit, ac earum Iure, & ſimul differentiam ponit, quâ à Republ. diſtet.

II. *Quid igitur eſt familia juxta Bodinum?*

Est plurium, ſub unius ac ejuſdem patrisfamilias imperio, ſubditorum, earumque rerum, quæ ipſius propriæ ſunt, recta moderatio.

III. *Quare à Familiis incipit & non potius Societatis humanæ explicationem præmittit?*

Verum quidem eſt, ſi & ordinis naturalis & facilioris cognitionis rationem habere voluiſſet, quod ipſi fuiſſet prius agendum, de Societate hominum univerſim ſic conſiderata, quatenus Reipubl. ſuum exhibeat, ad corporis alicujus conſtitutionem, ſubjectum; præſertim quùm & in definitione Reipub. multitudinis ceu populi mentionem fecerit; Populus enim eſt; unde Reſpubl. nomen hoc gerit. Quippe Rei appellatio adeò heîc ſumitur, ut res, perſonas, & actiones denotet; Et publica à populo quaſi populica dicitur, ut complectatur omne id, quod ad populum ſpectat & pertinet. Vndè & merito Societatis explicationem, ac quomodo ea in publicam & privatam divideretur, ſubnectere potuiſſet, priuſquam ad corporis membra ſe convertiſſet: Sed quùm familia à principio ſeminarium fuerit, ac veluti rudimentum rerum omnium publicarum, voluit ex ea ad totius corporis conſtructionẽ prodire; ſicut urbs non ſimultanea ædificatione ædium poteſt erigi; donec Societas publica enaſcatur. Tum *lib.* 3. *cap.* 7. hanc ponit rationem ex definitione Reipubl. eam ſumens; Quùm famil[illegible] *ait*, à prima ſui origine ſenſim diſcederent, civili Societate naturalem placuit imitari. Eſt enim Reſpublica civilis Societas, quæ ſine

ſine collegiis & corporibus ſtare per ſe ipſa poteſt; ſine familia non poteſt. Quin etiam Reſp. diſſolubiles ſunt; quia ducuntur ab hominum legibus & inſtitutis: Familiæ verò niſi intereat omne genus humanum, interire non poſſunt. Ex quo intelligitur, *ait*, ab unius familię radice, quam Deus conſeverat, quaſi ſtirpes primùm fuiſſe propagatas, quibus domicilia tectaque ſibi, ut ab injuria cœli ac ferarum animantium tutiores eſſent, ædificare neceſſe fuit: & quùm in eam multitudinem excreviſſent, ut non eadem regione contineri poſſent, ac vicos pagis auxiſſent, aliò proficiſci, ac novas ſedes quærere oportuit. Hinc adeò à familiis pedetentim ad Societatem univerſalem prodire voluit: quod rationi ejus conſentaneum relinquitur.

IV. *An non verò adhuc firmior ratio poteſt dari, præter dictas?*

IMò, *ait ipſe*, quemadmodum familia benè ac prudenter inſtituta, vera eſt civitatis imago: ac domeſticum imperium, ſummæ in Republ. poteſtati quodammodo ſimile: ita quoque familiæ regendæ ratio ſingularis quædam eſt, Reip. inſtituendæ ac moderandæ diſciplina. Et, ut ſingula membra Corporis, quamdiu officium non deſerunt ſuum, firma valetudine & explorata ſpe ſalutis fruuntur: ita quoque ſi familiæ ſingulæ ſuis quæq; officiis contineantur, civitas univerſa rectam ſervabit bene vivendi (& maximè in vera pietate ſe exercendi) diſciplinam.

V. *Familiæ autem unde nomen & quid denotat?*

IVxta Feſt. familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & Princeps generis vocabatur Pater & Mater familiæ. Vnde familiæ nobilium. Sic & apud Cicer. familia pro ſtirpe, & agnatione accipitur *de Cl. O. & pro R. P. & 1. de ll.* Hinc ad imitationem

tationem pro ſectis, nec non pro ſervorum numero habentur. *Plaut.* & familiam gladiatorum, hiſtrionum & aliorum facit. *Cic.* ad poſſeſſiones quoque patris familias extendit. At *Feſt.* familiares ex eadem familia deducit. Poſtea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata *I*, cum *V*, littera. Vnde familiaris Romanus quaſi privatus dictus eſt, quùm homines ſervę conditionis titulo familiæ cenſi ſint antiquitus; nimirum à famulando. *lib.* 1. *ff. de vi arm. Macrob. Sat. lib.* 1. *cap.* 11.

In S. Scriptura familiæ domibus & ſtemmatis accenſentur, quod quaſi uno ſanguinis Iure utantur; ſicuti & ſtirpium capita Principes dicuntur. *Exod.* 6. 19. 25. & 11. 3. *Levit.* 21. 17. *Num.* 1. 18. 22. 24. &c. 42. 45. 47. & 2. 34. & 3. 15. 21. 27. 39. & 4. 2. 22. 24. 28. 29. & 7. 2. & 11. 10. & 20. 29. & 26. 5. 6. 7. 12. 13. 14. &c. 36. 1. 8. 12. *Ioſ.* 7. 17. & 13. 28. & 14. 11. *Iud.* 6. 11. 15. & 8. 32. & 9. 6. & 18. 2. 19. & 1. *Reg.* 8. 1. & 2. *Reg.* 3. 17. & 1. *Chron.* 5. 7. 15. 24. & 6. 19. & 7. 4. 7. 9. &c. Veluti paſſim videre eſt, quod propter lineam Chriſti Iudæi accuratiſſimè ſuum ſtemma in familiis obſervarint; unde etiam Ius familiæ exortum, de quo *in Polit. n. introd. lib.* 2. *cap.* 10. egimus.

VI. *Num familiæ autem rectè ſunt ita definitæ?*

PArem ſtatum & conditionem hæc definitio habet cum ea, quam ſupra de Republ. indicavimus, quum ſolummodo quid, & non propter quid & quantum dicat, ut ſaltem ſit gubernatio eorum, qui ſub imperio unius Patris familias comprehēduntur.

VII. *An vero poteſt plenior dari definitio, & quænam ea eſt?*

OMninò. Eſt enim ortæ multitudinis coacervata Societas, qua homines aut perſonæ aliquot, decenti

centi ratione Iuris inter ſe corporis cujuſdam privati vinculum conſtituunt pro ſuſtentatione commodiori, ut eò rectius in pietate vitæ cotidianæ neceſſitatem ſibi laboribus adſiduis conquirant & ſe mutuo conſervent. *Gen.* 10. *&* 19. 37. 39. *Levit.* 22. 13. Sunt ènim plures perſonæ ſub privata poteſtate unius capitis tam naturâ quàm Iure ſubjectæ, juxta *l.* 195. *ff. de V. S. paragr.* 2.

VIII. *Quot perſonæ conficiant familiam.*

QVùm ad collegium conſtituendum 3 perſonæ neceſſariæ ſint *lib. Not. ff. de V. S.* tres quoque perſonas præter patrem familias cum conjuge, in familia definienda ducimus. *lib. famil. ff. t. eod.* ut ita quinque perſonis integra quidem familia conſtituatur. Inde opinor Apuleio ac veteribus tritum illud, 15. perſonis populum conflari, quaſi ex 3 familiis integris: attàmen pro ratione conjugii & poſſeſſionis, quid heîc determinandum relinquimus aliis, quum Salomon etiam 600. liberos habuerit.

IX. *An verò poſſunt 3. collegia ſine familia civitatem conſtituere, ſi ſumma imperii poteſtate regantur?*

LIcet videri poſſet, tamen non eſt Reſpubl. Quia nullum collegium, nullum corpus ſine familia ſtare diu poteſt. Inde *ICti l.* 76. *ff. de Iudic.* tradunt, populum immortalem eſſe, ſi modo ejus ſpecies poſt 1000. annos ſtaret; etiamſi uſusfructus Reipubl. legatus poſt annum 100. *l.* 56. *ff. de uſuſr. & quemad. quis utat.* extinguatur: ne proprietas inanis ſit, ac inutilis domino futura. Quoniam cives omnes unius ſeculi diuturnitate intermori videantur; licet immortales ſint ſempiterna ſui generis propagatione futuri. Ita Reſp. ſine ſumma poteſtate, quæ omnia civitatis membra familiaſq; ſingulas in unum corpus cogit, conſiſtere nullo modo poteſt. Interim Reſp.

ad pietatē in dilectione Dei & proximi conſiſtentem ordinari debet, alias ubiq; ſumma idololatria ſubmiſcetur. *Etenim qui minutiſsimum amorem & gloriam ſui, gloriæ Dei ſubmiſcet ſummus eſt idololatra.* Ideoque planè altius progrediendum eſt in hoc Politices fine ad ordinationem veram boni illius, quod heîc requiritur.

XX. *Quis igitur eſt ſummus & principaliſsimus verus in Politica finis?*

HOc certè veriſſimum eſt, ſi quis media idonea & vera ad finem obtinendum invenire velit, quod etiam finem verum ſibi cognitum habere debeat: Quod ſi enim ex errore aut ignorantia aliqua ſibi finem proponat, qui non ſit verus, ſed falſus, omnia quoque erunt falſa & erronea, quæ ex hoc falſo principio ſibi præfixit. A fine enim tanquam à principio ſuo, omnia media ſubordinationis dependent & viæ legitimæ. Hic ordo non à rerum natura tantum; ſed ex noſtra etiam cognitione maximè deſumendus eſt, ut ipſa neceſſitas ex noſtro diſcendi modo iſtum nobis imperet: Veluti propterea ordo introducitur, ut quid vel eò facilius diſcendo addiſcamus, aut operemur, & in effectum deducamus. Finis autem quum ſit qui largiatur & ſuggerat rationem inſtrumentorum, oportet quoque ex eo ordinis regulam æſtimari. Quomodo igitur veras æſtiment regulas, qui proprium finem ignorant.

Sunt heîc, qui non levem vendant nobis fucum & fumum ſummi boni nomine in Republica, quod aliàs benè & beatè vivere dicunt. Sed quàm venenata falſitas heîc ſubſit, id ſuperius declaratum eſt; unde quoque fit, quod tam falſas conſtituant ſibi Reſpublicas, quæ ab omni pietate & dilectione Dei

ne Dei proximique exulent; quùm tamen bona & beata vita non poſſit, aut in conſcientiæ foro aut converſationis ullius ſoliditate dari abſque vera pietate, quæ in dilectione Dei & proximi conſiſtat, ut ſic ſalus publica in ſancta converſatione univerſæ ſocietatis civilis ritè conſtet; quem finem adeò accuratè nobis inculcat Verbum Dei, ut exigat ab omnibus, quod nemo quærere debeat, quæ ſua ſint, ſed quiſque, quæ ſint alterius 1. *Corinth.* 10, 24. *Philip.* 2, 4. Sic enim concordia rectè conſervatur, & harmonicus concentus univerſæ Reipublicæ cum grata populi ſalute ſuas in duratione vera exerit vires. *vid. Pol. noſtr. lib. 1. cap.* 13.

XXI. *An vero hunc Politicus finem potius tacitè præſupponat, quàm ut ſingulariter eum in Politica explicet?*

OMnes fermè hoc ſibi perſuaſiſſimum habent, & uſu id ita ſuo conſtituerant, quaſi non opus ſit, ut finis iſte rectè explicetur; ſed quod ſatis ſit, ſi imaginatione quaſi tacita ſibi ſuum ſcopum præfixum teneat: quùm tamen ipſi ſibi contradicant in communi hac opinione, & ſemetipſos refutent; quando unanimi conſenſu in eo conveniunt, quod quàm diu quis incertus ſit de termino, tam diu quoque non poſſit de via certus eſſe, per quam ad metam perveniat. Quid clarius poteſt dici? Nihilominus tàm cœci ſunt, ut id ſibi præſuppoſitum habeant bonum ſummum, quo nihil falſius poteſt effingi. Vt tamen ſibimet ipſis in falſa perſuaſione ſua ſolatio ſint, & ab aliis quoque non aperti deprehendantur impoſtores, finem hunc generalem dicunt, qui in beatitate ſit depoſitus apud Ethicam, quùm ea beatitas nil aliud ſit, quàm actio ſecundum virtutem

tutem non tantum moralem , ſed & intellectualem, ut ita ſummum illorum bonum duplex conſtituatur, ex duplici ſcilicet ſerie virtutum.

Quur verò non poſſit ſeries triplex dari , ſi ex facultatibus & operationibus rationis & animæ, (juxta eorum ſenſum) velint virtutes ex operatione Spiritus Dei in pietate vera & ſolida æſtimare ? Etenim tres faciunt facultates , & cuique facultati ſuas iterum ſubdiviſiones in operationibus adſignant ; inde non triplex ſed quadruplex aut quintuplex virtutum ſeries poterit dari. Nam quur non memoria , quur non phantaſia , quur non ſenſus communis &c. ſuas habeant cum reliquis partibus virtutes ? An illæ excluſæ vivant à ſuis operationibus ?

Verum quàm fragiles & imbecilles ipſorum virtutes ſint in habitibus ſuis abſque ſolidis virtutibus , id jam toties dictum eſt. Sic etiam ſemetipſos eludunt nimium creduli in hoc ſuo Stagiritæ maledicto , ut *ait D. Luth.* quod finem tacitum ex eo adſumant , potius ignorant , quùm nec ipſi noſcant, quomodo virtus vera in pietate cordis cum eradicatione pravitatis per regenerationem ſe propriè habeat. Cumulus ſanè errorum inde profluit, & falſitatum ingens diſpoſitio in ordinandis mediis, quùm ex ethnico hoc ſibi ita perſuaſum arripiant , quod Verbo Dei omninò contrarium eſt.

Quæſo enim utrum rectius ſit ? Num ex ore & Effato Dei veritas magis ; an ex fluctuatione rationis peti debeat ? Num certitudo ab incertis , an à certis veritatis teſtimoniis accipiatur ? Sed diaboli hæc eſt perniencioſiſſima impoſtura , qui adeò obſtinatè mortalibus Iehovæ gratiam invidet,

det, & illos in propriis opinionibus occœcatos circumducit, ne aliquando ſaniora ſapere diſcant, atque ille in mendaciis ſuis deprehendatur nugator convictus.

Proinde David Rex optimus Politicorum, non vult niſi à Deo in ſuo Verbo informari: Doce me juſtitiam tuam, precatur toties *Pſal.* 119.26.64.66. 68.124.135.149. Monſtra mihi viam mandatorum tuorum. *Ibid.* 27.33.34. Duc me in ſemita verborũ tuorum. *ibid.* 35.36. Inſtrue me, ut tuas addiſcam leges. *ibid.* 73. Præcepta tua mera ſunt veritas. *ibid.* 86. Verbum tuum me ſapientem reddit, inde odio habeo omnes falſitatis vias. *ibid.* 104. Ideò planè tua mandata cuncta obſervo, & odi omnem falſam viam. 128. Verbum tuum nihil niſi veritas eſt. 160. Gratias tibi habeo ex toto corde; quod tu Iura tuæ juſtitiæ me doceas. *ibid.* 7. ô quàm intimè tuas adamo leges! cotidiè de iis mihi ſermo eſt. 97.

Si Politici tanta cupiditate noſtri, ex ore Dei, cum Davide ſapere ſtuderent, non tot falſæ doctrinæ ſe oſtenderent, nec tot experiremur bella. Sed quot capita tot ſenſus dum ſunt, inde quoque tot diſtractiones hominum, ut rectè noſter Bodinus ait; *quùm ſuis quiſque cupiditatibus felicitatem metiatur, ſit, ut inde civitatum moderatores plurimum in eo genere à ſemetipſis diſſentiant, atque hinc tanta legum ac morum, pro cujuſque principis arbitrio & voluntate diverſitas:* id eſt, *tam frequens undique falſarum Rerumpubl. copia ſit, & vix uſpiam vera inveniatur.*

XXII. *An non Bodinus quoque hunc ſibi propoſitum habet finem, in ſua Republica?*

IN definitione ſua quidem finem non expreſſit, uti par fuiſſet; ſed tamen, ſi tam ad Verbi cæleſtis informationem ſedulò reſpexiſſet ſanctiorem, quàm ad

gentilium virtutum culturam fervidam & communem, exactius quid & plenius conſtituiſſet, ita operoſus eſt in inquirendo fine, ut etiam *pag.* 5. in hæc verba erumpat; quod, quantò finis cujuſque civitatis præſtantior atque divinior erit, tantò ipſa cæteris excellere judicetur. *Item pag.* 5. *ait*, quis dubitet felicitatis humanæ ſummam, à præſtantiſſima virtute, quam mentis agitationem appellant, totam pendere? Si ita ſtrenuè Chriſtianorum cauſſam, quàm ethnicorum egiſſet, ac ad pietatis veræ normam in Chriſto hæc revocaſſet, ſatis promptiorem ſe heic expedire potuiſſet præ cunctis aliis Politicis. Sed communis iſte error, quo Politica omnis à Verbo Dei ſeparatur & dirimitur, ipſi cum aliis impoſuit, ut talia incautus tranſierit.

XXIII. *An verò felicitas humana non à virtute pendet?*

OMninò quidem id ſtatuendum eſt; ſed non à falſa eâ virtute, quàm ethnici ex nudo habitu ſibi conficiunt; verùm à vera virtute, quam nobis Verbum Iehovæ toties inculcat cum mortificatione carnis, & abnegatione ſui, quæ nil niſi pietatem vividam in dilectione Dei & proximi ponat & importet: Alias altera nil niſi idololatriam ſpirat, ut jam toties declaratum eſt.

XXIV. *An non eadem unius civis, quæ totius eſt Reipubl. felicitas?*

HAnc movet *pag.* 5. Bod. quæſtionem, & juxta ſuam opinionem non malè reſpondet ex præſuppoſitis ſuis ita: ſi ſummum bonum in iis poſitum eſt virtutibus, quæ mentis ipſius ſunt propriæ; conſequens eſt illud quoque, cives illos vera felicitate frui, qui rerum naturalium, humanarum ac divinarum ſuaviſſima cognitione exercentur, quique contem-

plationis

Digitized by Google

plationis ſuæ fructus præpotenti Deo, totius naturæ Principi, ferunt acceptos. Hoc igitur bonorum extremum in ſingulis ſtatuentes, quur non etiam univerſorum ac totius Reipubl. ſummum ultimumque finem eſſe concedimus? &c. Conatum ejus quidem eſſe arduum & ſatis alacrem ac propenſum ad bonitatem: ſed utinam quoque verè cœleſtia ita attingere potuiſſet, ceu undique id innuit. Tantum igitur ſani eſt huic locutioni, quod omnia velit ad Deũ referri; ſed fallit in eo maximè, quod in contemplatione ſaltem externæ rationis acquieſcendum putet, quum in pietatis exercitio, ex Fide vivida & nova creatura hominis, *ut loquitur D. Paul.* profluente, omnia conſiſtant, quæ gratiam nobis coram Deo procurent. Alias enim vanitas vanitatum & afflictio ſpiritus eſt, quicquid extra Fidem veritatis Dei laboratur, *ait rectè D. L. tom. 2. Lat.pag.* 285. Nec ſummum bonum in talibus datur virtutibus, quæ verum Deum ſapere nequeunt, aut ad eum pertinere. Interventione enim Chriſti heic opus eſt, ut ipſe adfirmat; *Ioh.* 14, 6. Nemo venit ad Patrem niſi per me. Nec quiſquam novit Patrem, niſi Filius, & cuicunq; voluerit Filius eum detegere. *Matth.* 11, 27. Sic omnia huic à Patre ſunt tradita.

Quis ſibi igitur quid bonitatis per eas futiles & inanes habitualiſticas virtutes, Spiritum Dei Chriſti prorſus ignorantes, adſcribere auſit, quùm ipſe Chriſtus quoque neminem bonum pronunciet, niſi unicum Deum? *Marc.* 10, 18. *Luc.* 18, 19. Hæc tamen quoque ſententia Bodini non improbanda eſt; ubi ſtatuit, quod à ſingulorum virtuoſitate etiam felicitas in univerſam ſe extendat Rempubl. Etenim ſi unuſquiſque in cordis veram ſecum pietatem deſcendat, ac in ea fideliter cotidie exerceat, an non inde totius Reipubl. ædificatio ſalutaris exurgat? Ideo

Chriſtus ipſe ad cordis ſui pacificationem nos tàm ſedulò remittit. *Matth.* 18, 35. Et D.Paul. *Rom.* 15. 2. *ait*: Vnuſquiſque noſtrûm placeat proximo in bonum, ad ejus ædificationem. *Item Gal.* 6, 5. Vnuſquiſque opus ſuum probatum reddat, & tunc in ſemetipſo ſolo glariationem habebit, & non in alio. Nam unuſquiſque ſuum onus portabit. Communicet autem cum eo, qui ſe inſtituit, omnia bona, &c. 1 *Cor.* 14, 26. Omnia ad ædificationem fiant 2 *Cor.* 9, 7. Vnuſquiſque ſicut præoptat corde, ita agat, non ex triſtitia. Quapropter depoſito mendacio, loquimini veritatem quiſque cum proximo ſuo. Nam ſumus alii aliorum membra. *Epheſ.* 4, 25. Si ita ſinguli id faciant, quod pietatis eſt, totum corpus facilè ſanabitur. *Hebr.* 8, 11.

XXV. *Num verò Bodini definitio, quam ſtatim in principio Reipubl. accommodavit, eſt ſatis ſufficiens?*

EX iis, quæ hactenus ſunt explicata, facilè cuivis patet, quod Reſpubl. ſuam congruentem ſibi perfectionem non acceperit. Etenim præterquam, quod finis externus & propriè veræ Reipubl. conveniens planè eſt omiſſus, etiam hoc illi deeſt, quod minus accommadatè ad Verbum Dei ſit prolata & compoſita, quùm veritas inde unicè ſit petenda, utpote quod ſolummodo ea doceat, quæ undiquaque in hujus vitæ converſatione quavis & ſtatu tam privatim quàm publicè eſſe ſaluti queant, quùm omne conſilium Dei in eo ubertim nobis ſit detectum, ut non opus ſit ex ethniciſmo tam longinqua petere. *Eſa.* 49, 20. *&* 50, 45. *Act.* 20, 27. *Eph.* 1, 11. *Hebr.* 6, 17. *Eſa.* 11, 2.

Digitized by Google

XXVI. *An verò in definitione bona, quid commodè omitti poteſt?*

TAles definitiones quæ ſaltem ex ſubjecto & fine interno deſumuntur, imperfectiſſimæ ſunt: Quippe, *ut diximus*, finis internus non propter ſe eſt; ſed totus propter externum, cui famulatur & ſubſervit omnibus mediis & viribus ſuis; quare & principaliſſimus eſt ac dicitur meritò ab aliis. Quod ſi jam omittatur externus è definitione, incertus abit auditor, quùm præſtantiſſimam ignoret cauſſam. E.g. Definiat mihi quis piſcatoriam artem ſine mentione finis externi, ſive principalis; videbit quam pulchram ſit habiturus definitionem: puta: Piſcatoria eſt ars benè conficiēdi rete & hamos, eoſdemq; catè cum prudētia projiciendi in aquas. Quęret ſtatim auditor; quorſum id fiat, quùm videat, præcipuam heîc deeſſe cauſſam; licet heîc & opus & officium piſcatoris in projectione retium iſti definitioni ſit incluſum; tamen mutila eſt. Ita quoque ſe res habet in aliis definitionibus cunctis, ut cauſſas exprimere debeant, ſi ſint cauſſales, & pro perfectis ſint accipiendæ.

XXVII. *Quur tamen Bodinus ita principalem omiſit cauſſam heîc?*

EX incuria aut negligentia id factum eſſe, minimè ſtatuendum eſt, multò minus ex ignorantia, quùm toto capite hoc 1. de fine univerſali ſit ſollicitus: ſed ipſe innuit & rationem ſuam indicare videtur *pag.* 4. quod eò rectius excutere potuerit Stagiritæ illius & Ciceronis de hoc fine opiniones, qui Reſpubl. appellaverint, hominum cœtus, benè beateque vivendi cauſſa ſociatos; ubi illud, Benè beateque vivere, ſatis nervoſè exagitat, quum illi virtutis ſuæ culturam non aliter in Republ. admittant, quam ſi ſimul rerum affluentia adſit, licet aliud ſimulent

 interdum.

Digitized by Google

interdum, & virtutis falſæ ſuæ nomine ſe veſtire candidos videantur. Inde Rempubl. benè inſtitutam dicemus, *inquit*, quæ ad verum decus & honeſtatem dirigetur; etiamſi prematur inopia, ſi ab hoſtibus obſeſſa, ſi ab amicis deſerta, ſi denique omni genere calamitatum obruta videatur. Nam veluti juſtus ſemper ſibi beatus apparet, licet omnibus fortunæ acerbitatibus prematur; ac è contra injuſtus ſemper infeliciſſimus, licet omnibus & maximis ſortis proſperitatibus abundet: Sic & vult ſe rem habere cum bona Republ. quæ virtutibus ſit addicta. Majori ſanè hoc & gratiori veritatis affectu hæc exprimere potuiſſet; ſi fundamenta S. Scripturæ paulò attentius introſpexiſſet. Nihilominus non putat negligenda, quæ Reipubl. primordia ſuggerant. *pag.* 7. in vita.

XXVIII. *Qualia igitur primordia facit Reipublicæ?*

VT ſcilicet ea parentur, ſine quibus vivi non poteſt: Deinde quærantur ea, quibus commodius vivitur, ut medicamenta ad morborum curationem; metalla quibus inſtrumenta opificibus & alia neceſſaria comparantur, &c. & in primis idonea procuretur educatio, &c.

XXIX. *Quid verò de eorum fine Reipubl. ſtatuendum eſt, qui eum vitæ commoditatem, omnium ſingulorumque utilitatem volunt?*

HAEc omnia gentes mundi requirunt, ait Chriſtus *Matt.* 6, 32. *Luc.* 12, 30. Vos autem non ſic. Propterea enim ſic fremunt ethnici, ut potius corporalia, quàm vera poſſideant bona, & quæ ſolida cæleſti beatitudine Rempubl. afficiant. Ideoque mera eſt inverſio rerum, ex ſervo Dominum efficere. Quod rei miniſterium exhibet, non poteſt pro principali haberi. Quid igitur dicemus? ait *D. Paul.* *Rom.*

Digitized by Google

Rom. 6, 1, 2. Permanebimus in peccato, ut gratia auctior fiat? Abſit. Qui mortui ſumus in peccato, quomodo adhuc vivemus in eo? Sine, ut mortui ſuos ſepeliant mortuos. *ait Chriſt. Matt.* 8, 22. *Luc.* 9, 60.

XXX. *Quomodo verò Reipubl. perfectior definitio poteſt dari?*

VT ſit apta & ſacra univerſi populi, ſive ſocietatis publicæ coadunitio in ſancta poteſtate, per quam imperantes & ſubditi mutuo amoris & dilectionis conſenſu ita in unum Corpus cum rebus ſuis ſolidè coaleſcunt, ut certum ſtatum firmitudinis ſalutaris piè recipiant, ac inde civitas juſta reſultet. Quàm ſanctum enim ſit nomē Reipubl. id rectè monet ſub initio Bodin. quùm inter nebulones & piratas prædoneſvè, nulla juris ſocietas aut contractuum fides in pietate eſſe queat. Reſolutionem autem hujus definitionis, *in Pol. intr. noſt. lib. 2. cap. 2.* inveniet, qui plura expetit.

CAPVT II.

I. *De quibus rebus agit, aut quid continet hoc caput?*

POſtquam Finem ceu Principium totius Doctrinæ Politices conſtituit, incipit nunc rectè in ſubjectum, cui finis ille imponendus eſt, oculos convertere ſuos, & illud ſecundum anatomiam convenientem diſcutere cupit. Etenim tria hæc omnes continent artes; Primò, ut finem ſuum benè prius diſpiciant & examinent; Deinde pernoſcant loca ſuorum ſubjectorum, quibus finem ſuum inducant. Tertio, diſpiciunt etiam inſtrumenta idonea, cum quibus id obtineant in ſubjecto, quod finis illis determinatum conſtituit, quamvis al[illegible] fermè inverſum ordinem præcipiant contra naturam. Vt autem heic auctor noſter cognitioni ſe humanæ rectius accommodet,

modet, priuſquam ad ſpecialiora deſcendat de familiis in genere heîc agit, ac earum Iure, & ſimul differentiam ponit, quâ à Republ. diſtet.

II. *Quid igitur eſt familia juxta Bodinum?*

EST plurium, ſub unius ac ejuſdem patrisfamilias imperio, ſubditorum, earumque rerum, quæ ipſius propriæ ſunt, recta moderatio.

III. *Quare à Familiis incipit & non potius Societatis humanæ explicationem præmittit?*

VErum quidem eſt, ſi & ordinis naturalis & facilioris cognitionis rationem habere voluiſſet, quod ipſi fuiſſet prius agendum, de Societate hominum univerſim ſic conſiderata, quatenus Reipubl. ſuum exhibeat, ad corporis alicujus conſtitutionem, ſubjectum; præſertim quùm & in definitione Reipub. multitudinis ceu populi mentionem fecerit; Populus enim eſt; unde Reſpubl. nomen hoc gerit. Quippe Rei appellatio adeò heîc ſumitur, ut res, perſonas, & actiones denotet; Et publica à populo quaſi populica dicitur, ut complectatur omne id, quod ad populum ſpectat & pertinet. Vndè & merito Societatis explicationem, ac quomodo ea in publicam & privatam divideretur, ſubnectere potuiſſet, priuſquam ad corporis membra ſe convertiſſet: Sed quùm familia à principio ſeminarium fuerit, ac veluti rudimentum rerum omnium publicarum, voluit ex ea ad totius corporis conſtructionẽ prodire; ſicut urbs non ſimultanea ædificatione ædium poteſt erigi; donec Societas publica enaſcatur. Tum *lib.* 3. *cap.* 7. hanc ponit rationem ex definitione Reipubl. eam ſumens; Quùm familiæ, *ait*, à prima ſui origine ſenſim diſcederent, civili Societate naturalem placuit imitari. Eſt enim Reſpublica civilis Societas, quæ ſine

ſine collegiis & corporibus ſtare per ſe ipſa poteſt; ſine familia non poteſt. Quin etiam Reſp. diſſolubiles ſunt; quia ducuntur ab hominum legibus & inſtitutis: Familiæ verò niſi intereat omne genus humanum, interire non poſſunt. Ex quo intelligitur, *ait*, ab unius familię radice, quam Deus conſeverat, quaſi ſtirpes primùm fuiſſe propagatas, quibus domicilia tectaque ſibi, ut ab injuria cœli ac ferarum animantium tutiores eſſent, ædificare neceſſe fuit: & quùm in eam multitudinem excreviſſent, ut non eadem regione contineri poſſent, ac vicos pagis auxiſſent, aliò proficiſci, ac novas ſedes quærere oportuit. Hinc adeò à familiis pedetentim ad Societatem univerſalem prodire voluit: quod rationi ejus conſentaneum relinquitur.

IV. *An non verò adhuc firmior ratio poteſt dari, præter dictas?*

IMò, *ait ipſe*, quemadmodum familia benè ac prudenter inſtituta, vera eſt civitatis imago: ac domeſticum imperium, ſummæ in Republ. poteſtati quodammodo ſimile: ita quoque familiæ regendæ ratio ſingularis quædam eſt, Reip. inſtituendæ ac moderandæ diſciplina. Et, ut ſingula membra Corporis, quamdiu officium non deſerunt ſuum, firma valetudine & explorata ſpe ſalutis fruuntur: ita quoque ſi familiæ ſingulæ ſuis quæq; officiis contineantur, civitas univerſa rectam ſervabit bene vivendi (& maximè in vera pietate ſe exercendi) diſciplinam.

V. *Familiæ autem unde nomen & quid denotat?*

IVxta Feſt. familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & Princeps generis vocabatur Pater & Mater familiæ. Vnde familiæ nobilium. Sic & apud Cicer. familia pro ſtirpe, & agnatione accipitur *de Cl. O. & pro R. P. & 1. de ll.* Hinc ad imi-

tationem pro ſectis, nec non pro ſervorum numero habentur. *Plaut.* & familiam gladiatorum, hiſtrionum & aliorum facit. *Cic.* ad poſſeſſiones quoque patris familias extendit. At *Feſt.* familiares ex eadem familia deducit. Poſtea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata *I,* cum *V,* littera. Vnde familiaris Romanus quaſi privatus dictus eſt, quùm homines ſervę conditionis titulo familiæ cenſi ſint antiquitus; nimirum à famulando. *lib.* 1. *ff. de vi arm. Macrob. Sat. lib.* 1. *cap.* 11.

In S. Scriptura familiæ domibus & ſtemmatis accenſentur, quod quaſi uno ſanguinis Iure utantur; ſicuti & ſtirpium capita Principes dicuntur. *Exod.* 6. 19. 25. *&* 11. 3. *Levit.* 21. 17. *Num.* 1. 18. 22. 24. *&c.* 42. 45. 47. *&* 2. 34. *&* 3. 15. 21. 27. 39. *&* 4. 2. 22, 24. 28. 29. *&* 7. 2. *&* 11. 10. *&* 20. 29. *&* 26. 5. 6. 7. 12. 13. 14. *&c.* 36. 1. 8. 12. *Ioſ.* 7. 17. *&* 13. 28. *&* 14. 11. *Iud.* 6. 11. 15. *&* 8. 32. *&* 9. 6. *&* 18. 2. 19. *&* 1. *Reg.* 8. 1. *&* 2. *Reg.* 3. 17. *&* 1. *Chron.* 5. 7. 15. 24. *&* 6. 19. *&* 7. 4. 7. 9. *&c.* Veluti paſſim videre eſt, quod propter lineam Chriſti Iudæi accuratiſſimè ſuum ſtemma in famillis obſervarint; unde etiam Ius familiæ exortum, de quo *in Polit. n. introd. lib.* 2. *cap.* 10. egimus.

VI. *Num familiæ autem rectè ſunt ita definitæ?*

PArem ſtatum & conditionem hæc definitio habet cum ea, quam ſupra de Republ. indicavimus, quum ſolummodo quid, & non propter quid & quantum dicat, ut ſaltem ſit gubernatio eorum, qui ſub imperio unius Patris familias comprehēduntur.

VII. *An vero poteſt plenior dari definitio, & quænam ea eſt?*

OMninò. Eſt enim ortæ multitudinis coacervata Societas, qua homines aut perſonæ aliquot, decenti

centi ratione Iuris inter ſe corporis cujuſdam privati vinculum conſtituunt pro ſuſtentatione commodiori, ut eò rectius in pietate vitæ cotidianæ neceſſitatem ſibi laboribus adſiduis conquirant & ſe mutuo conſervent. *Gen.* 10. *&* 19. 37. 39. *Levit.* 22. 13. Sunt ènim plures perſonæ ſub privata poteſtate unius capitis tam naturâ quàm Iure ſubjectæ, juxta *l.* 195. *ff. de V. S. paragr.* 2.

VIII. *Quot perſonæ conficiant familiam.*

QVùm ad collegium conſtituendum 3 perſonæ neceſſariæ ſint *lib. Not. ff. de V. S.* tres quoque perſonas præter patrem familias cum conjuge, in familia definienda ducimus. *lib. famil. ff. t. eod.* ut ita quinque perſonis integra quidem familia conſtituatur. Inde opinor Apuleio ac veteribus tritum illud, 15. perſonis populum conflari, quaſi ex 3 familiis integris: attamen pro ratione conjugii & poſſeſſionis, quid heîc determinandum relinquimus aliis, quum Salomon etiam 600. liberos habuerit.

IX. *An verò poſſunt 3. collegia ſine familia civitatem conſtituere, ſi ſumma imperii poteſtate regantur?*

LIcet videri poſſet, tamen non eſt Reſpubl. Quia nullum collegium, nullum corpus ſine familia ſtare diu poteſt. Inde *ICti l.* 76. *ff. de Iudic.* tradunt, populum immortalem eſſe, ſi modo ejus ſpecies poſt 1000. annos ſtaret; etiamſi uſusfructus Reipubl. legatus poſt annum 100 *l.* 56. *ff. de uſuſr. & quemad. quis utat.* extinguatur: ne proprietas inanis ſit, ac inutilis domino futura. Quoniam cives omnes unius ſeculi diuturnitate intermori videantur; licet immortales ſint ſempiterna ſui generis propagatione futuri. Ita Reſp. ſine ſumma poteſtate, quæ omnia civitatis membra familiaſq; ſingulas in unum corpus cogit, conſiſtere nullo modo poteſt. Interim Reſp.

Digitized by Google

minima, tam eſt Reſpubl. quàm magna quædam & ampla.

X. *Si uni trium familiarum Patriſfamilias obſeratur imperium, an ille conſtituat Rempublicam?*

EA poteſtas, quæ ex multitudine capiti adſignatur legitimè, æquè conficit Rempubl. ac ſi multitudine cives innumerabiles complectatur. Ideoque craſſiſſimè Stagirita ille errat, qui Babylonem, cujus ambitus vix triduo poterat circumiri, gentem potius, quàm Rempubl. dici putat.

XI. *An non Familiarum bona, ſi in civium ordinem redigantur, debent eſſe communia?*

NVlla ne cogitatione quidem fingi Reſpubl. poteſt, quæ nihil omninò habeat publicū & commune, ceu fieri poteſt, ut agrorum pars maxima ſit communis univerſorum civium, pars verò minima ſingulorum; tamen confuſio eſt evitanda; quum nihil publicum eſſe poſſit, ubi non ſit privatum; nec regem quenquam futurum, ſi cives omnes ſint reges? Quis audiat harmoniæ ſuavitatem, ſi confuſio ſit vocum & merus ululatus? An non Deus Imperia & regna transfert atque dividit? *Iob* 34,24. *Dan.* 2, 21. & 4,14,29. *Ier.* 27,5,6. A quibus regiones orbis diviſæ? *Gen.* 10, 5. Nonnè Iehova ipſe Ioſuæ diviſionem terrarum ab Aegypto uſque ad Lybanon mandavit, ut Iſraelitæ hæreditario Iure eas poſſiderent? *Ioſ.* 13,6,7,8,&c. & 14. & 15. & 16. & 17. Nec Chriſtus ipſe proprietatem bonorum in poſſeſſione ulli abnegavit, aut prohibuit, quod aliquot confirmavit parabolis. *Matth.* 21. *Marc.* 12. *Luc.* 20. Quin & ipſe vectigal ſolvit. Modo illud Meum & Tuum in vero obſervetur uſu juxta dilectionis regulam.

Digitized by Google

XII. *An verò res familiaris non opponitur Rei publicæ?*

Non opponitur, ſed Reipubl. inſervit, ut inde etiam onera cuncta & tributum & vectigal perſolvantur. *Rom.* 13,7. Si verò abſque diſcrimine communitas eſſet rerum omnium, ſequerentur familiarum omnium interitus. *l. 7. paragr. ſi pacis ff. de pact. l. 4. ff. de publ. jud.* Vnde & Plato ſuam reliquit Socrati ſententiam, & ab ea diſceſſit. Nihilominus amoris & amicitiæ veræ Iura hoc exigunt, ut erga omnes ſimus liberales, in beneficentia etiam erga inimicos, jubente ſic Chriſto. *Matt.* 5,44. *Rom.* 12,20. *Gal.* 6,10. & 1 *Theſſ.* 5,15. & 2 *Theſſ.* 3,13. *Prov.* 11,26,28,16. *Tit.* 3,13. *Matth.* 6,4. *Luc.* 11,1. & 2 *Cor.* 9,8. Interim tamen manet, quod uſus communis non tollat rei proprietatem.

XIII. *Aſt num Amoris & amicitiæ natura non eſt, ut vim amittat, ſi in plures diſpergatur rivos?*

Inter amorem verum & falſum, uti & inter amicitiam veram & falſam, magna eſt differentia. Amoris enim & Charitatis præceptum ſummum eſt Ievæ & Chriſti, *Exod.* 23,4. *Levit.* 19,18. *Deut.* 22, *Matth.* 5,42. & 19,19. & 22,39. *Marc.* 12,31. *Luc.* 11,42. *Iohan.* 13,34. & 15,12,17. *Rom.* 12,9. Nam amicus verus omni tempore diligit *Prov.* 17, & charitas nunquam excidit 1 *Cor.* 13,8. Deus Charitas, ac qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. 1 *Ioh.* 4,16. Vnde etiam & inimici diligendi ſunt. *Exod.* 23,4. & 1 *Sam.* 24,5,7. 26,5. & 30,11. *Prov.* 25,21. Qui igitur ex amore excidit, quomodo maneat is in Deo? *ait Ioh. d.* . 15. Si diligatis, qui vos amant, quid præmii habebitis? An non hoc etiam Publicani faciunt? *Matth.* 5,45. Ideo perfecti eſſe debetis, ceu Pater ve-

queat. Papias diſcrimen *potentiæ* & *poteſtatis* eſſe vult; Potentia, *ait*, in eo eſt, quód poſſumus: Poteſtas verò in eo, quod licet. Potentia igitur eſt ad conſervanda ſua, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Poteſtas quod pateat illi, quæque eligit, & nemo iter claudit. Inde poteſtas à poteſſe dicitur, quod eſt vel abſolutè valere; vel relatè habere libertatem ad aliud. Sed mala ſit libertas poteſtatis, quæ limites naturæ tranſgrediatur, ut in diabolo exēplum eſt, qui inde in infernum præcipitatus; & Adam quoque ex paradiſo in hoc mundi animale regnum deſultorium lapſum fecit, corpus paradiſiacum cœleſte, in carnale animantis juxta boni & mali commixtionem commutans, quùm anteà ab omnis contrarii adverſitatibus caloris & frigoris, humidi & ſicci, craſſitiei & tenebricoſæ denſitatis, morbi & moleſtiarum &c. eſſet prorſus liber; ſed in cœleſti temperie ita viveret, ut nil ipſi eſſet obſtaculo, quorſum ſe voluntate convertere volebat, & gloriæ Dei undique unicè ſemper eſſet cupidiſſimus.

IV. *Quotuplex eſt poteſtas?*

ALia legitima, alia illegitima, ut ex dictis apparet, quod illegitima lapſus cauſſa ſit noſtri; altera verò jam determinata eſt.

V. *Legitima verò poteſtas quotuplex?*

OMnis poteſtas, juxta Bodinum, eſt publica vel privata: Publica aut legibus ſoluta eſt, eorum ſcilicet, qui ſummum imperii ſui habent: aut legibus imminuta, qualis eſt magiſtratuum, qui etiamſi privatis imperent, ipſi tamen ſuperiorum imperiis & legibus tenentur. Solutis autem legibus poteſtas non contra Deum & naturam datur, quæ eo ipſo facto commigraret in externam nequitiam & tyran-

nidem.

idem. Namque veluti Deo parere vera libertas eſt, a idem poteſtati ad naturam competit, non velle, uæ licet, & libet; ſed quæ nos decet.

VI. *Quid eſt privata poteſtas?*

St ea, quæ vel in patre familias videre eſt, aut in corporibus & collegiis, quùm univerſi aut maxiaa pars omnium cæteris imperat juxta decorum x pietatem maximè.

VII. *Quotuplex autem eſt poteſtas domeſtica?*

QVadruplex 1. Mariti ſcilicet adverſus uxorem. 2. Patris in filios. 3. Domini erga ſervos. 4. Principis familiæ in famulos mercede conductos.

VIII. *Vnde eſt mariti poteſtas in uxorem?*

A Deo ipſo, quæ ita exprimitur: Atque tua voluntas viro ſubjecta erit, & ille erit tuus Dominus. Ita ad mariti dominationem legitimam alligata eſt mulieris voluntas, non ultra ad iniquitates & vim naturæ inimicam. *Gen.*3, 16. Prius igitur, quàm alteri rectè quis imperet, ſibi ipſi imperare condiſcat, ut interno homini in regeneratione & novitate cordis ſui, ceu loquitur D.Paul, tribuatur imperium, externo homini obſequium.

IX. *Quur verò non rectæ rationi potius in cupiditates concedatur imperium?*

NImis ethnicum hoc ſapit. Etenim poſt lapſum homo non habet rectam rationem niſi Fidem, ſive regenerationem hominis interni. Adam ante lapſum non fuit animal; ſed homo prorſus paradiſiacus; ex lapſu hoc habet, quod ſit animal redditus. Inde ea ratio, quàm homo in animalitate exerit, nil niſi cæcitatis ſuæ tenebras monſtrat. Et miſera eſt definitio eorum, qui hominem *Animal ſaltem rationale* clamant, quùm longè excellentius quid ſit, ſi

per

gentilium virtutum culturam fervidam & communem, exactius quid & plenius conſtituiſſet, ita operoſus eſt in inquirendo fine, ut etiam *pag.* 5. in hæc verba erumpat; quod, quantò finis cujuſque civitatis præſtantior atque divinior erit, tantò ipſa cæteris excellere judicetur. *Item pag.* 5. *ait,* quis dubitet felicitatis humanæ ſummam, à præſtantiſſima virtute, quam mentis agitationem appellant, totam pendere? Si ita ſtrenuè Chriſtianorum cauſſam, quàm ethnicorum egiſſet, ac ad pietatis veræ normam in Chriſto hæc revocaſſet, ſatis promptiorem ſe heíc expedire potuiſſet præ cunctis aliis Politicis. Sed communis iſte error, quo Politica omnis à Verbo Dei ſeparatur & dirimitur, ipſi cum aliis impoſuit, ut talia incautus tranſierit.

XXIII. *An verò felicitas humana non à virtute pendet?*

OMninò quidem id ſtatuendum eſt; ſed non à falſa ea virtute, quàm ethnici ex nudo habitu ſibi conficiunt; verùm à vera virtute, quam nobis Verbum Iehovæ toties inculcat cum mortificatione carnis, & abnegatione ſui, quæ nil niſi pietatem vividam in dilectione Dei & proximi ponat & importet: Alias altera nil niſi idololatriam ſpirat, ut jam toties declaratum eſt.

XXIV. *An non eadem unius civis, quæ totius eſt Reipubl. felicitas?*

HAnc movet *pag.* 5. Bod. quæſtionem, & juxta ſuam opinionem non malè reſpondet ex præſuppoſitis ſuis ita: ſi ſummum bonum in iis poſitum eſt virtutibus, quæ mentis ipſius ſunt propriæ; conſequens eſt illud quoque, cives illos vera felicitate frui, qui rerum naturalium, humanarum ac divinarum ſuaviſſima cognitione exercentur, quique contemplationis

plationis ſuæ fructus præpotenti Deo, totius naturæ Principi, ferunt acceptos. Hoc igitur bonorum extremum in ſingulis ſtatuentes, quur non etiam univerſorum ac totius Reipubl. ſummum ultimumque finem eſſe concedimus? &c. Conatum ejus quidem eſſe arduum & ſatis alacrem ac propenſum ad bonitatem: ſed utinam quoque verè cœleſtia ita attingere potuiſſet, ceu undique id innuit. Tantum igitur ſani eſt huic locutioni, quod omnia velit ad Deũ referri; ſed fallit in eo maximè, quod in contemplatione ſaltem externæ rationis acquieſcendum putet, quum in pietatis exercitio, ex Fide vivida & nova creatura hominis, *ut loquitur D. Paul.* profluente, omnia conſiſtant, quæ gratiam nobis coram Deo procurent. Aliàs enim vanitas vanitatum & afflictio ſpiritus eſt, quicquid extra Fidem veritatis Dei laboratur, *ait rectè D. L. tom. 2. Lat. pag.* 285. Nec ſummum bonum in talibus datur virtutibus, quæ verum Deum ſapere nequeunt, aut ad eum pertinere. Interventione enim Chriſti heic opus eſt, ut ipſe adfirmat; *Ioh.* 14, 6. Nemo venit ad Patrem niſi per me. Nec quiſquam novit Patrem, niſi Filius, & cuicunq; voluerit Filius eum detegere. *Matth.* 11, 27. Sic omnia huic à Patre ſunt tradita.

Quis ſibi igitur quid bonitatis per eas futiles & inanes habitualiſticas virtutes, Spiritum Dei Chriſti prorſus ignorantes, adſcribere auſit, quùm ipſe Chriſtus quoque neminem bonum pronunciet, niſi unicum Deum? *Marc.* 10, 18. *Luc.* 18, 19. Hæc tamen quoque ſententia Bodini non improbanda eſt; ubi ſtatuit, quod à ſingulorum virtuoſitate etiam felicitas in univerſam ſe extendat Rempubl. Etenim ſi unuſquiſque in cordis veram ſecum pietatem deſcendat, ac in ea fideliter cotidie exerceat, an non inde totius Reipubl. ædificatio ſalutaris exurgat? Ideo

Chriſtus ipſe ad cordis ſui pacificationem nos tàm ſedulò remittit. *Matth.* 18, 35. Et D.Paul. *Rom.* 15. 2. *ait:* Vnuſquiſque noſtrûm placeat proximo in bonum, ad ejus ædificationem. *Item Gal.* 6, 5. Vnuſquiſque opus ſuum probatum reddat, & tunc in ſemetipſo ſolo glariationem habebit, & non in alio. Nam unuſquiſque ſuum onus portabit. Communicet autem cum eo, qui ſe inſtituit, omnia bona, &c. 1 *Cor.* 14, 26. Omnia ad ædificationem fiant 2 *Cor.* 9, 7. Vnuſquiſque ſicut præoptat corde, ita agat, non ex triſtitia. Quapropter depoſito mendacio, loquimini veritatem quiſque cum proximo ſuo. Nam ſumus alii aliorum membra. *Epheſ.* 4. 25. Si ita ſinguli id faciant, quod pietatis eſt, totum corpus facilè ſanabitur. *Hebr.* 8, 11.

XXV. *Num verò Bodini definitio, quam ſtatim in principio Reipubl. accommodavit, eſt ſatis ſufficiens?*

EX iis, quæ hactenus ſunt explicata, facilè cuivis patet, quod Reſpubl. ſuam congruentem ſibi perfectionem non acceperit. Etenim præterquam, quod finis externus & propriè veræ Reipubl. conveniens planè eſt omiſſus, etiam hoc illi deeſt, quod minus accommadatè ad Verbum Dei ſit prolata & compoſita, quùm veritas inde unicè ſit petenda, utpote quod ſolummodo ea doceat, quæ undiquaque in hujus vitæ converſatione quavis & ſtatu tam privatim quàm publicè eſſe ſaluti queant, quùm omne conſilium Dei in eo ubertim nobis ſit detectum, ut non opus ſit ex ethniciſmo tam longinqua petere. *Eſa.* 49, 20. & 50, 45. *Act.* 20, 27. *Eph.* 1, 11. *Hebr.* 6, 17. *Eſa.* 11, 2.

Digitized by Google

XXVI. *An verò in definitione bona, quid commodè omitti poteſt?*

TAles definitiones quæ ſaltem ex ſubjecto & fine interno deſumuntur, imperfectiſſimæ ſunt: Quippe, *ut diximus*, finis internus non propter ſe eſt; ſed totus propter externum, cui famulatur & ſubſervit omnibus mediis & viribus ſuis; quare & principaliſſimus eſt ac dicitur meritò ab aliis. Quod ſi jam omittatur externus è definitione, incertus abit auditor, quùm præſtantiſſimam ignoret cauſſam. E.g. Definiat mihi quis piſcatoriam artem ſine mentione finis externi, ſive principalis; videbit quam pulchram ſit habiturus definitionem: puta: Piſcatoria eſt ars benè conficiēdi rete & hamos, eoſdemq; catè cum prudētia projiciendi in aquas. Quęret ſtatim auditor; quorſum id fiat, quùm videat, præcipuam heîc deeſſe cauſſam; licet heîc & opus & officium piſcatoris in projectione retium iſti definitioni ſit incluſum; tamen mutila eſt. Ita quoque ſe res habet in aliis definitionibus cunctis, ut cauſſas exprimere debeant, ſi ſint cauſſales, & pro perfectis ſint accipiendæ.

XXVII. *Quur tamen Bodinus ita principalem omiſit cauſſam heîc?*

EX incuria aut negligentia id factum eſſe, minimè ſtatuendum eſt, multò minus ex ignorantia, quùm toto capite hoc 1. de fine univerſali ſit ſollicitus: ſed ipſe innuit & rationem ſuam indicare videtur *pag.* 4. quod eò rectius excutere potuerit Stagiritæ illius & Ciceronis de hoc fine opiniones, qui Reſpubl. appellaverint, hominum cœtus, benè beateque vivendi cauſſa ſociatos; ubi illud, Benè beateque vivere, ſatis nervosè exagitat, quum illi virtutis ſuæ culturam non aliter in Republ. admittant, quam ſi ſimul rerum affluentia adſit, licet aliud ſimulent

 interdum,

interdum, & virtutis falſæ ſuæ nomine ſe veſtire candidos videantur. Inde Rempubl. benè inſtitutam dicemus, *inquit*, quæ ad verum decus & honeſtatem dirigetur; etiamſi prematur inopia, ſi ab hoſtibus obſeſſa, ſi ab amicis deſerta, ſi denique omni genere calamitatum obruta videatur. Nam veluti juſtus ſemper ſibi beatus apparet, licet omnibus fortunæ acerbitatibus prematur; ac è contra injuſtus ſemper infeliciſſimus, licet omnibus & maximis ſortis proſperitatibus abundet: Sic & vult ſe rem habere cum bona Republ. quæ virtutibus ſit addicta. Majori ſanè hoc & gratiori veritatis affectu hæc exprimere potuiſſet; ſi fundamenta S. Scripturæ paulò attentius introſpexiſſet. Nihilominus non putat negligenda, quæ Reipubl. primordia ſuggerant. *pag.* 7. in vita.

XXVIII. *Qualia igitur primordia facit Reipublicæ?*

VT ſcilicet ea parentur, ſine quibus vivi non poteſt: Deinde quærantur ea, quibus commodius vivitur, ut medicamenta ad morborum curationem; metalla quibus inſtrumenta opificibus & alia neceſſaria comparantur, &c. & in primis idonea procuretur educatio, &c.

XXIX. *Quid verò de eorum fine Reipubl. ſtatuendum eſt, qui eum vitæ commoditatem, omnium ſingulorumque utilitatem volunt?*

HAEc omnia gentes mundi requirunt, ait Chriſtus *Matt.* 6, 32. *Luc.* 12, 30. Vos autem non ſic. Propterea enim ſic fremunt ethnici, ut potius corporalia, quàm vera poſſideant bona, & quæ ſolida cæleſti beatitudine Rempubl. afficiant. Ideoque mera eſt inverſiò rerum, ex ſervo Dominum efficere. Quod rei miniſterium exhibet, non poteſt pro principali haberi. Quid igitur dicemus? ait *D. Paul.*

Rom.

Rom. 6, 1, 2. Permanebimus in peccato, ut gratia auctior fiat? Abſit. Qui mortui ſumus in peccato, quomodo adhuc vivemus in eo? Sine, ut mortui ſuos ſepeliant mortuos. *ait Chriſt. Matt.* 8, 22. *Luc.* 9, 60.

XXX. *Quomodo verò Reipubl. perfectior definitio poteſt dari?*

VT ſit apta & ſacra univerſi populi, ſive ſocietatis publicæ coadunitio in ſancta poteſtate, per quam imperantes & ſubditi mutuo amoris & dilectionis conſenſu ita in unum Corpus cum rebus ſuis ſolidè coaleſcunt, ut certum ſtatum firmitudinis ſalutaris piè recipiant, ac inde civitas juſta reſultet. Quàm ſanctum enim ſit nomē Reipubl. id rectè monet ſub initio Bodin. quùm inter nebulones & piratas prædoneſvè, nulla juris ſocietas aut contractuum fides in pietate eſſe queat. Reſolutionem autem hujus definitionis, *in Pol. intr. noſt. lib. 2. cap. 2.* inveniet, qui plura expetit.

CAPVT II.

I. *De quibus rebus agit, aut quid continet hoc caput?*

POſtquam Finem ceu Principium totius Doctrinæ Politices conſtituit, incipit nunc rectè in ſubjectum, cui finis ille imponendus eſt, oculos convertere ſuos, & illud ſecundum anatomiam convenientem diſcutere cupit. Etenim tria hæc omnes continent artes; Primò, ut finem ſuum benè prius diſpiciant & examinent; Deinde pernoſcant loca ſuorum ſubjectorum, quibus finem ſuum inducant. Tertio, diſpiciunt etiam inſtrumenta idonea, cum quibus id obtineant in ſubjecto, quod finis illis determinatum conſtituit, quamvis al[illegible] fermè inverſum ordinem præcipiant contra naturam. Vt autem heic auctor noſter cognitioni ſe humanæ rectius accom-

modet, priuſquam ad ſpecialiora deſcendat de familiis in genere heîc agit, ac earum Iure, & ſimul differentiam ponit, quâ à Republ. diſtet.

II. *Quid igitur eſt familia juxta Bodinum?*

EST plurium, ſub unius ac ejuſdem patrisfamilias imperio, ſubditorum, earumque rerum, quæ ipſius propriæ ſunt, recta moderatio.

III. *Quare à Familiis incipit & non potius Societatis humanæ explicationem præmittit?*

VErum quidem eſt, ſi & ordinis naturalis & facilioris cognitionis rationem habere voluiſſet, quod ipſi fuiſſet prius agendum, de Societate hominum univerſim ſic conſiderata, quatenus Reipubl. ſuum exhibeat, ad corporis alicujus conſtitutionem, ſubjectum; præſertim quùm & in definitione Reipub. multitudinis ceu populi mentionem fecerit; Populus enim eſt; unde Reſpubl. nomen hoc gerit. Quippe Rei appellatio adeò heîc ſumitur, ut res, perſonas, & actiones denotet; Et publica à populo quaſi populica dicitur, ut complectatur omne id, quod ad populum ſpectat & pertinet. Vndè & merito Societatis explicationem, ac quomodo ea in publicam & privatam divideretur, ſubnectere potuiſſet, priuſquam ad corporis membra ſe convertiſſet: Sed quùm familia à principio ſeminarium fuerit, ac veluti rudimentum rerum omnium publicarum, voluit ex ea ad totius corporis conſtructionẽ prodire; ſicut urbs non ſimultanea ædificatione ædium poteſt erigi; donec Societas publica enaſcatur. Tum *lib.* 3. *cap.* 7. hanc ponit rationem ex definitione Reipubl. eam ſumens; Quùm famili[æ], *ait*, à prima ſui origine ſenſim diſcederent, civili Societate naturalem placuit imitari. Eſt enim Reſpublica civilis Societas, quæ ſine

ſine collegiis & corporibus ſtare per ſe ipſa poteſt, ſine familia non poteſt. Quin etiam Reſp. diſſolubiles ſunt; quia ducuntur ab hominum legibus & inſtitutis: Familiæ verò niſi intereat omne genus humanum, interire non poſſunt. Ex quo intelligitur, *ait*, ab unius familię radice, quam Deus conſeverat, quaſi ſtirpes primùm fuiſſe propagatas, quibus domicilia tectaque ſibi, ut ab injuria cœli ac ferarum animantium tutiores eſſent, ædificare neceſſe fuit: & quùm in eam multitudinem excreviſſent, ut non eadem regione contineri poſſent, ac vicos pagis auxiſſent, aliò proficiſci, ac novas ſedes quærere oportuit. Hinc adeò à familiis pedetentim ad Societatem univerſalem prodire voluit: quod rationi ejus conſentaneum relinquitur.

IV. *An non verò adhuc firmior ratio poteſt dari, præter dictas?*

IMò, *ait ipſe*, quemadmodum familia benè ac prudenter inſtituta, vera eſt civitatis imago: ac domeſticum imperium, ſummæ in Republ. poteſtati quodammodo ſimile: ita quoque familiæ regendæ ratio ſingularis quædam eſt, Reip. inſtituendæ ac moderandæ diſciplina. Et, ut ſingula membra Corporis, quamdiu officium non deſerunt ſuum, firma valetudine & explorata ſpe ſalutis fruuntur: ita quoque ſi familiæ ſingulæ ſuis quæq; officiis contineantur, civitas univerſa rectam ſervabit bene vivendi (& maximè in vera pietate ſe exercendi) diſciplinam.

V. *Familiæ autem unde nomen & quid denotat?*

IVxta Feſt. familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & Princeps generis vocabatur Pater & Mater familiæ. Vnde familiæ nobilium. Sic & apud Cicer. familia pro ſtirpe, & agnatione accipitur *de Cl. O. & pro R. P. & 1. de ll.* Hinc ad imi-

tationem pro ſectis, nec non pro ſervorum numero habentur. *Plaut.* & familiam gladiatorum, hiſtrionum & aliorum facit. *Cic.* ad poſſeſſiones quoque patris familias extendit. At *Feſt.* familiares ex eadem familia deducit. Poſtea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata *I*, cum *V*, littera. Vnde familiaris Romanus quaſi privatus dictus eſt, quum homines ſervę conditionis titulo familiæ cenſi ſint antiquitus; nimirum à famulando. *lib.* 1. *ff. de vi arm. Macrob. Sat. lib.* 1. *cap.* 11.

In 3. Scriptura familiæ domibus & ſtemmatis acceneſentur, quod quaſi uno ſanguinis Iure utantur; ſicuti & ſtirpium capita Principes dicuntur. *Exod.* 6. 19.25. & 11.3. *Levit.* 21.17. *Num.* 1.18.22.24. &c. 42.45.47. & 2.34. & 3.15.21.27.39. & 4.2. 22.24.28.29. & 7.2. & 11.10. & 20.29. & 26. 5.6.7.12.13.14. &c. 36.1.8.12. *Ioſ.* 7.17. & 13. 28. & 14.11. *Iud.* 6.11.15. & 8.32. & 9.6. & 18. 2.19. & 1. *Reg.* 8.1. & 2. *Reg.* 3.17. & 1. *Chron.* 5. 7.15.24. & 6.19. & 7.4.7.9. &c. Veluti paſſim videre eſt, quod propter lineam Chriſti Iudæi accuratiſſimè ſuum ſtemma in familiis obſervarint; unde etiam Ius familiæ exortum, de quo *in Polit. n. introd. lib.* 2. *cap.* 10. egimus.

VI. *Num familiæ autem rectè ſunt ita definitæ?*

PArem ſtatum & conditionem hæc definitio habet cum ea, quam ſupra de Republ. indicavimus, quum ſolummodo quid, & non propter quid & quantum dicat, ut ſaltem ſit gubernatio eorum, qui ſub imperio unius Patris familias comprehēduntur.

VII. *An vero poteſt plenior dari definitio, & quænam ea eſt?*

OMninò. Eſt enim ortæ multitudinis coacervata Societas, qua homines aut perſonæ aliquot, decenti

centi ratione Iuris inter ſe corporis cujuſdam privati vinculum conſtituunt pro ſuſtentatione commodiori, ut eò rectius in pietate vitæ cotidianæ neceſſitatem ſibi laboribus adſiduis conquirant & ſe mutuo conſervent. *Gen.* 10. & 19. 37. 39. *Levit.* 22. 13. Sunt enim plures perſonæ ſub privata poteſtate unius capitis tam naturâ quàm Iure ſubjectæ, juxta *l.* 195. *ff. de V. S. paragr.* 2.

VIII. *Quot perſonæ conficiant familiam.*

QVùm ad collegium conſtituendum 3 perſonæ neceſſariæ ſint *lib. Not. ff. de V. S.* tres quoque perſonas præter patrem familias cum conjuge, in familia definienda ducimus. *lib. famil. ff. t. eod.* ut ita quinque perſonis integra quidem familia conſtituatur. Inde opinor Apuleio ac veteribus tritum illud, 15. perſonis populum conflari, quaſi ex 3 familiis integris: attamen pro ratione conjugii & poſſeſſionis, quid heîc determinandum relinquimus aliis, quum Salomon etiam 600. liberos habuerit.

IX. *An verò poſſunt 3. collegia ſine familia civitatem conſtituere, ſi ſumma imperii poteſtate regantur?*

LIcet videri poſſet, tamen non eſt Reſpubl. Quia nullum collegium, nullum corpus ſine familia ſtare diu poteſt. Inde *ICti l.* 76. *ff. de Iudic.* tradunt, populum immortalem eſſe, ſi modo ejus ſpecies poſt 1000. annos ſtaret; etiamſi uſusfructus Reipubl. legatus poſt annum 100. *l.* 56. *ff. de uſuſr. & quemad. quis utat.* extinguatur; ne proprietas inanis ſit, ac inutilis domino futura. Quoniam cives omnes unius ſeculi diuturnitate intermori videantur; licet immortales ſint ſempiterna ſui generis propagatione futuri. Ita Reſp. ſine ſumma poteſtate, quæ omnia civitatis membra familiaſq; ſingulas in unum corpus cogit, conſiſtere nullo modo poteſt. Interim Reſp.

 minima,

minima, tam eſt Reſpubl. quàm magna quædam & ampla.

X. *Si uni trium familiarum Patrifamilias obſeratur imperium, an ille conſtituat Rempublicam?*

EA poteſtas, quæ ex multitudine capiti adſignatur legitimè, æquè conficit Rempubl. ac ſi multitudine cives innumerabiles complectatur. Ideoque craſſiſſimè Stagirita ille errat, qui Babylonem, cujus ambitus vix triduo poterat circumiri, gentem potius, quàm Rempubl. dici putat.

XI. *An non Familiarum bona, ſi in civium ordinem redigantur, debent eſſe communia?*

NVlla ne cogitatione quidem fingi Reſpubl. poteſt, quæ nihil omninò habeat publicũ & commune, ceu fieri poteſt, ut agrorum pars maxima ſit communis univerſorum civium, pars verò minima ſingulorum; tamen confuſio eſt evitanda; quum nihil publicum eſſe poſſit, ubi non ſit privatum; nec regem quenquam futurum, ſi cives omnes ſint reges? Quis audiat harmoniæ ſuavitatem, ſi confuſio ſit vocum & merus ululatus? An non Deus Imperia & regna transfert atque dividit? *Iob* 34,24. *Dan*, 2, 21. & 4,14,29. *Ier*. 27,5,6. A quibus regiones orbis diviſæ? *Gen*. 10, 5. Nonnè Iehova ipſe Ioſuæ diviſionem terrarum ab Aegypto uſque ad Lybanon mandavit, ut Iſraelitæ hæreditario Iure eas poſſiderent? *Ioſ*. 13,6,7,8, *&c*. & 14. & 15. & 16. & 17. Nec Chriſtus ipſe proprietatem bonorum in poſſeſſione ulli abnegavit, aut prohibuit, quod aliquot confirmavit parabolis. *Matth*. 21. *Marc*. 12. *Luc*. 20. Quin & ipſe vectigal ſolvit. Modo illud Meum & Tuum in vero obſervetur uſu juxta dilectionis regulam.

Digitized by Google

XII. *An verò res familiaris non opponitur Rei publicæ?*

Non opponitur, ſed Reipubl. inſervit, ut inde etiam onera cuncta & tributum & vectigal perſolvantur. *Rom.* 13,7. Si verò abſque diſcrimine communitas eſſet rerum omnium, ſequerentur familiarum omnium interitus. *l. 7. paragr. ſi pacis ff. de pact. l. 4. ff. de publ. jud.* Vnde & Plato ſuam reliquit Socrati ſententiam, & ab ea diſceſſit. Nihilominus amoris & amicitiæ veræ Iura hoc exigunt, ut erga omnes ſimus liberales, in beneficentia etiam erga inimicos, jubente ſic Chriſto. *Matt.* 5,44. *Rom.* 12,20. *Gal.* 6,10. & 1 *Theſſ.* 5, 15. & 2 *Theſſ.* 3,13. *Prov.* 11,26,28,16. *Tit.* 3, 13. *Matth.* 6,4. *Luc.* 11, 41. & 2 *Cor.* 9,8. Interim tamen manet, quod uſus communis non tollat rei proprietatem.

XIII. *Aſt num Amoris & amicitiæ natura non eſt, ut vim amittat, ſi in plures diſpergatur rivos?*

Inter amorem verum & falſum, uti & inter amicitiam veram & falſam, magna eſt differentia. Amoris enim & Charitatis præceptum ſummum eſt Iehovæ & Chriſti, *Exod.* 23,4. *Levit.* 19,18. *Deut.* 22, 1. *Matth.* 5, 42. & 19,19. & 22, 39. *Marc.* 12,31. *Luc.* 11,42. *Iohan.* 13, 34. & 15,12,17. *Rom.* 12,9. Tum amicus verus omni tempore diligit *Prov.* 17, 17. & charitas nunquam excidit 1 *Cor.* 13, 8. Deus eſt Charitas, ac qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1 *Ioh.* 4, 16. Vnde etiam & inimici diligendi ſunt. *Exod.* 23, 4. & 1 *Sam.* 24,5,7. & 26,5. & 30,11. *Prov.* 25,21. Qui igitur ex amore excidit, quomodo maneat is in Deo? *ait Ioh. d. loc. v.* 15. Si diligatis, qui vos amant, quid præmii inde habebitis? An non hoc etiam Publicani faciunt? *Matth.* 5,45. Ideo perfecti eſſe debetis, ceu Pater ve-

ſter in cœlis. Lex diaboli aliter docet, & Deo verbum ſuum invertit. Vnde falſam illi amori & amicitiæ naturam adſcribunt, qui ita fragilem eam volunt: Carnalis eſt, & non cæleſtis gratiæ particeps; quia tàm leviter corrumpitur. An non frutices ſumus, unius arboris? Et quur nos Deus fratres appellat? Chriſtus ipſe ait: Omnes autem vos fratres eſtis. *Matt.* 23, 8. & 28, 10. *Luc.* 22, 32. *Ioh.* 20, 17. *Rom.* 8, 12, &c.

XIV. *An decet autem Iura fraternitatis erigi inter familias?*

QValia poterunt eſſe Iura proprii commodi cauſſa inſtituta? Si bono publico quid derogent, prorſus non erunt admittenda: Si quid ex conceſſione ſuperioris obtineatur; id tamen ad obſcuras familias pertinere non debet, ut jura publica, quantum fieri poſſit, omnium communia ſint & eadem. Non enim ſine graviſſima cauſſa ferendum eſt, ut privatis familiarum pactis juri publico derogari poſſit. *l. jus publ. ff. de pact.* Neque verò jure familiari ab avis & proavis conſtituto poſteri obligantur, niſi quatenus ipſi præbuerint adſenſionem.

NB. Quæ huc ulterius de diviſione & aliis referri poſſint, explicavimus *in Pol. intr. lib.* 2. *cap.* 18.

CAPVT III.

I. *De quibus rebus agit, aut quidnam continet Cap. Tertium?*

RAdix totius propagationis humanæ & Societatis omnis eſt conjugium, & inde vera Idea totius regiminis ac prima fundamentaliaque veſtigia Reipubl. deſumi poterunt. Proinde id hoc *cap.* non

Digitized by Goo

non tàm de ipſo conjugio quid ſit, & in quibus conſiſtat, ſollicitus auctor eſt, quàm ut potius de poteſtate mariti agat in uxorem, quouſque ſe extendat, & quàm varius abuſus apud gentes in conſuetudine fuerit, in quibus ſimul valeat repudium rebus, ubi quædam, ſed pauca de officiis utriuſque partis inſerit, donec tandem concludat caput in dignitate viri, quomodo mulier ea fruatur, & in ſe legitimè derivet.

II. *Quibus hominibus propriè poteſtatis vocabulum applicatur?*

OMnes hominum cœtus jure ſociati, ſive familiæ, ſive collegia, ſive univerſitates ſint, ſive Reſpublicæ, imperandi & parendi mutuis officiis continentur, quùm libertas illa, quam nullis adſtrictam legibus unicuique natura dedit, ſub alterius imperium ac poteſtatem ſubjungitur. At par in parem non habet imperium, quod in confœderatorum pactis videre eſt; qui paritate intèr ſe coëunt, & non niſi neceſſitate coacti cohærent tam diu, quouſque ſua cernunt commoda, unde in terris nihil fragilius humanis fœderibus, & Rebuſpublicis magis adverſarium dari facilè poteſt, ſi ſuperioris poteſtatem infringat.

III. *Quid eſt poteſtas?*

LIcet auctor non uſpiam ponat, tamen ne in ignotis verſemur, delineatio ejus heîc ſufficiat. Græcis *ἰσχὺς δύναμις καὶ ἐξουσία* eſt; Inde alii eam ita deſcribunt, quaſi ſit Ius arbitrii, quod quis habeat ſibi competens & licitum. Ab aliis rectius & accuratius ita penſitatur: Quod ſit eminentiæ aut ſuperioritatis virtus ſpiritalis, cujus facultate & vigore auctoritas ita firmatur, ut bonum conſervare, malum abigere queat.

queat. Papias diſcrimen *potentiæ* & *poteſtatis* eſſe vult; Potentia, *ait*, in eo eſt, quód poſſumus: Poteſtas verò in eo, quod licet. Potentia igitur eſt ad conſervanda ſua, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Poteſtas quod pateat illi, quæque eligit, & nemo iter claudit. Inde poteſtas à poteſſe dicitur, quod eſt vel abſolutè valere; vel relatè habere libertatem ad aliud. Sed mala ſit libertas poteſtatis, quæ limites naturæ tranſgrediatur, ut in diabolo exēplum eſt, qui inde in infernum præcipitatus; & Adam quoque ex paradiſo in hoc mundi ánimale regnum deſultorium lapſum fecit, corpus paradiſiacum cœleſte, in carnale animantis juxta boni & mali commixtionem commutans, quùm anteà ab omnis contrarii adverſitatibus caloris & frigoris, humidi & ſicci, craſſitiei & tenebricoſæ denſitatis, morbi & moleſtiarum &c. eſſet prorſus liber; ſed in cœleſti temperie ita viveret, ut nil ipſi eſſet obſtaculo, quorſum ſe voluntate convertere volebat, & gloriæ Dei undique unicè ſemper eſſet cupidiſſimus.

IV. *Quotuplex eſt poteſtas?*

ALia legitima, alia illegitima, ut ex dictis apparet, quod illegitima lapſus cauſſa ſit noſtri; altera verò jam determinata eſt.

V. *Legitima verò poteſtas quotuplex?*

OMnis poteſtas, juxta Bodinum, eſt publica vel privata: Publica aut legibus ſoluta eſt, eorum ſcilicet, qui ſummum imperii ſui habent: aut legibus imminuta, qualis eſt magiſtratuum, qui etiamſi privatis imperent, ipſi tamen ſuperiorum imperiis & legibus tenentur. Solutis autem legibus poteſtas non contra Deum & naturam datur, quæ eo ipſo facto commigraret in externam nequitiam & tyrannidem.

Digitized by Google

nidem. Namque veluti Deo parere vera libertas eſt, ita idem poteſtati ad naturam competit, non velle, quæ licet, & libet; ſed quæ nos decet.

VI. *Quid eſt privata poteſtas?*

ESt ea, quæ vel in patre familias videre eſt, aut in corporibus & collegiis, quùm univerſi aut maxima pars omnium cæteris imperat juxta decorum & pietatem maximè.

VII. *Quotuplex autem eſt poteſtas domeſtica?*

QVadruplex 1. Mariti ſcilicet adverſus uxorem. 2. Patris in filios. 3. Domini erga ſervos. 4. Principis familiæ in famulos mercede conductos.

VIII. *Vnde eſt mariti poteſtas in uxorem?*

A Deo ipſo, quæ ita exprimitur: Atque tua voluntas viro ſubjecta erit, & ille erit tuus Dominus. Ita ad mariti dominationem legitimam alligata eſt mulieris voluntas, non ultra ad iniquitates & vim naturæ inimicam. *Gen.* 3, 16. Prius igitur, quàm alteri rectè quis imperet, ſibi ipſi imperare condiſcat, ut interno homini in regeneratione & novitate cordis ſui, ceu loquitur D. Paul, tribuatur imperium, externo homini obſequium.

IX. *Quur verò non rectæ rationi potius in cupiditates concedatur imperium?*

NImis ethnicum hoc ſapit. Etenim poſt lapſum homo non habet rectam rationem niſi Fidem, ſive regenerationem hominis interni. Adam ante lapſum non fuit animal; ſed homo prorſus paradiſiacus; ex lapſu hoc habet, quod ſit animal redditus. Inde ea ratio, quàm homo in animalitate exerit, nil niſi cæcitatis ſuæ tenebras monſtrat. Et miſera eſt definitio eorum, qui hominem *Animal ſaltem rationale* clamant, quùm longè excellentius quid ſit, ſi

per

per regenerationem, & mortificationem animalitatis in lucem Chriſti vindicetur: veluti ſuperius hoc toties inculcatum & plenius explicatum eſt, ad quod remiſſum volumus candidum lectorem. Ratio enim externa nunquam recta ſapere poteſt, niſi ſit renata in Chriſto, & animæ in ſpirituali lumine ejus reddita; aliàs ſemper ductu Spiritus mundani rapitur per quævis, ut ſemper falſa pro veritate arripiat. Ideo ait David, In tuo lumine, Deus, videmus lucem, *Pſal.* 35.

X. *An non initia charitatis à ſe ipſo quemque ducere oportet?*

SVmma quidem omnis Iuſtitiæ in charitate latet, adeò ut etiam D. Paul. omnium virtutum vigorem in eam deponat. 1. *Cor.* 13. & ipſam legis impletionem. *Rom.* 13, 11. ut meritò virtutum omnium prima ac pulcherrima ſit, quæ cæteras omnes foveat ac tueatur, quùm nemo quid ſit abſque ea, licet omnia bona exponat pauperibus, & corpus ſuum ad comburendum tradat. 1 *Cor.* 13, 3. Attamen hæc non ex ratione profluunt, ut vult Bodinus, quod ratio tale imperium in cupiditates exerat domitas. Interni renati hominis hoc eſt proprium; qui ita dominium ſuum præſtat & exercet. Sic nec charitas ſua eſt ſibi, ſed ſe totam Deo & proximo exponit, ut in nullis rebus quærat, quæ ſua ſint; Sed omnia, quæ ſunt proximi ut ſupra ex D. Paul. oſtendimus. 1 *Cor.* 10, 24. *Philip.* 2, 4. Vel unica hæc regula Chriſtianiſmi, poſſet omnes convincere, quàm longiſſimè abſint à regno Chriſti. Interim tamen conſcientia dictitat cohibitionem & ſubjugationem libidinis, quæ ſpeciem marito ad uxorem exhibet.

XI. *Qua-*

XI. *Quale autem imperiũ marito in uxorem competit?*

QVod cum divinis & naturæ legibus convenit, unde quoque tale obſequium marito ab uxore debetur, ne illius juſſa, ſi modo cum honeſtate & pietate maximè non pugnent, ab uxore repudientur.

XII. *Quando verò marito imperium tale adnaſcitur?*

NOn citius maritale imperium contrahitur viro in conjugem, quàm uxor ita ſecuta fuerit virum, ut legitima conjunctione cojerint: unde nec in ſponſam *Bald. in l. raptor. ff. de Epiſc. Cyn. in l. 1. q. 2. C. de rapt. l. ult. C. de lib. hom. exhib.* citius habet imperium, quam conſummatio conjugii acceſſerit, nec concubina tali poteſtati ſubeſt. *l. in lib. ff. de rit. nupt.*

XIII. *An plures domini in imperio domeſtico poſſunt dari?*

NAturæ hoc eſt contrarium, ſi alius imperare velit, alius imperata facere prohibeat, quũ ex hoc familiarum perturbatio ſequeretur: ac etiamſi pater emancipatus moriatur, tamen nec ſervo in uxorem aut liberos poteſtas competit, ſed ea potius ad avum redit. *tot. tit. Inſt. Quib. mod. pat. pot.* Sic nec filia emancipata amplius eſt in parentis poteſtate, ut olim Romani volebant; *l. 1. paragr. 1. ff. de l. agn. l. 1. paragr. ult. ff. ſi nupt. de injur. &c.* Sed voce divina jubetur uxor, cæteris omnibus, atque adeò parentibus poſthabitis, ſequi maritum. *Gen.* 2, 24. *Num.* 30. *Aug.* 9, 56. cap. 4. *Can.* 33, 9, 5.

XIV. *An non etiam jus vitæ & necis maritis in uxores competit?*

ABſurdum hoc Cæſar Gallis adſcribit, quo etjam Longobardi cum Romanis ac Mileſiis uſi ſunt, unde lex Opia feminis patrum & proximorum tutelam attribuit cum maritis, ut nullos actus etiam

legitimos

Digitized by Google

legitimos ſine auctore facere poſſent; Quod noſtris temporibus Iure Saxon. renovatū videtur. At Græcis necandi jus ob adulterii cauſſam commune fuit, quod tamen maritis ita ademptum *lib. 1. ff. ad leg. Iul. lib. 1. ad leg. Corn. de ſic. &c.* ut non capitaliter ipſi puniant: ſed Iure divino lapidationi ſubjiciuntur tali modo delinquentes. *Levit. 20. Dan. 12. Deut. 24.* quùm amor maritalis, ſi unquam alius, omnium debeat eſſe perfectiſſimus.

XV. *An verò maritis non Ius repudii aut divortii competit?*

ADmodum leves in hoc fuiſſe gentes paſſim & Romani ipſi ac Iudæi teſtantur hiſtoriæ. nihil tamen pernitioſius eſt, quam in propria cauſſa & actorem & judicem agere. Ideo Imperatores tum Græci tum Romani, ut repudiorum frequentiam coërcerent, eum, cujus culpa repudium contractum eſſet, dotis aut donationis propter nuptias amiſſione coërcebant. *lib. conſenſ. C. de repud. lib. ult. cod. Bald. in lib. 1. C. de Lat. lib. toll.* Anaſtaſius quoque repudium fieri utriuſq; conſenſu permiſit. *leg. ſi conſtan. C. de repud.*

XVI. *In quo autem officium conjugum conſiſtit?*

IN eo, ut obſervent, quod ipſe Adam agnovit in primo Conjugis intuitu, ut ex mutua carne & oſſibus arctiſſimè inter ſe cohæreant, *Gen. 2, 23.* & vir amicabile imperium geſtet, & ſumma omnium conſenſione uxor maritum vereatur. *Matt. 19, 6, 7, 8, 9. & 1 Cor. 7, 14, 15, 16.* Quid verò turpius eſt uxoribus ſervire? Ideo vir non ſequitur dignitatem mulieris; etiamſi fuerit nobilis. *Bart. in l. 1. C. de dignit.* Sed uxor dignitate mariti velut ſolis ſplendore veſtitur. *leg. fœm. ff. de Senat. leg. ult. C. de nupt.* Vnde quoq; omnium actionum, quæ uxori conceduntur,

tur,

Digitized by Google

tur, maritus arbiter eſt, ac prædiis omnibus uxoris ſuo jure uti & frui poteſt; nec judicio ſiſti debet uxor, ſine auctoritate mariti, aut certè ſine venia judicis, abſente marito. *l. in reb.* C. *de Iure dot. l. ſi ego paragr. dotis ff. de Iur. dot. l. general. ff. de V. O.* Ac quum ſit indiſſolubile conjugii vinculũ, *ut ait Chriſt.* ideo tenentur amorem mutua conſtantia uſque ad finem vitæ conſervare. *Matth.* 5, 32. Sed hæc plenius *in noſtr. Intr. Pol. lib. 2. cap.* 14.

CAPVT IV.

I. *De quibus rebus in hoc quarto agitur cap.?*

A Maritali officio & poteſtate in hoc capite ſe convertit Bodinus ad officium paternum, ac paucis quidem tangit educationem, ſed quæ & qualis eſſe poſſit ac debeat, non perſequitur, quùm potius circa poteſtatem parentis in liberos eſt occupatus, in quo ita ſedulus eſt, ut omnia conquirat ad Ius vitæ & necis in filios etiam adoptivos ſtabiliendum, ac dolet hoc patribus ademptum; minus memor ejus, quid Chriſtianos deceat, & quod recta diſciplina maximè in pietate conſiſtat, cujus poteſtas non ſanguinis commaculationi eſt obnoxia, ſed potius in naturali ſtorge vires ſuas exerit.

II. *Officium parentum & liberorum in quibus conſiſtit?*

QVemadmodum parentes liberos educare, & honeſtis artibus erudire tenentur; ita liberi, quùm per ætatem vim ac robur adepti fuerint, parentes amare ac revereri, eoſque alere ac ſuſtentare debent, & modis omnibus ſeſe illis obſequentes præbere; ac ſi ullum dedecus, ulla infamia in parentibus ineſſe videatur, eam modis omnibus occultare ac tegere; denique pro tuenda parentum ſalute, ſuam periculis

culis omnibus opponere. Quæ obligatio eſt à natura animis omnium inſita; ceu prima lex 2. tabulæ abundè docet, ubi præmia liberis morigeris ſimul proponuntur. *Exod.* 22. *Deut.* 5. & 11. *ac* 22. *l.* 1. *ff. mand.* An non etiam maledictionem abſtulit is, qui ad pudenda riſit Patris? *Gen.* 7. *Gen.* 27.

III. *Quod ſi tanta eſt liberorum obligatio, quibus ſuppliciis digni veniant contumaces, ac injurioſi?*

LEge divina tributa parentibus poteſtas eſt in filios erga ſe rebelles lapidibus obruendi; modo id fiat præſente magiſtratu, cui nulla ejus rei cognitio aut juriſdictio datur; quod ideo decretum eſt, ne pater iracundia percitus, latenter filium occidat. *Deut.* 21, 18, 19, 20, 21. Addit etiam altas rationes, ex variis collectas circumſtantiis ac caſibus, quæ communi Reipubl. hinc inſerviant.

IV. *Sed num probanda eſt hæc Bodini ſententia de poteſtate vitæ & necis in liberos?*

ORdinatæ Charitatis poteſtas non ſe in mortem aut internecionem alicujus extendit. Parentum eſt amare & corrigere liberos, non ultra excurrere ad crudelitatem. Si ſint verò liberi incorrigibiles, tradantur Iudici etiam coram populo, ut eo magis excuſati ſint Parentes atque hoc vult textus *Deut.* 21, 20. Falſa eſt igitur allegatio, quæ juriſdictionem tàm crudelem adſcribere vellet Parentibus, quùm aliàs Ius tale rigoroſum omninò parentibus ſit à Iehova ipſi prohibitum *Levit.* 18, 21. & 20, 2. *Rom.* 13, 10. ut ne etiam ſub ſpecie devotionis alicujus eos afficerent morte. Nec certè ex ſublatione patriæ poteſta-

tis

Digitized by Google

tis atrocioris hoc exurgit, quod decus Romanorum ac nobilitata virtus unà cum magiſtratuum ac legum metu, repullulantibus undique vitiis, ante imperii occaſum extincta videatur. Sed potius ipſa parentum vitia & impietas in cauſſa eſt, quod ſcandalo tàm horrendo ſint ſuis liberis in tanta atheiſmi vita abominabili. Corrigant ſemetipſos prius parentes & Magiſtratus, & vitæ ſanctioris ſemitas ingrediantur, & educationem accuratiorem juxta Verbi Dei præſcriptum, remoto omni ethniciſmo, addant in pietate ſancta, nec quid niſi amorem Dei & proximi ex Verbo Dei, cotidiè & ſingulis momentis id urgendo, facili remedio poterunt damna avertere talia. Ethniciſmus enim maximè corrumpit omnem juventutem. *Pſal.* 105.

V. *An non etiam alia argumenta Bodini ſubvertunt mentem?*

IMò quidem plurima ſunt: Sed unum inſtar omnium eſt *Exod.* 20, 13. quæ ſuprema eſt: quo omnis prohibetur ſanguinis effuſio. *Gen.* 9, 6. Deinde nemo parentum abſolutam habet poteſtatem, ſed ſolus Deus. Tertiò, in ſpecie monetur omnes parentes, ne nimiâ irâ commoti ponant animam ſuam ad filiorum interfectionem. *Prov.* 19. *v.* 18. Quartò, vindicta privata nemini permittenda. *Gen.* 15, 14. *Levit.* 19, 18. *Deut.* 32, 35. *Matth.* 5, 39. & 6, 14. & 18, 22. & 26, 52. *Marc.* 11, 26. *Luc.* 6, 27, 28. & 9, 55. & 17, 3, 29. & 18, 7. *Rom.* 12, 19. & 1 *Cor.* 6, 7. *Gal.* 5, 10. & 1 *Theſ.* 5, 15. & 2 *Tim.* 4, 14. *Hebr.* 10, 30. *Iacob.* 5, 4, 9. & 1 *Pet.* 3, 9. Quinto, patria poteſtas debet in pietate, non in atrocitate conſiſtere *l.* 2. *ff. ad l. Cornel. de ſic.* Sexto, Liberi ſunt partes de eſſentia parentum, ut rectè Seneca ait. Quàm difficile eſt patri mēbra ſua ſibi amputare! Quę ſuſpiria ducit ſecando!

Quoties

Quoties amputata luget! Quoties eadem reſtituere conatur! Septimo, nihilominus facilè poſſet accidere, ut parentes vel iracundi, aut præcipitantiæ fervore victi, aut novercæ blanditiis deliniti, liberis ex inſperato manus inferant, quantumvis aliàs amor ſit ſummus, qui eo rabioſior invertitur ſæpius. Octavo, Et quis imaginem ſuam cupiat deſtructam inſanus?

VI. *An verò non priſcis ſeculis Parentes eam habuere poteſtatem?*

EX ignorantia hanc plures ſibi ſumpſerunt quidem gentes, ut Romani, Celtæ, Perſæ, Galli, Indi & alii plures populi barbari; ſed quo Iure id perpetrarint, non ſanè admodum benè conſiderarunt. Ita inveterata conſuetudo quid non erroris cauſſat, præſertim ſi latius ſerpere incipiat. At error conſuetudinis nihil in facto malo juſtificat; ſed potius funditus ſtatim eradicanda eſt, quoties deprehenditur falſitas ejus. Tantum abeſt, ut legis rationem inducere queat.

VII. *An non autem prima labes & patribus eripiendæ poteſtatis origo, à magiſtratuum ambitioſis decretis manavit?*

QVod ipſa naturę ratio dictare ſeculis illis debuiſſet, iſtud decretis ambitioſis adſcribere non convenit. Quin ipſa labes hæc fuit arrogantium parentum, quæ corrigi pridem debuit. Iuriſdictio enim non talis competebat parentibus; ſed magiſtratibus ſuffurata erat: Ideo jure hanc ſibi vindicarunt: quod quùm aliquot Imperatores cernerent, præſertim accreſcente hac ſeveritate abuſu, Alexander Severus & olim Valentinianus paulatim hanc imminuerunt poteſtatem: Sed Conſtantinus tandem planè ſuſtulit, qui filiorum interfectores, ut parricidas punin

puniri decrevit. *lib.* 9. *tit.* 17. *C. de his, qui par. & lib. occiderint*, quum æquè contra naturam ſit occidere liberos, quàm parentes.

VIII. *Sed an inde filii paternum illud jugum non paulatim excuſſerunt, ut ad alias exemptiones prodirent?*

NImis rigoroſus in ſua perſiſtit ſententia Bodinus abſq; ulla cauſſa, quùm legi naturę in his nihil contradicatur, quæ ad conſervationem ſui ſolidiorem faciunt, ut dilapidationes parentum in bonis maternis præcaveantur. Proinde *l. t. C. de bon. mater. It. l. cùm oporteat. C. de bon. quæ lib.* non ſunt Imperatoribus extortæ; ſed rationem Reipubl. habuerunt, ut eò rectius & educationi & emancipationi talia bona eſſent filiis in promptu, ad vitæ felicioris uſum obtinendum.

IX. *An verò filius Patri vim inferenti, obſiſtere, aut illatam injuriam propulſare jure poteſt?*

TEmeraria hæc eſt naſutulorum quæſtio. Quod ſi enim miles, qui vitem Imperatoris ſe jure vel injuria verberantis confregiſſet, capitale meruit ſupplicium, qua pœna dignus eſt, qui patri manus intentarit?

X. *Quæ pœna tamen eſt parricidis conſtituta?*

QVùm nemo ſit inter mortales, cui plus honoris quàm parentibus debeamus, & nullum ſcelus parricidio comparandum, proinde Legumlatores magnitudinem pœnæ quaſi ex elementorum execratione petere voluerunt. Propriè enim, *ait Cujac. in parat. lib.* 9. *C. t.* 17. parricidium committitur inter parentes & liberos, quod Conſtitutioni hujus tit. magis placet punire more majorum, primitus virgis ſanguineis cæſo parricida *l. pen. ff. eod.* dein-

N de

de inſinuatur culleo, corio bovis cum animalibus plauſtro juncto in mare abjici. Nova hæc pœna dicitur in Inſtit. quæ eſt vetuſtiſſima; quia in uſu non erat amplius. Culleo autem involvitur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia *paragr.* 9. *ff. ad l. pom. de parric.* Cujus ſupplicii ratio *in Inſt. paragr.* 6. *de Pub. Iud.* habetur.

XI. *Annè autem parentes Reip. hoſtes licet occidere?*

ADeò hoc nemini licitum, ut etiam ne ſcribi quidem ſine impietate queat, ne quis ad necem ſpecie publicæ utilitatis invitetur. Nullum enim tantum ſcelus à patre admitti poteſt, quod ſit parricidio vindicandum.

XII. *Si quis autem injuſtè filium exhæredare cupiat, an non licet reſiſtere?*

MVltò minus: ſed laudabilis eſt mos antiquus Rom. quod nullam actionem adverſus patris teſtamentum filio dari permiſerunt, niſi inofficioſi tantum querelam; ea poteſt uti, quod totum religioni & officio magiſtratui commiſſum manet. *tot. t. ff. de inoff. teſt.* Plura in introduct. noſt. lib. 2. cap. 16. invenies.

CAPVT V.

I. *De quibus rebus in hoc Quinto capite agitur?*

AD alteram dehinc Societatis ortæ partem in hoc capite progreditur, de Domino & ſervo ita acturus, ut percenſeat quouſque ſe herile imperium extendat, in quibus conſiſtat, quot genera ſervorum ſint, quæ eorum aſyla, quæ libertas ſuperſit, & quomodo ſervitia in benè conſtituta Republ. rite fovenda ſint, ne otioſi homines & ſubverſores bonorum ſubrepant.

II. *Quæ-*

II. *Quænam eſt tertia regendæ familiæ pars?*

QVæ Reſpicit imperium herile, & in mutuis addictorum, eorumq; quibus ſeſe addixerunt, officiis verſatur; ceu magnus ſemper in familiis ſervorum ac famulorum numerus extitit apud antiquos, ut inde familiam dixerint.

III. *An tantus eſt numerus ſervorum?*

PEnè totus terrarum orbis multitudine ſervorum abundat, exceptis quibuſdam Europæ regionibus, unde & utilitates & incommoda in Reſpubl. ſi ſervitia revocentur, manare poſſunt.

IV. *Quot autem ſervorum ſunt genera?*

QVinque ſunt: Vnum eorum qui naturâ ſunt ſervi, ex ancilla concepti: alterum eorum, qui capti ſunt ex hoſtibus, qui antiquo jure belli ſervi fiebant: Tertium eorum, qui ad opera publica damnati fuerũt, qui ſervi pœnę appellabantur. Quartum, qui ſemetipſos in ſervitutem pro precio dediderunt: Quintum, qui à piratis aut latronis vendebantur.

V. *An verò à latronibus libertas minui alicui poteſt?*

MInimè per *l.* 1. *ff. de leg.* 3. *l. ejus ff. de teſt. manu.* Vti nec ab emptoribus quidem, qui liberũ caput à latrone ſcientes ac prudentes emerunt, aut qui alea libertatem alienam ſibi manciparunt, ut quondam Germanis erat uſus. *Tacit. in lib. de mor. Germ.*

VI. *Num ita rectè homines efficiuntur ſervi?*

QVod ad hoſtes attinet, iſta fuit olim apud populos fermè paſſim ſervitus, præter Iudæos, ubi nemo, niſi qui ſponte ſe dediſſet in ſervitutẽ, ita adſtringebatur, ſic & Græci libra auri ſe ex bello capti redimere poterant, qui mos ad Polonos quoque tranſiit.

VII. *Anne alii adhuc ſunt ſervi?*

SVnt ſervorũ genera alia, quæ cum jam dictis nihil commune habent, quum tales vel mercede vel

ſine mercede ſerviles operas prçſtent,qui nullum ſuæ libertati præjudicium facere poſſunt;ſive pactis conventis id fiat, ſive legatum, ſervili conditione ſubjecta, receperint. *l. Mævi. ff. de cond. & demon.* Apud Roman. pileus libertatis argumentum erat.

VIII. *An verò ſervitus eſt naturalis, vel ſecundum naturam?*

ALii affirmant,quod *ICti.* negant,qui ſervitutem prorſus à natura alienā putant, omnibus libertatem non invidentes. *l.libert.ff.de ſtat.hom.* Omnes quidem juxta animæ eſſentiam in paritate quidem nati ſumus; ſed externi officii ratione ſervus infra Dominum eſt, ut ita ex reſpectu cohabitationis hoc habeamus, quod alter alteri ad ſervitia allegati ſimus, ad ſimilitudinē, quam in natura cernimus. Nemo enim ſibi ſolus vivit; ſed alter alteri natus eſt. Vnde D. Paul. ait, unuſquiſq; in quo vocatus eſt ſtatu, in eo maneat apud Deum. 1 *Cor.* 7, 24. ut de iis non multum ambigendum aut diſquirendum ſit: & Chriſtus ait, ſervus non eſt major Domino ſuo. *Ioh.* 15,20. Nec prius Reſpubl. quā ſervitia conſtitui cœperunt. Imò & ipſi magiſtratus ſunt ſervi Dei, velut & Chriſto ſervi nomen attribuitur. *Eſa.* 42, 1. *Matt.* 12,18. *Phil.* 2,7. Licet multi ſint ſtupidi nati; tamen vitiū eſt corporis, quùm ejus organa non ſint ita expedita,ut arguat morbū. Itaq; quod error eſt naturç; non parit leges naturæ; ſed ex accidenti promanat.

IX. *Quæ verò eſt poteſtas herilis in ſervos?*

QVùm contubernium ſaltem ſit Dominis cum ſervis,inde quoq; non aliter tractandus eſt,quævis prout æquitas naturalis id admittit. Proinde mera eſt crudelitas & immanitas eorum,qui ſervos pro nihilo habent *l. 1. paragr. 1. & l. quod attinet. ff. de R. I.* [illegible] *ff. de Iur. de lib.* quaſi nullius ſint Iuris *l. 3. parag. 1. ff. de*

1. *ff. de cap. min.* aut pecudibus comparandi. *l. 2. paragr. 2. ff. ad l. Aquil.* mortuiſvè *l. 59. ff. de cond. & demonſtr.* Et immaniores longè ſunt, qui tot exitiis tradere eos auſi ſunt, ut nec hiſtoriis conſignari potuerint unquam. Petronia quidem lex inventa olim fuit, ne immerentes ſervos beſtiis objicerent, ſed nequitia & ſævitia dominorum prævaluit. Tanta unde querela fuit ſervorum, ut Nero etiam ſingulares Iudices ad ſervorũ querelas audiendas conſtituerit.

X. *An multitudo ſervorum prodeſt vel magis nocet Reipubl.?*

MVltitudinem nullatenus prodeſſe, patet ex periculis, in quibus domini & ſervi vivebant mutuam ob confidentiam: tum etiam crebriores motus, & bella ſervilia, ut etiam, referente Oſorio, ſervi in omnibus Italiæ urbibus præter Meſſanam contra Reſpubl. conjuraverint: quod etiam tempore Lotharii in Germania accidit, ut ſervitia paulatim Chriſtiani principes manumiſerint.

XI. *Quomodo commodè multitudo ſervorum poteſt imminui?*

HOc ex Valentis exemplo quodammodo addiſci poteſt, qui legem tulit ne quis ocioſè circumvagaretur, nec loca deſerta peteret, ſed ex manuum labore liberè viveret in aperto; qui contra mandatum agerent capitali pœnæ ſubjecit. Sed hæc non ſufficiunt; ſed etiam alia media ſunt inſtituenda in commerciis, ut vivere poſſint commodè: Tum & paulatim fiat manumiſſio non una vice, alioqui res non erit ſine periculo.

XII. *Quando autem decrevit multitudo ſervorum apud Chriſtianos?*

QVùm Chriſtiani idola deſererent, libertatis jacta ſunt fundamenta firmiora: quibus magnum

acceſſit incrementum lege Muhamedis promulgata, qui ſuæ religionis homines in libertatem aſſeruit; cujus exemplū Chriſtiani certatim ſecuti ſunt, & quaſi ad Indos repulerunt ſervitutem omnem circa *an. Chr.* 1250. ut clementiores ſic redditi ſint Domini etiam *l. Aquil, l.* 2. & 5. *ff. ad l. Aquil.* & *l. Cornel. de Sicar.* tenebantur, qui ad beſtias tradiderant ſervos ſine Iudice *l.* 11. *paragr,* 1. & 2. *ff. ad l. Corn. de Sicar.*

XIII. *Quur tamen adhuc terrarum orbis ſervitiorum ac venalitiorum plenus eſt?*

SVnt quidem leges apertæ, quod deceat ſervum facere Chriſtianum *l.* 1. *C. ne Chriſt. mancip.* Attamen fraus divinæ legi fit ab omnibus. Nam divina lex ullum mancipium fieri vetat inſtitutis Iſraelitarum inter ipſos; niſi ſua ſe ſponte quis manciparit. *Exod.* 21. debitores quidem creditoribus addicit *Deut.* 15. Sed eoſdem anno ſeptimo liberos dimitti jubet. *Levit.* 25. *Ier.* 34. *Num.* 13.

XIV. *An verò ſervis tutò quid concredendum eſt?*

INgenia ſunt ritè dignoſcenda, gratitudinis ratio quidem hoc exigit, ut officioſus ſit ſervus, cui cum Domino mutua charitas intercedit ac morum ſimilitudo; ſed ſapientibus etiam hoc plenè perſuaſum eſſe decet: Domi tot hoſtes eſſe, quot ſervos. Quod quidem proverbium ſatis ſignificat, mancipia nec amicitiam colere, nec fidam Societatem. Attamen inter Chriſtianos, aliter procedendum, ut omnes mutuo amore flagremus ardenter. Inde rectè ait *D. Lut. t.* 2. *Germ.* Candor Chriſtianus hoc ab unoquoque exigit, ut ipſi non eſſet contrarium, ſi quivis cerneret mortalium & noſceret, quid in ſcrutinio cogitaret cordis. Sed *ſunt mala mixta bonis & bona*

mixta

mixta malis, ac diabolus ubique ſuum interſerit ſemen adeo, ut vix inter 10. nonus maneat regno Chriſti ſuperſtes.

CAPVT VI.

I. *Quid in hoc tractatur capite, aut de quibus agitur rebus?*

QVùm regimen familiæ ſecundum ſuas abſolverit partes in quibuſdam neceſſariis quæ in Societate naturali conſiſtebant, nunc ad ſubjectum Reipubl. propius, nimirum Societatem civilem explicandum accedit, & de conditione civis agere incipit, quidnam propriè ſit, quid ſubditus, quid peregrinus & in quibus ab invicem differant, ubi etiam de diſcrimine locorum Civitatis, Vrbis, Pagi quędam intergerit, deque munitione talium, quæque Iura cuique competant, item de domiciliorum & juris civitatis mutatione ac migratione, nec non de mercatoribus peregrinis ad nundinas proficiſcentibus pluribus agit, ut ita ſimul commemoret quid ad ſecuritatem publicam requirat, ſi quis de habitationis loco firmo certus eſſe velit: Sicut etiam interim de varietate & diſtinctione civium, quid & inter patritios, nobiles &c. interſit, nonnihil refert, ut etiam conditionis certitudines commonſtret, & in quibus juri civitatis coæquentur.

II. *Quomodo quis ex patribusfamilias civis nomen meretur?*

VTi neque Reſpublica ſine familiis, neque urbs ſine mœnibus ac ædificiis ſtare magis poſſunt, quàm ſolaria vel tecta ſine parietibus ac fundamentis; Ita nec paterfamilias ſuus ſibi eſſe ſemper poteſt; ſed ſi ex ædibus, in quibus domeſticum imperium habet, egreditur foras, ſeque cum aliis familia-

rum principibus, ad res rationeſque contrahendas conjungit; tunc certè patrisfamilias ac domini nomen amittit, ut ſocium ac civem ſe ferat; ceu quodammodo ex familia exit, ut in civitatem ingrediatur, ac pro domeſticis negotiis publica tractet.

III. *Quid igitur eſt civis?*

EST civis nihil aliud, quam liber homo, qui ſummæ alterius poteſtati obligatur.

IV. *An hac definitio ſatis integrè ſibi conſtat?*

NImis generalis eſt, & ita fermè quivis ſubditus & peregrinus ſub tali poteſtate loci comprehẽdi poſſit, quùm omninò ſtrictior ſpecificatio heîc ad jura Reipubl. & Civitatis requiratur. Namque civis magis eſt conditionatus, quàm incola quivis; proinde libertas eſſentialis eſt neceſſitas quidem, ſed & aliis ſimul competit, qui Iura civitatis ambiunt. Præterea quoque finis verus abeſt, de quo ſupra paucula nonnulla monuimus.

V. *Quomodo igitur propriè definitur civis?*

QVod ſit ſocius, ſuperioribus ſuis juxta Iura civitatis ita obligatus, ut communione rerum civilium particeps factus, ibi rectè pietati vitam conformem, pro ſuorum ſuſtentatione, agere queat.

VI. *An ex neceſſitate potius quàm amore juſtitiæ & fidei ita in Societatem civilem coiêre homines?*

EO nos ipſa ratio deducit, imperia ſcilicet ac Reſpubl. vi primum coaluiſſe; etiamſi ab hiſtoria deſeramur; quanquam pleni ſunt libri, plena antiquitas, plenæ leges, primum illud hominum genus nihil prius habuiſſe, quàm obvios quoſque ſpoliare, diripere, occidere, aut in ſervitutem adigere: Vnde plena illa & à natura cuique tributa libertas vivendi, ut vellet & deceret, victis omninò adempta fuit,

fuit, ut ipſis quoque victoribus, ab eo, quem ſibi Ducem elegerant, quodammodo diminuta fuerit: Quæ prima ſervitutis ac ſubditorum, civium, ac peregrinorum Principis atque tyranni origo extitit.

VII. *Quæ igitur & quot diſtinctiones civium habentur?*

POſſunt huc variæ civium diſtinctiones referri. Veluti primò civis ratione procreantium cauſſarum diſtinguitur in Naturalem, & Adſcriptum. *Deinde* ratione loci, in Vrbanum & Suburbanum. *Tertiò* ratione adjecti Iuris, in Colonum & Municipem. *Quartò* ratione familiæ, eſt Patricius & Plebeius. *Quintò* ratione uſus & fruitionis, eſt vel Totalis, aut Partialis. Et hic iterum vel eſt forenſis; vel honorarius, vel confœderatus, vel privilegiatus &c. Quales modi plures juxta pacta & ſtatuta fingi poterunt.

VIII. *An peregrini cives dici non poterunt?*

MInime: quia peregrinus homo, quaſi ab originis domicilio divulſus aut ſede relicta, in civitatem alienam temporis ratione commigrat, nec civitatis prærogativa aut immunitate, civibus tributa, fruitur.

IX. *Quid eſt civis Naturalis?*

ESt ſocius ejus civitatis in quo natus eſt, ſive alterutro tantum, ſive utroq; parente cive, juxta receptum Ius loci, naſcatur: ceu filii ſequuntur conditionem patris, & diſſimilitudo loci varietatem Iuris habet.

X. *Quid eſt civis Adſcriptus?*

QVi alterius poteſtati ſe ſubjectum ac obligatum reddidit, & in numerum civium conſcriptus eſt. Nam civis honorarius tantum, qui jus ſuffragiorum ac civitatis adeptus eſt, revera civis non eſt, quum ſe poteſtati alienæ non ſubmiſerit.

XI. *Quotuplices ſunt adſcripti cives?*

ALii per manumiſſionem Iura civitatis acquirebant, ut ſervi manumiſſi eodem momento cives fierent *l. 5. ff. de capt. l. 7. ff. ad munic. l. cives. C. de incol. tit. de manumiſſ. Inſt.* Licet Græci veteres manumiſſis id negabant. Alii vel per cooptationem, vel donationem obtinent civitatem; alii per precium ſolutum acquirunt. Omnes tamen juramentum præſtare ſolent, quod hodiè homagium dicimus, quaſi hominium, quod fiat ità quis homo Domini ſui, dum ſe cum fide certa ad obſequium ſuperioris adſtringit juxta formam conceptam. Ità omnis Iſrael jurabat Deo *1 Eſdr.* 10, 5. & 3. *Eſd.* 8, 97. Ac Dione teſte, quotannis cives Rom. *Kal. Ian.* in facta Auguſtorum jurabant.

XII. *Num cives omnes eodem habentur loco, & jure?*

VElut urbium quædam ſunt beneficia, quæ cum ſuburbiis non communicant, & ſuburbia ipſa prærogativam quandam habent, quæ vicorum non ſit communis: Ita civis urbanus propriè is eſt, qui urbis mœnibus ac ædificiis continetur, & civium privilegio gaudet: ac civis ſuburbanus loco ſuo vivit: Proinde nec ſubditi omnes cives ſunt, multò minus & incolæ; ſed illud habent commune, quod ſuperioribus ſuis obligati teneātur: dum interim Iura cujuſque manent diſcernenda; quum Civis non poſſit duarum civitatum civis eſſe: *l. nihil eſt. ff. ad Munic.* At incola quis poteſt fieri multarum civitatum *l. incola l. ſi quis ff. eod. t.* unde πάροικος dicitur, ceu juxta habitans. Sic nec urbis ac civitatis appellatio confundi debet temerè.

XIII. *Que*

XIII. *Quæ verò eſt differentia inter Vrbem & Civitatem?*

CIvitas civium cœtum, ac multitudinem legibus ſociatam continet: Vrbs verò mœnibus & vallo cincta eſt; velut & Reſpubl. non in parietibus conſtituta eſt; ſed civitatis, urbis, collegii, curiæ, familiæ Ius determinet. Vnde qui civilem ſocietatem humaniores colunt, urbani dicuntur; ab aſtu vero Græco aſtutos vocant; eadem origine, qua urbanos, ſed ſenſu deteriore.

XIV. *Quid inter Vniverſitatem & Civitatem intereſt?*

VNiverſitas eſt omnium civiũ corpus coactum: Civitas verò urbis ipſius ac municipiorum, tàm etiam virorum iiſdem legibus ac moribus utentium conjunctio.

XV. *An verò patritii magis cives ſunt quam plebei?*

ABſurdum foret, ſi corporis humani membra, de ſua conditione quererentur. Dicatnè pes oculo, quur non in ſublimi corporis loco poſitus ſum? An propterea pes non inter membra cēſebitur?

XVI. *Quotuplex autem Ius eſt Civitatis?*

DVplex; Vniverſale totius Reipubl. commune, & Particulare, quod itidem bifariam conſideratur; nempe ut alicujus Provinciæ, certivè alicujus oppidi, vel pagi. Vnde differt civis urbanus à cive ruſtico; hic rurſus à municipali: Qui alias vel cives pleni, vel non pleni dici poterunt, pro conſuetudine loci: Sicut olim Tribus ruſticæ, partem populi Romani faciebant, & cum urbanis æqua ſuffragia ferebant in Comitiis publicis.

XVII. *Quid vero de Colonis ſtatuendum eſt?*

LIcet eodem ſanguine cum civibus ſint creti, iiſdem moribus ac legibus utentes; tamen quo

longius aberant coloniæ Romanorum ab urbe, eo minus lùcem ac ſplendorem urbis ſentiebant; eò minus honorum ac ſuffragiorum participes erant: unde Boëthius ſcribit, Romanos civitatem amittere, cum in Colonias Latinas mitterentur: cujus rei cauſſæ erant potiſſimæ, ut locos devictos ſub jugo continerentur, & præſidia ibi haberent parata, ad cohibendum aut ejiciendum rebelles &c. ceu coloni dicebantur ad incolendum locum bello captum. Ex quo intelligitur id, quod *Plinius lib. 2. cap. 1. & 3.* ſcribit: Hiſpaniam habere quadringētas urbes ſupra 68. In iis inquit, Coloniç 20. Municipia 8. Latio antiquo donata 46. libertate 6. fœderatorum 3. ſtipendiariæ 388.

XVIII. *Qui dicebantur Municipes?*

ERant cives Romani ex Municipiis ſuo Iure ſuiſq; legibus utentes; muneris tantum cum populo Romano participes, qui ſuum privilegium, id eſt legem Municipalem habebant. *Gell. lib. 16. cap. 13.*

XIX. *Quid Ius incolatus eſt?*

EST quod omnia habitationis commoda, Iuraque in civitate præbet: Libertatis nempe, urbis, fori, balnei, ſacrorum, theatrorumq; uſum; unde & civitatis muneribus quoq; incola obligatur. *l. 5. C. de Incolis.* non tenentur ad homagii præſtationem, ſi nolint. *Brun. th. 34. de Univerſ. Iur.*

XX. *Qualis autem civium Romanorum libertas fuit?*

TAnta fuit beneficiorum tanta privilegiorum inter eos, qui Romani imperii finibus tenebantur, præter fœderatos ac liberos populos, varietas, ut nihil ferè civium omnium Romanorū tàm proprium fuerit, quàm ne de libertate aut capite eorum injuſſu populi Romani judicaretur; id quod Iunia rogatione tribunitia factum eſt. *Liv. lib. 2.* Item legibus Valerianis, Sempronia ac Portia, ubi perduellionis

pœna

na addita fuit, ſi à Magiſtratu violarentur. Vnde ero in exilium ejectus eſt: ac D. Paulus hinc ſe m Romanum profeſſus ad Cæſarem appellavit, natione Cilix eſſet, genere Iſraelita ex tribu Benin: nihilominus fuit ejus Pater Iura Civitatis Romæ adeptus. Inde Præſes Romam eum mittere ctus eſt, ceu ipſe confitetur. Poterat homo dimitſi ad Cæſarem appellaſſet. *Actis Apoſt.*

XI. *An verò nunc Ius libertatis Civit. Romanæ latius patet?*

Icet prius peculiare fuit illis civibus, tamen poſtea omnes ſubditos civium Romanorũ Iure dount Imperatores, inprimis Antoninus Pius. *l. in ff. de ſtat. hom. l. Roma. ff. ad munic.* ut hinc, ſi plucivitates ejuſdem Principis imperio teneantur, oium civis quis eſſe poſſit. *l. ejus ff. ad municip.* Non en plurium Principum quiſquam ſubditus eſſe t, niſi mutuo Principum conſenſu.

XXII. *An vero Ius civitatis amittere, aut ei renunciare poteſt?*

Er delicta quidem amittitur; ſed etiam quis aliò commigrare valet, ſi prius impetret veniam à ſuori; aliàs quoq; fœderibus tales temerarii excluolent, uti *anno* 1520. factum inter Reg. Galliæ & vetios, quorum imperiũ 13. Civitatibus conſtat.

III. *Quomodo Venetorũ Iura civitatis acquiruntur?*

Vi ibi jura Civium plebejorum adipiſci velint, iis neceſſe eſt, prius 14. annos incolere urbem; & en non ad imperii illius dignitatem aut jus ſufiorum admittitur.

XIV. *Num verò alicubi peregrinorum conditio melior eſt quàm civium?*

Epius hoc contingit, quùm tanta ſit civium arietas, præſertim id experimur in Civitatibus,

quæ tyrannorum crudelitate & libidine premuntur, ac monopolia in frequentiori ſunt uſu.

XXV. *Quid igitur diſcriminis eſt inter civẽ & peregrinũ?*

VErum ac proprium civis à peregrino diſcrimen in eo eſt, quod alter imperio ac poteſtate civili obligatur, alter juſſa Principis alieni reſpicere poteſt: illum princeps ab hoſtiũ æquè ac civium injuria tueri tenetur: hunc non item, niſi rogatus & humanitatis officiis impulſus. Aliàs tamẽ cives quid immunitatis habere ſolent, præ peregrinis, ut ab his quid tributi loco exigi ſoleat, quod *μετοίκιον* dicebãt. Quamvis etiam alibi teſtamenti factionem inhibeant peregrinis, aliaq; onera imponant contrà æquitatem: tamen rectius faciunt, qui legem Dei obſervant hoſpitalitatis *Deut.* 10,19. *Eſa.* 58,2. *Matth.* 25,35,36. *Luc.* 14,13. *Rom.* 12,13. 1 *Tim.* 3,2. *Tit.* 1,8. *Hebr.* 13,2 & 1 *Pet.* 4,9. *Iac.* 1,27. Vnde Frider. II. Imp. recte fecit, quod *per auth. omnes C. comm. de ſucceſ.* homines ad humanitatis officia erga peregrinos revocarit, & Ius Albinagii, quo pereginorum bona ſibi applicabant patroni privati & alii abrogarit, ac libertatem teſtamentum condendi his fecerit; quum aliàs plurimæ ſint iniquitates, quibus peregrini & exules afficiantur contra *Lev.* 24. *Deut.* 27. *Ierem.* 7.

XXVI. *An in dicto bello peregrinum vel ſocium licet pro hoſte declarare?*

NOn, niſi debiti aut ſceleris alicujus obligatione contracta; tamẽ tempora exorbitantia nituntur moribus ſibi adſumptis, ut iniquitas non ſit ſine crimine perfido, & vacationẽ non habeat à pœnis ſuis.

CAPVT VII.

I. *Quid in hoc agitur capite?*

POſtquam dixit, quid publico imperio ſubditus differat à cive, quid itẽ civis à peregrino, & quot genera

enera ſint civium; nunc de ſociis ac fœderatis; ac rimum de clientibus, deq; toto Iure clientelarũ diſ-erit. Atq; ideò nonnihil accuratius id explicare ſtu-et, quùm putet ejus cognitionẽ ad Reip. vim & na-ıram intelligendam maximè fructuoſam, quod ab iis omiſsũ viderit. Quum enim tria hæc Iura, Maje-atis ſive ſuperioritatis, patronale aut ſociale, & feu-alè ſive fiduciale cognationem magnam propter ſi-iilitudinẽ inter ſe alere videantur, neceſſum putavit, fundamenta eorum rectè diſpiceret; licet Ius feu-ale ſive fiduciale Iure patrocinii longè quid ſit ſan-ius. Ideo ab interiori initium facit, ut ad publi-am poteſtatẽ quaſi per gradus & climata aſcendat.

II. *Quid per Clientem intelligis?*

CLientes prius colentes dicebantur, inquit *Iſid. l. 10. Orig.* à colendis patronis: Vnde ille cliens ſt, qui in alicujus fide vivit, & patronum habet, cui onorem & patrocinium ſe tuendi committit.

III. *Quid determinat verbum Clientela?*

QVod minus latinè etiam Advocatiam aut prote-ctionem, patrocinium & defenſionem appellant, ſt obſequium aut ſervitium pro beneficio præſtan-um. Moris enim fuit apud antiquos, ut provinciales ſocii populi Romani in clientelã ſe darent, vel toti natui, vel certis proceribus Rom. quos patronos bi adoptarant. *tit. C. de domeſt. & protect.* Græcis eſt *προστασία*, & latiſſimè ſe ad omne genus ſubditorum tendit, ſeu ſervi, ſeu liberti, ſeu vaſalli, civeſvè fue-nt & ingenui. Vnde ea relatio cum patrono ex-git.

IV. *Quid proprie per patronum denotatur?*

AB antiquis quur dictus ſit Patronus, *ait Feſt.* manifeſtũ eſt; quia ut Patres filiorum, ſic hi in-

ter dominos clientẽ numerare conſueverunt. Quum enim ex omnibus humanitatis officiis nullum majus ſit, quàm ut quiſq; maximè opis indigeat; ita ei potiſſimum opitulari, neq; officii mercedem ullam præter gratiam ſperare. Quod ſi quid amplius quiſquam paciſcatur, patroni ſeu protectoris nomen amittit, ac mercenaria quæſtuariaq; locatio dicitur. Nam quicquid alteri ſe facturum gratuito quis promiſit, id ipſum ſine mercede præſtare legibus tenetur, nec officio merces debetur *l. 1. ff. Mandat. l. rogaſti ff. de reb. cred. l. 1. paragr. ſi conven. ff. depoſiti.* Inde obligatio omnium efficaciſſima eorum, qui bonorum adverſus improbos; innocentium contra ſceleratos caput, famam, ac fortunas tueri promiſerunt. *Paul. de citad. part. 2. de patr. gen. n. 4.*

V. *Quid vero inter jus Clientelare & Patronatus datur diſcriminis?*

VAſallus domino dat fidem, nec accipit: Cliens dat fidem accipitque viciſſim, ut mutuis vivant officiis; Inferior Superiori obſequia debet: ſed mutua non debentur: vaſallus ob commiſſam feloniam feudum amittit; at clienti nil eripi valet, nec Ius clientelare ad hæredes ſpectat, quod fit in feudo: Ideo renovatio fœderis intercedit, ſi continuari debet.

VI. *An Princeps, qui alterius clientelæ ſe ſubjecit, alii imperio ſubditus eſt?*

MInimè; aliàs jura regalia amitteret, ſi pareret. Sed clientela inter ſummos principes aliud nihil eſt, quàm fœderata conſociatio, qua quidem alter alterius majeſtatem obſervare tenetur, ut ab injuria potentiorum tutus eſſe queat; licet interdum ſine fœdere fiat.

VII. *An*

VII. *An rectè à Principibus ſocietatis Ius propter commercia frangitur?*

[...]ris gentium ſunt commercia; ideo meritò firma [...]ſtabilis tutela ejus haberi debet: Si vero prohi[...]o fiat à Principibus, ne aut cives rerum invecta[...] copia ad luxum abutantur, aut evectarum ino[...]premantur, officium hoc principum concernit; [...]ſingularia pacta interveniant, ex quibus tributa [...]olvuntur.

VIII. *Hoſtes qui propriè dicuntur?*

[...], quibus nos, aut qui nobis publicè denuncia[...]nt, aut ſine denuntiatione bellum intulerunt: cæ[...] prædones aut piratæ judicantur, quibuſcum nul[...]ris ſocietas aut communicatio intercedere de[...] Hoſtibus tamen tradit Deus inobedientes *Deu[...] 28, 25.*

An peregrinis æquè ac civibus eſt jus dicendum?

[...]Oc omnium populorum ſumma conſpiratio [...] obtinuit, ut in omni fœdere, ſeu pactio[...], ſeu [...]ſione, jura majeſtatis cuique Principi populove [...]ſint; inde quoque Iuſtitiæ adminiſtrationi nihil [...]dicari debet, ulla confœderatione, quùm te[...]mi cum potentiſſimis jure fœderũ exæquentur.

[...]ui in conventu fœderatorum prima ſeßio competit?

[...]Equum eſt, quemque domi ſuæ principem lo[...]cum obtinere; dehinc ut priores obſerventur [...]ibuſcum amicitiam inierant primi, niſi dignita[...]io aliud quid ſuadeat.

Quur verò peregrinorum loco habentur, qui nobis arctißimo fœdere ſociati ſunt?

[...]On enim facit illa neceſſitudinis & amicitiæ [...]umma conſociatio ut cives ſint omnes om[...] Quod ſi non ſunt cives, peregrinos eſſe, aut [...]rum jure cenſeri, neceſſe eſt.

XII. *Sed*

XII. *Sed licetnè ſubditis ſecum ipſis & cum exteris fœdera jungere ſine ſui Principis venia?*

PRincipes quidem omnibus modis providere ſolent, ne id fiat, maximè cum exteris. Nihil enim periculoſius in Republ. dari poteſt, quàm ſi membra corporis in diſſenſionem ſui abeant, & morbos ſuâ culpa tales ſibi concilient. Quid non diſſolutio continui operatur? An non forma Reipubl. inde ſubvertatur? Ideoq; non ab exemplis; ſed ex rei veritate judicandum quid heîc rectius venit. De quibus alibi actum, in Hanſeat. noſtris.

XIII. *Vnde dicitur Fœdus?*

FOedus & Fidus Varroni dicitur, quaſi à fide ductum: Indeque Feciales, publicæ fidei præfectos volunt, ut fides pacis per eos fœdere conſtitueretur, ut ab integro bona & ſyncera fide fœdera veniant ferienda.

XIV. *Quid eſt Fœdus?*

NOnnulli dicunt, quod ſit pactio duarum vel plurium Rerumpubl. de re quapiam ſibi mutuo præſtanda. Et ſic à fœderatis ſive ſociis ſeparantur populi ſimpliciter amici. Exemplum luculentum in Helvetiis eſt.

XV. *Quando incepit fœdus Helveticum?*

PRincipes defectionis ab imperio Rom. fuerunt Suitenſes, Vrani, & Vndervvaldi *An.* 1315. qui primo capite cavebant; Ne quis Imperium principis ullius admitteret. Hinc *an.* 1332. Lucerna ſe his adſociavit. Poſt Tigurini *an.* 1351. & anno ſequenti ſtatim Tugienſes, Bernates, ac Biennenſes. De hinc *an.* 1481. Solodorenſes & Gladarenſes, quum nobilitas Helvetiorum à plebeis apud Sembachiam eſſet proſtrata *an.* 1501. Baſilienſes & Schaffuſani illis adſociarunt ſe, & *an.* 1513. Abbacellani

cum

cum Friburgenſibus. *an.* 1515. acceſſit Abbas Sanct-Gallæ, tum Myluſiani & Rotvvillenſes; demum Valleſii *an.* 1527. quo anno Genuates ſe cum Bernatibus conjunxerunt; ut ita 20. Reſpubl. in eo inveniantur fœdere. *NB. Quæ de Rebuſpub. Hanſeaticis heîc adjicit auctor, ſingulari explicavimus tractatu, qui conſuli & cognoſci poteſt.*

CAPVT VIII.

I. *Quid in hoc capite tractatur?*

QVamvis conſtituerat auctor de Iure feciali plenius agere quid; tamē prius de Iure Majeſtatis diſſerendum heîc putavit, ut inde alia magis obſcura eluceſcerent. Ideoq; explicat quid ſit Ius Majeſtaticum, & in quibus conſiſtat, quæ ejus eſſentiales proprietates, & num ſit legibus ſoluta poteſtas hæc; quæ leges ipſi pangendæ veniant, quis ejus propriè ſtatus, quod pluribus exemplis declarat. Vbi interſerit, quid pacta conventa ſint, & quouſque Princeps iis obligatus teneatur erga ſubditos, quid lex determinet. Hinc ad ſucceſſorem regni progreditur, quo jure is regnum acquirat, & quæ vis ſucceſſoris ſit, &c.

II. *Quid eſt Majeſtas?*

MAjeſtas, quam Græci *ἄκραν ἐξουσίαν*, interdum *κυρίαν ἀρχὴν*, *κύριον πολίτευμα*, Itali *Signoria*, Galli *Souverainetè*; Hebræi majus imperium vocant; quaſi à magnitudine Major ſtatus ſit dictus, eſt ſumma, perpetua, legibus ſoluta & individua ſive incommunicabilis in cives ac ſubditos poteſtas.

III. *Quur ſumma & perpetua dicitur poteſtas?*

QVia fieri poteſt, ut uni pluribuſvè ſumma in cives poteſtas, nec tamen perpetua tribuatur; ſed ad breve tempus, cujus decurſu ſumma poteſtate abdicant. Non igitur ſummi principes dici poſſunt; ſed potius ſummę poteſtatis ac imperii cuſtodes tàm

diu

diu ſunt; quoad ſummus princeps populuſvè depoſitum imperium repoſcat, cujus ipſi ſunt veriſſimi poſſeſſores ac Domini; non aliter quàm qui res ſuas commodato dederunt &c. *l. qui pign. ff. de uſu cap. ad tempus.* Vnde & regentes Regni dici ſolent, quaſi vicarii, & ſubſtituti aliquibus in locis: Romani ita Dictatorem habuerunt, quem alii Commiſſarium generalem faciunt.

IV. *Si vero uni aut pluribus ſumma poteſtas à populo detur, an ille non habeat Ius Majeſtatis?*

IS majeſtatem propriè habet, qui poſt Deum immortalem ſeipſo non videt majorem: at ille qui poteſtatem habet precariam, vel ad certum temporis curſum gerit imperium, rationemque reddere de eo debet, non poſſidet Majeſtatem, ſed ea in populo reſidet, quùm populus ſit hac ratione immortalis & perpetuus. Qui precario enim quid habet, nec dominus eſt, nec poſſeſſor.

V. *Si quis vero ultra tempus præſcriptum Ius imperii ſibi reſervet?*

SI vi retinet imperium, tyrannus eſt; tametſi tyranni quoque majeſtas eſt, ut qui violenter poſſeſſioni alterius incumbit, & contra leges.

VI. *Poteſtnè populus ſua ſponte ſe imperio ſpoliare?*

SI populus alicui ſummam perpetuamque quoad vixerit poteſtatem dederit ſine conditione, jura ei talia conceſſit, perinde, ut ſi quis pura donatione rei ſuæ dominium ac poſſeſſionem tradidiſſet. Tunc enim perfecta donatio conditiones nullas capit.

VII. *An verò poteſtas legibus ſoluta congruit Majeſtati?*

OMninò. Nam populus ſummum perpetuumq; imperium in cives ac vitæ neciſque poteſtatem, legibus omnibus ſolutã, uni ex civibus tribuere poteſt, ut, quemcunq; volet, imperii ſucceſſorẽ deſignare poſſit.

poſſit: velut ſuæ quiſq; rei moderator & arbiter purè donare poteſt, nō alia quā liberalitatis cauſſa ſubjecta.

VIII. *Quò verò uſque Majeſtas legibus eſt ſoluta?*

QVum quatuor ſint, quæ ad Majeſtatem requirantur 1. ut is, penes quem eſt Majeſtas, poſt Deum immortalem, ſuperiorem non agnoſcat, habeatque ſummum imperium ac Iuriſdictionem ſine provocatione: *Deinde* ut poteſtas illa, non ſit ad tempus conceſſa; ſed perpetuo & uſq; ad finem vitæ duret. *Tertiò* ut poteſtas illa ſit propria, vel jure hæreditatis aut electionis conceſſa, & non aliena aut precariò conceſſa: *Demum* ut poteſtas ſit legib⁹ ſoluta: Statim primum requiſitum oſtendit, quod homo à legibus nullus poſſit ita eſſe ſolutus; ut Deo quid præſcribere auſit aut debeat. Ipſe enim in naturæ legibus ſub conditore ſuo vivit; licet inter mortales ſummitatem Iuris obtineat. Ius igitur illud non ab eo hunc eximet, quod Dei & naturæ eſt: Quin inde leges ſumere ac petere debet, ut rectè imperare noſcat & poſſit. Ideoq; Majeſtas ejus nihil aliud eſt, quàm cuſtodia legum Dei, ceu *Deut.* 17. jubetur. Et eo uſq; etiam eſt legū civilium adminiſtrator, ut eas præſcribat & ſervari curet, quæ legi Dei ſint conformia. Ideoq; eo uſq; ſimul quoad vim legis dirigentē ſubjectus eſt; at ſecundum vim legi cohærentem legibus eſt ſolutus, quum talis lex ipſa principem legibus ſolvat, ubi imperium exercere cogitur.

IX. *Quod ſi Princeps nullis majorum legibus obligatus ſit, quomodo ſuis obligabitur?*

ALiorum imperium qui ſuſcipit, ita ſuſcipiat, ut ante omnia leges divinas noſcat, ceu jubet Deus; ſic facilè perſpiciet, quid cum iis congruat, quid non. Proinde manebit obligatus Deo ejuſque legibus: reliqua majorum inventa ad divinæ maje-

ſtatis

ſtatis judicia penſitet. Quod igitur ſummum in Republica imperium dicitur legibus ſolutum, ceu nihil ad divinas aut naturæ leges pertinet; ita & humanas diſponere tenetur juxta pietatem ſolidam, ne quid fucosè ſubrepat.

X. *Num igitur Princeps patriis legibus, in quas juravit, obligatur?*

DIſtinctione res opus habet, *inquit*. Si Iuſta ſint pacta conventa obligatione contractus prorſus tenetur: Sed non id fit ideo, quod jurati ſint princeps & ſubditi, aut quia ſuis legibus obligantur: ſed quia juſtis conventionibus quiſque tenetur ſi quid alterius interſit: ſive juratus ſive injuratus ſit: Et ex iiſdem cauſſis, quibus privatus ac ſubditus quiſq; in integrū, ſi capti ſunt, reſtitui poteſt: ſive aliena fraude, ſive dolo circumventus eſt, non tantum in iis, quæ ad Iura Majeſtatis imminutæ; ſed etiam in iis, quæ ad privata commoda rationeſque domeſticas attinent. Ex quibus apparet non eſſe pacta conventa, cum legibus Principis confundenda. Qui ſua lege tenet omnes; ipſe teneri non poteſt. At conventio inter Principem & civem mutuam habet obligationem, à quo diſcedi ſine mutuo conſenſu non poteſt. Quia juramentum eſt Dei conteſtatio; idcirco divinum eſt vinculum, quod utriuſque partis diſſolutionem requirit.

X I. *An Princeps Imperii leges poteſt imminuere aut abrogare?*

QVantum ad Imperii leges attinet; quùm ſint cum ipſa Majeſtate conjunctæ, Principes nec eas abrogare, nec iis derogare poſſunt: Cujuſmodi eſt lex Salica. Quod ſi legibus Imperii, quid ſit derogatum, hoc ſarciri ſolet à magiſtratibus mortuo Principe.

XII. *An*

XII. *An princeps Imperio populari teneri poteſt?*

QVi hoc docent, ſeditioſis hominibus ad res novandas materiã prębent, quùm in Principes majeſtas eluceat, ne populus & ſubditi ſuffragiorum poteſtatem habeant; ſed ut Princeps arbitrio ſuo ac voluntate juxta Dei voluntatem omnia moderetur, & quæcunq; decrevit ac juſſit, ea legum vim habeant.

XIII. *An vero tributa temeraria imperari poſſunt?*

NOn debent quidem, quùm nemo tàm improbus ſit tyrannus, qui aliena bona ſibi diripere fas eſſe putare debeat; ſi tamen urgeat, neceſſitati imperatæ parendum erit.

XIV. *An verò Principis majeſtas non imminuitur comitiorum convocatione?*

QVùm videamus Principem pleraq; univerſis tribuere, quæ ſingulis denegarentur, aut non ita facilè tribuerentur; vel quia ſingulorum voces minus exaudiuntur, quàm univerſorum: vel quod Princeps alienis oculis & auribus uti conſuevit: in comitiis verò populum videt, auditque per ſeſe, ac pudore, vel religionis metu, vel naturæ bonitate coactus juſtas rogationes admittit: Inde rectè inventum, quod publici ita inſtituantur conventus, ubi Senatus populique univerſi præſentiam intueatur; & etiam eo melius leges dentur ũniverſis, quibus imperat. Interim tamen ſine ordinum convocatione aut conſenſu leges à Principe abrogatas videmus.

XV. *Quùm populus autem univerſus ſeipſum obligare nequeat, quur tamen populus Rom. jurabat in leges?*

PLutarchus *in Mario. & Appian. lib.* I. hoc habent quidem; ſed aliud eſt univerſos, aliud ſingulos obligare. Cives quidem ſinguli jurabant in leges;

leges; univerſi non jurabant. Quia ſinguli univerſorum imperio tenebantur.

XVI. *Quur Trajanus Imper. ſtans ante Conſulem ſedentem juravit in leges, ſi ſummus Princeps ſoli Deo jurejurando ſolus tenetur?*

DVplici ratione id factum: Altera, quod adeptus conſulatũ una cum Principatu, more conſulum juravit, quod *Calend. Ian.* fieri ſolebat ab omnibus magiſtratibus: Altera, quod Imperatores ſummam initio poteſtatem non haberent, ſed Principes tantũ vocarentur, non Monarchæ, quùm Principatus ſaltem Ariſtocratiæ formam referat in dignitate, uti apud Venetos videre eſt.

XVII. *Num quis ita legem ſibi dicere poteſt, quin ab ea diſcedere valeat?*

SI primum & præcipuum Majeſtatis caput eſt poteſtas leges condendi & abrogandi, ſine qua Poteſtas Politica ſtare nullatenus poteſt; & legis eſt imperare *l.1.ff. de ll.* præſertim quùm imperator ſit utriuſque tabulæ cuſtos. *Deut.*4,6. *Ioſ.*1,7,8. *Pſ.* 72,1,2,3. *&* 1 *Sam.*16, 20,23. quur non poſterioribus edictis ac legibus, ſpeciales hominum actiones, in moribus corrigendis & ſimilibus, concernentibus, ſuperiorum abrogationes conſtituat & ordinet? Etenim tẽporis & hominũ mutatio multa dictitant, quæ in melius ſæpius quid revocare Imperatores cogunt, modò maneat verus veræ pietatis reſpectus.

XVIII. *An vero ll. publicatio & probatio abſque Senatu & Comitiis fieri par eſt?*

APud homines quidem magnum habet ad leges tuendas momentum, ſi earũ publicatio & probatio in ſenatu & comitiis fiat: Attamen hoc non ita accipiendũ eſt, quaſi Princeps hujuſmodi probatione teneatur, aut legẽ ſine Senatus populivè auctoritate

vel

vel conſenſu, jubere per ſeſe non queat: ſed id tamen ſenatu probante fieri, humanum eſt, inquit Theodoſius, quod *Bald. l. Human. C. de ll.* interpretatur non tàm neceſſitatis eſſe, quam humanitatis: & digna vox eſt Majeſtate regnantis: legibus alligatum ſe profiteri Principem. *l. dig. ff. de Conſt. Princ. l. ex imperf. ff. de leg.* 3. Certè enim nil melius, nil Principe dignius, quàm eas leges, quas ipſe tulerit, factis & vita comprobare, quum id ad cultum & obedientiam maximum ſit robur. E contrà verò nil ad Principis & *ll.* contemptum pernitioſius, quàm quod edixeris ac decreveris, ſine juſta cauſſa perrumpere & labefactare.

XIX. *Num igitur ab ulla lege facta non diſcedendum eſt Principi?*

VElut ingens eſt differentia inter decreta civilia, quæ cum naturæ æquitate conveniant, & quæ ietatem cum honeſtate ſubvertant; ita quoque eic diſcrimen unicè obſervandum eſt. Etenim quod lutem publicam non promoveat, illud oppidò ma- :t quovis tempore tollendum. Et tantum abeſt, ut incipi id pudori ſit, ut etiam ſummæ ipſius pru- ntiæ adſcribatur, & eò clariorem in ſe derivet ob- vantiam omnium. Interim hoc videat, ultrò ac ontè quid faciat in correctione, quàm ut querelis hoc flagitetur.

Quid ſi Princeps occidere & latrocinari lege prohibeat; num neceſſe habet ſuis ll. obedire?

Vidni? An non Deo parere ſumma libertas eſt? Etenim non hæc eſt hominis, ſed ipſius Dei quam ex ipſo ore Dei & natura ſimul dictante nſcientiis hauſimus & expreſſimus; quâ Prin- multò magis, quàm omnes ſubditi obligantur.

tur. Indiſſolubilis ita eſt, ut etiam Deus longè acerbiorem de Principibus, quam ullis aliis, ſit rationem ejus exacturus. *Vide Senecam.* Cæſari omnia licent, propter hoc minus licet.

XXI. *An verò etiam Princeps ll. civilibus obligatus hæret?*

PAcatius ad Theodoſium ait: Tantum tibi licet, quantum per leges licebit. Quum lex civilis nil aliud ſit, quàm lex naturæ ad particulares circumſtantias accommodata, quæ utilitatem publicam & privatam ita reſpicere debet, ut nil impii aut inhoneſti ponat, eadem omnes teneri Principes conſtat; quùm quod natura doceat, id legibus naturæ, quibus Principem parere oportet, ſit omninò comprehenſum. Si quid verò opponatur honeſto, æquum eſt honeſtati locum relinqui. Quantum igitur juſſum legis dirigit ad utile, in tantum non eſt obligatus, ſed manet director legis, & ſubditos ſuos lege obligatos habet, modò nil contra naturam jubeatur; quùm pium, honeſtum, juſtum, utile ſuos habent gradus.

XXII. *Inciduntne etiam cauſſæ, quæ vetant Principes ſuis parere legibus?*

POſſunt incidere, ut ſi privato quid privilegii ſit conceſſum, ex quo poſſit, mutata temporis ratione, ſaluti publicæ exoriri ſumma calamitas, quod tunc corrigendum omninò eſt, ut cogatur ſic patere, quouſque leges non abrogatæ fuerint. Principum aliàs, qui conceſſu ac poteſtate populis tribuuntur, edictis obediendum, niſi cum natura ipſa pugnent, cumque legibus à Deo datis, quibus Principes omnes æquè ac populi tenentur.

XXIII. *Num*

XXIII. *Num obligatio ejuſdem eſt naturæ, atque conventio?*

SI conventio naturalis eſt, ac gentium omnium communis, obligationes & actiones ejuſdem eſſe naturæ conſequens eſt. *l. indebiti ff. de condict. indeb. l. 2. ff. rer. amot. l. ex hoc ff. de Iuſtit. Bart. & Bald. ibid.* Quùm Deus ipſe ſuis promiſſis teneatur, an non & Princeps arctius civilibus pactis ac ſtipulationibus obligetur, quam privatus? præſertim quum nulla obligatio cogitari poſſit, quæ non ſit & naturæ & gentium communis. *Ierem. c. 45.*

XXIV. *An Princeps cum alterius detrimento, ſine juſta cauſſa locupletior ſuo fieri Iure poteſt?*

NEc Principum auribus, nec legibus naturæ pernicies major poteſt afferri, quùm & pœnis fiſcalibus creditores Iure priores anteferri debeant, ac legibus civilibus derogare queat, dum tamen id fiat ſine fraude alterius. Quid enim ſanctius divina lege prohibetur, quàm aliorum opes & bona diripere?

XXV. *Num princeps non abſoluta poteſtate uti valet, ſi manus alienis rebus velit injicere?*

CApitalior certè fraus eſt, hac diſciplina Principes imbuere, quàm prædari. Nam prædones inopia ferè ad aliena cupienda cogit: Princeps autem ſic imbutus, præclaram iſtam Iuris & Iuſtitiæ ſpeciem ſceleribus ſuis obtendere conatur: unde in tyrannum evadet, & impudenter divina cum humanis perfringere non dubitabit.

XXVI. *An non poteſt Princeps efficere, quæ ab honeſtate ſunt aliena?*

QVum Principis poteſtas juſtitiæ ponderibus ſemper exigenda ſit, recte Plinius Iun. Trajano objecit: Vti felicitatis eſt, poſſe quantum velis; ſic magnitudinis, velle quantum poſſis. Nihil enim Principes per conſcientiam poſſunt, quod natura turpe ſit, aut injuſtum.

XXVII. *An non omnia ſunt Principis?*

AD Imperium & dominatum quidem cuncta pertinent; ſed ſalva cuique rerum ſuarum proprietate ac poſſeſſione. *Bald. conſil.* 363. in fine. Ad Reges enim poteſtas omnium pertinet; ad ſingulos autem proprietas. *Senec. lib. 7. cap. 4. & 5. de benef.*

XXIIX. *An Rex Imperii ſucceſſor, Regum antecedentium promiſſis, ſalva majeſtate, obligari poteſt?*

PRinceps majorum pactis conventis æquè ac privatus obligatur, ſi regnum hæreditario modo obvenerit, vel etiam teſtamento delatum ſit, *Bald. in l. digna C. de ll.* ſic & legitima ejus debita ſolvere debet.

XXIX. *An non tenetur quoque ad eas obligationes, quæ ex utilitate reſpub. ſunt contractæ?*

QVocunque Iure ſeu lege, ſeu teſtamento, ſeu populi ſuffragiis, ſeu ſorte regni acceperit, æquum eſt, ut eas obligationes omninò ſervet. Tunc enim fides agitur, quam Regi non modo decorum; ſed etiam neceſſarium eſt ſervare; quamvis pacta civitatibus detrimenta ſint allatura.

XXX. *An*

XXX. *An per conſecrationem Pontificis, Rex, Imperii poſſeſsionem & proprietatem acquirit?*

NOn quidem hæreditario aut paterno Iure, multò minus etiam Pontificum ac Parium beneficio, ſed lege Regia. Aliàs peſtis nulla perniciosior in Republ. exiſtere poteſt, quàm ſi ſit incerta regni ſucceſſio. *Bod.p.*166.

XXXI. *Quæ igitur Iura tandem Princeps mutare poteſt vigore Majeſtatis?*

SI gentium Iura quædam iniqua ſint, ea Princeps abrogare poteſt, & ſubditos inhibere, ne eo Iure utantur, ut antea docuimus de ſervitiis: Quod in uno dictum ad conſimilia traducendum eſt, quæ pernicioſo exemplo in Remp. invecta ſunt, ne quid contra divinas ac naturæ leges ſanciatur. NB. Nam ſi Iuſtitia finis eſt legis; lex autem Iuſſum Principis; & Princeps Dei potentiſſimi imago ſpirans; conſequens eſt, ut Principis leges verum exemplar præ ſe ferant legum divinarum; uti ipſa definitio tàm Majeſtatis, quàm poteſtatis publicæ poſtulat.

XXXII. *An verò Bodini definitio Majeſtatis ſufficiens eſt?*

VEluti ſuperius *quæſt.*2. introducta ex toto hoc capite, quoad cauſſas internas quidem ſufficeret; ſed ut eo perfectior conſtet ex omnibus cauſſis, & ut manifeſtior diſtinctio à generali poteſtate Politica affulgeat, ab aliis non incongruè paucis aliis verbis definitur.

XXXIII. *Quid igitur eſt Majeſtas juxta eorum ſententiam?*

QVod ſit à Deo conceſſa ſumma, perpetua, individua & legibus inferioribus ſoluta poteſtas diſponendi, ordinandi, procurandi & exequendi omnia illa negotia ſocietatis civilis, quæ ad ſalutem publicam & utilitatem tàm corporalem, quam ſpiritualem corporis Politici pertinent. Hæc definitio ordine cuncta complectitur, quæ per munia regalia exprimi poterunt. Vnde *in Introduct. Pol. Vnivers. noſtr. lib. 3. cap. 3.* huic ita noſtra accommodari poterit: Quod ſumma & fundamentalis eminentia ſeu faſtigium poteſtatis ſit, legibus ſoluta, quæ diſpoſitione ſui ſplendoris per regalia media ſe in ſubditos quoſlibet effectivè cum ſacra executione extendit, pro vinculo Reipublicæ arctius in concordia conſtringendo, & incolumitate pia conſervando. Etenim Reipubl. ſalus omnis in pia concordiæ integritate ſe maximè exerit; & Regale illud medium Capitulationis efficit, ut majeſtas in ſplendore ſuo effulgeſcere, & cuncta pro diſpoſitionis liberæ facultate in Dei honorem dirigere apud ſubditos poſſit, ceu ſimul ad officii ſacri præſtationem per eandem capitulationem retrahitur, ne legis divinæ nutum transgrediatur, & inde perniciosa membrorum in corpore Politico diſſolutio ſequatur; ſi caput vacillet aut vires ſuas in abuſum pertrahat. Quippe verum eſt, quod ait Poëta:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

XXXIV. *Quid verò eſt poteſtas Politica?*

VEluti ex Bodini noſtri deſcriptione per totum caput hoc diſperſa poteſt colligi. In genere eſt

eſt ſupereminens adminiſtratio & functio cum ſuperioritatis jure & facultate omni, in hoc à Deo inſtituta & cõſervata, ut homines ſocietatem communem vitæ juſtè, tranquillè, & in vera pietate mutuaque dilectione concorditer degere poſſint, ad propriam ipſorum ſalutem & Dei gloriam. Dicitur hæc poteſtas publica, quod immediatè & principaliter verſetur circa ſtatum & converſationem totius populi, & univerſæ ſocietatis; nec minus cujuſq; membri & ſingulorum bonum per ſe intendat.

XXXV. *Quotuplex eſt hæc publica poteſtas?*

ALii duplicem faciunt; Abſolutam, quam & Majeſtatem dicunt: & Determinatam, qualis in Prncipibus & Magiſtratibus eminentioribus affulget, quùm ſit vicaria ſummæ poteſtatis, & hinc celſitudinis titulum apud Principes mereatur. At Bodinus non incommodè tertiam addit ſpeciem determinatæ ſubordinatam, quæ omnibus Magiſtratibus inferioribus competit.

XXXVI. *An non quoque Bodinus individuam poteſtatis ſummæ vim & Ius adjicit Majeſtati?*

SVnt, qui Bodinum hujus ignorantiæ inſimulent; ſed malè ipſum prorſuſque ſiniſtrè intelligunt. Hoc enim ab ejus mente adeò eſt alienum, ut etiam expreſſè dicat, quod ſumma poteſtas perpetuò ſit Majeſtati adhærens, nec per naturam ſuam ab ea poſſit ſeparari, abſque eſſentiæ corruptione, in communicatione ulla, niſi id fiat ad tempus certum, ut ſic tantummodo permiſſu ſuperioris quadam in parte exerceri à Magiſtratibus poſſit: ſi ſecus ſit, fiat hoc cum Majeſtatis diminutione. Quomodo enim quod Capitis proprium eſt & eſſentiale: ſine corruptione

gum Romanorum appellatio debeatur, ſimulque lucit, affirmando, quod Pontifices Imperii Ger- nici ſint Vaſalli, ex quo aliiſq; cauſſis iniquè ſæ- s ſibi imperatoria munera adſcripſerint. Interim ,que de ærario, & Principum inter ipſos dignita- lutinia immiſcet, quæ nunc ordine excipiemus.

II. *Quid intelligis per Ius fiduciarium?*

Ihil aliud quàm quod hodiè feudale barbaro dicunt vocabulo, & omnino à patrocinio aut ntelari Iure, de quo ſup. cap. 7. actum eſt, con- diſtinguitur, quùm patrocinii Iure, quod etiam agiſtris Ius patronatus appellatur, longè quidi tius ſit, & honorarios prædiorum fructus con- at, velut ſingulare beneficium, in aliquem à Do- o collatum.

III. *Feudum autem unde nomen eſt?*

MVltum in hoc deſudant alii, ut ejus veram e- ruant originem, quùm nuſquam apud anti- res ſcriptores, quàm *in Conſtit. Caroli III. Craſſi* an. 881. imperantis legatur. Quamvis igitur atinum id nolint, tamen potiores cum Bodino e præſtanda dictum putant, *Vult. de Feud. lib.* 1. *n.* 1. & *cap.* 6. *n.* 1. niſi à fœdere utrinque con- o derivari veriùs ſit. Alias enim *F.E.D.V.M.* videtur, quod qui fidem daret, his verbis utere- idelis Ero Domino Vero Meo, ut ſic ex initiali- itteris contractum ſit nomen prius, ac poſtea onuntiatione diſtinctam appellationem Feudi erit.

V. *An etiam apud alias gentes invenitur?*

udum apud Turcas dicitur *Timar*, à Τιμαῖ, & aſallus (quaſi à Germaniſmo Geſelle / *juxta d.l. cap.* 4. *n.* 12.) Timariota, id eſt, honorarius,

quamvis & Timar apud Arabes fructum & precium determinet, *juxta Malt. Mart.* Aliis à Germanico füden aut föden / id eſt paſcere, quaſi feuda maxime in paſcuis & pratis conſiſterent. Quod ſit Longobardicum aliis potius placet, quaſi Feudũ à Fede, quod hinc Italis adhuc fidem ſonat. Ex eo etiam fit probabilior, quod & ſyllabis, quàm aliæ, quæ afferuntur, ſit vicinior; & præterea ex re ipſa ducta ſit, hoc eſt ex forma feudi, quæ cuique rei dicitur dare ſuum nomen & eſſe. *Ardiz. de Feud. cap. 4. Borch. cap. 1. n. 1. Sonsbec. de Feud. part. 2. num. 33. Vult. d. leg. cap. 2. & cap. 6. n. 2. 3.* Namque feudum in fidelitate conſiſtit duplici fidei promiſſæ & juramenti præſtiti.

V. *Qui verò feudum accipiunt, quomodo dicuntur?*

CEu immunes à vectigalibus erant fiduciarii, ita vaſallorum nomen tenent, & Longobardis *Leudes* ſive *Leotes* appellantur, quæ vox liberum determinat: unde Alaudius ex ſervitute juſta manumiſſio, & Alaudium ac laudimia dicuntur honoraria munera, quæ Domino fidem accipienti à Vaſallo tribui ſolent. Alias tamen à *Vaſſo* quaſi devoto dictum volunt *Vaſallum*, unde & apud Turcas *Baſſa* appellatio eſt; alii à *Vaſario* derivant: Dicitur etiam beneficarius, fidelis, beneficiatus, infeudatus & infeudatarius.

VI. *Quid autem proprie eſt feudum?*

BOdinus vult nihil aliud eſſe, quàm fructum prædiorum, à vectigalibus liberũ, beneficii cauſſa alicui tributum. Sed quùm veram definitionem nõ ſpiret, juvat & Duareni & VVeſenb. adducere. Alter ait, Feudum eſſe beneficium Iuris in rem immobilẽ, quę fidei ſeu obſequii gratia certo modo fruenda alteri concedatur, ut ſervitium inde præſtetur. Hic, *ait,* Quod

Quod ſit contractus civilis nominatus ſtricti Iuris, in quo Dominus utile dominium rei immobilis vel æquipollentis Vaſallo ejuſque hæredibus maſculis, inveſtitura interveniente, concedit perpetuò & gratis, ut ipſi is & ad fidelitatem præſtandam, & ad ſervitia honeſta ac poſſibilia obligetur. *Ritt. d. F. c. 3.*

VII. *Vnde autem feudorum eſt origo?*

DE iis variæ ſunt digladiationes, ut duodecim de eorum origine habeantur opiniones, ceu refert *Ritt. cap. 1. num. 5.* Plerique à clientelis orta ea putant; alii à militia, alii à tributariis prædiis; nonnulli ad Gallos referunt &c. Sed quamvis ex ratione temporis & principii natalis haud concors ſententia ſit omnium; tamen veritati propius eſt, originem Feudi, quatenus certam formam, certumq; nomen habet, à Longobardis, aliiſque nonnullis Germaniæ populis primordia ſumpſiſſe. Hinc enim eſt, quod ſit uſusfructus quidam rei immobilis, ex benevolentia Domini, ſub conditione fidei & obſequii conceſſus. Namque ex benevolentia Ius hoc ita confertur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat; uſusfructus verò rei illius ad accipientem dictis conditionibus tranſeat. Vnde à clientelari Romanorum Iure non admodum abhorret, aut diſtat.

VIII. *Quomodo autem Vaſallus à cliente differt?*

CLiens patronum in fœdere ſuperiorem eatenus agnoſcit, quatenus perſonæ ac loci dignitas poſtulat: Vaſallus autem non modo ſuperiorem confiteri dominum, ſed etiam in fidem & obſequium ſupplex exhibere cogitur, aut feudo cedere, ceu in præſtatione *homagii* apparet.

Digitized by Google

IX. *Quid eſt homagium* ?

De vocabulo ſupra quædam ſunt monita, quùm ab homine diductum velint, quum hominem alicujus fieri, idem ſit, quod ſubjici Domino tanquam Vaſallum. Inde Bodinus appellat fidelitatem, obſequium, obedientiam, & ea Iura quæ fiduciarius Domino ex formula beneficii dare, facere tenetur. Conſulatur in pluribus heic Dn. H. Bruning. de Homag.

X. *Sed quot gradibus ſuperiores cum ſubditis uſque diſtingui poterunt, qui Majeſtati parent* ?

IVxta Bodinum novem dantur gradus quibus ſuperiores ab invicem uſque ad infimum poſſint diſtingui, ut 1. In primo gradu ſunt Principes, qui vivunt in clientela ejus, cujus Majeſtatem obſervant.

2. Secundum genus eſt Principum, qui ſuperiorem in fœdere tributario agnoſcunt.

3. Sunt à potentiore victi, qui in majeſtate ſua, majeſtatem victoris comiter obſervant.

4. Sunt Reges, qui Iura majeſtatis in ſuos liberè quidem exercent; fiduciarii tamen ſunt aliorum.

5. Sunt, qui Vaſalli ſimplices dicuntur propter feudum contractum cum Domino.

6. Sunt Vaſalli ligii, qui data fide ad Domini dignitatem armis ſe adſtrinxêre.

7. Sunt ſubditi Vaſalli & cenſuales.

8. Sunt ſervitute liberati & glebæ adſcripti.

9. Tandem ſunt ſervi.

XI. *An non omnes Majeſtatis ſunt ſubditi* ?

EX his generibus ii, qui non ratione feudi aut fiducię contractę, ſed ex ſui ipſorũ perſona parere cogun-

coguntur, ſubditi ſunt: Reliqui qui ſubditi non ſunt, deſerto feudo, ſine fraude ſe liberare poſſunt.

XII. *Quinam ſunt Vaſalli ligii?*

VElut ligium à ligando per eminentiam dictum volunt; ita arctiori fidelitate obſtrictos appellant etiam reges, ut nulli amplius poſſent eſſe obligati quàm uni, quùm ſtrictis pollicibus fidei imperiiſque ſuis ſe vinciant. *Ritt. de fe. cap. 4. n.* 10. Velut olim Reges Angliæ Regis Galliæ vaſallos ligios profitebantur ob beneficia fructuoſa.

XIII. *An filius cliens pro patroni dignitate in parentem inſurgere ritè valet?*

NOn defuère quidem *Iur. Conſ.* qui id affirmare auſi ſunt, *Alex. Conſ.* 234. *lib.* 2. *& Conſ.* 236, ſed quum prima poſt Deum præcipuaque fidelitas parentibus debeatur, abſurdum eſt cum lege naturæ & Dei pugnare.

XIV. *An Fiduciæ jusjurandum conditionem admittit?*

QVùm omnium actuum legitimorum *juxta l.* 77. *Actus ff. de R. I.* ea vis ſit ac natura, ut nec diem recipiant, nec conditionem, multo minus quid patientur talia juramenta feudi. Ideo cuivis Politico & Scriptori hiſtoriarum maximè cavendum eſt, ne ſubditos aut Vaſallos à Principis obſequio ac fide alienet, aut ad defectionem ullam perſuaſione inflammare videatur.

XV. *Quale autem Vaſallo & ſubdito imponitur per juramentum, obſequium?*

OBſequium perſonale, quod in ſerviendo conſiſtit & fides; ita quoque perſonæ cohæret, ut ab ea divelli non poſſit. Licet vaſalli à ſubditis & clien-

 tibus,

tibus, atque etiam inter ſeſe plurimum differant, iidemque jura majeſtatis in ſolidum, ac ſummam majeſtatem habeant, ut nemini alias ſervire teneantur: tamen vaſallus ſive Imperator ſive pontifex maximus fuerit, fidem, obſequium, obedientiam ſuperiori in hoc, quaſi Domino, præſtare tenetur. Vnde nec procurator fiduciarius ad fidem dandam admittitur.

XVI. *An verò Dominus feudi aut Patronus poteſt fidem per procuratorem à Vaſallo accipere?*

QVur non? adeò quidem, ut ſi Vaſallus ſit idem ſubditus, arma, pileum, pallium, calcaria, chirothecas exuere, ac genibus flexis manus ſupplices in manus accipientis juramentum inſerere neceſſum habeat, & fidem præſtare.

XVII. *An verò iſte cultus, quid de jure Majeſtatis vaſallo detrahit?*

QVum ab arbitrio patroni iſte cultus proficiſcatur, nihil aut parum admodum de Iure Majeſtatis detrahere videtur: Sed obſequium illud, quo dab invitis vaſallis extorquetur, ſervitutem ſapit.

XVIII. *An is, qui imperii Germanici Principatum adeptus eſt, totum illud Vaſallorum ſervile obſequium non exuit?*

IMperator quidem per ſeſe ſua Iura Majeſtatis habet, ſi aliunde regnum omni obſequio ac fiducia liberum adipiſcatur: alioqui de aliena libertate ſtatuere, nec Principi nec populo licet.

XIX. *An Iura Majeſtatis imperii Germanici venalia ſunt?*

NOn; quia ab Imperatoribus ſine Principum German. conſenſu diſtrahi poſſunt; unde & cæ

eæ pecuniæ, quæ à civitatibus Italiæ pro libertate exactæ ſunt, tributi aut penſionis loco ſolutæ ſunt.

XX. *Quid eſt libertas civitatibus Germanicis?*

NIl aliud eſt, quàm vetus à muneribus quibuſdam vacatio, vectigaliumque ac tributorum immunitas, ab Imperatoribus conceſſa, ſine ulla Majeſtatis diminutione, ut pareant curiæ Imp.

XXI. *An nihil tàm Majeſtati contrarium, quàm ſeipſum Imperii Germ. principem profiteri?*

SI Iura Majeſtatis illi abſolutè haberent, non facilè falli quis heîc poſſet; ſed, dum ab imperiali curia Iudices accipiunt, ac jurisdictionem ſubire teneantur, cedere loco coguntur.

XXII. *An ſunt hæretici, qui negant, Imperatorem German. univerſi terrarum orbis eſſe Dominum?*

ITa quidem pro tantis benefactis ſentit *Bart. in tract. de Inſignüs*, ſed vocabulum hæreſeos in tantum abiit, proh dolor! abuſum, ut nihil hodiè ex omnium malignantium ore frequentius effundi audias, quàm tonitrale illud verbum hæreſeos. Si quis non commodius per calumnias aut perſecutiones perverſas poteſt ſupprimi, aut in vitæ, famæ & ſortis periculum detrudi, ſtatim ad hoc execrabile nomen Hæretici confugitur, quod maximè litteraliter noſtris eruditis & in habitu Spiritui Dei contradicentibus ſuo in uſu eſt paſſim, quùm tamen nemo eorum verè intelligat, quid S. Scriptura per hanc vocem determinet.

XXIII. *Quid igitur eſt hæreticus & unde dicitur?*

Αἵρεσις Latinis hæreſis, eſt electio, ab αἱρέομαι, capio, eligo, invenio; inde dogma certum, quod quiſque ſequitur, dicitur ſecta. At quùm hominum ſenſus tot ſint, quot capita; fit hinc ſanè, ut homines arbitrii ſui audacia & temeritate ambitioſiſſimâ ſæpè iis doctrinis, à quibus ipſi alienos animos gerunt, hæreſeos nomen iniquiſſimè imponant; ceu D. Paulus captivus Romam abductus ab ipſis Iudæorum primoribus hoc audire coactus eſt, quod Doctrina ejus de Chriſti profeſſione eſſet hæreſis. *Act.* 28. 22. Æquum cenſemus ex te audire, quæ ſentias: nam de iſta hæreſi notum eſt nobis, quod ubique ei contradicatur. Et idem D. Paul. coram Felice confitetur, quod viam Chriſtianam ejus hæreſin omnes Academici & litterati Iudæorum dixerint, quùm nihilominus Patrum Deum ita coluerit, ut crediderit omnibus, quæ in Lege & Prophetis ſcripta ſint. *Actor.* 24. 14. Ita è contra Phariſæorum ſectam vocat exquiſitiſſimam hæreſin *Act.* 26. 5. & 15. 5. ſic & cum Pontifice fuerunt hæretici Saducæi *Act.* 5. 17. & ab omnibus talibus hæreticis abſtinendum dicit. *Tit.* 3. 10. Vt quaſi vox media ſit hæreſis, quæ in bonam & malam abripiatur partem.

Attamen Eccleſiaſticæ infamiæ hoc nomen ita fecerunt, ut aliàs laxius, aliàs ſtrictius definire tentarint non ſine inſigni errore & tyrannide. Vnde D. Aug. in initio *lib. de hæreſ.* ait; reverà hoc omninò definire difficilè eſt. Non enim omnis error hæreſis eſt, quamvis omnis hæreſis, quæ in vitio ponitur, niſi errore aliquo, hæreſis eſſe non poſſit. Quid ergo faciat hæreticum, regulari quadam definitione comprehendi, ſicut ego exiſtimo, aut omninò non poteſt, aut difficillimè poteſt, &c.

Ex quo tot ſectæ inter Chriſtianos ſunt ſparſæ, unaquæque ſuos ſibi conſtituit articulorum terminos & limites, quibus ſe tanquam muris communire & includere ſtuduit. Qui igitur Spiritui Dei & Chriſtianæ Fidei tantas incluſionum coarctationes, juxta opiniones hominum habituales, abnegare auſi ſunt, nunc ab hac ſecta, nunc ab alia titulo hæreſeos donati abierunt; imò & extremas ſubire perſecutiones coacti ſunt. Ita in omnibus ſectis ſua invenitur ſævitia: nec poteſt manifeſtior nota dari in regno Antichriſtiano, quàm quæ perſecutionibus diris ſe prodit: velut Chriſtus ipſe à populo ſuo lapidibus obruebatur *Ioh.* 8. quod illum ſectarium ſibi & hæreticum confingerent, quùm tamen ipſi diabolo erant obſeſſi. Sic *falſa Eccleſia non vult eſſe, quod intus & in cute eſt, ac potius in rabiem abit atque extrema tentat, quàm velit in dilectionem Dei & proximi ſe revocare.*

Iuris Conſul. ſanè heic nimis confidenter agunt, qui ex *D. Th.* 22. *q.* 11. *art.* 2. & 24. *q.* 3. *hær.* ita hæreſin definire ſtudent, quod ſit error quidam pertinax corrumpens Chriſti fidem, *Ghirland. q.* 1. *n.* 2. *de hæreſ.* quùm tamen miſeri iſti prorſus ignorent, quid Fides ſit propriè. Si noſcerent hominem verè renatum, & novum Adamum in Chriſto indutum, facili ſe metu ſedari paterentur. Aſt nunc hæc abſcondita ſunt ab eorum oculis; ideo falsò concludunt omnia, quæcunque de hæreticis *Ioh. Nic. Arelat. Paul. Ghirland. Ludov. Carer. & Gundiſſalvus de Villadiego* garriunt: plura præſumunt, quàm cœci intelligunt. Etenim non ex opinione hominum talia erant taxanda, ſed ex Verbi cœleſtis veritate metienda. Si illa eſt verè hæreſis, quam *Ghirl. in princ. ſui tract. de hær. n.* 1. ponit, quod gravius & cæteris deteſtabilius ſit crimen eò, quòd directò contra ipſum Creatorem Deum Omnipotentem patretur, ejus potentiæ

potentiæ detrahendo, negandoque illius divinitatem, uti habetur *in c.1. de ſum. Trin. & f. C. & l.1. C. eod. tit.* ut non immeritò appellari poſſit crimen læſæ Majeſtatis divinæ, quum in ejus læſionem & præjudicium poteſtatis tendat:

Certè nemo mortalium ab eo crimine liber erit, & omnium maximè, avari, ambitioſi, invidi, ſui amantes aliique, 2 *Tim*.3.2.3.4.5. & omnes qui tàm fortiter regnum ſequuntur mundanum & in carne vivunt; quum quiſque eorum Deum ventris potius colat, quàm Deum Iehovam; atque in primis ex omni avaro Idololatram ac veneficum D. Paul. facere auſit *Col*.3.5. *Eph*.5.5. malorumque omnium radicem 1 *Tim*.6.10. in hoc deponat crimine. Velut omnis homo, qui non nititur ſanguine Chriſti, & in Dei ac proximi dilectione ſanctè vivit, non habet Fidem; & eſt hæreticus; ita etiam Eccleſia omnis, quæ non habet hanc Chriſti ſanguinis & dilectionis erga Deum & proximum notam falſa eſt, hæretica & idololatrica: quia omnes iſti in avaritia & carnali vita ſunt Dei contemptores, fundamentaque Fidei ſubvertunt. *Matth*.6.24. & 13.22. *Marc*.4.18.18. *Luc*.8.14. & 16.14. & 1 *Ioh*.2.9.11.15.13.22.

Qui igitur alios ita in hæreſi convincere ſtudent, ipſi certè maximi omnium eſſe ſolent, in quibus non eſt amor Patris, *ait D. Ioh.* ſed dum ſe transformare ſtudent in angelos lucis, in crudelitates omnes ruunt præcipites ipſi, quod Antichriſtianorum eſt propriiſſimum, qui ſub ſpecie Chriſti nil niſi mundi regnum quærunt, & Patris diaboli cupiditates explere ſatagunt, *ut ait Chriſtus Ioh*. 8.

XXIV. *An vero hæretici non ſunt morte afficiendi?*

MAlitioſa perverſitas hominum, quæ potius terræ quàm cœli regnum ſibi acquirere geſtit, in

eo uni-

Digitized by Google

eo unicè oblectationem ſuam quærit, ut Chriſti vera membra omni felicitatis honore privare poſſit. Ideoque inſtinctu Diaboli tot varia cruciamina, & ſuppliciorum genera conficta ſunt, quibus ſancti homines è medio tollantur. Quod Chriſtus filium Dei ſe profeſſus fuerat, inde cruci adjudicabatur. Ita deliramenta rabioſa ſunt mortalium, quod nolint Chriſto & ejus fidelibus credere, ac potius igne eos cremendos ſtatuant. Nec vox eſt hominis, ſed lupi furioſi & rapaciſſimi, quam fulminando evomunt *Paul. Ghirl. de hær. q. 3. n. 3. & Gundiſſ. q. 15. n. 4.* atque ex his binis *Lud. Carer. de hær. n. 132.* Circa primum, *inquit*, dicendũ eſt, quod de Iure divino imponi (hæreticus) pœna videatur, & ſtatui pœna ignis, & concremationis, ut dicitur *Ioh.* 15, 6. Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes areſcet, & colliget eum, & in ignem mittetur, ſecundum *Hoſt. Ioa. Andr. & Panorm. in c. ad abolendam. 3. col. in gl. audientia. & in c. excom. lo. 2. d. hær.* Iure autem civili imponitur pœna ultimi ſupplicii, *ut in l. Arrian. parag. Manich. & l. ſeq. C. de heret. l. ult. ff. de pœn.* Et perpetua notantur infamia, & bona eorum publicantur. Elementis enim propriis fieret injuria, ſi aliquid ex bonis ſibi vel ejus poſteris relinqueretur. *text. in d. l. arr. C. d. t.*

An verò non hac perverſiſſima interpretatione verborum lucidiſſimorum Chriſti *Ioh.* 15. 6. ad imam omnium ſcelerum perveniant tales commentatores nequitiam? Non enim hæc ſaltem impudentia quædam dicenda eſt, quæ Chriſti apertum ſermonem tàm nequiter invertat; ſed extrema eſt rabies furentium canum. Etenim quid dicit heîc Chriſtus? de quanam heîc agit re? Ego ſum vitis illa, ait, vera, & Pater meus eſt agricola. *v.* 1. Quum ille ſit vitis, inde quoque nos vult ejus palmites, & tales, ut in ipſo

ipſo ſimus radicati. Si verò non maneamus in illo, quid Pater agricola facturus eſt? Iſte, non alius, ſuum exercebit ſuo tempore judicium cum executione forti, & omnes, qui in Chriſto non inveniantur, in ignem abjiciet. Num igitur homini talis executio eſt conceſſa? Reſpondet Chriſtus ipſe tàm cœcis ſervis, qui collectionem zizaniorum ſimilem cum furibundis his appetebant *Matth.* 13. 29. 30. *μήποτε, ait,* Nullatenus, ne colligendo zizania, eradicetis cum illis triticum. ἄφετε ſinite utraque ſimul creſcere uſque ad meſſem: & tempore meſſis dicam meſſoribus; Colligite primum zizania, & ligate ea in faſciculos, ad exurendum ea: Triticum verò cogite in horreum meum.

Quapropter, inquit D. Paul. *Rom.* 2. 1. inexcuſabilis es, ô homo, quiſquis alium damnas. Nam hoc ipſo, quod damnas alterum, te ipſum condemnas. Eadem enim facis, qui damnas alium. Ideo juſtus ſua fide vivet: Quis tu es, qui alienum damnas ſervum? ait idem D. Paul. Tantum abeſt, ut Chriſtus ullam legem de interficiendis hæreticis tulerit, aut præſcripſerit, ut etiam juſſerit, nos orare pro inimicis noſtris debere eoſque diligere. *Matth.* 5. & *Luc.* 9. 52. ait, ſe non veniſſe perditum homines, ſed ſervatum: unde adeò legem perpetuam edicti perpetui in modum hanc fixit nobis, quod diligere nos invicem debeamus, ſicut ipſe nos dilexit. *Ioh.* 13. 34, 35. in qua dilectione unicè nota conſiſtit, num ſimus diſcipuli Chriſti. Et ſic mandata Chriſti ſervantur, manemuſque in illo, nec abjicimur, ſi maneamus in Charitate. *Ioh.* 15. 10. Qui verò alium ad comburendum tradit, quid ille aliud agit, quàm ut mandatum Chriſti frangat, & fiat palmes inutilis, ſeque ipſum ad ignem detrudat gehennæ? Imò omnis perſecutio & odium expreſſum cuique teſtimonium exhibet,

quod

Digitized by Google

quod ipſe ſit hæreticorum peſſimus, qui tale quid vel perſecutione minutiſſima tentat in proximum ſuum. Quare omnium mandatorum abſolutiſſimum eſt Chriſti in hoc novo Teſtamento, quod unicè vult ſervari & obſervari Chriſtus, ut nos invicem diligamus. *Ioh.*13.34. *Ioh.*15.12, 13. nec aliter amici Dei erimus unquam, ceu ipſe Chriſtus id repetit. *Iohan.* 15. 14.

XXV. *Quæ igitur pœna hæreticis competit?*

AMoris, ut pro illis oremus, eoſque moneamus fraternè, ſi ipſi nos non ſimus prius hæretici, ſed benè in Chriſto ſtemus radicati, quod ante omnia nobis curandum eſt. Ac ſi nos non inveniamus nobiſcum in corde inter eos hæreticos quos D. Paul. 2 *Tim.*3.1.2.3.4.5. longo recenſet Catalogo, (1) homines nempe ſui amantes, (2) avaros, (3) glorioſos, (4) ſuperbos, (5) maledicos, (6) parentibus immorigeros, (7) ingratos, (8) prophanos, (9) Charitatis expertes, (10) neſcios fœderis, (11) calumniatores, (12) intemperantes, (13) immites, (14) minimè amantes bonorum, (15) proditores, (16) præcipites, (17) inflatos, (18) voluptatũ amantes potius quàm amantes Dei, (19) habentes formam pietatis, (20) ſed vim ejus abnegantes: Si, inquam, tales nobiſcum non erimus, ſed quiſque ſeſe ab his expurgarit prius, tunc non tantum vas erit ad decus ſanctificatum, & accommodum uſibus Domini. 2 *Tim.*2.21. Sed etiam rectè poterit proximum reprehendere, ni ipſe ſit rejiciendus. Si verò monita nolint talis hæretici audire, tunc iſtos averſare, *ait,* 1 *Tim.* 3. 5. & rejice. *Tit.* 3. 10. demumque trade Satanæ, ut caſtigati diſcant non blaſphemare. 1 *Tim.* 1. 20. quum attendant doctrinis dæmoniorum in hypocriſi. 1 *Tim.*4.1.2. Aliâs competit nobis omnibus deprecationibus incumbere

bere adſiduis pro cunctis hominibus, 1 *Tim.* 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Plura *in Pſychol. noſtræ Præf.* cognoſces.

XXVI. *Quo loco igitur habendi, aut qua pœna plectendi ſunt, qui Imperatori Mundi dominatum negant?*

VErba *l. deprecat. ff. ad L. Rhodiam*, quùm ad pompam dignitatiſque amplificandę cauſſa dicta ſint, refutatione Bod. non egent, nedum quod pœnam mereantur. Satis enim perſpicuum eſt Romanorum Imperium, quo tempore maximè floruit, *id eſt*, Trajano Principe, vix trigeſimam orbis terrarum partem complecti potuiſſe. Ejus autem Imperii vix decima pars Germanicis finibus continetur.

XXVII. *An licet ſacra prophanis miſcere?*

OPtimè ad hoc reſpondet *D. Paul.* 2 *Cor.* 6. 14. Ne impari jugo copulemini cum infidelibus. Quod enim conſortium juſtitiæ cum iniquitate, & quæ communio luci cum tenebris? Et quæ concordia Chriſto cum Belial? Aut quæ portio fideli cum infidelibus? Et quæ conſenſio templo Dei, cum ſimulachris? An non regnum Chriſti, & regnum mundi inter ſe ſunt ſeparata & contradictoriè oppoſita? Inde ait Chriſtus, regnum meum non eſt de hoc mundo *Ioh.* 17. 36. quùm mundus ſpirituali ejus regno adverſetur adeò. *Ioh.* 14. 17. *&* 15. 19. *&* 16. 20. *&* 17. 9. *Gal.* 6. 14. *&* 1 *Ioh.* 4. 5. Vnde patet quid de plenitudine Poteſtatis Pontificis ſit ſtatuendum in Principes & Reges terræ; atque quo loco id habendum, quod Bald. *in l. jure jurando C. de teſtibus* ponit, licere Pontifici Romano dicere, Salva reverentia veſtra; quæque ſit clavis ejus non errans; ac imperium ejus in Angelos.

XXVIII. *An verò non Pontifex ſe ſervum ſervorum Dei rectè vocat?*

GRegorius I. ſub Mauritio Imperatore vehementer quidem pugnavit contra Papiſtici regni primatum, ac duriſſimis conviciis proſcidit univerſalis Patriarchę titulum, dicens talem eſſe Antichriſti prę-curſorem, hypocritam, tyrannum, ac divinitatis uſurpatorem infernalem. Ideoq; deprecatus eſt Mauritio Imperatori, ne eligeretur Pontifex; ſed interceptæ litteræ ſunt, ac Romana urbs invitum elegit: unde Vniverſalis Epiſcopi nomen publico decreto derogavit; ut inde videretur ab omni ambitione ac dominandi libidine alieniſſimus, ſe ſervum ſervorum Dei ſcriptis profitebatur. Memorabile eſt, quod ait: *Ecce mundus Sacerdotibus plenus eſt: in meſſe tamen Dei rarus invenitur operarius. Officium quidem accipimus; ſed opus officii non implemus. Nullum puto, fratres, ab aliis majus præjudicium, quàm id, quod à ſacerdotibus tolerat Deus.* Plerumque enim, ſi quos humiliter, ſi quos continenter vivere conſpiciunt, irrident. *Conſiderate ergo, quid de gregibus agatur, quando lupi paſtores fiunt? Hi cuſtodiam gregis ſuſcipiunt, qui inſidiari gregi Dominico non metuunt: ſed ſuſceptæ benedictionis miniſterium vertunt ad ambitionis argumentum. Dei cauſſas relinquimus; ad terrena negotia feſtinamus: locum ſanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur, &c.* Ita vaticinium de ſua ipſius mutabilitate cecinit. Etenim quùm lis de primatu inter illum & Conſtantinopolitanum Epiſcopum oriretur, ad Petri auctoritatem confugit, & acerrimè ſe oppoſuit Imperatori Mauritio, & auxilio Phocæ, qui *anno* 604 Mauritium nequiter peremerat, ita ſe extulit, ut in omnes Epiſcopos Principatum ſibi arrogaret; unde poſteri ejus deinceps honores Pontificios ad im-

ad Imperia traduxerunt, & potentiam religionis commixtura incredibiliter auxerunt, ut ex Servis Domini Dominantium facti ſint, occaſione inde arrepta, quod Leo Imperator divorum ſtatuas deieciſſet; qua re plebem ita commoverunt, ut non tantum Thomam Imperat. in Sophiæ templo necarint, ſed etiam omnes Italię urbes interdictis in ſuam pertraxerint inſpectionem. Hinc totum Imperium Orientale incurſionibus barbarorum expoſitum & obrutum tandem fuit.

XXIX. *Vnde autem ad fiduciarium jugum Pontificis pervenêre Principes?*

SI quis Princeps tyrannidis aut hæreſeos ſcelere inquinaretur, aut qui Imperanti Rom. minimè paruiſſet, ei Sacris interdicebatur: qua interdictione execrabilis non modo ſubditis; ſed etiam exteris Principibus ac populis eſſe videbatur, omniumque direptioni patebat: nec veniæ adipiſcendæ ſpes erat, niſi vaſallum ſe ac fiduciarium Pontificis Rom. confiteretur. Sic Navarram, Angliam, Arragoniam, Neapolim, Siciliam, Sardiniam, Corſicam, Baleares inſulas, Heſperides, Palæſtinam, utramque Pannoniam, Lotharingiam, regnum Arelatenſe, Poloniam, &c. ad ſua pedetentim Iura, alligabant. Nec minus & falſæ donationes Otthonum aliorumque, quarum formulæ ſine die ac Pontifice extant, plurimum in Civitatibus Imperio avellendis valuerunt. Inde Pontifices Rom. ſuæ Majeſtatis decus Soli comparant, ſeſeque Imperatoribus tantò majores eſſe jactitant, quantò Luna Solis magnitudine ſuperatur, *c. ſolitæ de Majoritate & Obedient.*

XXX. *An vero Gallia à Pontificum poteſtate liberum manſit?*

VTcunque Pontifices Roman. ſummam poteſtatem in omnes Principes Chriſtianos ſibi tribuunt;

buunt; ſeu vi, & armis, ſeu voluntate & conſenſu, ſeu diuturna poſſeſſione & præſcriptione: reges tamen Galliæ ſervitutem talem ne momento quidem ferre potuerunt, nec interdictionibus ullis commoti ſunt; ſed potius à Clemente V. planè liberi ſunt pronuntiati.

XXXI. *Quid de Conſtantini Magni donatione ſentit Bodinus?*

FActam eam eſſe negat ex ipſo diplomatis figmento, cui hæc verba ſubnexa ait: Quam fabulam longi temporis mendacia finxit.

XXXI. *Quid de Æthiopico Rege & aliorum libertate ſtatuendum?*

PResbyter Iohannes ſive Rex Aethiopiæ, 50 quidem reges ſub ſe habet; ſed omnes ſunt tributarii & quaſi Præſides provinciarum. Sic & apud Turcas in Alcorano omnibus Principibus interdictum eſt, ne Domini appellationem ſibi attribuant, præter Mahumetis vicarium Calipham. Sic Perſa tributarios fovet plurimos. Non abſimili modo Tartarorum rex, Principes fiduciarios & ærarios habet. Ceu etiam Moſchovita Baſilius I. ſe magnum Dei cubicularium vocitare ſolitus eſt & Imperatorem Maximum.

XXXIII. *Quæ autem differentia dignitatis inter clientelares & fœderatos datur?*

DIgnitatis prærogativa antiquioribus Principibus, & Rebuſp. deberi videtur, tametſi opibus ac potentia inferiores ſunt; quod etiam Romanorum more obſervandum eſt, quam diu confœderatio durat & ſocii ſunt: At quoties patrocinium alterius principis aut clientela quæritur, aut tributum à

Digitized by Google

victoribus imperatur, victi dignitatis prærogativam amiſiſſe videntur; quum Iura Majeſtatis in diminutionis ſtatum prolabantur.

CAPVT X.

I. *De quibus Rebus agit hoc caput?*

DEterminata jam Majeſtate, & monſtrato diſcrimine, quid inter Ius clientelare & fiduciarium aut feudale interſit, dehinc pergit ad proprietates eſſentiales & effectum Iuris Majeſtatici. Non poſſet ulla ſubſiſtere Reſpubl. niſi Majeſtas eſſet. Etenim in terris, poſt Deum immortalem, nil majus aut excellius eâ poteſt excogitari, quùm regentes ab iſta habeant, quod ita legati Dei ad reliquorum hominum ſalutem ſint creati. Ideoque non eſt iniquum, eorum imperium, poteſtatem, & qui, qualeſque ſint, diligenter intueri; ut eos omni fidelitate, cura, obedientia proſequamur; neque de iis aliter, quàm de immortalis ac prepotentis Dei Legatis dicamus, ac ſentiamus: Nam qui ſummum Principē, cui debetur obſequium, dedecore afficit, Dei Majeſtati, cujus eſt imago vivens ac ſpirans, contumeliam infert. Quùm enim Deus ad Samuelem, 1. *Sam. c.* 8. à quo populus Iſraelitarum novum Principem temerè popoſcerat, orationem converteret: Non te, inquit, ſed Me ipſum ſpreverunt. Vt igitur ab omnibus, qui qualiſq; ſit ſummus, idemque maximus Princeps, intelligatur, certis quibuſdam minimeque vulgaribus notis definiendus eſt. Nam quæ ſummi Principis propria ſunt, ſi eadem ſubditorum communia facimus, nemo ſummi Principis appellatione dignus ſit. Atque ut eò rectius talia percipiantur ordine in 7. cap. ſive membra digeſſit, quæ proinde nunc juxta ejus in his opinionem pertexemus, omiſſa paucis ſupplendo.

II. *Vnde*

II. *Vnde ſumenda ſunt eæ notæ aut Iura Majeſtatis?*

NOn aliundè quàm ex Verbo Dei, & Iehovæ ipſius imitamine. Etenim alias illi, qui limites regiminis boni ignorant, ex iis rebus regalia ſibi conficere ſolent, quæ nunquam in cenſum eorum pervenêre, & quæ alias ipſa ſordities ignorare ſuperiorem juberet.

III. *Vbi autem Iura Majeſtatica in Verbo Dei exprimuntur?*

MAximè, *Deut.* 17. 15, 16, 17. *&c. Prov.* 29. 4. *&* 29. 26. 28. *Eſa.* 49. 23. Attamen quùm Samuel regem, quem Deus anteà deſignârat, ſacris initiatum coràm populo, quaſi ſorte oblatum, renunciaſſet, de Iure Majeſtatis librum conſcripſiſſe, dicitur, quem Hebræorum ſacerdotes ac magiſtri à Regibus ipſis dilaceratum prodiderunt, ut liberius in ſuos tyrannidem exercerent. Vnde errant, qui, quæ à Samuele ad populum, de tyrannorum crudelitate & libidine dicta ſunt, ad Iura Majeſtatis pertinere putant; quum potius vir Sanctus à rebus novandis ad ſaniora conſilia populum revocare ſtuderet: ceu dicit: Quæ ſit Principum conſuetudo quæritis? Bona civium diripere, &c. Mos iſte eſt ſuperiorum in ſua corrupta natura, ut conſuetudine potius ad carnis imbecillitatem, rarò ac ne quidem vix pietate utantur vividè.

IV. *An Iura Majeſtatis alicui cedi aut diſtrahi poſſunt?*

NVllo modo, quod omnes Iur. Conſ. confiteri coguntur. *Alex. in l. filia ff. de lib. & poſth. Iaſon. in proœm. feud.* Vnde pro decreto eſt, ea Iura

nec cedi, nec diſtrahi, nec ulla ratione abalienari à ſummo Principe poſſe: quum potentiæ eſſentialitatem in effectu exprimant, at ne ulla quidem temporum diuturnitate præſcribit: quæ propterea Bald. Sacra Sacrorum, Cynus individua appellat.

IV. *Num igitur ea non cum Subdito communicari valent?*

SI Princeps hoc faciat, pro ſervo, imperii ſocium habiturus eſt: Ipſe verò Ius majeſtatis amittet, nec ſummus Princeps erit. Quia ſummus is dicitur, qui nec ſuperiorem, nec ejuſdem Imperii ſocium habet aut parem. Exemplum eſt clarum in ipſo Deo, qui ſibi parem efficere non poteſt, quum ipſe ſolus ſit ſummus infinitæ poteſtatis: Duo verò infinita nullo modo dari poſſunt. Imò nec una domus, duos novit aut fert Dominos ſimul.

V. *Quæ autem ſunt Iura, quæ Majeſtatem indicant?*

VAria ſunt, & aliàs uno nomine Regalia dicuntur, effectum potentiæ exprimentia, in quibus univerſum officium Regentis conſiſtit. Radix autem ſive fundamentum primum eſt legis condendæ & tollendæ poteſtas, dum nihil contra Deum ſanciatur.

VI. *Quid ſunt leges igitur, & quid per eas intelligis?*

REcta ſummæ poteſtatis Iuſſa, in pietate juxta voluntatem Dei ſolidè fundata; ſive unius, ſive omnium hæc, ſive paucorum ſit poteſtas. Interim tamen, Privilegium S.Ctum, Plebiſcitum, Edicta, &c. leges non ſunt, ſed Edictum eſt magiſtratus juſſum: velut & Conſtitutiones Principum communia

nia ſunt Placita in Comitiis, ac Decreta ſe quoque variè habent, pro temporis ratione.

VII. *An Senatus tamen Ius facere poteſt?*

SIc quidem *l. 9. ambigitur. ff. de ll.* habet: Sed quùm vox Iuris variis modis explicari poſſit, intellectum huic legi ſuum relinquimus. Hoc tamen certum eſt, quod Ius verum non ex nutu hominis aut voluntate plurium dependeat, ſed eſt Ius Dei opus in natura fundatum, ut ait *Salom. Prov.* 16. 11. Vnde David ait *Pſal.* 119. 7. Gratias habeo tibi, quod me doceas Iura Iuſtitiæ tuæ. *Et* 13. Labiis meis recenſeo omnia Iura oris tui. 20. Comminuor ipſe, ob deſiderium erga Iura tua. 39. Iura tua ſunt bona. 43. Iura tua expecto. 92. Niſi lex tua oblectationi mihi fuiſſet, jam pridem periiſſem in afflictione mea. 108. Iura tua doce me. 151. Propinquus es, Iehova, & omnia præcepta tua ſunt Veritas. Ideoque non violanda. *Prov.* 20. 10. Fingant homines pro temporis ratione, quodcunque utilitati eorum inſerviat; tamen Ius Dei manet opus. Nec tamen quid ad rem facit, etiamſi Livius dicat, Senatus Decrevit, Populus Iuſſit. Iuſſum Dei in Iure ſuo manet fixum, dum homines tranſeunt, inque ſua evaneſcunt corruptionis vanitate.

VIII. *Quis vero Majeſtatis crimine tenetur?*

NOn is, qui Duces, Principes, Comites aut Magiſtratus læſerit; ſed hic tantum, qui ſummum Principem violarit; quùm in ſuperiorem recognoſcentes crimen hoc propriè non committatur *Mynſ. reſp.* 44. 9. 10. *Roſen. de Feud. c.* 10. *concl.* 35. *n.* 40. Vnde etiam ejuſmodi Principes, à Majeſtatis appellatione abſtinent, & Celſitudinis aut Serenitatis titulo contenti ſunt.

Digitized by Google

IX. *Quid eſt Privilegium?*

CIcero pro domo ſua dicit, Privilegium de meo capite latum eſt: *ait 3. de ll.* Privilegium appellat legem, in unum aut paucos cives latam, ſive ad eorum commoda, ſive detrimenta ſpectet. Rectius beneficium dicitur, quum immunitatem complectatur, & ſummæ ſit poteſtatis id concedere. *Borch. de feud. c. 5. n. 37.*

X. *Quid per Conſuetudines intelligitur?*

QVod uſus populi diuturnus pro lege cuſtodivit. *Don. 1. com. 10. Duar. de ll. c. 10.* Vnde vis eadem ejus putatur, quæ legis ipſius *l. de quib. l. diuturna. ff. de ll.* ut ita Princeps legum, populus morum magiſter videatur, quùm temporis diuturnitate vim ſibi acquirat, lex autem momento ſæpius ſe exerat, ac imperantis Iuſſus ſæpius invitis & nolentibus detur.

XI. *An Conſuetudini quid derogandum?*

QVur non? quum nec pœnas, nec præmia proponat, quæ legum propria ſunt. Si vero Princeps conſuetudini ſanctionem ſubjiciat, legem efficit. Ex quo perſpicuum eſt, leges ac mores ab eorum, qui ſummam in Republ. poteſtatem habent, arbitrio ac voluntate pendere.

XII. *Quis igitur vigor eſt hujus ſummi capitis in Iure Majeſtatico principali?*

PRimum ac præcipuum Majeſtatis caput ac fundamentum ejuſmodi eſt, ut cum ſubditis communicari non poſſit; tametſi Princeps aliquando populuſvè uni ex civibus legum condendarum poteſtatem faciat, ut eandem vim habeat, quaſi Princeps ipſe

ipſe condidiſſet; tamen id precariò fit, nec amplius valet, niſi populus ſanctione ſubjecta idem probet ac corroboret. Namque ſummum Reipubl. imperium una re comprehenſum quaſi latet, ſcilicet univerſis & ſingulis legem dare; à civibus autem accipere nunquam. Vnde fallunt ii, qui Bodino in hoc aliam affingunt ſententiam, quùm hoc fundamenti loco habeat, omnium reliquorum Majeſtatis effectuum, quibus officium boni regentis deſcribit.

XIII. *Vigor iſte ſummi capitis quot continet effectus?*

QVàm plurimos quidem inſtar arboris ex ſe effundit ramos, quibus proprium ſummi Principis officium in Regalibus ſuis deſcribitur. Bodinus autem non omnia ejuſmodi Regalia recenſet aut enumerat, quæ effectum potentiæ univerſalis exprimant; ſed ſaltem capita & principales eorum partes aut membra, uti ipſe putat, ſufficientia pro tempore eſſe, explicat. Quùm autem ipſe confiteatur, quod diffuſa & varia ſint, uti ſumma poteſtas, quæ in Majeſtatis ſplendore inſigni ſe exerit, latiſſimè effulget, ſe in radiis tantis effundendo, propterea amplitudinem hanc quaſi ſummis comprehendit capitibus, ac 7. *capita* facit, quorum primum inſtar fundamenti jam explicavit, & ſequuntur 6. reliqua. Ordinem ejus quidem retinebimus, alias commodiori ratione potuiſſent expediri.

XIV. *Quænam autem ſunt ea Regalia, quæ huic principali ſubnectit Bodinus?*

SEx ſunt ſequentia: 1. Bellum hoſtibus indicere, aut pacem cum iis inire. 2. De provocatione à ſupremis Magiſtratibus cognoſcere, Magiſtratus, impe-

riumque iis dare aut adimere. 3. Vacationes item munerum ac immunitates largiri. 4. Legibus cives ſolvere; vitæ Ius ac necis habere. 5. Nummis precium, nomen figuramque tribuere. 6. Cives omnes jurejurando obſtringere aut adigere : Quæ omnia imperandi ac prohibendi ſumma poteſtate veniunt.

XV. *Quur de bello prius agit Bodinus?*

QVum ſæpiſſimè ab exitu belli Reipubl. exitium aut ſtatus pendeat, & plus periculi in bello quàm pace ſit, ſicut etiam leviſſima quæque in eo genere injuſſu Regis fieri propè ſit capitale, nec Romæ belli indictio niſi comitiis populi centuriatis conſtituta fuerit, Iure hoc majeſtatis nullum majus putavit Bodinus. Ideoque præferre hoc aliis voluit, quæ ſequuntur, Iuribus; quum tamen non luculenta ſit ratio, quur beluina & diſtrahentia rebus ſacris & ſalutaribus præponi debeant. Sed ſuo quiſque abundat ſenſu.

XVI. *Quid eſt bellum & unde dicitur?*

LIcet alii bellum à duello veteri voce, alii ἀπὸ τοῦ βαλλεῖν unde βέλος telum eſt, derivatum velint, alii per ἀντίφρασιν quod nil belli in bello ſit, ita vocant: tamen rectius Feſto & aliis à beluis dicitur, quod beluarum ſit, non hominum, in mutuum ſævire exitium; nec quid horribilius orbi intruſit diabolus, quum neque beluæ ipſe tam perniciosè inter ſe concurrant, velut ſæpius furibundi & rabioſi id præſtant homines. Ideoque non ex Gratiæ regno, ſed ex Iræ regno prodit tam crudelis executio, ac peccata mortalium hanc ſibi conciliant, ut illis ſit pœnæ loco, ut habet S.Scriptura. *Levit.* 26. 24. 5. *Deut.* 28. 36.49. *Iudic.* 2.13. & 3.1.8. & 4, 1. & 6.1. & 10.6. & 13.1. & 1 *Reg.* 8.33. *Eſa.* 5.25. *Ierem.* 5.15. Divina

enim

enim ordinatio naturæ bonæ, in qua Iehovæ ſapientia ſe rite cum imperio exerit ſancto, non expetit bellum; ſed ira Dei juxta tenebricoſi mundi naturam hoc in vanitatem perfidam hominum intrudit, *ait Teut. cap. 33 Myſt. Mag.* A variis autem variè definitur; inter quos illi ſunt, qui Bellum dicunt, Quod ſit publica hoſtilis concertatio, quæ ſolemniter indicta armis & ſanguinis effuſione ſuſcipitur, ut quæque pars ſui ſcopi intentionem pacis cauſſa obtineat.

XVII. *Quomodo dividitur Bellum?*

ADmodum variæ hujus monſtri pernicioſiſſimi habentur ſpecies; ceu monſtroſam habet faciem, vultum, & veſtitum reſpectumque, ita quoque mirabiliter dividitur, ut nunc ratione objecti aliud ſit cum vicinis, aliud cum remotioribus; nunc ex fine aliud defenſivum, aliud vindicativum faciunt; nunc ratione ſubjecti vel in cauſſa propria, vel in cauſſa communi conſtituunt: nunc ex adjuncto vel continuatum vel interruptum volunt: nunc ex loci determinatione vel terreſtre vel navale faciunt; nunc ex intuitu perſonarum vel civile dicitur vel externum. Item ſervile, aut liberorum hominum; mox iterum ex cauſſæ ſuſpicione, aliud legitimum, aliud illegitimum volunt; licitum aut illicitum; juſtum aut injuſtum; neceſſarium, non neceſſarium; utile, inutile & criminoſum; defenſivum, offenſivum; præſumptuoſum aut temerarium; voluntarium, aut coactivum, &c. *Bocer. cap. 4. num. 11. lib. 1. de Bell.* omnes diſtinctiones contrahit in bellum aut hoſtile, aut civile, quas veras ſpecies belli vocat, rejectis aliis. Sit quodcunque velit, nihil boni omne habet bellum, quum guerras perverſo turbine verſet, & nil non calamitatis extremæ expuat in orbem

terrarum, infima cum ſummis commiſcens, ut recte dicat *gl. in l. un. in verbo ſi deſinunt. C. publicæ lætit. lib.* 12: quod bellum perditionem animæ, corporis & ſubſtantiæ, ſive bonorum omnium inducat. *O quæ hinc facies deterrima rerum!*

XVIII. *An bellum Iuris naturæ eſt, aut gentium?*

QVod naturam non tantum corrumpit, ſed deſtruit potius, & ordinem naturæ ſubvertit, quomodo id aliter quàm naturæ inimicum dici & haberi poſſit? Quod de pœna & morte ſtatuendum, idem quoque de bello. Imo Chriſtus *ait, Iohan.* 8. 44. quod omnes ex Patre Diabolo ſint, qui ejus cupiditates exequi cupiunt. Ille enim fuit homicida à principio, & in veritate non perſtitit: non eſt Veritas in eo: quia mendax eſt, & pater ille mendacii. Ideoque illi, qui huic monſtro pallium quærunt, originem belli Iuri gentium attribuunt *ex parag. gent. Inſtitut. de Iur. nat. l. ex hoc l. manumiſſ. ff. de Iuſt. & Iur.* Quomodo verò Ius gentium contra naturam, quùm Ius non ſit Ius niſi naturæ ſubordinatè inſerviat, ſalvare queant, ipſi videant. Monſtrum monſtro defendere abſurdum eſt. Ex Iure enim non niſi juſtum deſcendit. *Boc. de bell. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14.

XIX. *An homini Chriſtiano bellum gerere licet?*

MIrum quod tàm operosè heic multi deſudent, ut fuco afficiant potentiores in Chriſtiano orbe: Quur non potius ſcapham nominamus ſcapham? Diſtingue inter verum & falſum Chriſtianum, facilè invenies quid ſolidi Chriſtiani proprium eſſe debeat. An non ejus mandato obtem-

perare

perare cogeris, cujus te profiteris ſubditum? Quale autem eſt mandatum Chriſti? Sequere me, *ait Matth.* 8. 22. *&* 9. 9. Veni & ſequere me, *ait Lucæ* 18. 22. Qui non accipit crucem ſuam & ponè me ſequitur, non eſt me dignus. *Matth.* 10. 38. *&* 16. 24. *Marc.* 8. 34. *Lucæ* 9. 23. Hoc eſt mandatum illud meum, inquit, ut diligatis vos ad invicem, prout dilexi vos. *Iohan.* 15. 12. Et repetendo hoc edicit: Hæc præcipio vobis, ut diligatis vos invicem *ibidem* 17. Præceptum novum do vobis, ut alii alios diligatis: & ſic noſcent omnes, vos eſſe diſcipulos meos, *Iohan.* 13. 34. An verò quenquam mortalium hoc ſeverum Principis noſtri æterni mandatum ſubtilitate ulla licitum ſit invertere? An ferro aut ſclopeto erga proximum uti, & eum etiam ignotum perforare, eſt amare & diligere? Quis hoc nequam perverſus opus charitatis dicat? Proinde firma manet *Tertullian. de Idololatr. & Lactan.* 5. *Inſtitut. divin. cap.* 22. & 29. ſententia, qua bellum prorſus Chriſtianis interdicunt; & rectè *Rupert. Abb. Tuitienſ. lib.* 3. *cap.* 4. *in Matth. fol.* 46. edocet, quod poſt natum Chriſtum ferro pugnare non ſit licitum. Namque omne bellum, quod ſuſcipiunt Chriſtiani, eſt gladius Cherubi ex Babylone, ait *Teut. in Myſt. Mag. cap.* 30. Veri Chriſtiani nullum unquam tentant bellum: quia gladium Cherubi in Chriſti morte confregerunt, & cum Chriſto mortui ſunt, inque illo reſurrexêre, nec amplius externæ potentiæ vivunt & dominatui; quum ipſorum regnum in Chriſto ſit manifeſtatum, nec hujus ſit mundi. Hoc Sextum regnum inceptum eſt à tempore Apoſtolorum, & cum externo imperio ſuo ſe extendit uſque montem Zionis, donec ſubductus Enoch in Spiritu & virtute ſua denuò compareat.

 XX. *An*

Digitized by Google

XX. *An non autem belli virtute adminiſtratur & conſervatur Reſpubl.?*

HOminum hæc & talia comminiſcitur verſutia. Ideo rectè Chriſtus *Matth.* 6. 22. 23. Lucerna corporis eſt oculus. Itaq; ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit tuum. Sin autẽ oculus tuus improbus fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Ergo ſi lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ. Ita qui cum tenebris & earum operibus faciunt, nil aliud intendunt, quàm ut improbitatis effugia quærant, & ſimplicitati ſuam negent efficaciam in regno Chriſti. Vera imago Dei, *ait Teut. in Myſt. Mag. c.* 33. non aliud novit regnum in membris ſuis, quàm unicum corpus in membris ſuis; vel arbor in ſuis ramis. Aſt animalis imago ex aſtris & 4 Elementis conficit ſibi regimẽ juxta ideam matris ſuæ, ex qua prodiit, & in qua vivit: omnes quoque leges & ordinationes externæ, quas Iehova hominibus impoſuit, ſingulę pertinent ad ordinationem naturæ, velut ad pronunciatum formatumque Verbum, quod Deus homini in proprietatem attribuit, ut juxta interni ſpiritualis hominis intellectum ad ſapientiæ Dei ductum in eo imperium teneat, atque ſic ſibi ordinationes juxta Spiritum ſapientiæ conficiat; Atque harum ordinationum ſe judicem conſtituit, iiſque ultimum deſtinavit judicium, ut falſum tunc à vero ſeparetur.

Proinde omne, quod non ex veritate, juſtitia & amore prodit, judicio Dei concidit cenſendum: quia per Spiritus falſos tenebrarum in Turba magna procreatur, & in humanas proprietates inducitur, velut falſa aſtutia & peregrina ſapientia, quæ regnum Dei non poteſt ſibi in hæreditate acquirere. Omnes Regum & Principum poteſtates,

cum

cum regiminibus ſuis ex ordinatione naturæ exurgunt: At in imagine Dei nulla violenta eſt coactio; ſed liberè cupida amoris ſervitus, ceu membra in corpore, & rami in arbore mutuò ſibi ſpontaneo modo ſerviunt, & mutuo ſe ita exhilarant. Quandoquidem autem homo in externum formatum Verbum boni & mali ſe introduxit, inde regnum naturæ ipſi ſanctum regimen præripuit, & ſe poteſtate ſua in humanas inſinuavit proprietates. Quod ſi verò hoc ſibi recuperare cupiat, neceſſum eſt, ut rurſus de novo ex Deo generetur, tunc de novo regeneratâ vitâ in Spiritu Dei ipſi conceditur imperium in regnum naturæ.

In Spirituali mundi ordinatione quidem habentur Principum Angeli, ſed abſque coactione ullâ in amabili charitatis ſervitio ac voluntate, uti in corpore noſtro membrum unum inſervit alteri. Quodcunque homo in regno naturæ ſuæ poteſtati ſubjectum reddit, & in abundantia abutitur, ſuiſque connatis membris ſubducit, ut inde indigentiâ laborent, & Iure libero priventur, hoc omne in turbam magnam, velut abominationem naturæ convertitur, & Iudicio Dei ad diſcernendum reſervatur. Natura tantum ordinationem exigit, & diſtinctiones officiorum largitur: at Turba abominationem ſuam ex mundi tenebricoſi cupiditate iis introducit, veluti ſunt ſuperbia, avaritia, odium & ira cum falſitate.

Hæc quinque vitia in regno naturæ ſpurii ſunt, nec regni Dei hæredes eſſe poſſunt. Quippe regnum naturæ Deum pro ordinatione ſua habet, à quo poteſtatem ſuam accepit, ut ſic malum à bono huic ſeparet, & judicem huic conſtituat falſitati. Hinc illud eſt verbum, quod ait; *quicunque ſanguinem hominis effundit, ejus effunditur ſanguis per homines*, vel per ordinationem naturæ; *non autem per proprium potentiam*

tentiam vindicabitur ; ſed per ordinationem naturæ & legem Dei, quæ unica vindex eſt. Namque Iehova ajebat, ego vindex ſanguinis ero veſtri, & hunc etiam in animantibus vindicabo : ubi ſic ordinationem legum ſuarum intelligit, & officiarios ſuos. Proinde non ita Princeps aut Dominus quiſpiam poteſtatem habet profundendi ſanguinem extra Verbum Dei: ſi hoc faciat, condemnat illum ſtatim lex Dei ad mortem.

Nemo omnium heic quid poteſtatis habet in ſanguinem humanum, ſive Rex aut Princeps ſit ; quia ſaltem præfecti ſunt ordinationi legis divinæ ; unde non competit illis ulterior diſpoſitio abſque ſingulari Dei mandato. Legem naturæ quidem administratione fovent, ut miniſtri ejus ; ſed cuncta juxta juſtitiam & veritatem, non ſecundum libidinis affectionem. Namque Iehova hominem ad ſui imaginem condidit ; in hanc divinam imaginem naturæ regnum nullam tenet poteſtatem cum ſuis imperii officiis ; ſed tantum in imaginem naturæ externam ſe ordinatio talis extendit. Quapropter ſi præfectus quis naturæ homini alicui vitam ſuam ſurripiat, iſtum, qui id perficit, natura ad judicium Dei pertrahit, ubi ſeparationem ſentiet illo die.

Quorſum ſe igitur tyranni ſubducent, aut quò fugient, qui veritatem in mendacium transmutant, atque Dei filios propter divinam cognitionem & confeſſionem nefariè crudeliterqne mactant : aut aliàs bella & vaſtationes excitant populis & ſubditis ſuis? Iſti omnes Iudicio Dei per Turbam magnam deputabuntur. Etenim gladium Turbæ in propriis voluptatibus geſtant. Si verò Iehovæ Spiritus mandet eis quidpiam, tunc officii ratione tenentur id præſtare, uti Iſraël ethnicis juſſu Dei incumbebat.

Quodcunque propriæ voluntatis motu abſq; neceſſitate

ceſſitate extrema, ſive Dei mandato ſanguinem profundi curat, id iræ Dei inſtinctu ſemetipſum præcipitat, & regno iræ ſe mancipat tandem. Ita quiſque miles virgam iræ Dei repræſentat, ut ita per furorem ſuum pœna afficiat mortales eoſque abſorbeat; nec id pertinet ullo modo ad ordinationem naturæ, ſed in Turbæ magnæ cupiditatem. Hæc appetentis furoris ordinatio, per quam ira Dei regna & imperia ſubvertit, eſt tenebricoſi mundi proprietas, quæ potentiam ſuam tempore malitiæ humanæ exerit, & ſic ex permiſſione Dei, cuncta diruuntur, donec ſe furor in ſanguine exaturavit. Quia hæc eſt verè vindicta Iehovæ, de qua dicit, quod velit vindicem ſe agere humani ſanguinis cauſſa. Hinc ſæpius unum hominem arripit, per quem alterum in ira enecat ſua, qui id promeritus eſt. Quando potentiores innocuorum ſanguinem profundunt, tunc ira Dei rurſus ſuos excitat officiarios qui illorum vindicent ſanguinem, gladioque Turbæ eos ſubjicit, unde tanta rabies belli exoritur; non verò ex ordinatione divina bonæ naturæ. Quippe ſapientia Dei non expetit bellum: ſed ira Dei juxta tenebricoſum mundum, &c. Si veluti filii Dei viveremus, nullo indigeremus bello: ſed dum bella gerimus, apertum nobis exhibemus teſtimonium, quod filii hujus mundi, ac Dei nullatenus ſimus, &c.

XXI. *Num ergo juſtum non datur bellum, aut ejus juſta cauſſa?*

NVlla ſanè alia legitima dari cauſſa poterit, niſi ex ipſo Deo authore promanet, & ipſe præcipiat, uti *Exod.* 17, 14. *Ioſ.* 1, 2. & 2. 2. & 8, 1. & 1. *Sam.* 23, 4. & 2. *Sam.* 5, 19. &c. ubi ipſe quoque aciem inſtruxit *Deut.* 20, 10, 11, 12. & 23, 9. Sic Deo authore & conſulto id ſuſceperunt Iſraëlitæ *Iud.* 1, 2. & 20,

18. &

18. & 1. *Sam.* 14,37. & 28,5,6. & 23,2. & 30,8. & 2. *Sam.* 5,19. & 1. *Paral.* 14.10, Iuſſui divino æquiparatur extrema neceſſitas, ubi defenſio ſui & ſuorum alicui ſuccurrit. Extrema autem neceſſitas quæ ſit, omninò piè & ſolidè eſt conſiderandum atque ab omni examinandum rectè parte, ne in temeritatem incidat quis, uti videre eſt, *Num.* 14,43,44.45. *Deut.* 1.43,44. *in Achabo* 1 *Reg.* 22.17,35, *&c.* Vix eſt alius quis, niſi ſolus David, à quo diſcretio ea addiſcenda venit, quùm reliqui omnes graviter lapſi ſint in propoſitis ſuis. Inde *Pſal.* 18,35. ait, qui docet manus meas ad prælium obtinendum, & *Pſ.* 144,1. Verbum Dei autẽ armis velle defendere merum eſt opinionis humanæ figmentum, per quod tamen tot decipiuntur homines, & communi uſu id fermè ſit receptum, ut nobis hinc juſtam ſomniemus belli cauſſam; quùm tamen arma militiæ noſtræ non ſint carnalia; ſed divinitus valida, 2. *Cor.* 10. & arma lucis nil cum tenebris commune habeant *Rom.* 13,12. An ſpirituale bonum carnalibus armis conſervabis? Veluti & fruſtranea eſt ſubtilitas, quæ heic ob exercitum religionis veræ interſeritur, quod ſic eccleſia poſſit tueri. Ipſe Iehova eſt defenſor ſui Verbi, & fugere potius juſſit, quàm propterea arma induere, *Pſal.* 81,14,15,16. Tum veritas religionis non venit externis ceremoniis, ſed intus in nobis eſt. *Luc.* 17,21,22. *vide Pol. noſt. lib.* 3. *cap.* 10. *q.* 13 & 14.

XXII. *An belli ſunt ſicut Pacis Iura?*

HOc ex *Liv. lib.* 5. ita adſeverare multi non verentur quum tamen ipſum bellum Iure careat omni. & nil niſi vis & armata ſit manus, omnia diripiens & ſubvertens. Deus vero ipſa Pax eſt, & ſua proinde Iura naturæ quoque inſcripſit. Quum gentibus originem belli adſcribere cogantur, quomodo

heic

heîc quid Iuris ex naturæ ordine ſuggeri poterit? Nec gentium Iura ſunt Iuris nomine notanda, ſi nō cum Dei juſſu & naturæ conveniant, ut ſupra dictū eſt. Ideoque diſciplina malitiæ aut militiæ, longè quid aliud eſt à determinatione Iuris veri. Fingant ſibi Ius, quod velint, nunquam ſanè cum voluntate Dei id congruet. Sed ut videant, qualia Iura bellum foveat, id ex ejus deſcriptione facilè poterit internoſcier. Quid ſit diſciplina bellica alibi explicabitur, ubi detegemus cujus ea ſit ſcholæ.

XXIII. *Qualis ea eſt belli delineatio in ſua diſciplina?*

EGregiè eam nobis ſecundum omnes colores deſcribit *Midd. in Com. ad q. Ptol. 5.* ubi ait: Nulla ſalus bello; quo violatur religio, turbatur Reſpubl. franguntur vires, opes conſumuntur, innocentia vexatur, alitur improbitas, omnia rapinis, cædibus, ſtupris commiſcentur, laxatis pudoris & verecundiæ vinculis; morum ſanctitas, & caſtimonia profligatur: impius miles miſcet ſacra profanis, multa hominum innocentium millia injuſtè trucidantur: ſtupra virginibus & ingenuis mulieribus per vim inferuntur; liberi homines in ſervitutem abducuntur: omnia ferro, flamma, vaſtitate conſumuntur. Sunt enim plerumque milites iracundi, feroces, contumelioſi, nihil Iure & Aequitate metientes; ſed omnia ad vim, ferrum, ignes, cædem referentes: quorum inſolentia, crudelitate, avaritia, multæ florentiſſimæ provinciæ, laceratæ, comminutæ, & diſſipatæ fuerunt. *M. Salom. lib. 3. de Princip.* Errant itaque illi admodum craſsè qui multa de belli Iure garriunt, & ſingulares inde conſcribunt libros.

XXIV. *An*

Digitized by Google

XXIV. *An verò bellum indicere fas eſt, ſi ita neceſsitas requirat?*

QVi honeſtioris animi Principes fuerunt, illi ab antiquis uſque temporibus ſemper in uſu habuerunt, ut cauſſam ſuam juſtificarent intentionis violentæ, & paſſim hiſtoriæ id de Rom. populo prædicant. Ideo irruptionibus & invaſionibus de ſubitò factis nihil eſt crudelius & nequitioſius.

XXV. *An bello unus aut plures rectius præficiuntur?*

NIhil in bello periculoſius, quàm conſilia prodere. Ideò rectius unius imperio ac voluntate omnia geruntur: aliàs pervulgari conſilia neceſſe eſt, ſi ad plures perferantur. Itaque in Græcorum & Latinorum hiſtoriis legimus, bellicas res unius Imperatoris nutu, conſilio, voluntate geſtas: aut ſi quid gravius eſſet, Senatus decreto, nec ad populum quidquam in eo genere promulgatum, præter rogationem, qua bellum adverſus hos vel illos geri jubebatur.

XXVI. *Quid de Pace ſtatuendum eſt?*

CEu Pax ipſum Ius æquitatemque ſuadet ſi pietatem comitem ducat, ita nil optabilius Pace dari poteſt. Ius autem ejus maximè contradicit bello, ideò Princeps merito ſe tantò amabiliorem cunctis propinat, quò magis ſtudio pacis eſt addictus. Inde Chriſtus omnes eos beatos vocat, qui pacifici ſint, *Matt.* 5, 9. quoniam filii Dei vocabuntur. Quid verò hoc nomine ſalutarius & felicius? Inde etiam *Eſa.* 52, 7. ait: Quàm decentes ſunt pedes eorum in montibus, pacem nobis annunciantes? Facultas autem Pacis conſtituendæ olim apud Roman. liberior

fuit

ſuit, ut Senatus de ea quid decernere poſſet, injuſſu plebis: quin etiam Imperatores & belli Duces, præſertim ſi extra Italiam bellum gereretur, injuſſu plebis ac Senatus pacem ſtatuebant pro temporis ratione. In monarchia autem Princeps ipſe per ſeſe mature quid decernit.

XXVII. *Quid autem per Pacem intelligitur?*

HEbræis adeò generale eſt vocabulum, ut pro omni incolumitate, felicitate, & quovis proſperitatis genere, ac felici rerum omnium ſucceſſu habeatur. *Gen.* 29, 6. & 37, 14. & 41, 16. *Ioſ.* 10, 21. *Iud.* 18, 15. & 1. *Sam.* 10, 4. & 29, 7, 11. *Pſalm.* 122, 7. Vnde ſalutationis votum peculiare apud eos erat. Ac qui nobis pacem optat, is petit, ut Deus mentes noſtras tranquillet contra metum iræ ſuæ & damnationis; conſoletur nos contra hujus mundi miſerias, & moleſtias; det, ut quieta cum conſcientia uti poſſimus bonis, quæ nobis ſuppeditat, utque acquiescamus ea conditione, quæ adſignata eſt nobis; ut nos ita regat, ne vitam hanc, per ſe ſatis acerbam, nobis reddamus acerbiorem; utque Diabolum & ejus adſeclas à nobis prohibeat, ne nos lædant, aut perturbent; aut ſaltem nos contra mala animet cuncta, ne eis frangamur. Itaque ab omnibus ſemper & quovis tempore Pax quærenda & amanda eſt. *Pſal.* 34, 15. *Zachar.* 8, 19. *Marc.* 9, 50. *Luc.* 10, 5. & 12. 58. *Rom.* 12, 18. & 14, 19. *Epheſ.* 4, 3.

XXIIX. *Quotuplex eſt Pax?*

QVùm non tantum ad corporis, ſed & animæ ſpectet ſalutem; Duplicem nobis Verbum Dei & Chriſtus ipſe proponit, ut quædam ſit temporalis, quædam æterna. Pax in cœlo ſpiritualis *Luc.* 19, 18. In terra *Luc.* 2, 14. Pax autem heic nihil aliud quàm ſtatum

ſtatum imperturbatum & tranquillum denotat, in quo animi inter ſe dilectione mutua & concordi cohærent conglutinati ac compacti; unde Pacem à pactione conditionum putat dictam, ſing. Capit.; quæ ubique ſit cuilibet obſervanda. Pax autem omnis à Deo. *Num.* 6,26. *&* 2. *Paral.* 14,6. *Eſa.* 26,12. *&* 45,7. Per Chriſtum prompta. *Rom.* 5,1. uti ipſe ait. Pacem relinquo vobis: Pacem illam meam do vobis: non prout mundus dat, ego do vobis. *Ioh.* 14,27. Interna autem qualis pax inter Deum & ejus amicos ac fideles ſit, vide *Eſa.* 2,4. *&* 9,6. *&* 11,6,7. *&* 66,12. *Oſe.* 2,14,20. *Mich.* 4,3. *Zach.* 9,10. *Luc.* 2,14. *&* 24,36. *Ioh.* 16,33. *&* 20,19. *Actor.* 10,36. *Rom.* 5,1. *Epheſ.* 2, 14. *Phil.* 4,7.

XXIX. *Quodnam tertium caput Majeſtatis eſt Bodino?*

QVod in magiſtratibus mandandis poſitum eſt; quo nullum certius eſt *l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu.* quantum attinet ad majores Magiſtratus, qui aliorum magiſtratuum imperio non tenentur. Quamvis aliàs nomen magiſtratus latiſſimè pateat, ut omnia officia dignitatis quoque ſummę in Republ. contineat, *Rom.* 13,3. tamen heîc ita & paſſim apud Politicos accipitur, pro iis, qui ſummæ poteſtati ſubſunt, ejuſque vices funguntur in diverſis officiis, ut ſunt Dictatores, Prætores, Quæſtores, Conſules, Senatus, Decemviri, Tredecemviri &c. qui omnes imperio & juriſdictione precaria utuntur.

XXX. *Quodnam eſt 4 Majeſtatis caput huic Auctori?*

EXtrema ſcilicet provocatio, ut habeat ſummam Iurisdictionem, à qua non poſſit quis ulterius progredi, aut appellare aliorſum. Quùm tamen ſæpius negotia Iuſtitiæ præcipitentur, aut invidiâ & odio

odio premantur, ICtis venit in mentem, ut remedium invenirent appellationis ab Imperatore malè informato ad melius informandum.

XXXI. *An inferiori Magiſtratui quoque tale Ius concedi poteſt?*

SI Princeps quenquam extra provocationem ſubditis imperare patiatur, pro ſubdito imperii collegam habiturus eſt. Optima igitur cautio eſt, nec civibus, nec peregrinis ulla majeſtatis Iura, ac ne precario quidem tribuere: His enim gradibus ſenſim ad ſummum Imperium perveniri ſolet. In quo certè à Majoribus noſtris granditer peccatum eſt.

XXXII. *Quale quintum Majeſtatis caput conſtituit Bodinus?*

QVod conſiſtit in poteſtate ſolvendi quem à vi legum ac judiciorum, ſive de capite ac fama, ſive de bonis omnibus agatur: quia ejuſdem poteſtatis eſt, vel illigare & eximere quem legibus. Nihil horum Magiſtratus ac Iudices damnato concedere; nec ſemel judicata mutare poſſunt, quùm nec debeant de reſtitutione damnatorum cognoſcere.

XXXIII. *An verò hoc decet Principem, ut delicti convictum liberet à pœna?*

PRincipum commiſeratio res perquam laudabilis eſt, ſed boni Principis eſt pœnam civilem lege divina metiri *Deut.* 19. & 21. Ideo non decet execrabili ſcelere convictum judicibus eripere. Omnium autem peccatorum, quę à Principibus condonantur, nulla laudabilior venia, quàm quùm injurias ſibi illatas ignoſcunt; & pœnarum capitalium nulla acceptior & gratior eſt, quàm quę acerbiſſimè de contumelia immortali Deo illata exigitur. Qui modum hunc invertit, & ſuas injurias Deo præfert, ſibi ipſi conſcientiæ crimen inurit.

XXXIV. *Quod-*

XXXIV. *Quodnam ſextum Majeſtatis caput facit Bodinus?*

CIves & ſubditos jurejurando fidelitatis & obſequio juſto obſtringere. Sed quum de hoc ſuperius in præcedenti Capite ſit actum, ad 7 progredimur.

XXXV. *Quodnam igitur ultimum Majeſtatis caput eſt huic?*

ESt Ius cudendi & ſignandi monetas, nec non precium, figuras, pondus & valorem iis adſignandi. Nihil magis poſt legem in Republ. eſt neceſſarium, quàm nummorum precium, pondus, imago & uſus. Veluti Græca vox *νόμος*, id eſt, Lex oſtendit, quaſi inde nummorum origo dependeat. De hoc *in lib. 1. C. de falſ. monet. Boſſ. in tractat. de mon.*

XXXVI. *Quænam ulterius Iura Majeſtati adhærent?*

IVs vectigalia imperandi, ut patet *ex lib. 10. ff. de Publican. & tot. tit. C. de vectig. nov. non. inſtit. Mynſ. Cent. 5. Obſ. 29.*

Item, Ius imponendi & exigendi tributum.

Item, Vectigalium ac tributorum immunitatem concedendi, quibus placuerit.

Item, Legem, uſque ad 60 milliaria Gallicana in mare extendendo, iis præſcribere, qui ad littus accedere ſtudent.

Item, Salvum conductum concedere.

Item, Confiſcationes bonorum conſtituere: modos vide apud *Vult. in feud. cap. 5.*

Item, Bona vacantia occupare & vindicare ſibi.

Item, Clarigationem aut repreſſalias inſtituere.

Item, Subditos ad linguæ vernaculæ uſum compellere, & in judiciis ac curiis conſervare, &c.

XXXVII. *Qui-*

Digitized by Google

XXXVII. *Quibus rebus vectigal imponitur?*

OMnibus fermè rebus, quarum uſus maximè in commerciis conſiſtit, inprimis in Gallia ſalinaria proventum magnum largiuntur.

XXXIIX. *An bona ex naufragio appulſa, in confiſcationem incidunt?*

BArbarum id quidem, & antiquis inuſitatum *l. 1. C. de naufrag. & tit. de incend. ruina & naufrag. l. qui levand. ff. ad l. Rhodiam. l. divus. ff. de offic. præſid.* ut cujus opes ac fortunæ naufragio miſerè perierint, & quem noſtris opibus ſublevare debeamus; ejus reliquias, quas ad littus ejectas bona fide reſtitui oportebat, turpe diripi patiamur. Sic tamen vivitur, *Plat. & Luc. de penn. in lib. 1. C. de naufrag. Afflict. deciſ. 59. lib. 1 Bened. ad c. Raynut. verb. & uxor. num. 317. Argertr. in Conſuet. Brit. art. 55. not. 1. n. 6.* ut qui portus habent, eam crudelitatem tum in cives, tùm in peregrinos exequantur. Ius quæris? Error Ius facit. *l. 3. ff. de ſuppellect. leg. l. Barbarius ff. de offici. Præt.* At ſi non peccatur errore, ſed ſcientia, ſcelus eſt, quod erroris ſpecie prætenditur.

XXXIX. *An judicibus aliquid contra leges in Republ. probatas diſputare aut de legibus fas eſt?*

IVdicibus inferioribus nullatenus licitum eſſe, cōſtat quidem *l. 1. ff. ad Turpil. Alex. ad Bart. in l. illicitas parag. veritas. C. de offici. Præſ. Ang. in l. ad voc. ff. de re judic. Ioh. Andr. in c. ſi ſacerd. de offic. ordin. Calderi. in c. paſtoral. parag. quia verò de offic. delegat.* Vtrumque autem Principi, niſi divina lege prohibeatur, licere ſupra dictum eſt. Imò & proprium ejus officium eſt, ſi Dei Ideam rectè repræſentare in adminiſtratione ſua velit, ut omnes leges ad Verbi Dei normam revocet, & malas conſuetudines funditus eradicare tenetur, ut ſupra explicatum eſt.

XL. *An*

Digitized by Google

X L. *An alius quis potentior nomine Majeſtatis uti poteſt, quàm cui competit?*

QVi Iure Majeſtatis vacat, & uſurpat tamen eo, abſurdum committit; uti & abſurdius, Excellentis & Sacræ Majeſtatis epitheton ſibi adſcribere. Eſt enim alterum levitatis, alterum etiam impietatis. Nam quid amplius præpotenti Deo tribuamus, ſi, quod ejus proprium eſt, ipſi eripimus.

X L I. *An verò Iura Majeſtatis aliquis ex præſcriptione ſibi poßit acquirere?*

IVra Majeſtatis ejuſmodi eſſe ſtrictæ obſervantiæ, ut ſummorum Principum propria & hæreditaria ſint, nec vnquam cum ſubditis communia, quæ nec concedi debeant ulli, dictum eſt *c. venientes. de Iurejur.* Ac licet conceſſa eſſent, tamen nullo temporum curriculo præſcribi poterunt. Nam ſi loca publica, ad fruendum aliis conceſſa, non poſſunt unquam præſcribi, ſed ſemper excepta judicantur. *Albericus in l. ult. ff. de Iurisd. Bald. in l. à procurat. C. mandati. & in l. ſi aquam. C. de ſervitut. & aq. Alexan. Conſ. 30. lib. 5. Luc. de Pen. in le. contra publ. num. 7. C. de re milita.* Quandò ſemper excepta manent, & nunquam præſcribuntur Iura Majeſtatis, perpetuo ſummitati permanentia? Proinde violatores talium capitali fraude obligantur. Par ratio eſt, nec mortales adverſus Deum immortalem, nec privatos adverſus Remp. præſcribere poſſe *Plut. in Them. & Cat. l. ſi appellat. C. de appell.*

X L I I. *An verò adhuc alia Iura Majeſtati adhærent à Bodino non relata?*

ID ſuperius dictum eſt, velut etiam maximum principale omiſit, de Religionis ſynceritate, in cura ſancta

ſancta Verbi cœleſtis. *Deuter.*4,6. & 17. *Ioſ.*1,7,8. *Pſalm.*72,1,2,3. & 1.*Sam.*16,20,23.*Eſaiæ*, 49, 25. *Hoſ.* 8, 4. *Roman.*13. utpote, quùm origo Majeſtatis non ſaltem humana, ſed maximè divina ſit, in quem etiam finem unicè redundare ejus Iura debent; cui proximum eſt cura veræ educationis publicæ, & erigendi veras Academias; curatio viarum publicarum, fluminum, &c. Sed de his conſule *Polit. noſt. lib.*7. *cap.*4. & *Vult. in feud. lib.*1. *cap.*5. *num.*7.

Nota.

ERroris ingentis lapſus eſt fermè omnium mortalium, quod parerga ſemper potiori habeant loco, quàm ipſa ἔργα; quùm tamen ſinguli hoc noſcant, nos non in hoc mundo natos ut huic vivamus mundo, ſed ut quaſi peregrinantes per hujus mundi vitam tranſeamus ad cœleſtia. Locus hoſpitii heic ſaltem eſt cunctis, non manſionis. Quùr tamen hoc non conſideramus rectius? Quur nobis dominamur potius, quàm Deo vivamus ſubditi? An inde Iura Majeſtatis regimini cuiq; non ſint magis cenſenda, quàm unde auctoritatem & ſummitatem obtinuit aut conceſſa fovet? An non principalia principali loco ſint tractanda? Quæ autem ſunt ea? Nonnè divina humanis præferenda? Nonnè Deus author omnis poteſtatis, hanc ſui cauſſa conceſſit hominibus, ut gloria iſta in ipſum revertatur? *Roman.*13, Quomodo autem in Deum Iehovam poteſt reverti, niſi omnia Iura & actiones Majeſtatis in pietatis aut veræ Religionis & pacis cultura & cura fundentur? Qui mundana præferunt & terrena cœleſtibus, nunquam non peccant; ſed quærunt, quæ ſua ſunt, & quibus ſe ſibi conſtituant Deos. Quur Moſes, Saul, David populo Iſraeli præficiebantur? Nonnè ad paſ-

Q cendum

cendum populum Iſraëlis? 78, 71. At quur Saul, à Deo rejectus eſt? Pœnitet me, *ait ipſe Iehova,* conſtituiſſe Saulem regem, quia averſus eſt à me, & verba mea non præſtitit. 1. *Sam.* 15, 11. Verbum Iehovæ igitur eſt, quod unicè ante omnia eſt curādum. Nam Iehova dat ſapientiam, & ex ore ejus ſcientia & intelligentia prodit. *Prov.* 2, 6.

Si in his caput regiminis peccet, an non etiam in alia membra crimina hæc profluant? Vbertim ſanè. Sic peccata Ieroboami erant; quibus peccabat & quibus ad peccandum inducebat totum Iſraël, 1. *Reg.* 14, 16. Idem de reliquis paſſim habet S. Scriptura. 1. *Reg.* 15, 26, 30. *&* 16, 2, 13, 19, 26. *&* 18, 9. *&* 21, 22. *&* 22, 53. *&* 2. *Reg.* 3, 3. *&* 10, 29, 31. *&* 13, 2, 11. *&* 14, 24. *&c.*

Quî fit tamen, quod omnes Regentes potius terrena, quàm conſervationem Verbi Dei curent? Omniaq; Dei invertant? Aut ſi religionem curare videantur, potius falſam pro vera foveant, & apprehendant, omniaq; in rationis quæſtiones reflectent, ſectas diverſas faciendo, aut fomentando? Quùm tamen Veritas Dei ſit ſimplex & in ſimplicitate conſervetur. David *ait Pſalm.* 105. & ſe commiſcebant gentibus, ac earum addiſcebant mores. Ita etiam nos ethniciſmum potius & prius excolimus; quàm Verbum Dei nobis appropriemus: Inde hoc ſtultitiæ in modum nobis ſordet; Spiritum Dei à puero rejicimus, & carnis ſapientiam ſectamur. Nolumus videri ſtulti Chriſtiani; ſed in Chriſtianiſmo ethnici ſapientes: Id eſt duplices in corde Idololatræ & hypocritæ. At num quis duobus poſſit inſervire Dominis? Prorſus id univerſaliter negat cunctis Chriſtus, *Matth.* 6, 24.

An igitur hoc non ſit corrigendum è veſtigio, & ab iſta hujus diei hora protenus exterminandum,

quâ

quâ audiuntur & percipiuntur tàm horrendarum abominationum ſeductiones perverſæ & ſcandala? Rectè id olim quoq; vidit vir opt. Matt.Berg. qui in Præf. Syr. ait: *Hinc ſeges permagna enaſcitur infelicium proventuum. An non enim hæc præpoſtera eſt ratio mortalium, ut ignoranda magno addiſcamus ſtudio, & quæ nos ad pietatem veram ejuſdemque probitatem ducant diſcere nullatenus cupiamus? Dialecticos & Rhetoras undique facere ſtudemus, & nuſquam verè Chriſtianos efficere intendimus. Inde audacia, temeritate, faſtu & φιλαυτίᾳ replentur animi: rebus iis, quæ omnem rectorum ſtudiorum meſſem ſuffocant. Dum nemo correctioni ſtudet, & quiſque ad capitis nutum dormitat, manet crimen. Verum cogitarę oportet omnes: Alitur vitium, vivitque tegendo,*

Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, & meliora deos ſed & omnia poſcens.

Itaque quiſque ſuo loco etiam luctari, & providere, & ſanare & medicari debet: Et maximè ii, qui Iure Majeſtatis ſacratiori ex Dei conceſſione utuntur, & propterea præſidium Reipubl. in adminiſtratione occuparunt, ut Iura Dei, non hominum opiniones propagent. Deuter. 17. Hos potiſſimum illud videre oportet, ſeduloque curare, ut à vitioſitate morum ethnicorum & horum corruptione ad pietatem veram in Fide & charitate efficacem mortales ſinguli traducantur, atque iſtuc adſueſiant à teneris, ut Verbum Dei & officia pietatis hujus ſolida in humilitate non tantum addiſcant, ſed etiam corde ſancto foveant, & paſſim vitæ ſanctitate exprimant. Nec enim tam docere & monere multũ prodeſt, quàm curare omnia fideli opere.

Atque hoc eſt, quod præſides Reipubl. Chriſtianæ certatim oportebat incumbere univerſos; ut ſcilicet tanquam exemplaria quædam ſe præbeant ſanctitatis, æquitatis, Iuſtitię, innocentię, modeſtię, pietatiſq;

 omnis.

Digitized by Google

omnis. Subditis deinde & juventuti maximè opera danda eſt, ut quæcunque in Capitibus rerum continentiæ, pietatis, humilitatis & modeſtiæ exempla adſpexiſſent, ea vitæ ſuæ moribus in ſyncera probitate abſque fuco & cordis falſitate exprimerent; ſeque ſacri baptiſmatis fœdere adſtrictos eſſe recordarentur. Sed in horum utroque quàm diu paſſim ἔλλειψις deprehendetur tanta, quantam miſeri videmus, non eſt expectandum aliud, quàm ad vitioſitatem etiam major indies perverſitatis prolapſio, & inde acrior Dei vindicta. Quid enim aliud deſignet hoc, quàm ferventiſſimum iræ Dei rancorem, ſi talis quis Reipublicæ præſit,

Qui turget faſtu, qui nummos curat avarè,
Dedecorans dotes turpiter ipſe ſuas?

Quid aliud hinc fieri poteſt, quàm ut hæc vitia crudelitates pariant quaſvis, & ſimul in omnium ſubditorum mores cumulatim abeant? An non hinc diſcipuli ſuis magiſtris ſimiles evadant, ut ipſi quoq; induant ejuſmodi animos, juxta veterum verſum,

Præſul ut amburuat, ſic inde redandruat omnis.

Hinc etiam hodiè nos ita compellat graviter Iehova; *Audite ô Iſraelitæ*: Nam contentio eſt Iehovæ cū habitatoribus hujus terræ, quod nulla ſit fides, nulla benignitas, & nullum Dei Verbum in hac terra. Pejerando, & mentiendo, & occidendo, furandoque, & adulterando, effringunt legem, & cædes aliæ aliis ſunt contiguæ. Propterea lugebit hæc terra, & languebit quicquid habitat in ea, tum beſtiæ agri, tum aves cœli: quin etiam piſces maris interibunt. *Hoſ.* 4. 1, 2, 3. An non idem hodiè nobis eſt ſtatus cum Iſraëlitis, dum formam pietatis aut Chriſtianiſmi habemus, ſed vim ejus perfidiſſimè abnegamus? 2. *Tim.* 3, 5.

An non inde ſummus Iehova nos acriter flagellet,

let, totque bellorum calamitatibus abruat meritò? Quis tamen eſt omnium, qui hoc ſentiat, aut ſibi tam gravem Iehovæ iram deputet? Nec ſummus, nec imus id cernere aut cenſere alicubi cupit. Vtinam agnoſcerent ſuperiores ſua delicta, & non tàm ſedulò belli, clypeorum, mortariorum, armorumq; aliorum cogitarent præparamenta, quàm pacis dulciſſimæ blandimenta ſalutaria unicè curarent, Verbumque Iehovæ non tàm profanis artibus commiſceri paterentur in ſcholis & cathedris publicis, facilè ad dilectionem reditus illis daretur mutuam. Sed quamdiù ad originale malum in fundamento non reſpiciunt, tàm diu quoque Iehova aggravare pœnas non deſinet; ſed manus ejus adhuc extenſa eſt: Nam ſpiritus ſcortationis eſt in nobis, & Iehovam non agnoſcimus, *Hoſ.* 5,4. Prout aucti ſumus, ita peccamus in Deum noſtrum: unde etiam gloriam noſtram in ignominiam commutabit. Peccatum comedimus, & animos ad iniquitatem extollimus, *Hoſ.* 4.7,8. Proinde ſic ait Iehova; Ecce me contra te exerturum gladium meum è vagina ſua; ut exſcindam ex te juſtum & improbum, *Ezech.* 21,8. Verùm, quur non revertimur ad Iehovam, & Verbi ejus nos exhibemus ſubditos, ſi filii eſſe velimus? Ah ſit nunc tandem, qui obducat ſepem, & conſiſtat in irruptione coram Iehova, ne penitus corrumpamur, *Hezech.* 22,30. Quid autem ad nos ſtercorei Dei, ad impurandum nos? *Ezech.* 22,3, Magna eſt inſania mortalium, quod tàm turpiter ſe in profanitatibus conſumant, nec eſt ſuperiorum quis, qui hoc agnoſcat, aut abrogare velit. Ideoque jamante aliquot annos ita hoc deploravimus pridem, & damna prænunciavimus.

Digitized by Google

Chriſtianiſmus Ethnicus, uti peccatum in Spiritum Sanctum importat, ita omnis mali cauſſa eſt, & bello nos obruit.

Ex Stephano Pretorio.

Ethnica nunc adeò floret ſapientia paſſim,
Ut Chriſtus inde terminis ſit ethnicis
Submerſus, Verbiq; ſacri cœleſtia dona
Nihil vigoris ſuggerant Eccleſiæ:
Sed Chriſti excluſus ſit prorſum ſpiritus, iſto
In ethniciſmo ut nullus huic vacet locus.
Ex habitu proprio quum mentis Cœlica cuncti
In tethnicam, pulſa Fide, contorſerint
Menſuram cerebri, nihil ut jam myſtica ſummæ
Sint, apprehendi nî queant mentaliter,
Et ſe convolvi patiantur mente profanâ:
Hoc diſputant, hoc Chriſtianum clamitant.
Nec tolerandum aliud, neque Chriſtus eſſe ferendum:
Securi in hoc, quid vita Chriſti poſtulet.
In ſcriptis Chriſtum ſi quæras talibus, ipſo
In Ethniciſmo prorſus omnem contegi
Invenies, nullus quaſi ſit tibi, Cœlica Verbo
Pandens ſuo, uſquam Spiritus nec Gratia.
His jam delictis ſcatet orbis totus, in ipſum
Ihova furenter Spiritum tam contumax.
Nec tamen eſt quiſquam, qui tanta incommoda ſentit,
Aut ſcandaloſum cenſet hoc Eccleſiæ.
Ergo quid mirum, ſi nunc juſtiſſimus Auctor
Is Veritatis jam calamitatibus
Tot variis, belliq; furoribus obruat orbem?
Vindex honoris ut ſui eſt, ſic vindicat:
Et mox ulterius cunctos confundet in ipſo
Conaminis tam perfidi molimine.
Namq; quod is ſtatuit, durat per ſecula Verbum,
Nec id ſinit ſpurcarier phantaſticis
Commentis hominum; ſed vult ut cuiq; renato
Norma loco ſit hocce, quo veſtigia
Vita conformet Chriſto. Nihil unde Iehova
Gratum Parenti eſt, vividâ niſi Fide.
Id referat Chriſtum ſanctis in fructibus ipſum.
Tantum Fides facti oriuq; diſtant perpetim.

De

De Pacis commodis & Vtilitate ſummè neceſſaria terris.

Haud optabilius Pace quid eſt datum
Per quam cuncta fluunt proſpera ſeculis,
Mens humana modò ſi colere hanc Fide
Verè noſcat amabili.
Non quidquam ipſe Deus carius expetit
A nobis, nec amat dulcius in piis,
Quàm vita placitis aucta fidelibus
Si ſit Pax bona cum bonis.
Cuſtodem Patriæ ſic Pater optimus
Prodit continuò ſe, nec abeſt ſua
A nobis ope, ſed, rite timentibus
Se, præſtat bona qualibet.
O Pax aurea, quàm te placidè volunt
Mites ingeniis, perpete gratia
Dum polles, adimens crimina bellica,
Si quiſquam frameas paret.
Tecum ſancta Fides, Iuſtitia ſoror,
Tecum Relligio, nudaque Veritas,
Et Virtus redeunt, ac Sapientia
Nec non cœlica fauſtitas.
Quis Turcam foveat? Quis gelidum Schyten?
Quis, Romanica quos factio parturit,
Fœtus, ſive magis fœdera? Quis fera
Bellum curet Iberia?
Condit quiſque diem mœnibus in ſuis,
Et ſecurus agros quiſque colit ſuos,
Si concordia ſe cœlica legibus
Sanctis exerat in bonis.
Felicem meritò clamat in omnibus
Chriſtus pacificum quemlibet actibus:
Hinc Ihovæ placidus vivit, & omnia
Voto incommoda corrigit.
Si forſan ſubeat criminis impotens
Quandam ſorditiem. Sic, bona Pax, ſacer
Qui te ritè tenet, præcipiti minus
Merſus funere corruet;
Nec veſanus amat perniciem ſuæ
Gentis, nec tumidos cernere civium

Motus, conſiliis ſed potius ſuis
Damna avertere qualibet
Geſtit perpetuò. Proſperitas ita,
O Pax tanta tuis traditur artibus.
Res donare potes largiter uberes,
Gaza omni potior vigens;
Ceu claram viridi fronde tibi comam
Palma cingit honos: aſt ubi paululum
Obfuſcas populos, triſtior it dies,
Et noctes gravius ruunt.
Nam tunc mille dolis inſidias fremit
Trux plebs militia, cum legionibus
Tot diris minitant cuique pericula.
O parcas Patria, Deus,
Et priſcas, facias, ut ferias tua
Iam Pax reſtituat, Guelphiadum ſolo,
Nec nobis maculas pluribus imputes;
Sic laus omnis erit tua.
Non ſic ægra parens filiolum ſuum
Votis, articulis & vocat omnibus,
Quàm deſideriis icta fidelibus
Pacem Patria quæritat.

Regul. Canon.

Erronea ea diſtinctio, quâ actiones quævis civiles à pietate vera Chriſtianiſmoq; ſeparantur, infinitas parit calimitates in mundo, omneſque corrumpit Reſpubl. uſque ad ruinam.

Finis Lib. I.

Iohan-

Iohannis Angelii Werdenhagen I. C. C.

SYNOPSIS IN Lib. II. Iohan. Bodini De REPVBLICA.

CAPVT I.

I. *De quibus rebus heîc in capite primo agitur?*

QVoniam de partibus civitatis, ac de Majeſtatis univerſo Iure, in quo eſſentia Reip. ſe maximè exerit, ſatis cumulatè diſſeruit; deinceps ut Reipubl. cujuſque qui qualiſq; ſit, commodius intelligatur, diſpicit in ſequentibus, quæ in Republ. perſonæ Iura Majeſtatis habeant; unde ad tres ſpecies & formas Reipubl. ſe convertit ita, ut maximè heîc examinet dubium, quod alii *de quarta, quinta &c.* ſpecie moverunt, ex commixtione trium. Quorum opiniones perquàm ſollicitè & ſatis eleganter non ſine fundamentali explicatione, refutat, & commodè refellit.

II. *Quænam igitur dicuntur eæ Rerumpubl. ſpecies?*

EArum prima eſt Monarchia, ſecunda Democratia, & tertia Ariſtocratia; tametſi minus latinæ ſunt hæc verba; tamen communi uſu ita receptæ ſunt, ut ſatis accommodate iis hoc loco utamur. Sunt tamen, qui non incongruè duas ſpecies faciant

 Reipubl.

Reipubl. ut alia ſit Monarchia; alia Polyarchia, quæ Democratiam & Ariſtocratiam comprehendat, inq; ſeſe complectatur. Nam ſi penes unum ſit Reipubl. totius ſumma, Monarchia appellatur: Si penes plures Polyarchia inde emergit duplici modo. Aut enim penes univerſos reſidet ſummitas imperii, & Democratiæ eſt proprium: aut penes paucos principales, & Ariſtocratiam habebis.

III. *Vnde autem petita eſt hæc diſtinctio Rerumpublicarum?*

EX ipſa rei forma, quæ diſtinctio omnium optima & firmiſſima, adeoque perpetua eſt; quùm in rebus omnibus aptè recteque definiendis & diſtinguendis, ipſarum vim ac naturam, non, quæ cuique extrinſecus accidunt, intueri nos oporteat; aut certè in varios infinitoſq; errores quis incurret. Ita ſi Rerumpubl. formas bonorum ac malorum finibus, aut virtutibus ac vitiis, vel utilitatibus & incommodis metiri velimus; non tantum infinitas eas gigneremus; ſed etiam pro accidentium numero Rerumpubl. multiplicitates abſurdas induceremus. Veluti exinde quoque factum eſt, quod tam mira paſſim Rerumpubl. portenta in mundo, & vix una ſaltem ritè conſtituta & ſolido fundamento ſtabilita inveniatur, quùm in hac nunc robur, vis, voluptas, nunc licentia, libido, nobilitas, frugalitas, munificentia, lucrum, &c. reſpiciatur; ac fines vani ſuam formæ confundant naturam.

IV. *An verò non plures Rerumpubl. formæ & ſpecies dantur?*

SI propriè perfectas Rerumpubl. ſpecies agnoſcere velis & verè cenſere, non poterunt tribus his plures dari veræ; licet de his variæ fuerint naſutulorum, etiam apud veteres olim, opiniones, unde in

Digitized by Google

tot abuſus omnes fermè abiêre Reſpub. in mundo, ut nulla ſic pura abſque inſigni corruptione & falſitate detur, quod ita de facto fit, non ex ordinatione Dei. Nam quùm dividerentur, *ait Sal. Prov.* 17, 15. gentes totius terræ, unicuiq; genti conſtituit Ducem: ſed adſumpſit Iſraëlem pro parte ſua; quem, ut primogenitus eſt, nutrit eruditione, &c. Vt inde conſtet, in quo puritas vera Reipub. conſtet. Etenim omnis mixtura Rerumpub. confringit & in confuſionem abripit Ius Majeſtaticum, quum Majeſtas per ſe ipſam quiddā ſit individuum, quæ ne mentis quidem cogitatione uni & omnibus eodem momento congruere valet. Sicuti idem Herodotus, antiquitatis parens, olim vidit, & tribus iſtis generibus omninò contentus, cætera ut imperfecta & falſa penitus repudiavit; quicquid alii, uti *Plato, Stagirita lib. 4. c. 7. Pol. Polyb. l. 6. de milit. ac dom. Rom. diſcipl. Dionyſ. Halicarn. l. 2. M. Tullius in frag. Reip., Thom. Morus in Vtop., Gaſpar Contaren. Franciſc. Machiavellus*, & plures magna vociferatione clamitent & conclamatum jactitent. In primis ille Stagirita profaniſſimè ſibi ſolito more contradictorius eſt, dum Platoni quidem negat, ex duobus generibus quidquam laudabile heîc exurgere poſſe; & tamen ex tribus quartum genus præſtabilius conficere laborat. Si ex duobus extremis nihil boni conficiatur; quomodo id fiet ex tribus inter ſe confuſis? Etenim Reſpubl. quæ contrarios habent ſtatus, legibus inter ſe contrariis gubernari neceſſum eſt.

V. *Quo loco igitur quartum aliquod Reipubl. genus habendum?*

ID naturæ ipſius ratio facilè declarat. Nam veluti corpora, quæ ex diſſimilibus ac diſſidentibus naturis coaleſcunt, ſi miſceantur ſimul, tertium quoddā, ab utriſq; omnino diverſum, efficiunt; ita ex cōmix-

Digitized by Google

tione ſimplicium Rerumpub. nil niſi diverſum à Iure Majeſtatico generatur, & corruptiones infinitas parit. Quippe Iura Majeſtatis, ſtatibus ac ordinibus ſimultaneè cõmunicata, nil niſi diſtractiones procreant, & fomenta ſuperbię ſuggerunt, quùm ſubordinationi legitimę ſubmitti nequeant; ſed majeſtas in ſeſe labefacta concidit omni poteſtate exuta. Vnde cernimus, quæ potiſſima ſit & fuerit in mundo ſubverſionis Rerump. cauſſa, quùm omnes ex inſito libertatis nimię ſtudio potius regnare, quàm parere cupiãt.

VI. *An non Romana Respubl. triplici genere temperata fuit?*

SIc vult *Polyb. lib. 6. de mil. ac dom. Rom. diſcipl.* cui & *Halicarn. Cic. Contaren. & Morus* adſentiuntur, quùm tamen hæc ſententia nec veritate, nec ratione nitatur. Si enim majeſtas duobus Conſulibus eſſet communicata, propter individuam ſui naturam cõſiſtere non poſſet, pręſertim quùm nec legem jubere, nec fœdera injuſſu populi ſancire, nec damnatos reſtituęre, nec verberibus civem cædere, nec tributum imperare, nec de pecuniis publicis ſtatuere quid potuerint. Sic nec Senatus quidem, injuſſu Conſulis aut Prætoris, abſente Cõſule, haberi potuit. Populus pleniorem poteſtatẽ per Tribunos ſuos exeruit. Ideoq; falſum eſt, quod Regiã poteſtatem Cõſulibus, Ariſtocratiam Senatui, & Democratiam populo in Comitiis adſcripſere: Sed potius ita ſe res habet, quod in Magiſtratibus imperium; in Senatu auctoritas & Conſilium, non autem Imperium; & in populo ſumma poteſtas ac Reipubl. majeſtas effulſerit. Nec tamen uno ſemper apparuit vultu.

VII. *Quo loco Venetum Respubl. habenda eſt?*

QVod ſtatum Ariſtocraticum repræſentet. Namq; optimates ſive patriciorum cœtus ſummã Reip. tenet, belli & pacis tẽpore, etiam in extrema provocatione,

catione, nec non jure vitæ & necis. Ac licet Dux eorum Regis in modum obſervetur; tamen nec quenquam ad ſe vocare, nec prehendere; nec jure rogare, nec plus quàm collegarum quis valere poteſt, nec litteras ullius Principis abſque præſentia VII virorum, aut X virorum reſerare, ac ne injuſſus quidem ex urbe exire; præterquam, quod extremum ſuffragium ferre conſuevit.

VIII. *Qualis eſt Platonis Reſpublica?*

ILle quidem aliquot ponit gradus; tamen populo maximè poteſtatem vitæ & necis adſcribit; ut errent ipſi omnes, qui mixtam ei fingant formam.

IX. *An non poteſt Ius Majeſtaticum communicari?*

ILlud cum imperii natura diſcrepat, ut qui imperandi ſummum Ius habeat, idem ipſe alteri & quidem ſubdito parere cogatur. Ea res efficit, ut ubi Iura Majeſtatis Principem inter & ſubditos diviſa ſunt, perturbatis rebus, de ſumma rerum ſemper vi & armis decernatur; quouſque unius, aut paucorum, aut univerſorum civium ſit ſumma poteſtas. Hodierna Germania tot bellorum diſtractionibus id apertè teſtatur. Et olim in Chriſtierno Rege Danorum, ac Henrico Suecorum Rege, ut alter de throno à nobilitate, iſte in carcerem ad 17 annos uſque deturbaretur, exempla fuerunt edita.

X. *An non igitur veræ ſunt Reſpubl. ubi diſtractum eſt jus Majeſtatis?*

QVarum civitatum diviſa ſunt Iura Majeſtatis, minimè omnium Reſpubl. ſed Rerumpubl. corruptiones appellare oportet; ut Herod. rectiſſimè ſcripſit: Si corpora, rectè à natura conſtituta, mutari contingat, incredibili fœtore ac ſui contagione

proxima quæque infeſtant, quoad novam formam adepta fuerint; uti quùm ova incubantur; quæ tamen priuſquam incubarentur, & poſteaquam pulli extiterint, ſuaviſſimi ſunt odoris ac ſaporis: Ita quoque Reſpubl. quæ mutantur, diſtractis hinc inde Majeſtatis legibus ac ſumma poteſtate diviſa, requiem à bellis civilibus & perturbationibus nullam habent, quoad formam planè conſummatam adipiſcantur vel in Monarchia, vel Polyarchia.

XI. *An verò Reſpubl. ſaltem tribus generibus verè continentur?*

COnclusio noſtra eſt; nullam unquam Rempubl. ex duobus, multò minus ex tribus conflari; at ne opinione quidem fingi; ſed tria tantum genera conſtitui poſſe. Quod ſi verò non rei veritate, ſed ſimulatione ſummam Reipubl. poteſtatem definiamus, nulla ſimplex ac pura, nulla non mixta & confuſa videatur Reſpubl. Germ. Licet quoque in aliis exemplum ſit; ſi fortè in Civitate maxima pars imperet minori, aut minor majori; ſtatim aut Democratia aut Ariſtocratia exoritur: nec prodeſt, etiamſi Præſes, Prætor aut Princeps ſive Primus quis inter eos dicatur.

XII. *Quid eſt Principatus igitur?*

ESt nihil aliud quàm Ariſtocratia vel Democratia, cui unus de multis dignitate quidem præeſt; majeſtas verò penes eſt populum vel optimates.

XIII. *Num Imperatoris dignitas, quid à Principatu differt?*

HOdie nomen Imperatoris ſollemnius quid determinat quàm olim; ſicut & Cæſaris appellatio. D. Auguſtus primùm ſe callido commento Imperato-

peratorem, id eſt, exercitus Ducem maximum, juxta *Tacit. Princ. lib.* 1. ac Tribunum plebis ad tuenda populi commoda, cui tamen libertatem eripuerat, & in annos 10. Reipubl. curationem à Senatu penè coactus, uti videbatur, Principatus ſpecie ac ſimulatione conſtituerat; quùm legiones 40 in provinciis omnibus collocaviſſet, & ad corporis cuſtodiam 3 adhibuiſſet: arces etiam & fortiſſima quæque propugnacula præſidiis confirmaſſet; regiam tamen poteſtatem ſine ſceptro, ſine diademate, ſine corona invaſerat. Poſteri verò hinc crudeliſſimam tyrannidem, alius alio plus, paucis exceptis exercuerunt.

CAPVT II.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

QVùm inter 3. Rerumpubl. genera Monarchia meritò primum locum mereatur, de ea & Dominatu unius agere incipit, ita tamen, ut gradus declinationis poſtea ſupponat in regali ſtatu & Tyrannide.

II. *Quid eſt Monarchia ſive dominatus unius?*

ESt, quùm in dominatu unius verſatur Reipubl. Majeſtas juxta ſummitatis modum. Vnde Monarcha ſive Imperator is dicitur, qui poſt Deum immortalem ſe ſuperiorem in hoc mundo agnoſcit nullum: ac ἀνυπεύθυνος ſive legibus ſolutus dicitur, & ſummus Magiſtratus.

III. *Summus quis propriè vocatur?*

ILle ſummus dicitur, qui nullius imperio tenetur, & cæteros cives, tum univerſos, tum ſingulos, coërcere poteſt.

IV. *Quid*

IV. *Quid de Duumviratu aut Duarchia ſentis?*

ARiſtocratiæ formam repræſentat, tàm diu duratura, quoad uterque communi fide & conſenſu ad civium tutelam conſpirabit; uti in Romulo & Tatio videre eſt, quod non diu æmulatio conſtiterit mutua. Eſt enim ac ſemper fuit difficillimum ſumma imperia duorum tueri, ut *Lucan.* ait:

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. Vnde & Imperatores Roman. quùm iiſdem temporibus ad eadem ſceptra capeſſenda venirent, ne mutuo Imperii concurſu fidem violarent amicitiamque, diviſum imperium habuerunt; alter quidem Orientis, alter Occidentis regiones. Ac tametſi leges eædem communi utriuſque voluntate in utroque Imperio interdum pervulgarentur; re tamen diviſa imperia fuerunt, & tandem concidêre, intervenientibus mediatoribus, ſua qui quęrerent commoda. Idem in diviſione Regni Iſraelitici videre eſt, quod pridem confeciſſet ſemetipſum, niſi Iehova Iheſus ſui cauſſa tàm diu ad deſtinatum tempus voluiſſet conſervatum.

V. *Num Triumviratus, an Duumviratus melior?*

CEu mundus nec duos ferre ſoles poteſt; ita nec regnum unum duos Imperatores, præſertim qui voluntate, ac tota ſui natura differunt. Tres aliquanto facilius imperarent, quùm æmulationi non ita facilè pateat locus.

VI. *An Monarchia in tres poteſt dividi formas?*

QVodammodo id illi tribui poteſt. Aut enim is qui Imperium habet, rerum omnium Dominus eſt, aut rex, aut tyrannus. Nec propterea Monarchiæ ſtatus eſt alius in ſeſe; ſed ab imperandi varietate manat,

Digitized by Google

manat, quam ipſe, qui Monarcham agit, ſuis oſtendit actionibus: velut Dominus eadem æquitate ſuos, qua Pater familias ſervos moderatur, qui ex manumiſſione fit Patronus, & tandem Rex.

VII. *Quid eſt Monarchia regalis?*

EST in qua ſubditi libertate ac Dominio rerum fruentes, ſui principis legibus obſequuntur; perinde ut Princeps ipſe divinis ac naturæ imperiis obtemperandum judicat.

VIII. *Quid verò dicitur Dominatus?*

NIl aliud, quàm quùm Princeps unus, libertatis ac fortunarum omnium Dominus, jure belli factus aut fœdere, ſubditos, quaſi Pater familias ſervos, moderatur.

IX. *Quid per Tyrannidem intelligis?*

EST extremitas talis, ſi Princeps imperioſè, ſpretis gentium ac naturæ legibus, ſubditorum bonis ac libertate ad libidinem & proprium abutatur commodum. Eadem diſtinctio ad Ariſtocratiam & Democratiam adhiberi poteſt.

X. *An verò Dominatus non poteſt tyrannidis nomine appellari?*

REs honeſta nō debet nomine rei inhoneſtę fœdari. Non enim iniquum eſt, ut qui hoſtes juſto ac legitimo bello fregerit ac domuerit, perſonarum ac rerum Dominus ſit, dum ſubditis non aliter, quàm bonus Pater familias ſervis utatur. Qui verò injuſto bello fractos imperio ſubjecerit, eorumque bonis ac perſonis ſervilem in modum & ad libidinem abutitur, tyrannus eſt.

XI. *Sunt*

Digitized by Google

XI. *Suntne autem multi Tyranni?*

ADmodum multi, etiamſi non apertè cives & civium bona occupent; tamen per contributiones exagitant omnes, & ſubditos mancipiorum loco habent; Vnde Muſcovitæ ſe regis Chlopas id eſt ſervos vocant; nos corruptè Sclavos dicimus, quos Turcę Zamoglomos tributi filios faciunt, quos tamen Princeps non aliter, quàm filios educari & erudiri, eiſque jura nobilitatis impartiri ſolet, quod ne Chriſtiani reges faciunt.

XII. *Vbi maximè Dominatus veſtigia apparent?*

OLim maximè in Africa & Aſia conſtitêre, rariſſima in Europa reſtant. Quamvis *Alemanni, Longobardi, Saxones, Burgundi, Gotthi, Oſtrogotthi, Angli & reliquæ Scytarum colluvies*, quùm Hunnorum mores ac dominandi illecebras didiciſſent, ſe rerum omnium Dominos ferentes, fertiliſſima quæque prædia ſibi reſervarint; cætera fiduciæ nomine veteribus colonis fruenda reliquerint; exigua vectigalis lege dicta, ſi poſſeſſorem mutarent. Quod hodiè Sue. ſatis acutè practicantur.

XIII. *Vnde autem armorum vis ad ſua tuenda & repetenda juſtiſſima putatur?*

QVod nullus amplius æquitati & legibus locus relictus ſit; imò quod omnes à vera pietate, quæ in Chriſti conſiſtit imitatione, alieniſſimi ſint, & dilectionem Dei ac proximi pro ludibrio habent, excuſantes ſe Patre Iſraelitarum, qui, quùm poſſeſſiones ac prædia nepotibus legaret, eadem ſuis armis ac potentia quæſita fuiſſe, teſtatum reliquit. *Geneſ. cap. ult.* Ita novum cum veteri confundunt teſtamentum carnalitatis mancipia.

CAPVT

CAPVT III.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

DE Monarchia regali, ſive βασιλικὴ, quam etiam βασίλειαν, ſive παμβασιλείαν dicunt: hanc verò quùm proximè antecedenti *capite, quæſt.* 7. definiverit, ſtatim ſe ad deſcriptionem Regis in principio convertit: Alio nomine παμβασιλεὺς, αὐτοκράτωρ, αὐτεξούσιος, καὶ ἀνυπεύθυνος appellatur, quem ita egregiè depingit, ut Salomonis fermè repræſentet perſonam. Vtinam id regentes ritè tenerent, & ſapienter addiſcere ſtuderent, minus haberemus tot in terris Tyrannos.

II. *Quid igitur verus eſt Rex?*

REx eſt, qui in ſumma poteſtate conſtitutus ad Iehovæ imaginem, ejus & naturæ legibus non minus obſequentem ſe præbet, quàm ſibi ſubditos, quorum libertatem ac rerum dominia æquè ac ſua tuetur, juxta pietatem fore confidit, ut undique boni ideam Parentis referat.

III. *An Alexander Magnus talis fuit?*

MInimè, quùm illud ex ejus intentione appareat. Etenim Græcos ſuos ſola virtute externa habituali, non origine; barbaros ſive exteros omnes vitiis & ignavia cenſeri: Orbem verò terrarum inſtar unius civitatis eſſe voluit, cujus arcem ipſe in caſtris ſuis poſitam teneret; unde oblitus eſt paternæ pietatis erga obedientes, & dominandi majeſtatem omiſit erga refractarios. Perſæ hinc rectius Cyrum, Regem; Cambyſem, dominum, & Darium, mercatorem appellarunt; quùm Cyrus ſumma charitate ſuos amplecteretur, & Medos ſeveritate ſubigeret; Cambyſes

byſes filius formidabilis auſteritate eſſet ; at Cyrus tributa & vectigalia prius inaudita à ſubditis extorqueret.

IV. *Quod igitur regiæ Majeſtatis præcipuum eſt argumentum?*

VT veræ pietatis cupidum ſe demonſtret in omnibus, &, ſi quàm ſubditos ſuis imperiis & juſtis obedientes eſſe cupit, tàm ipſe Dei juxta verbum ejus, & naturę legibus in ſolida dilectione abſque fuco ſe præbeat obſequentem.

V. *An verò hoc facilè poteſt adſequi?*

QVur non? Ac quid facilius, ſi modo id præſtare, & verè debiteque officium ſuum intueri velit?

VI. *Quænam ſunt boni Regis hinc Officia?*

SI puro & ſimplici corde pius unicè Deum, pietate patriam, charitate ſubditos & propinquos, benignitate egentes, æquitate ſingulos, Iuſtitia univerſos complexetur: Itemq; ſi prudentia & altitudine animi in conſiliis, veritate in cunctis actionibus, fide in verbis & promiſſis, fortitudine ſancta & alacritate in rebus gerendis: Modeſtia in proſperis; conſtantia in adverſis utatur: ſi denique erga fœderatos amicum ſyncerum, adverſus hoſtes formidoloſum: erga bonos amabilem; in ſceleratos terribilem; in utroſque admirabilem, in ſocios fidum, adverſus humiles facilem; in arrogantes excelſum ſeſe præbeat. Inde notabilia hæc Salomonis cotidiè Regem informent.

VII. *Quænam autem ſunt ea, & ubi docentur?*

P*Roverb*. 14. 8. Hæc Sapientis eſt Sapientia, ut vias ſuas obſervet. *v*. 27. Timor Iehovæ eſt fons vitæ. Quia Iehova largitur ſapientiam, & ex ejus ore provenit

Digitized by Google

venit intelligentia. *Prov*. 2. 6. Hinc ſapiens Rex diſſipat improbos, poſtquam in eos convertit rotam. 20. 26. Itẽ, Rex judicio ſtabilit regionem; vir autem oblatis muneribus ſerviens, deſtruit eam. 29. 4. Vt leo rugiens & urſus diſcurſans, eſt dominator improbus in populum tenuem. 2. Si Princeps abſque intelligentia ſit, omnia injuſtitiæ ſunt aperta. 28. 15, 16. Dominator, qui falſitati addictus eſt, tales quoque alit miniſtros 29. 12 Præſes imperii ſapiens erudit populum ſuum; & Principatus intelligentis ex ordine inſtitutus eſt. Qualis eſt Iudex populi, tales etiam ſunt miniſtri ejus; & qualis eſt Dux civitatis, tales omnes inhabitatores ejus. Rex rudis perdit populum ſuum. Civitas verò intelligentiâ potentum creſcit & inhabitatur. *Syr*. 10. 1. 2. 3. Nam ab ũno intelligente inſtrui civitas habitatoribus poteſt; Impiorum verò tribus deſolabitur. *Syr*. 16. 5.

VIII. *Vnde autem ea vera Sapientia addiſcitur* ?

NOn aliunde, quàm ex Verbo & ore Dei; uti monet Sapiens vir: Omnes actiones ad normam Verbi Dei dirige. *Syr*. 9. 22. Sit penes Regem Lex Dei, & legat in eo omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Iehovam Deum ſuum, obſervare omnia verba hujus legis, & ſtatuta iſta, faciendo ea: Ne efferatur animus ejus præ fratribus ſuis, & ne recedat ab hoc prȩcepto dextrorſum aut ſiniſtrorſum, ut prolonget dies in regno ſuo, &c. *Deuter*. 17. 19, 20. Vnde David perpetuò adſiduus eſſe cupit in Verbo Dei, ut juxta hoc omnes officii ſui partes abſolvat: De mandatis tuis meditor, inquit, & intueor ſemitas tuas. In ſtatutis tuis me ipſum oblecto, nec obliviſcor Verbi tui. *Pſalm*. 119. 15, 16. Viam veritatis elegi & judiciorum tuorum propôſui mihi. Inhæreo teſtimoniis tuis, Iehova, ne ſinas me erubeſcere. 30. 31. Doce

Digitized by Google

31. Doce me, Iehova, viam ſtatutorum tuorum, quam cuſtodiam in finem uſque. Fac, ut intelligam, & cuſtodiam legem tuam, obſervemque eam ex toto animo. *Ibidem* 33. 34. Sed ne abripe ab ore meo Verbum tuum Veritatis, quandoquidem Iura tua expecto: Et obſervabo legem tuam jugiter in ſeculū & ſempiternum. *Ibid.*43.44,&c. Qui ſic integrè ambulat, ſervabitur; qui vero perverſus eſt altera viarum, corruit in eam. *Prov.* 28. 18. Namque totus ſermo Dei purgatiſſimus eſt, ſcutum eſt recipientibus ſe ad ipſum. Ne adjicito ad verba ejus, ut non corripiat te, & efficiaris mendax. *Proverb.* 30. 5. 6. *Deut.* 4. 2. *Pſal.* 18. 7. Beatus igitur vir qui cum hac ſapientia res honeſtas meditatur, qui intelligentia ſua res ſanctas diſſerit: Qui conſiderat vias ſuas cum corde ſuo, etiam res occultas illius percipiet mente, &c. *Syr.* 14. 22. Beatus vir, qui non ambulat in conſilio improborum; &c. Sed cujus oblectatio eſt in lege Iehovæ, & qui de lege ejus interdiu & noctu meditatur. *Pſalm.* 1. 1. 2.

Et quis non eum ſibi expetat Doctorem vitæ, qui ipſe vitæ author, & ſpiraculum vitæ huic inſpiravit corpori ſuum, quùm omnis homo ſit mendax, & maximè defraudent nos garrulitatis ſtudioſi? Nam Iehova dat ſapientiam: Ex ore ejus ſcientia & intelligentia procedit: Repoſitum habet pro rectis, quicquid revera eſt; ſcutum pro ambulantibus integrè. Cuſtodiendo itinera Iuris; & viam eorum, quos benignè accepit, conſervat. Tunc intelligis juſtitiam, & Ius, & quicquid rectum eſt; omnem orbitam bonam. NB. Quùm venerit ſapientia in animum tuum, & ſcientia menti tuæ amœna erit: Solertia obſervabit te; intelligentia cuſtodiet te, eripiendo te à viâ mali, à viris loquentibus perverſitates, qui derelinquunt itinera recti, ut ambulent per vias tenebrarum; qui lætantur

lætantur faciendo malum, exultantque in perverſitatibus peſſimis: qui in itineribus ſuis perverſi ſunt, & præfracti orbitis ſuis. *Proverb.* 2. 6. 7. 8. 9. *& ſeqq.*

Sic vere Regia poteſtas conſtituitur, ac ſubditi ritè ita parent Principis legibus, ſi Princeps ipſe legibus Dei & naturæ pareat, in quo unicè libertas conſiſtit. Parere enim Deo vera libertas eſt. Atque hæc lex utrinque domina eſt, quæ optimè ſubditos inter ſe, & cum Principe iiſdem vinculis copulabit: Ex eaque ſuaviſſimus concentus exiſtet, qui voluptate, & felicitate incredibili utroſque beare poſſit. Hæc verè eſt illa regalis unius legitimaque monarchia, quam quęrimus, ut rite imaginem Dei referat.

IX. *Quot modis regnum alicui conferri poteſt?*

IN manu Domini quidem eſt poteſtas hujus terræ, ait *Syr. cap.* 10. 4. & eum, qui utilis eſt, in ea ſuſcitabit ſuo tempore: Sic regnum à gente una ad alteram traducitur, propter injuſtè facta, & contumelias, pecuniaſque dolo partas: Avaro enim nihil injuſtius. *Ibid. v.* 8. 9. Thronos magiſtratuum tollit Iehova, & collocat mites in loco illorum intus. *Ibid.* 16. Attamen varii modi apud hiſtoricos inveniuntur, quorum potiſſimus eſt, qui in ſucceſſione hæreditaria conſiſtit; aliàs verò aut lege, ut in Gallia, aut populi ſuffragiis, aut largitione, aut ceſſione, aut teſtamento, aut ſuppoſitione aliqua, aut ſorte, aut armis & vi, aut ob virtutem, aut nobilitatem, cuipiam deferri regnum acquirique poteſt.

X. *An verò ſuffragio populi creatio Regis rite committi poteſt aut debet?*

SVnt qui Regem auſint definire (*Ar. Pol.* 3.) eum, qui ſuffragio creatus, ex ipſius populi voluntate impe-

imperet, eundem tamen fieri tyrannum, ſi vel minimum à populi voluntate decedat. At hæc deſcriptio non ſolum à ratione ipſa deſeritur, ſed etiam pluſquam pernicioſa eſt. Nam Ius Majeſtatis illud, quod regi maximè competit, prorſus concideret. Siquidem invitis ac nolentibus ſubditis imperari nihil ab ipſo Rege poſſit, qui etiam leges à populo accipere cogeretur. Denique omnia populo licerent, Iuſtiſſimi autem ac optimi quique reges pro Tyrannis haberentur: nec etiam Rex alius eſſet, quàm Magiſtratus, cui arbitriò, populi precariò poteſtas & daretur & eriperetur, quo nihil abſurdius. Nec fruſtrà jam fremunt homines in Germ. prætextu Relligionis, & libertatis; quæ mera reddita eſt perverſitatis libertinitas, ut non fruſtrà ipſe eorum receptus patronus hanc roſtro vulturis adſimilarit paulò ante obitum.

XI. *Quis modus conſtituendi Reges primus fuit?*

NImrodum, quem S. litteræ potentiſſimum Venatorem appellant, licet aliàs Hebræi hoc verbo latronem ſignificari velint, apud Aſſyrios primum tyrannide cæteros oppreſſiſſe, ſervitiis omnia compleviſſe, ac poſteris imperium ſucceſſoria lege, reliquiſſe notum eſt: Certè quidem & Thucydides ipſe veriſſimus ſcriptor & antiquorum hiſtoriæ, ſumma regna ſucceſſione delata fuiſſe, Aſſyriorum, inquam, Medorum, Tyriorum, Perſarum, Aegyptiorum, Hebræorum, Lacedæmoniorum, Macedonum, Epirotarum, Sicyoniorum, Celtarum, Athenienſium, &c. declarant. Hinc poſteà ad Electionem res deflexa eſt.

XII. *An legibus potius quam Regi imperium eſt concedendum in electione?*

NIhil imperatoria poteſtas cum regia Majeſtate commune habet, quùm illa privatis ac magi-

ſtratibus

ized by Google

ſtratibus tribuatur: at quùm majeſtas non ſit diſſolubilis, & ſaltem ſummo Regenti indiviſa competat, abſurdum eſt, & regi & legibus imperium ſummum adſcribere velle; quippe ſumma poteſtas in ſe hoc continet, ut condat leges. Vnde patet Stagiritam illum nihil de veræ politiæ ratione, quæ in Iure Majeſtatico conſiſtit, intellexiſſe.

XIII. *Quomodo autem factum eſt, quod regiæ iſtæ gubernationes in alias formas Rerumpubl. fuerint mutatæ?*

QVum regia proles à ſtirpe populos deſereret, partem reges ſuffragio ſibi creaſſe, partem optimatibus imperium dediſſe, partem in populari ſtatu acquieviſſe, præter eos, quorum libertas, vi & armis potentiorum oppreſſa fuiſſet, Herodotus, Ioſephus, Beroſus, Manetho, Ephorus, Theopompus, Xenophon & antiquiſſimi quiq; ſcriptores prodiderunt. Namque quùm Reſpubl. accreſcerent, & plures reperirentur viri ſpecie virtutis ſe veſtientes, qui ἄϱισοι nominabantur, factum eſt, ut ad illos pariter poteſtas ſumma deferretur. Sed quum & hi, dimiſſo virtutis pietatiſq; ſtudio, ex Republ. quæſtum facere, omniaque in proprium commodum & ſuperbiam ſuam convertere, ac ſuam potentiam ſtabilire conarentur, mutata eſt ἀϱιστοκϱατία in Democratiam, quum populus ægrè ferens tyrannorum & optimatum potentiam, avaritiam, petulantiam, ambitionem & crudelitatem, ſeditione concitata, eos per vim ejecit, aut è medio ſuſtulit, ſeque in libertatem vindicavit; ſibique imperium arrogavit.

XIV. *An Regum appellatione omnes regentes comprehenduntur?*

MInimè. Nam qui Reipubl. conſtituendæ aut confirmandæ cauſſa ad breve tempus creari

ſolent, à regia poteſtate planè alieni ſunt & manent, quùm nihil aliud ſint, quàm Curatores & Vicarii, quales fuêre Dictatores apud Romanos, Archi apud Theſſalos, Coſmi apud Lacedæmonios, Æſymnetæ apud Mitylenæos, Vogdi apud Saxonas.

XV. *Quomodo autem Monarchæ à reliquis regentibus diſtinguuntur?*

MOnarchas diſtinguere oportet, non imperii conſequendi, ſed ipſa imperandi ratione, quam tribus omninò generibus contineri dictum eſt ſupra, videl. dominatu, regno ac tyrannide.

XVI. *Quid de ſucceſſoribus Alexandri Magni cenſendum eſt?*

PRæſides primitus provinciarum fuerunt, nec regiam appellationem ſibi arrogare voluerunt, donec Antigonus, victo Ptolomæo Lago, diademate caput cinxit, ſeque Regem appellavit: Eodem momento Ægyptii Ptolomæum, Aſſyrii Leucum, Thraces Lyſimachum reges dixêre.

XVII. *Quæ præcipua regiæ dignitatis ſigna ſunt?*

ESt ita auguſtum Regis nomen, ut eò nihil illuſtrius dari poſſit, ipſaque ſtemmata Regalia, aureas veſtes, ſceptra, diademata, coronas, ſellas eburneas & talia cum cæteris communia eſſe non oportet.

XVIII. *Poteſt nè regia poteſtas ſubdito concedi?*

QVod majeſtas ſibi detrahit, eo ipſo ſe exuit. Vnde Lotharingiorum & Burgundionum reges, quùm in Imperatoris Germ. fidem & obſequium jurarent, regium nomen prorſus & imperium exuerunt; quia reges eſſe deſierant. Sic etiam ei, qui Iura

Majeſtatis per ſeſe habet, concedi regia poteſtas valet, quùm jampridem obtineat, quod confertur: uti Petrus Daniæ Rex, quem *Frid.I.Imp.* regio nomine subornavit, fruſtrà ſe ea lege Fiduciarium imperii profeſſus eſt, quum Daniȩ regnum Senatus ac populi ſuffragio acceptum feratur, non modò poſteros, ſed ne ſeipſum quidem ea lege poterat obligare.

CAPVT IV.

I. *De quibus rebus agitur in hoc capite?*

QVum Monarchiæ diviſionem vulgarem, quâ in Regnum & Dominatum diſtinguitur abſolverit, jam ad extremum tendit oppoſitum. Etenim naturalia & civilia Iura bènè gubernare boni principis dicitur; civilia verò tollere, Domini: at naturalibus etiam vim facere, tyranni eſt, & oppugnatoris talis proprium, qui ex omnibus mancipia hominibus facere ſtudeat, & omnium bona in ſe transferre, ut nemo quid proprietatis poſſideat. Inter principatum & Tyrannidem medio loco ſe habet Dominatus: Quippe Dominus ſervos efficit: Princeps præſidium præſtat liberis, ceu Imperator militibus: At Tyrannus utriuſque naturæ contradicit, & mera ſibi mancupia exigit. De hoc nunc agitur.

II. *Tyranno igitur unde nomen eſt?*

TYrannus olim Rex erat, ut ex Eurip. videre eſt, qui ait: τίς γῆς τύραννος, quis huic ditioni imperat? & ſic à τύῤῥις ductum volunt, quaſi turres & arces regum ſint propriæ. Aſt quùm nullius ſit mortalium benè potentia uti, & ita Principes abiiſſent in violentias beſtiales, crudelitateque præpollerent omni; ἀπὸ τοῦ τύρειν à vexare & flagellare dictum

 volue-

voluerunt hoc nomen, quaſi *τείρειν* affligere. Ergo tyrannus eſt rex aut princeps contrarius & iniquus, qui populi commiſſi felicitatem non quærit, ſed oppugnat, & vi ſuas civitates ſupprimit, non moderatè aut juſtè imperat, ac vi aut fraude omnia arripit, civibus invitis ac nolentibus.

III. *Quid igitur eſt Tyrannis?*

EST vis, in qua unus homo, divinis ac naturæ legibus ſublatis, rebus alienis ut ſuis, & liberis hominibus quaſi mancipiis ad libidinem abutitur.

IV. *Quibus ſignis apparet, & ſe prodit tyrannus?*

PRout monſtroſa tyrannorum ingenia, ita variis ſe veſtiunt formis, & omnium peſſimi ſunt, qui auguſtiſſima & ſanctiſſima ſibi nomina ſumendo fœdiſſimis per aſtutiam ſceleribus ea commaculant, ceu ipſe vidi, qui blandiſſimis verbis quoties alloquebantur ſubridendo quem crudeliter ſublatum cupiebant, nihilominus Patres patriæ dici avebant, & virtutis nomine ſub ſpecie pietatis emblemata laudatiſſima ſibi arrogabant. Aliàs vulgare eſt, malis artibus rerum dominationem invadere; inſidiis quæque ſubigere; fidem datam frangere; dicta & facta pro non dictis & factis eodem loco cenſere; fortunas & vitam aliorum injuriis ac periculis expoſitas luſui habere: in omni genere crudelitatis ſe oblectare; dicteriis aut contumeliis quidvis taxare; conſcientiam verbis quidem atteſtari, ſed contraria perficere; militibus ſe undique ſtipare; partim milites ad corporis cuſtodiam adhibere; partim præſidiis arces & aditus omnes munire ac obvallare; partim adverſarios potentes necare, aut in exilium agere; Cæteros ſervitute premere; aut vectigalibus & tributis variis premere;

contri-

contributionum ſpecies fingere; ſemper ſuſpicionibus malis laborare; neminem amicum putare; conſilia bona nulla admittere; ſtultos tantum in deliciis habere; eunnis vivere; liberis & uxoribus aliorum ſtuprum inferre; collegia & ſocietates ſuſtollere; amicitias odio habere, ac animorum diſtractiones in adſiduo uſu obſervare, ut perpetua ſit hominum diffidentia, & ipſe à conſpiratione tutus: denique illecebris ac voluptatibus unicè deditum vivere, & inde quævis obvia ſuo commodo deputare.

V. *Quis verò Tyrannorum tolerabilior?*

QVi regem ſe quidem in cives gerere novit; dominum adverſus eos, quos bello domavit; in reliquos vero ſe tyrannum gerat; aut in eadem civitate erga potentes & nobiles crudeliter ſæviat, in tenues verò ac plebeios humaniter ſe gerat, prout tyrannorum alius alio deterior.

VI. *An ita Tyranni omnes cenſeri poſſunt?*

VT virtutum ita quoque vitiorum ſui ſunt gradus: Ideoque temerè ac ſtultè de principibus ferre ſententiam non decet, niſi perſpectis undique uniuſcujuſque moribus, animo, inſtitutis, rationibus, & vita denique tota, ut inde pateat, quibus inclinationibus maximè diffluat, & oblectetur. Aliàs enim vulgus ex tributis & vectigalium impoſitione tyrannos cenſet & eos appellat ita, qui contra populi voluntatem quid imperant.

VII. *Quomodo vero cenſura inde rectè capitur?*

SI comparationem inter regem optimum & tyrannorum deterrimum juſtituas, ut ita hinc ex extremorum oppoſitione etiam media colligere queas.

Digitized by Google

VIII. *Quem igitur regem dicis optimum?*

QVi pietati verè & juſtitiæ maximè ſtudet, & exinde (1) Iehovam rerum gerendarum ſemper auctorem toto corde ſibi apprecatur: (2) hinc ad beatam cœleſtemq; vitam in omnibus reſpicit actionibus: (3) religionem veram, (4) juſtitiam (5) fidem colit: (6) legem naturæ amplectitur: (7) conſcientiæ maculam abhorret: (8) omnia ad Reipublicæ ſalutem confert: (9) ſuos cives locupletari gaudet: (10) ſuas opes civium eſſe putat: (11) publicas injurias & ſcandala ulciſcitur; ſuas ignoſcit: (12) in aliorum erratis facilis, & ſui ſeveriſſimus cenſor eſt: (13) ab alienis uxoribus continet ſeſe: (14) reprehendi liberè, & ſua peccata coargui gaudet: (15) cives mutua inter ſe amicitia & cum Republ. conjungit: (16) libenter cives adſpicere, ac viciſſim ab iis conſpici gaudet: (17) civium amore paſcitur, (18) pro civibus ſemper mori paratus eſt ex dilectione mera: (19) nihil à civibus, niſi publica urgeat neceſſitas, exigit: (20) vitam ſibi acerbam atque inſuavem putat, niſi ad meritos honores & imperium optimum quemque provexerit: (21) magiſtratus ac poteſtates liberaliter benè meritis largitur, ut à ſordibus & corruptela tuti ſint & puri: (22) ſuas rationes ac mores legum ponderibus examinat: (23) vitam pro patriæ ſalute & ſanguinem fundere pulcherrimum putat. (24) à civibus amari & diligi præcipuum cenſet & optimum regiminis vinculum: (25) inde præcavet, ne fucatim ſed ſolido corde ſuorum colatur: (26) ab hoſtibus laceſſitus, ad ſubditorum auxilia poſt Deum ſolummodo recurrit: (27) nec aliis quàm ſuorum præſidiis utitur prudenter; (28) altiſſima quiete & animi tranquillitate ſecurus vivit: (29) virtutibus & pietate omnia cenſet, nec aliud quid in precio habet: (30) educatio-

nem

nem bonam in cultura Verbi cœleſtis unicè curat, & malam ethnica ſpirantem undique abrogat: (31) Conſilia nulla recta putat niſi cum Verbo Dei congruant: (32) ſe in omnibus actionibus Iehovæ miniſtrum agnoſcit: (33) ſeminarium bonitatis omnis Verbum Dei cenſet, ac omnis ſapientiæ fundamentum deponit: (34) vivus & mortuus inde non aliis laudibus cumulari geſtit, &c.

IX. *Quem proinde Tyrannum depingis peſſimum?*

CVi pietas & juſtitia extremo ſemper eſt odio: atque hinc (1) Deum pro ludibrio habet, & atheos aut idololatria corruptos ſceleratos homines, aut malos genios conſulit: (2) Infernum & cruciatus ſempiternos pro fabulis habet: (3) Impietate, injuſtitia, (4) & perjurio ſummè delectatur: (5) omnia ſua ſtudia utilitate propria ac voluptate metitur: (6) ex ſuorum incommodo ac detrimento ditari geſtit: (7) non bona tantum, ſed & jam corpora civium ſua eſſe putat: (8) injurias ſuas acerbiſſimè vindicat, alienas ignoſcit: (9) aliorum leviſſimas offenſiones acerrimè ulciſcitur; ſibi verò indulgentiſſimus eſt: (10) utriuſque ſexus impudicitia triumphat: (11) graves & ſapientes perſonas ac liberales linguas capitaliter odit: (12) inimicitias & odia ſerit, ut mutuis cædibus pereant, & proſcriptionibus fiſcum impleat: (13) civium perinde ut hoſtium conſpectum reformidat: (14) metui & terrori undique eſſe cupit: (15) cives & ipſe metuit, ac in pavore hæret: (16) inde ſemper eſt ſuſpicax, ac ſuſpecta habet omnia, quæ videt: (17) civium ſanguinem ebibit, oſſa corrodit, medullas etiam nudatis oſſibus exugit, ut eos modis omnibus debilitare queat: (18) fures omnium maximos, veluti ſpon-

gias ad opes civium exhauriendas adhibere ſolet: (19) benè meritos perſequitur, vel etiam publicè proſcribit: (20) venales magiſtratus & munia publica exponit, ut qui carius emerunt, poſteaquam benè ſaginati fuerint, ſupplicio aut mulcta afficiat; vel bona proſcribat, & in furibus puniendis gloriam acquirat: (21) ſuis voluptatibus leges omnes & mandata metitur: (22) pro ſe & libidinibus ſuis patriam cum civibus perire cupit: (23) emiſſarios & ſubauſcultatores undique fovet, qui hominum ſermones & actiones clancularie expiſcentur & poſtea ad aures ejus deferant: (24) cives omnes inviſos habet: (25) unde bonis omnibus inviſus eſt: (26) perpetuum bellum cum civibus gerit maledictus; ſtatuas diruit publicas; amicos mactat: (27) peregrinorum cohortes prætorias ad ſui tutelam, & civium terrorem, ſemper armatas antecedere jubet: (28) perturbationibus ſecum diſſidentibus ſemper conflictatur, ac formidine quidem perpetua languet: (29) nihilominus conſcientiæ ſtimulum nihil curat: ſed aſtutiam & falſitatem cordis prudentiæ loco adſcribit ſuæ: (30) virtutis enim & pietatis cenſuram æquè habet cum vitiis, ſi mentio ejus fiat: (31) luxuriam & laſciviam maximo accenſet bono: (32) educationis rationem nullam habet, nec pro ſeminario Reipubl. curat: (33) Laudat ethnicam ſapientiam, quod carnalitati optimè ſerviat: (34) indeque conſilia petita aliquo uſque admittit; vel etiam nulla audit: (35) ſe Deum ſibi in ſuperbia efficit; ambitione nulla ſaturatus: (36) quod libet ſibi licitum putat, nullum Dei verbum aut præcepta ejus agnoſcens: (37) & vivens & mortuus fœdiſſimis contumeliis ac bellis ſuos lacerari geſtit; nil penſi habens famam poſthumam.

Digitized by Google

X. *Quæ verò media hinc colligis via?*

SI boni ac juſti piique Regis exemplar in Principum genere conquirere valeamus, Deum aliquem cœlo demiſſum putes; ſed ita abſolutè nemo verè exiſtere poteſt virtuoſus, ut patriæ parentem in ſanctitate clarum ſua invenias: ſic modò ut non plane vitricus appareat: Namque alias optimus Princeps ab optimo Patre nihil differt. At qui opibus abutitur ad explendas libidines; imperiis ad aliorum libertatem opprimendam; robore ad obeunda facinora; ſcientia ad imperitos circumveniendos, & ad omnia ſacra profanis turpiter miſcenda; certè miſericordia digni ſunt, & ſuis ſe accelerant pœnis, dum ita abominabiles ſe efficiunt Reipubl. peſtes; ut nec vitam vivere dicendi ſint, ſed terroribus perpetuis exponantur.

XI. *An verò talis Tyranni imperium durabile?*

VIx fieri quidem poteſt, ut, qui ſubditos odit ac metuit, & quem omnes oderunt ac metuunt, diu conſiſtere poſſit, quùm etiam nec amicis quidem confidat; ac ſæpe fit, ut ſui necandi occaſionem deſperatis ipſi exhibeant, ceu his exemplis plena ſunt omnia veterum ſcripta; tamen Iehovæ vindicta ſæpius eſt, quod talibus portentorum tormentis flagellet ſubditos, ſi peccatis inſolentius indulgeant, nec tamen ad ſaniora ſe revocari patiantur, *Proverb.* 28. 2. Nihilominus ſi fiat, Tyrannus ſenex rectè prodigium dici valet: Nam viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies, ait David *Pſalm.* 55. *verſ.* 24.

Digitized by Google

XII. *Quis autem Tyrannorum plerumque exitus eſt?*

CErtè querimoniæ & lachrymæ cum ſuſpiriis miſerorum hominum, quos crudeliter vexarunt, & piorum viduarumque cum pupillis gemitus, quos parentibus atque maritis miſerè ſpoliarunt, quoſque alias graviter afflixerunt, & bonis fortuniſque ſuis exuerunt, eorum lamentationes & plangores ſupremo tribunali Iehovæ reos convincent. Licet importunæ quoque ſæpius inclinationes furibundorum tales ex throno deturbent & cædibus ſanguineque è medio tollant; attamen Deus rarò tertiæ generationi quem ſuperſtitem eorum in propagatione permittat.

XIII. *An verò facilè Princeps, cui bona malis temperata & confuſa ſunt, dijudicari debet?*

INcidunt ſæpè cauſſæ, quæ, propter locorum, temporum aut perſonarum varietatem, principes ad aliquid perficiendum impellunt, quod aliis tyrannicum; aliis verò laudabile videatur, quùm non omnibus de ea ratione quid conſtare poſſit. Ideoque non debet ſtatim ſeveritas quædam tyrannidi æquiparari, ſi fuerit neceſſaria. Nec minus multò magis nimia facilitas Principis damnoſa eſt Reipubl. quùm impudentes ita plerumque & maligni officiarii ſupprimant plebem & emungant æraria.

XIV. *An ex homine callido & malitioſo bonus Rex fieri poteſt?*

NOn fas eſt quid opinionibus falſis metiri: Si ſtulta tamen minimè Principis mali facilitas ac benignitas faciat, ut adulatores ac fures Rempubl. depeculentur; ac ſceleratiſſimis & impudentiſſimis

Digitized by Google

mis loquaculis quibuſque honores, imperia, & magiſtratus ſine delectu tribuuntur; fieri facilè poteſt, ut tenuibus ſua crudeliter eripiantur, ac pro unius, multorum tyrannidem perpeti cogantur; ſcelera verò ac flagitia multa maneant; tum ſordibus & corruptelis magiſtratuum cuncta ſint expoſita, ac publica privatorum commodis cedant, ſimul plebs potentium libidini & avaritiæ ſuppreſſa jaceat. Veruntamen pietatis potior ratio prævalet, quùm nec Verbum Dei falſitates & malitias approbet cordium; ſed magis probitati laudes honoris adſcribat. Tum quoque naturæ bonitati propior eſt lenitas, quàm malitia, quæ toties rejicitur & improbatur paſſim. *Iob.* 5. 12. & 8. 20. *Pſalm.* 5. 5. & 10. 15. & 15. 4. & 119. 115. & 1. *Iohan.* 12.

XV. *An poteſt inter acerbitatem & lenitatem teneri medium?*

Difficile quidem putatur: ſed hoc cavendum, ne lenitatis nomine levitas potius venditetur. Lenitas enim cum manſuetudine, miſericordia, humanitate ac beneficentiá multa habet communia; at levitas deteſtabile vitium denotat inconſtantiæ ac mutabilitatis, quæ nihil firmi continet. Si verò ſtupori lenitas accenſeatur; alia eſt ratio, & tunc commodior eſt in Republica omni ſeveritas moderata & tempeſtiva, quàm ſimplex illa, ſtupori ſimilis, lenitas, omnium flagitiorum ac ſcelerum alumna, modo quoque non ſub ſeveritate impietas intelligatur, & ex nimia ſeveritate quis immitis evadat tyrannus, ſceleratior omnibus.

Digitized by Google

CAPVT V.

I. *Quid in hoc capite docetur?*

PErquam notabile eſt hoc caput, in qua duplicem proponit quæſtionem, an videlicet liceat manum inferre tyranno & cum ea vehementia, ut etiam hoc cœſo omnia ejus acta, decreta, leges reſcindere, ac bona ejuſdem diripere Iure poſſint? Id eſt, num Iuſta cædes tyranni detur? Quum quæſtio admodum ſit difficilis, & deciſio ejus longè periculoſior, ſi ejuſdem explicatio liberior vel ſubditos ad rebellionem incitet, vel Tyrannorum ſcelera ſtabilire videatur: inde adeò ſollicitus eſt auctor, ut iterum repetat, quem propriè heîc tyrannum velit hoc nomine intellectum: nempe eum, qui ſociis ac civibus invitis, non cooptatus à Principe, non ſuffragio populi, non ſorte, non hæreditario Iure, non teſtamento, non juſto legitimoque bello, non ſingulari quodam cœleſtique oraculo creatus, ſed Rempubl. vi invaſit, ſubditoſque omnibus modis ſupprimendo aut necando crudeliter adminiſtrat.

Namque aliàs Tyranni duplices habentur, ut vel occupatione & titulo, qui imperium invadunt nullo jure, ut Abimelech *Iudic.* 9. vel adminiſtratione & uſu, qui legitimè partum violenter exercent, ut Cambyſes, Nero, &c. At ſi malè quæſitum malè ſimul regatur & ſervetur tyrannis duplicitate malorum intolerabilis efficitur, & tertia ſpecies hinc peſſima oritur. Ideoque varia diſtinctione heîc opus eſſe in hac quæſtione ritè putat; docet tamen ſimul, quomodo priſcorum Romanorum Lex Valeria tyrannum occidere cuique permiſerit, quod teſtimoniis, *Plutarchus in Arato, Timo-*

Timoleante, & Poplicola, It. l. ſacri aff. 6. C. de diverſ. reſcript. & l. ſi quis. 1. C. ut. dignitat. Ord. Serv. quæ capitale volunt eſſe, ſi quis Iura Majeſtatis uſurpet, comprobat. Sed quùm non ad mores opinioneſque gentilium, ſed ad Dei Verbum ſit nobis reſpiciendum, cautiores meritò ſe heîc gerunt Chriſtiani; præſertim iſtis tumultuoſis temporibus, ubi maximè variis ventilatur moliminibus talis materia, cautela ſanctiſſima opus eſt, ne temerè nos duriſſimæ ſorti æternæ pœnæ exponamus.

II. *Num datur juſta aliqua Tyranni cædes?*

AVthor quidem noſter ex falſa Stagiritæ opinione ita ſentit; inquiens: Hoc igitur fixum maneat, eum ab univerſis & ſingulis occidi licere, qui vel Regi legitimo poteſtatem extorqueat; vel in populari aut optimatum ſtatu, pro ſocio principem ſe ſua unius auctoritate ferat: Sed Chriſtianorum eſt non ſe præcipitare in arduis extra Verbi cœleſtis juſſum; præſertim quùm ipſæ gentes non benè inter ſe heîc convenire potuerint, & maximè Græci cum Latinis dubitabundi hæſitarint, quid heîc perficiendum, ſi ſit fortè tyrannus è medio tollendus; num id fieri cum cauſſæ cognitione, aut ſine cauſſæ perſpectione debeat? Vſque adeò conſcientiæ teſtamen illos convicit, ut ſemper dubii inter ſe hærerent.

III. *An lex Valeria de occidendo Tyranno certis fundamentis nititur?*

NOn certè ſtatim, quod ratio humana ſibi fingit, cum Verbo aut voluntate Dei ſuam habet congruentiam, licet in abnormitatibus ſuis omnes conſentiant mortales. Virum enim uſquequaque veracem quis inveniat, *ait Salom. Prov. 20. 6.* Omnem

tamen rem abominandam odit Dominus, *Syr.* 15, 13. Ipſe namque cognoſcit omne opus hominis. Nec præcepit cuiquam, ut faciat impiè, nec dedit cuiquam peccandi licentiam. *Id.* 15.19,20. Inde univerſale quoque manet illud præceptum fixum: Deum timete, Regem honorate, 1. *Pet.* 2, 17. Nam quùm dividerentur gentes totius terræ, unicuique genti Deus conſtituit Ducem; ſed aſſumpſit Iſraëlem pro parte ſua, *Syr.* 17, 15. Nuſquam in S. Scriptura legitur tyrannos eſſe occidendos, niſi Deus eos in manus aliorum tradiderit ipſe; ſed potius, quod tyranni ex Dei voluntate præſint, *Ierem.* 27, 8. Vt leo rugiens & urſus diſcurſans eſt dominator improbus in populum tenuem, *Prov.* 25, 15. Quis nequitioſior fuit Herode illo, quùm Chriſtus in terris degeret? Vbinam tamen Chriſtus docuit, eum interficiendum eſſe? Rebellio omnis damnatur, *Deut.* 21, 27. & 1. *Sam.* 15, 23. Multò igitur magis damnationis rei erunt, necatores ſuperiorum ſuorum, licet ſint tyranni. Minatur etiam Deus, ſe fame, peſte, & gladio perditurum Zedechiam & populum Iudaicum, aliaſque omnes gentes, ſi detrectent ſervire Regi Babel, *Ierem.* 27, 8. *Ezech.* 17, 15. Tyrannos fugere licet, non occidere, *Exod.* 1, 15. An filio licitum ſit etiam degenerem Patrem è medio tollere? Nonne omnis poteſtas à Deo eſt? *Roman.* 13. Qui ea abutitur ille ſuam mercedem à Deo accipit, *Eſa.* 37, 7. Iudex juſtus eſt Deus, qui cuique recompenſat, uti id meretur, *ait David Pſal.* 62, 13.

IV. *Eſtne nimis religioſa Solonis ſententia, qua legitimo Iure Tyrannos prius judicari, quam occidi velit?*

QVi Iura Majeſtatis in manu habet, quis illum judicare poſſit aut debeat? Subditorum eſt obedire,

dire, non judicem agere in ſuperiorem ſuum. Imò pro quibus nos decet orare, non noſtrum eſt judicare, 1. *Tim.* 2, 1, 2. Etenim magiſtratibus nil detrahendum, *Exod.* 22, 28. ſed parendum, *Rom.* 13, 1. *Tit.* 3, 1. & 1. *Pet.* 2, 13. ut ſubjecti ſint cuivis ordinationi humanæ propter Dominum: &c. velut etiam profanis obtemperandum eſt, *Ierem.* 27, 8. *Matt.* 17, 27. & 22, 21. & 23, 3. *Luc.* 20, 25. ſuo tamen omnipotenti Deo ſervato illibato honore, *Dan.* 3, 14, 15. & 6, 9, 10. *Actor.* 4, 9. & 5, 29. Quin etiam quod Deus populos in manus Tyrannorum tradat, ob ejus peccata, *Iud.* 4, 1, 2. & 6, 1, 2. &c. Vnde nemini mortalium vindicta conceditur, ſed Iehova ſibi eam reſervat undique, *Gen.* 15, 14. *Levit.* 19, 18. *Deut.* 32, 35. *Iudith.* 8, 20. & 16, 20. *Pſalm.* 7, 7, & 9, 13. & 94. 1. *Prover.* 17, 11. & 20, 22. & 24, 29. *Eccl.* 28, 1. *Ierem.* 51, 36. *Ezech.* 25, 12. *Nahum.* 1, 2. *Matth.* 5, 39. & 6, 14. & 18, 22, 23. & 26, 52. *Mar.* 11, 26. *Luc.* 6, 27, 28. & 9, 55. & 17, 3. 29. & 18, 7. *Roman.* 12, 19. & 1. *Corinth.* 6, 7. *Gal.* 5, 10, & 1. *Theſ.* 5, 15. & 2. *Tim.* 4, 14. *Hebr.* 10, 30. *Iacob.* 5, 4, 9. & 1. *Petr.* 3, 9. *Apocal.* 6, 10. Nec ille tamen niſi invocatus vindictam exercet, aut hominibus ſuam authoritatem in eo concedet demandatam, *Iud.* 4, 5, 6. & 6, 16. *Pſalm.* 5, 11. & 7, 7, 8. & 10, 12. & 17, 13. & 18, 35, 36. & 53, 6. & 54. 7. & paſſim. Ex his & ſimilibus locis omnis deciſio hujus materiæ deſumenda eſt, nec temerè quid pro cœcæ rationis uſu ſtatuendum. Quapropter Solon potius heîc audiendus in tali conſilio religioſo, quàm præcipitantia Latinorum, quæ heîc nimis præpoſterè admittitur.

V. An

V. *An verò omnes Tyrannos Bodinus interſiciendos putat?*

ACcuratam quidem diſtinctionem adhibere laborat, inter tyrannos veros, & eos, qui communi locutionis conſuetudine ita vocantur: tum etiam diſtinguit inter illos, quibus talis interfectio juxta ejus aliorumq; opinionem licita videri queat, & non licita ſit *Par. de Put. in Synd. q. h. Andr. Iſern. in tit. Quæ ſint regal. Thom. Aquin. in 2. 2. q. 24. art. 8. Mart. Laud. in tract. de Princip. parag. 3. Ang. de Clav. in ſumma. tit. 4. cap. 8 parag. 1. Dd. in l. decernimus C. de Sac. Sanct. Eccleſiæ, Bart. in tract. de Tyran. &c.*

VII. *Qualis autem Tyrannorum ſunt eæ diſtinctiones?*

ALii Tyranni dicuntur occupatione, alii adminiſtratione, ſive *ut Bart. ait, in tract. d. de Tyran.* alius eſt Tyrannus Iuris, alius uſus. Alius iterum qui in utroque prævalet, ut & occupatio & adminiſtratio ejus ſit tyrannica. Rurſus in tyranno Adminiſtrationis diſcernendum putant, inter eum, qui adhuc recognoſcit ſuperiorem, & inter eum qui neminem præter ſolum Deum ſuperiorem cognoſcit. Tum ulterius naturam & ingenium hujus, qui ſummus eſt omnium in adminiſtratione, introſpiciendam eſſe volunt, an ὁλοκλήρως improbus, an verò ſaltem δύσκολος & ſeverus ſit per intercapedinem pro ratione loci & temporis.

VIII. *Quid eſt Tyrannus occupatione?*

HVnc dicunt eum, qui nullo Iure in Reipubl. ſummum imperium involat; ceu juratus Reipublicæ hoſtis, libertatem civibus bello ac vi eripit; in quo

in quo maximè diſtinguitur ab eo qui tyrannus eſt in adminiſtratione.

IX. *Quid eſt Tyrannus occupationis & adminiſtrationis ſimul?*

QVi quidem vi & bello iniquo vel fraude libertatem civibus eripuit, ac in ſe ſummitatem transtulit, ſed poſtea popularibus aut optimatum ſuffragiis ſe receptum curarit, ac nihilominus Iura divina & humana diritate criminum & perſecutionum atrocitate in omnibus pervertere gaudet.

X. *Quiſnam tyrannus ὁλοκλήρως dicitur improbus?*

QVi ita abſolutè inter cives ſuos graſſantur, non aliter, quàm ut lupus inter oviculas, & ipſorum nec opibus nec conſcientiis, nec famæ, nec honori, nec pudori, nec vitæ parcunt; ſed quidvis pro lubitu peſſimè perpetrant, quaſi furibundi & ferina prorſus natura induti ſævientes; quorum poteſtas inde merum eſt latrocinium.

XI. *Quos verò Tyrannos δυσκόλους dicunt?*

QVibus non adeò propriè hoc nomen imponitur; ſed difficiles ſunt & moroſi adeò, ut interdum non pauca tyrannicè perficiant, quum juxta opinionem ſuam Reipubl. ſalutem ſpectent, quamvis frequenter in mediis applicandis aberrent.

XII. *Quoſnam inter hos Tyrannos occidendos putant vulgariter?*

FErmè omnes, exceptis iis tantum, quos δυσκόλους aut moroſos & rigoroſos alicubi dicunt.

XIII. *Si omnes ſunt occidendi, quid prodeſt Tyrannorum priorum diſtinctio?*

HÆc maximè in eum finem appoſita videtur, ut inde pateat, quod omnes illi non à quovis aut ab

ab omnibus indiſcriminatim queant quaſi jure occidi; ſed reſpectus in perſonis maximè ſit obſervandus, à quibus facinus horrendum perficiatur. Aliud enim exteris, aliud civibus, & aliud Ducibus ac Senatui; nec minus aliud omnibus in Tyrannicidio conceſſum eſſe volunt, juxta ethnicorum opiniones rigidiſſimas. Contrarium 2. *Sam.* 1. apparet.

XIV. *Quis igitur à quolibet poteſt licitè tyrannus interfici?*

IVxta ethnicorum opinionem, & qui vim vi repellendam ſtatuunt, pro rato hoc vulgus habet, quaſi tyrannus non tantum occupationis, qui juratum hoſtem ſe Reipubl. exerat; ſed etiam is qui occupatione & adminiſtratione ſimul tyrannidem agit continuam poſſit à quovis obvio & quibuſcunque modis impunè è medio tolli: unde & Tyrannicidis maximum honorem olim habitum, *ait Zuing. in theat. vol.* 6. *lib.* 4. ſed rectius Verbum Dei heic conſulatur.

XV. *Si quis verò imperio legitimè parto Iura divina & humana pervertat, quis hunc occidet?*

TVnc hac diſtinctione ajunt utendum, ut civis à peregrinis aut exteris diſtinguatur: Quia plurimum refert, utrum à civibus, an verò à peregrino tyrannus interficiatur. Proinde quod civi non facile conceditur, id volunt liberum quovis modo eſſe cuilibet exterorum, ſi judiciorum aditus omnes obſideantur; quùm de pulcherrimis omnibus factis nullum illuſtrius ſit, quàm vitam, famam, ac fortunas tenuium ac innocentium ab injuria potentiorum defendere & tueri. Verum ſi conſilium hoc ad Verbi Dei cenſuram appendeas, plus quàm ficulnea erit ratio, *Matth.* 5, 20, 21, 22. *Luc.* 10.

XVI. *Quando*

Digitized by Google

XVI. *Quando autem civi fertur licitum interficere Tyrannum?*

ID civi putant conceſſum eſſe in eum, qui in populari aut optimatum ſtatu Principem quidem agit, tamen Iura majeſtatis non habet, ac nihilominus ad civium cædes, ſtupra, rapinas, libertatiſque ſuppreſſiones poteſtate tali abutitur. uti in tali ſtatu ſunt Duces Venetorum, Genuenſium, Lucenſium &c. ſive vi, ſive ſenatu jubente fiat deturbatio & necatio, non tantum peregrinis, ſed etiam civibus licitum affirmat, ceu olim quoque Adulpho juſte *Anno* 1296. & VVenceſlao *Anno* 1400. Imperatoribus id factum ait, quum Principatum Germanorum Ariſtocratiæ implicatum putet. Sed quomodo ſe veritas heic habeat, id ex Verbi Dei ſupra dictis locis patet.

XVII. *Si verò Princeps Iura Majeſtatis habeat, an is vi auferendus eſt?*

LIcet is omni genere ſcelerum & flagitiorum infamis ſit, tamen nec ſingulis civibus nec univerſis fas eſt, ſummi Principis vitam, famam aut fortunas in diſcrimen vocare, ſeu vi, ſeu judicio conſtituto id fiat. Quippe ne quidem talis jure rogari aut in Ius vocari poteſt. *in c. de mut. Magiſt. off. lib.* 3. Et qui tale quid tentet non tantum perduellionis reus eſt. *l. quiſquis C. ad l. Iuliam.* ſed etiam qui opem conſiliumvè attulit, *l. 1. ff. ad l. Iul. majeſt. Bald. in d. l. quiſquis*, qui texit, qui voluit, qui cogitavit. *Dd. in l. cogitationis. ff. de pœnis, l. ſi quis C. de SacroSan.* Quod etiam ad furioſum hominem extendunt alii, licet is aliàs ab omni pœna excuſetur, quùm ipſo furore plus ſatis torqueatur. *l. illicitas ff. de offici. Præſid.* Iam quis heic cernat proportionem, quod etiam cogitationis pœna locum in tali caſu habeat, quur non in ſuperiori-

rioribus ipſum factum horrendum veniat vindicandum? Tam labilis eſt ratio hominis. Quis enim novit, an non ob peccata populi à Deo Tyranni ſint miſſi? num deceat ita contra ſtimulum calcitrare?

XVIII. *Quid verò de Tyranno ὁλοκλήρως improbo, ſtatuendum, à quibus ille poteſt auferri?*

HVnc quoque ſubditos, ſed non tam ſingulos quàm univerſos, & maximè eos, qui & ipſi magiſtratus gerant, & populi ſalutem ſibi commiſſam habeant, vel regno exuere, vel pellere, vel in vincula conjicere, vel, ſi alia ratione ſecuritati ſuę conſuli unquam nequeat, interficere ſalva conſcientia, ſive Iura majeſtatis habeat, ſive minus, poſſe, non verentur affirmare. Tamen hoc addunt non temerè aut inconſultò tyrannos hos ſubmovendos eſſe, ſed prudenter & cautè procedendum, ut non tantum diu patientiâ, & precibus adſiduis, ſed etiam interminationibus ſeveris ac culparum exaſperationibus utantur. Si hæc & talia non exaudiantur; exigit hoc, ajunt, ipſum ipſa naturalis defenſio, ut diſcrimini ſalutis publicæ præveniatur, ne certus omnis pietatis, virtutis & libertatis interitus admittatur, quùm patria longè pluris, quàm unius inſana libido ſit facienda. Quin etiam affirmant, in ejuſmodi feram, cives non minus habere Iuris, quam in quemlibet latronem, vim parantem & inferentem.

En, qualis homines ſint conſcientiæ? Chriſtianos fruſtra ſe ethnico corde venditant. Exemplo res fit clarior. Quis gravior Tyrannus Saule? qui mandatum Dei noverat, quod ethnicorum tyrannis non ita erat expeditum: *Vnde ait ipſe Iehova*; Pœnitet me conſtituiſſe Saulem regem; quia averſus eſt à ſequendo me, & verba mea non præſtitit, 1. *Sam.* 15, 11. an non ille quoq; ſacerdotes omnium crudeliſſimè mactavit,

Digitized by Google

ctavit, quod ſaltem unus eorum Davidem hoſpitio exceperat? 1.*Sam.*22. Nonnè infinita plurima commiſit mala? Et quamvis bis David eum in poteſtate habuerit, monituſque fuerit ad occidendum hoſtem Reipubl. talem; tamen ait; an facerem rem hanc Domino meo, uncto Iehovæ. 1.*Sam.*24,7 & 1.*Sam.* 26,9. Quis enim immiſſa manu ſua in unctum Iehovæ inſons eſſet? Ideoque perſevero in hoc, quod ait David: Ab improbis prodeat improbitas: at manus mea non erit contra te. 1.*Sam.* 24,14.

XIX. *An non honeſtum eſt necare Tyrannum?*

Ethnicorum effatum ita magnificè extollit *Cic.* 5. *Tuſcul. quæſt.* additque, quod hoc genus impium & peſtiferum ex hominum communitate exterminandum. Sic & 3. *offic.* Non ſe obſtrinxit ſcelere, inquit, qui tyrannum occidit, etiam familiarem; & *lib.*14. *ad Att. ep.*16. nihil uſitatius, quam tyrannorum acta valere; & eorum tamen interfectores in cœlo collocari. Cui adſtipulatur *Sen. in Herc. fur.* dicens:

Victima an ulla amplior
Poteſt, magiſque opima mactari Iovi,
Quàm rex iniquus?

Sic cœcus cœcum ducit; an non igitur ambo in foveam incidant? ait ipſe Chriſtus, *Matth.*15,14. *Luc.*6,39. Perverſiſſima ea eſt honeſtas, quæ ex impietate erumpens prodit. Nec mala ſunt facienda, ut inde eveniant bona. Attamen num unquam melior conditio facta eſt ſubditorum inde, ſi interfecti ſint tyranni? An non potius tyrannorum multitudo accrevit? Paſſim id hiſtoriæ teſtantur: Malum malo anſam præbet duriori. Non argumentis igitur, ſed pœnis acerbiſſimis refellere oportet eos, qui pernitioſiſſimis

Digitized by Google

ſiſſimis ſcriptis ſubditos in principes armare non deſinunt.

XX. *Quænam igitur potior deciſio eſt habenda in hac materia?*

NOn alia, quàm ipſum Verbum Dei nobis largitur porrigitve; & Spiritus Chriſti in manſuetudine nos docet heic ſat certa, ne nos ſeducat improbæ artis humana opinio, neque umbra picturarum, qui labor infructuoſus eſt, ſpecies maculata coloribus diverſis: Quarum adſpectus inſipientibus appetentiam excitat, quæ concupiſcit mortuæ imaginis, ſpeciem carentem ſpiritu. Rerum malarum amatores dignique talibus expectationibus ſunt, & qui faciunt, & qui concupiſcunt, & qui colunt eas. *Sap.* 15,4,5,6. Ideoque rectè olim *D. Luth.* diſſuaſorem egit Ducibus Imper. Rom. quùm contra Carol. V. Cæſarem ſuum religionis cauſſa inſurgerent, & arma moverent. *Sleidan. lib.* 8. *pag.* 211. *Calv. in Iohan & in Inſtit. c. ult. lib.* 4. *Sect.* 31. Nec prodeſt heic ulla diſtinctio, quaſi Carolus V. non habuerit Jura Majeſtatis, ut jure potuiſſet occidi. Exitus acta probavit: Et adhuc Germania ſentit, quàm funeſtum bellum Reique publicæ fuerit calamitoſum cum ingenti principum ac civium ſtrage. Iuſſus Dei ſi non interveniat ſingularis, talia nunquam ſunt tentanda. Sicuti & Principes verbis prohibentur violari. *Exod.* 22,28. multò minus factis impetendi. *Exo.* 11. *Rom.* 13, *Ierem.* 29,7. & 1. *Sam.* 24, 7. & 4. *Reg.* 6. & 9. & 10. *Iud.* 3,14. & 2. *Sam.* 1,14. Repetantur heic ſuperius *quæſt.* 3. & 4. poſita in hoc capite. Quin ipſi quoque errantes Politici tandem coguntur fateri, ἔλλειψιν hac in parte multò, quàm ὑπερβολὴν tolerabiliorem, & ſatius eſſe mala ferre duriſſima, quàm

Prin-

Principem ullum tollere. Qui ait, non occides. *Exod.* 20,13. *Deut.* 5,17. *Matth.* 5,21. *Rom.* 13,9. *Luc.* 18, 20. Ille quoque id de omnibus protulit hominibus, ne quis heic ſibi excuſationem callidam inveniat: imo & ab omni beſtia repoſcit ſanguinem hominis. *Gen.* 9,5,6. adeoque de manu ipſius hominis, ut aperte teſtatur. Vſque firmum fœdus nobiſcum ſtabilivit ille fortis Cuſtos Iſraëlis, quod nunquam excindetur. *Gen.* 9,11. Quiſquis occiderit, damnatus erit, *Matth.* 5,21. Maledictus amor, qui nocumento eſt proximo, *Luc.* 10.

XXI. *An verò non licitum eſt ſubditis religionis cauſſa à Rege deficere, ac contra eum arma capeſſere?*

SOcratis apud *Plat. in Apol.* ſua hæc eſt aperta atteſtatio, quod potius Deo parere malit, quàm hominibus. Si me his conditionibus, inquit, dimittere velitis, reſpondebo utique vobis; ô viri Athenienſes, *ὑμᾶς ἀσπάζομαι μὲν, καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ τῷ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ὑμῖν*, diligo vos equidem atque amo: Deo tamen parere malo, quàm vobis *pag.* 364. Idem Apoſtoli Concilio Iudæorum reſponſum dedêre, *Actor.* 4,19. An juſtum ſit in conſpectu Dei, vobis potius, quàm auſcultare Deo, ipſi judicate. Nimirum conſcientiæ libertas hoc requirit, ut Deo liberi unicè vivamus. Si quis heic poteſtate ſua abuti velit cum Nabuchodonoſare, exemplũ Danielis nobis imitationem porrigat ſanctam. Sic enim à Rege magis, quàm à Deo deficiendum eſt, quùm Dei ſolium hac iniquitate tyrannidis invadere ſtudeat, & ejus imperium nequiter affectet, cujus miniſtrum ſe præbere debeat. Aliàs hoc verum eſt, ut ſupra diximus, quod etiam Magiſtratui profano obedientia non ſit deroganda, uti mandat Iehova *Ierem.* 27,8. & in

Digitized by Google

& in exemplo Chriſti apparet. Si verò ſuos fines uſque in cœlos extendere ſataget, habebit eum vindicem, qui honorem ſuum alteri nunquam tradet.

Ideoque illi craſſiſſimè & ſeductoriè errant, qui armis heic ullis reſiſtendum Regi impio putant. Clamant: Princeps nobis religionem eripere cupit; hoc non ferendum, ſed vis hæc bello propulſanda venit. Pro maximâ ſummâ hoc axioma habent. Sed nimis falſum & ſupra modum perniciosum iſtud eſt effatum, quod omni malitiæ, flagitiis, & rebellioni feneſtras aperit, ipſaſque conſcientias extremè ſubvertendo peſſumdat. Spiritus veritatis non agit necatorem; ſed manſuetudinem affert ſuis. Diabolus eſt homicida à principio, & in veritate non perſtitit. *Ioh*. 8, 44. Regnum Chriſti, nunquam armis propagatur aut defenditur: ſed veritas nos in libertatem vindicat, ait Chriſtus *Ioh*. 8, 32. Regnum meum non eſt ex hoc mundo; ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei certaſſent, ne traderer Iudæis. *Ioh*. 18, 36. In carne quidem, ſed non ſecundum carnem militantes ambulamus. Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt; ſed divinitus valida, ad deſtructionem munitionum. 2. *Cor*. 10, 3, 4. Vnde armaturæ militis Chriſtiani perelegans deſcriptio habetur. *Epheſ*. 6, 13, 14. *& ſeqq. vide Eraſm. in Milit. Chriſt*.

Ex quibus facilè conſtat, quid ſit agendum, & quibus armis conſcientia noſtra protegenda ſit: non certè carnalibus, ſed divinitus validis. Ac, ſi non aliud remedium ſubſit in diris perſecutionibus, conſilium Chriſti prævaleat; fugiant in aliam civitatem. *Matth*. 10, 23 uti & ipſe Chriſtus Herodis furori ceſſit. *Luc*. 13, 31, 32. Quod ſi verò non ulterius fugere detur, vitæ potius quàm Deo renuncient, ad exemplum omnium Martyrum. Sed hoc rectè accipiatur,

piatur,quid ſit renunciare Deo aut eundem abnegare. Relligio vera non in opinionibus conſiſtit,nec in figmentis articulorum; ſed in regeneratione ipſa,& nova Fidei Creatura, qua Chriſtum apprehendimus vivum,& vividè vitę ſanctitate repręſentamus. Ideoque omninò inter verum & falſum Chriſtianiſmum diſtinguendum eſt, & ipſum paganiſmum. Non enim omnes qui dicunt,ego ſum Chriſtus ille; *Matth.* 24,5. aut ecce,hic eſt Chriſtus,aut illic, *v.*23. Chriſtum vividè repræſentant; ſed potius ſunt ſeductores. Sed qui Verbum Dei ſervat, & in eo vividum ſe præſtat renatum, is verè Chriſtum confitetur, dum reliqui ſaltem ſectas plantent, in quibus charitas eſt mortua. Præterea privatis non competit Ius gladii; ſed iis dicitur,mitte gladium in vaginam; & qui gladium ſumit,per eum peribit, *Matth.*26,52. Quapropter heic maximè, ſi uſpiam alibi, iſtud cavendum manet,ne veritatem Dei quis in falſitatem transmutet. *Paul. ad Rom.*1,25. *vide Steph.Iun. de vind.Tyr. quæſt.*2.

XXII. *An verò non datur caſus,in quo Tyranno reſiſtere licitum ſit armis?*

QVod ethnici ſibi liberum putant, non certe & idem Chriſtianos decet, quùm ſemper nobis ad Legiſlatorem novum ſit reſpiciendum, quo nos Pater ſummus è cœlis donare, & ad quem nos recurrere voluit,uti ipſe jubet dicens: Hic eſt Filius ille meus, dilectus ille, in quo acquieſco: hunc audite, *Matth.* 17,5. Privatis quod non competit,id Regibus curæ eſſe debet,quùm iis ſit commiſſus gladius,quo extrinſecus accinguntur. Namque ex ejus poteſtate miniſtri ſunt,vindices ad iram,ei,qui quod malum eſt fecerit,&c. *Roman.*13,3,4,5,6,7. Quare ſi quis Tyrannus invaſionem faciat alterius regno, in

Digitized by Google

hoc caſu neceſſitatis extremæ, tenetur Princeps ſuis legitimam præſtare defenſionem, & ſic vim vi repellere, *Luc.* 14, 31. quod idem de Ariſtocratia & Democratia ſtatuendum venit. In reliquis caſibus, qui extra Dei juſſum vagantur, bella nihil aliud niſi mera ſunt Latrocinia; & iſte verè Tyranni nomen aufert, quo proximam ſuam ſuo exuere regno aut opibus & honore diriſſimè vel nequiter laborat.

XXIII. *An Tyranno conſilium in re honeſta ſuggerendum eſt?*

VIri, ſi boni haberi velint, nefas putabunt, conſilium ullum Tyranno impartiri, ne tyrannis cõprobari videatur: uti quoque edicta & decreta utiliter abrogare neceſſum erit, niſi tyrannidem ratam habere velint. Quippe bonorum conſenſus plurimum valet ad acta tyranni ſtabilienda, quæ alioquin ſolo tyrannidis nomine ruitura eſſent. Qui itaque actiones tyranni approbat, eo ipſo nomen boni viri jure amittit, & conſcientiæ maculam infligit.

XXIV. *An igitur Tyranni acta non valere debent?*

SI rectè Reipubl. conſuli debeat, talia non ſunt ferenda, quæ tyrannus introduxit, ut nec ejus memoria inficiat poſteros. Per abuſum tamen fit, quod ſæpiſſimè tyrannorum acta utilia & iniqua rata habeantur, ſi ſalus Reipubl. non alio modo curari pro tempore aut conſervari queat; quæ tamen non diu toleranda, ut eo citius expirent correctione juſta.

XXV. *Num verò juſtè à Tyrannis promiſſa, Succeſſores eorum ſervare tenentur?*

IVrisconſultorum diſciplinæ ad ea ſucceſſores obligari volunt, cætera meritò reſcindi. *Bart. in l. prohibere. parag. planè. ff. Quod vi. & in tract. de tyrannum*

num.23. Ioſ.in l.1. col.3. ff. de conſtit. Corn.Conſ.278. lib.3. Albert. in l.2. parag. exactis. ff. de Orig. Iur. Lauden. in tractat.de princip.quæſt.64. Bald.in l.decernimus.C.de SacroSanct. Dd.in l.Barbar.ff.de off.Pret. Bald.in l.digna.C.de legib.

XXVI. *Quam diu Tyranni Imperium tyrannidis appellatione apud poſteros venit?*

SI tyrannorum liberi ac propinqui longiſſimo temporum, puta 100 annorum decurſu, arreptam à proavis tyrannidem continua ſucceſſione ſine interruptione tueantur, ac juſtis imperiis Rempubl. moderentur, diuturna illa præſcriptio temporum legitimæ creationis vim habet. *l.hoc Iure parag.ductus. ff.de aqua quotid.*

XXVII. *An leges & edicta æquitati præferenda ſunt?*

NOn certè tanta vis eſſe debet legum & edictorum, quanta ęquitatis ipſius, quæ nullis legibus coërceri poteſt, quum ipſi naturæ inſit, & ſi leges ei non inſerviant, abrogandæ ſunt, & conformantur Reipubl. ita, ut in æquitate fundata perſtet. Proinde meminiſſe oportet, quod omnia legibus ſint percenſenda, ut univerſorum ſaltem, non ſingulorum, ſed publica privatorum utilitas & ſalus ſemper & unicè præferatur.

XXVIII. *Num Tyrannorum interfectores etiam rectè præmiis afficiuntur?*

OBſtinata cœcitas gentium multa tulit abſurda; ſed tamen tyrannicidę etiam ad graviſſima ſupplicia paſſim rapi ſolebant. Quod ſic David præſtitit. 2. *Sam.1. plura apud Tholoſ.lib.26.cap.7. ſect.13.*

Digitized by

CAPVT VI.

I. *Quidnam in hoc capite docetur?*

AVctor in eo agit de Ariſtocratia ejuſque triplici ſtatu, velut ſupra *cap*. 4. id de Monarchia retulit, velut etiam civium paucitatem ad eum nihil facere affirmat, aut qua potentia in virtutibus aut divitiis ſint præditi, (quum id accidentario modo fiat) modo illi, qui cæteros juxta Majeſtatis Iura imperio cohibeant, dimidio ſint pauciores univerſis. Hinc Genuenſium & Helvetiorum Rempubl. perluſtrat, ac Germanorum Imperium illis adſimilat, indeque aliorum errores in Iure dominationis non incommodè diſcutit.

II. *Quid eſt Ariſtocratia?*

ESt Reipublicæ forma quædam, in qua minor pars civium in univerſos & ſingulos cives ſummæ poteſtatis Ius habet.

III. *Quomodo hæc forma Reipublicæ à reliquis duabus differt?*

IN hoc maximè populari ſtatui contraria videtur, quod in paucorum ſtatu pars minor civium, in populari major imperat: Vtrique tamen in eo conveniunt, quod qui ſummum imperandi Ius habent, omnibus quidem ſigillatim imperare poſſunt, collectim non poſſunt, Igitur Monarchia in eo præſtabilior eſt, ac illuſtrior, quod unus univerſis ac ſingulis imperandi Ius habet, quod animadverſione ſingulari mihi dignum videtur.

IV. *Quodnam diſcrimen in ſtatu Ariſtocratico datur, aut quæ diſtinctio?*

VTi Monarchia vel in unius Dominatione, vel in Regia poteſtate, vel in tyrannide conſiſtit; Ita quoque

quoque Ariſtocraticus ſtatus aut ad Dominatum, aut ad legitimam potentiam, aut ad paucorum opes ſpectat, quando divites reliquis imperium præripiunt, quam propterea Græci Oligarchiam appellarunt ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὀλίγων ab imperio paucorum; licet & bifariam accipiatur; velut in genere de omni ſtatu paucorum, quo ſignificatu etiam Ariſtocratiam complectitur; & in ſpecie de imperio vitioſo paucorum, quo ſignificatu Ariſtocratiæ opponitur, quum populi libertatem & Rempubl. opprimat.

V. *Num virtutes & vitia hominum ſunt de eſſentia heîc Reipublicæ?*

QVum virtutes civium, vitia, fortunæ, divitiæ, &c. ad intelligendam Reipubl. formam nihil habeant momenti, abſurdus eſt ſolito more Stagirita, qui hoc aſſeverare auſit, & numerum in multitudine aut paucitate è contra accidentibus accenſere. An verò virtutes vel ſorte vel ſuffragiis, aut electione aliqua adjici poſſunt imperantibus? Quid virtuti cum ſorte commune erit? Tum nec Reſpubl. ex optimo genere civium conflari poteſt, quum nec Paterfamil. id in domeſtica ſocietate obtinere queat:

Ita fratrum quoque gratia rara eſt;
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Nonne ſæpius frater fratrem ad mortem tradit, & pater filium? atque inſurgent liberi adverſus parentes & eos curabunt morte mulctandos, *ait Chriſtus Marc.* 13, 12.

VI. *Poteſtnè Reſpubl. initio ab optimis conſtitui?*

NIſi regnum diaboli adeò fortiter eſſet roboratum & munitum, ut numerus bonorum valeret

potior inveniri præ malis, accidere forſitan id poſſet. Verum quam pauci ſint, qui inveniant & introeant per viam ſtrictam, ac omnes magis ſpacioſam viam exitii adament, *Matth.* 7,13,14. fit inde ut vix in ũna ſede morentur aut conveniant tales, qui ſynceræ ſint fidei, ſolido vel pectore firmi. Ac licet detur, quod probi piique fundamenta prima jaciant bonæ Reipubl. quàm diu tamen in iis ſubſiſtere poſſe putabimus talem, quùm nemo ſit, qui non proprii commodi ſuum adoret deaſtrum?

VII. *An verò certus numerus in Ariſtocratia dari poteſt?*

ET loci diverſitas, & rerum ſortes, & hominum ingenia nihil heîc certi admittere in tali poſſunt determinatione. Numerorum enim infinita eſt varietas, quæ in nullius comprehenſionem cadit: Hinc interdum plures, interdum pauciores pro civium multitudine & paucitate & Reipubl. potentia & impotentia, copia & inopia in Ariſtocratia rerum potiri valent. Igitur in hoc ſtatu quoque civium paucitatem ſpectare nihil eſt neceſſum, modò ii, qui dominantur, dimidio ſint pauciores univerſis. Præſertim hoc videre eſt in Germanorum civitatibus, ubi pro diverſitate Rerumpubl. etiam numerus optimatum habetur.

Sic Bremæ, in veteri illa civitate Hanſeatica, Magiſtratus ex 28 conſtat perſonis, quæ partim ex familiis partim ex numero adſciſcuntur mercatorum; primas tamen litterati habent. Ac totus Senatus in quatuor partes dividitur, quarum unicuique præeſt Conſul, ut quiſque Conſulum 6 habeat adſeſſores. Quamvis autem iſti ſint fixi & perpetui; tamen modus regiminis ita variatur, ut ſingulis annis duo quartirii regentem Magiſtratum determinent

nent quidem, ſed nihilominus per ſemeſtre ſpacium quis Conſulum præſidet, quem propterea Præſidentem vocant: ac quotannis inchoatio regiminis ſumitur, à die Veneris, poſt Trium Regum feſtum, & durat uſque per hyemis veriſque tempus uſque ad diem Veneris à feſto D. Iohannis Baptiſtæ. Attamen 15 viri ſunt, quaſi tribuni plebis, qui Seniores ob reverentiam exhibendam dicuntur, & populi cauſſam tractant univerſi, quoties quid ſit publicè conſtituendum, aut gravamina quædam oriuntur componenda. Ita in aliis aliter numerus ſenatorum & temperamentum invenitur ſtatus, ſive aberrantis ſit, ſive legitimi, id alibi demonſtratum eſt *in Rebuſpub. Hanſeat.*

VIII. *Quo loco Genuenſium ſtatus eſt habendus?*

NOn incommodè ad Dominationem eum refert Bodinus, quum etiam collegium octo virorum cum Duce ſuo ita nominent, quorum ſpacium duorum eſt in regimine annorum. Interim tamen Concilium totum, quod ſingulis annis præficitur ex 400 optimatibus conſtat. Senatus autem centum virorum ſuffragiis occultis optimatum in ſingulos annos creari ſolet, &c. Quæ forma Reipublicæ Andrea Doria autore *Anno* 1528. introducta eſt.

IX. *Quis vero ſtatus eſt Genevatum in Republica?*

HAbent quidem concilium 200 virorum cum ſumma perpetuaque poteſtate ſtabilitum, Senatumque ex his 60 virorum perpetuum, quorum vigintiquinq; arcanis conſiliis præſunt: ſed populus jubendæ legis ac majorum magiſtratuum creandorum, tum etiam pacis ac belli Ius ſibi reſervavit. Ac licet Senatus ſit perpetuus, tamen civibus in

bus in ſingulos annos cenſura, quæ acerbè ſatis exigitur, competit. Quo fit, ut Genevatum Reſpublica ſtabilior ſit, & converſionibus & ſeditioſis novationibus minus obnoxia. Similem cenſuram Civitatis Brunſvicenſis quotannis die Andreæ in ſuum Magiſtratum exercet populus, qui in foro veteris urbis tum confluit, & ſua fert ſuffragia.

X. *Quid de Helvetiorum Rebuſpubl. ſtatuendum putat Bodinus?*

STatum quidem eorum Optimatum eſſe, ſed populariter temperatum: quia civibus omnibus ad omnes magiſtratus, imperia, ſacerdotia, curationes publicas aditus patet, niſi ſordes, & anteactæ vitæ infamia, aut furor, rerumvè gerendarum extrema imperitia vetent. Illud etiam populare eſt, quod omnes magiſtratus ferè annui ſint: quæ temperatio potentum ac tenuiorum, in capeſſendis honoribus, Rempublicam efficit multo firmiorem ac ſtabiliorem, quàm ſi patritiis & locupletioribus tantum honores communicarentur; quos contra plebeji perpetuis certationibus diſſidere conſueverunt. Quin etiam hoc maximè ſubeſt, quod omne virtutum, pietatis, probitatis, integritatiſque ſtudium ibi maximè refrigeſcat, ubi nulli relinquuntur ſtimuli tenuiorum filiis, ſed omnes præcluduntur fores ad dignitatum & regiminis aditum: ſicuti & optimates inſolentiæ & avaritiæ, ſtudiovè proprii commodi, ſe dedere ſolent, ubi ſuorum curam ſaltem agere ex perpetuitate illa ipſis liberum eſt.

XI. *Quo*

Digitized by Google

XI. *Quo loco Imperium Germanorum habet Bodinus?*

QVùm plerique Germanorum Imperium Monarchiam puram eſſe & ſentiant, & affirment, eripiendum heîc putavit errorem pluribus: Ideoque fermè 20 rationibus & facti circumſtantiis declarat hoc, quod, veluti hodiè ſtatus ille ante oculos eſt, ſi ad Monarchiam ſic propriè ex Iure Majeſtatico indiviſibili, incommunicabili, ſummo & perpetuo dictam referatur, nullo modo pure & plenè niſi per abuſum poſſit dici Monarchicus. Sed quùm maxima ſecundum ſuam opinionem indicia & veſtigia inveniat Ariſtocratiæ, ad eam potius hoc Imperium in moderna forma, quàm ad Monarchiam retrahendum exiſtimat. Mixtum enim ſtatum quùm prorſus vigore Iuris majeſtatici ignoret, nec recipere velit aut poſſit, niſi Iuri tàm ſancto in ſyncenitate ſua puriſſimo vim inferre cupiat, inde nec Monarchicum Ariſtocraticè temperatum (*ut loquitur Chit. in Syll. rer. Cot. th.* 16.) facere eſt auſus. Sunt qui hac locutione & judicio maximam Romano Imperio inferri injuriam clamant. Ideoque non ſine calumnioſis inverſionibus & mordacibus ſarcaſmis nonnulli huic admodum rigoroſe quidem reſpondent: Sed alii prudentiores & cautiores, quùm cernant, oblocutiones tales fundamento juſto carere ſuo, ut ſalvent hunc ſtatum diſtractum, ad mixtum recurrere gaudent: Dum tamen quoque alii ſunt, ne in abſurditates obvias incidant incauti, qui prudentioribus Imperii Politicis, quibus uſus & experientia rerum rectius conſtet, deciſionem tam difficillimæ materiæ relinquunt. Etenim omninò hoc veriſſimum eſt, quod Majeſtas deſinat eſſe Majeſtas, ſi æquali poteſtati adjiciatur.

Qua ergo ratione uni, & omnibus eodem momento poterit congruere, quod totum eſt Majeſtatis individuum? ut ipſe confiteri cogitur tandem *Reinik. l.1. cl.2. cap.2. n.216,217. de Regim. ſecul.* etiamſi ſatis operoſe omnia Bodini noſtri argumenta diluere ſtudeat. Imò quo modo rex idem & ſubditus ſimul eſſe poteſt? cliens patronus? vaſallus Imperatoris idemque Monarcha?

XII. *Sed an non omnia Monarchæ requiſita Imperatori in coronatione applicantur?*

SCeptra quidem, ait Bodinus, regale ſolium, pretioſiſſimæ veſtes, coronæ, anteceſſio ſubſequentibus Chriſtianis Regibus, imaginem regiæ majeſtatis habent, rem non tamen integrè continent. Et certè tanta eſt Imperii Germanici Majeſtas, tantus ſplendor, ut Imperator ſuo quodammodo Iure omnibus ornamentis ac honoribus cumulari mereatur: Illud etiam Auſtriæ genti rerum geſtarum gloria clariſſimæ debetur: ſed ea eſt Ariſtocratiæ benè conſtitutæ ratio, ut quo plus honoris, eo minus mperii tribuatur; ut qui plus imperio poſſunt, minus honoris adipiſcantur; ut omnium optimè Veneti in Republica conſtituenda decreverunt. Quæ quùm ita ſint, quis dubitet, Rempublicam Germanorum Ariſtocratiam eſſe? Habent quidem principes, ac civitates Imperia, Iuriſdictiones, capitalia Iudicia, Magiſtratus; ſed omnia legibus, quæ de imperio lata ſunt, moderata: At quoties Princeps ac civitates ſeditionum ac bellorum civilium fluctibus jactantur, idem illis, quod cæteris Rebuſpublicis contingit; ut ſcilicet regem ſe quiſque ferat. Nam totidem Reſpublicæ, quot civitates numerantur, &c. Si quis hoc dictum cum præſenti motu Germanorum conferat, num

ovum

Digitized by Google

ovum ovo poteſt dici ſimilius? An non quodque potentius membrum capiti ſuo bellum indicit & laceſſit armis funeſtiſſimis? Vbi capitis honor? ubi dignitas ejus? ubi voluntas? ubi obſecundatio ſingulorum? Quod ipſi nequeunt divellere, an non id exteris adjiciunt? Num hoc eſt Cæſari dare quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei? *Matth.* 22, 21. An non potius heic quiſque regnum defectionis à corpore conſtituit, dum rex ſibi ſuus quilibet eſſe cupit? Quod ipſa jam facti evidentia cunctis ab oculos ponit, quomodo id poterit abſque extrema impudentia negari? Quale illud temperamentum ordinum ſit, quod diſſolutionem continui importat, aut corporis compaginem in mutilas dirimit partes? Res ipſa quod teſtando loquitur in facto aperto, illud negare velle, extrema malitia eſt. An non ipſa Roma nunc Monarchiæ, nunc Ariſtocratiæ, nunc Democratiæ & varias pertulit formas?

XIII. *An verò Monarchia non poteſt Ariſtocraticè miſceri?*

IDem eſt ac ſi cuidam des litteras magnifica oratione exornatas, regemque appelles, & mancupio interim alii tradas. Quid enim Majeſtatis titulus proſit, ſi potentia in effectu careat? Auctoritas ſine potentia res inanis eſt ſplendoris. Ideoque fruſtra alii Albertum Moguntiæ Archiepiſcopum tali modo explicare ſtudent, quod Ariſtocratiam Imperio Germanico attribuerit. *Sleid. lib.* 1. *de ſtat. Rel. pag.* 19. Salvet quiſque ſua figmenta.

XIV. *Si elementa inter ſe commiſceantur, quur non & Reſpubl. queant miſceri?*

ELementa quidem, etiamſi inter ſeſe quàm maximè ſint contraria, tamen reverà inter ſe

miſcentur. Sed ſimile huc non quadrat, quùm inde ſit corruptio ejus & putrefactio. An deflorata virgo eadem eſt, quæ fuit ante corruptionem? Nonnè & Majeſtas eſt ſummitas, ſi debeat eſſe vera? Quod ſummum eſt, non æqualitati poteſt immiſceri, quùm eo ipſo ſummitatem amittat, & puritatis ſuæ ſimplicitatem. *Zach. Frid. Pol. c. 18. & c. 29. Born. de Maj. c. 11. & 13.*

XV. *Quid de Norinberga ſentit Bodinus?*

QVod maximè præ aliis primatum amplexa ſit ſtatum, quùm in ea, ex innumerabili civium multitudine vigintiocto tantum Tribus ſive familiæ, ab antiqua civium ſtirpe imperii ac honorum ſint participes. Ac primum annui cenſores optimatum ſuffragio creantur: creatis his, cæteri magiſtratus abdicant. Tunc cenſores Senatum arbitrio ſuo; ſelectis 26 Senatoribus, conſtituunt: Deinde Senatus de ſuo corpore tredecim viros arcanis Reipublicæ tractandis applicat, reliqui tredecim ædiles fiunt; poſteà ſeptem viri Burgo-magiſtri. Omitto quinque viros publicorum, ac duodecim privatorum judiciorum; Præfectum annonæ, duos Quæſtores, tres viros tutelares, &c.

XVI. *Num leges imperia juſta efficiunt?*

NOn certè, ſed ipſa juſtitia, id eſt, præmiorum & pœnarum juſta diſtributio: Sic & ea, quæ in uniuſcujuſque animo ac corde inſcripta eſſe debet juſtitiæ vis & ratio, aut potius pietatis dictamen bonos in Republ. Principes ac magiſtratus efficit.

CAPVT VII.

I. *Quid in hoc capite tractatur?*

AVctor in eo agit de ſtatu populari, & monſtrat quomodo is conſtituatur, ubi de ſuffragiis pauca ſubmiſcet, quibus ea competant in civitate, & quomodo diſtribuuntur; velut quoque exemplo Helvetiorum & Rhætorum dictis explicationem adjicit, mox in nonnullis Stagiritam refutando; ac demum librum hunc differentiâ Principis, Optimatum & Populi concludit.

II. *Quid eſt Democratia ſive ſtatus popularis?*

EST Reſpubl. in qua cives univerſi, aut maxima pars civium, cæteris omnibus non tantum ſingulatim, ſed etiam ſimul coacervatis & collectis (ſeu viritim ſeu centuriatim, ſeu tributim vel curiatim ſuffragia ferantur) Majeſtatis & imperandi Ius habet. Fit autem hoc, quum ex omnibus, vel ſaltem pleriſque ordinibus Reipubl. etiam inferioribus, uti opificum, &c. tribubus deliguntur, qui nomine univerſi populi libere imperium & Ius majeſtatis habeant.

III. *Quid per populum intelligis?*

NOn plebem tantum, ſed univerſos & ſingulos heic ſumimus, nobiles, ignobiles, optimates & plebeios, divites & pauperes, ut æque omnibus Ius libertatis competat.

IV. *Num omnes ſimul ſunt cum Imperio?*

SVnt quidem, ſed cum diſcrimine ſuffragiorum: Etenim interdum viritim, ſi ſinguli ferant ſuffragia, plerumque tamen centuriatim, tributim, curiatim, ſi

per claſſes & collegia ſua ſuffragia ferant. Nam populus tunc verè liber eſt, quando Ius imperii in communi libertate & æqualitate conſiſtit, ut omnis populus tunc habeat imperium, & Iura Majeſtatis κτήσει poſſeſſione & quaſi potentia utitur: Sed illi quos Magiſtratus elegerunt, plurima χρήσει facto & ipſo, quod dici ſolet, actu, juſſu tamen & nomine populi totius. Sic Romæ erant 35 Tribus: Athenis 10.

V. *Quid nomine ſuffragii & ejus jure intelligitur?*

SVffrago propriè Græcis eſt καμπή flexus, ut *ſuffragines* nodi ſint ſub crure, inde ſic dicti, quod ſubtus frangantur, id eſt flectantur in elevationem aliquam adjumento nervorum. Vnde Perottus ait: *ſuffrago*, id poſterioribus pedibus animalium eſt, quod in prioribus genua: dictæ *ſuffragines*, quod *ſuffringantur*, id eſt, in altum fringantur, quaſi ſupra in altum eleventur. Quemadmodum poplites dicti ſunt, quod poſt plicentur; ita ſuffragines, quod ſupra frangantur. Hinc à *ſuffragine* verbum *ſuffragor* deducitur, quod eſt adjuvo. *Suffragines* enim ſunt, quæ in primis animal ſuſtinent, quibus ſe colligit, elevat & tuetur. Sicuti *jumenta* ab homine *juvando* nomen ſumpſerunt; ita *ſuffragor* à jumentorum *ſuffraginibus* eſt derivatum.

A *ſuffragor* demum fit *ſuffragium*; quod modò auxilium ſignificat, modò illas, ut ſic dicam, voces, quæ dicebantur in comitiis, atque in tabellis deſcribebantur, quòd unuſquiſque voluntatem ſuam de aliquo in magiſtratum eligendo exprimeret quaſi ſingulari declaratione mentis. Hinc etiam alii modi *ſuffragiorum* erant, & ea vocitabantur, quæ clàm in ciſtella ad declarandam voluntatem exhiberi ſolent, velut lapilli, lupini, pilæ, globuli, ſive quidquam aliud ſimile

ſimile eſſet, quo voluntas adſtipulationis vel adſenſionis declarabatur, ut *Ius ſuffragii* nil aliud ſit quam libertas ea voti in adſtipulatione publici auxilii cauſſa exiſtens.

V I. *Quid Tribus propriè apud Romanos determinat?*

TRibus dicuntur tanquam curiæ & congregationes diſtinctæ populorum, & vocatæ Tribus ab eo, quod in Principio Romani *trifariè* ſive in *tres portiones* fuerunt diviſi & à Romulo diſpertiti. *Iſid. lib.* 9. 4. Quùm n. populus univerſus à principio tria circiter civium millia caperet, in tres partes hunc numerum diſtribuit: deinde ſingulas partes in 10. Curias, & unicuique Curionem præfecit, ut eo rectius ſuffragia per illum poſſent colligi. *Tribus* autem iſtæ tres fuerunt, *Tatienſis* à Tatio rege; *Rhamnes* à Romulo: *Luceres* à Luco aut Lucumone: Poſtea de nominibus Sabinarum plures factæ. Magnitudo enim populi increſcentis id effecit, ut quæ principio curiæ fuerunt, poſteà pro tribubus ſunt habitæ: Quippe veluti *claſsis* in *centurias*, ita *tribus* in *curias* diſtinguebantur: Vnde ordinis ratio nata eſt in Senatoribus, militibus & plebe. Poſtremùm 35. factæ ſunt *claſſes*, quæ tamen pro populi incrementis, ac ſuffragiorum facilitate mutabantur. Alias Germanis tribus dicitur Zunfft à Zaun ſeptum, quia tribus eſt velut interſepta populi pars ab alia: ac quùm mos illi fuerit, quaſi συμποσίῳ coire, in ſuperiori Germ. Zeich etiam vocatur, ordo conviventium, *à ſeco*, quaſi ſectio. Similiter *Tribus* Græcis & τριττύς. Dicti hinc *Tribuni*, quod olim quùm adhuc in tres partes eſſet populus diviſus, ex ſingulis ſinguli crearentur. *Macrob.* 6. Sic claſſis quaſi calaſſis à convocando, ut propriè ſit convocata multitudo, quùm plebem miniſtri

quidam

Digitized by Google

quidam cornibus bovillis inſonantes ad concionem cogerent. *Gell. l. 16. c. 4.*

VII. *Quomodo verò ſuffragia diſpoſita erant & colligebantur?*

SVffragia quidem apud Romanos per capita ferebantur; ſed lege Servia populus in 6 claſſes & cenſu & ætate diſtributus eſt, ubi primam locupletes tenebant, ſecundam minoris conditionis cives, &c. ſexta demum ſexaginta millia civium tenuiorum capiebat, ut quæque claſſis ſuam oſtenderet ſortem. Proinde prærogativam ex Servii Regis ordinatione locupletes tenebant, qui ſi maximè in ſuffragiis ferendis concordarent, cæterarum claſſium ſuffragia non rogabantur. Vnde plebs à patritiis ter receſſit, præſertim quùm potentiorum opibus ac libidine tenuiores premerentur, nec ante deſtitit, quàm tribunos, libertatis cuſtodes, de ſuo corpore creaſſent, quo factum, ut omnium omnia ſuffragia æquarentur. Hinc tributa comitia exorta ſunt, quibus poſtea prohibitum ne patritii intereſſent pro evitanda corruptione: velut tunc quoque plebis ac populi diviſæ ſunt appellationes; quum alias populus Senatum, patritios & plebē compl[e]cteretur. Sic 35 Tribus omnium legum ac magiſtratuum creandorum poteſtatem obtinuit, exceptis Conſulibus, Prætoribus ac Cenſoribus, qui quum majores eſſent Magiſtratus, majoribus, id eſt Centuriatis Comitiis creabantur. Centurionum autem erat munus, ut illi vota colligerent, aut qui capita in Tribubus referebant. Colligebantur quoque vota vel tributim vel curiatim, vel centuriatim, quod hodiè quoque pro diverſitate Rerumpubl. in Civitatibus German. Francicis, Rheticis & Helveticis, &c. in uſu eſt, prout popularis cujuſque ſtatus vis & natura id fert.

VIII. *Sunt-*

Digitized by Google

VIII. *Suntnè omnes Democratiæ unius generis & ſimiles?*

VElut vera Democratiæ forma in eo conſiſtit, ut populi pars maxima Iura majeſtatis per ſuffragia & poteſtatem exerceat; ita ex eo ſtatu eripi nequit, aut neceſſum eſt, ut in Ariſtocratiam tranſeat, ſi minori parti civium poteſtas imperii tribuatur. Tam abſurdus eſt Stagirita in hujus Reipubl. ſpecie, ut ſtatum popularem hunc putet, in quo tenues imperent etiamſi à cæteris civibus numero longè vincantur. *Pol. lib.* 4. *c.* 1. *&* *c.* 4. & quinque ſpecies faciat ejus ex meris & fictis accidentibus, quæ in facultatibus, divitiis, paupertate, tenuitate, virtute, ignominiæ abſentia, &c. conſiſtat, ut iis ſaltem aditus ad Rempubl. pateat, & ſecundum leges ſaltem adminiſtrent eam, quum non ſolis hominibus ulla Reſpubl. concredenda ſit. *lib.* 3. *cap.* 7, *&c.* velut & multo plures continet abſurditates.

IX *Vnde autem abſurditates tales concepit?*

QVod ignorarit, in quo vera forma Reip. conſiſtat, & gubernandæ civitatis rationem pro ſtatu Reipubl. uſurparit; quum tamen fieri poſſit, ut ſit regalis ſtatus, ac nihilominus populariter gubernetur; quando ſcilicet princeps omnia omnibus civibus imperia, magiſtratus, honores, præmia, pœnas ex æquo largitur, nulla virtutis aut nobilitatis habita ratione. Moderata verò Monarchia optimatum ratione dicetur, ſi Rex idem, virtute, aut opibus, aut nobilitate præſtantes cives ad curationes & imperia vocaret, &c. Sic ſe res habet quoque in Democratia & Ariſtocratia, ut qui Ius Majeſtatis habeat in conferendo modum adminiſtrationis, ex eo quoque cenſeatur Reſpublica, quid in ſua forma ſit propriè, & non è contra.

X. *Num*

X. *Num igitur modus diverſus adminiſtrationis non variat formam Reipublicæ?*

TRes tantum nec plures Rerumpubl. formæ, ſimplices quidem illæ, nec ulla confuſione permixtæ dantur. Id eſt, Iura Majeſtatis omnia omnibus ſimul coacervatis civibus, aut minori civium parti, aut Vni ſoli tribuuntur. Aliud autem eſt temperare, adminiſtrare; aliud permiſcere vel communicare Iura majeſtatis. Temperatio enim adminiſtrationis dependet ab iis, qui majeſtatis Iura tenent, velut in Vnius & Regio ſtatu honores & adminiſtrationes omnibus; aut in populari poteſtate optimis vel nobiliſſimis tantum; aut in optimatum imperio tenuibus æquè ac divitibus conferuntur. Non propterea tamen Iura Majeſtatis divelluntur, nec Monarchia Democratiæ, nec Ariſtocratia utrique permiſcetur; ſed manet inviolabilis ſtatus, à quo dependet directio & conceſſio aut applicatio moderaminis, ut eo gratior appareat poteſtatem ſummam tenens in regimine; uti tyrannides aliæ aliis ſunt crudeliores, &c.

XI. *Quænam forma Reipubl. civitatibus maximè apta venit?*

NVlla melior, quam Democratia, quùm in ea non ſit potentiorum ſuppreſſio metuenda, ſi benè adminiſtretur, & cuique virtuoſo potiſſimum aditus ad honores pateat, & ſenatus cenſuræ quotannis ſit ad mutationem obnoxius. Sic Iuſtitia, virtus & pietas magnum inveniet promotionis adjumentum. Alias tantoperè inter ſe diſſident Principes, optimateſque ab infima plebe ita, ut vix eos ulla ratione æquare, aut imperiis & honoribus exæquatos inter ſe, & cum Republica conciliare poſſit.

XII. *Quod-*

XII. *Quodnam eſt oppoſitum Democratiæ?*

PRincipaliter eſt Ochlocratia, quando omnes pariter imperare cupiunt, vultque parere nemo, unde confuſio oritur, peſſimum & proximum exitio malum.

Voti Publici Inſtauratio

Iuxta

Pſalm. 21. Paraph.

I. *O Ihova, firmus robore Rex tuo*
Exultat; ô quæ gaudia ſoſpitem
Tentant, cupitam dum qui ſalutem
Vſque refert. Duce Te perenni.

II. *Huic, ipſe Tu, ſpes eſſe ratas, facis;*
Et cordis exples rebus in omnibus
Deſideratum, nil recuſans,
Ore quod ille petit fideli.

III. *Beare namque hunc divite copia*
Geſtis bonorum ſemper, &, inclytus
Vt regnet, imponis nitentem
Auricomo capiti coronam.

IV. *Extenſa vitæ ſtamina poſtulans*
Te voce poſcit ſupplice, mox bonus
Huic applicas ſeclis futuris
Tempora non metuenda ſolvi.

V. *Per te decoris gloria laudibus*
Exurgit ejus, quando opifer bonus
Patrocinando ſortis illi
Amplificas decus atque honorem.

VI. *Felicitatis nam bona deſtinas*
In ſempiterni tempora ſeculi
Illi, tui vultuſque lætus
Lumine perfruitur beato.

VII. *Toto Iehova pectore qui dedit*
Se Rex ſuo, nec deficit uſpiam;
Fretus Deo vivet, nec ullam
Sentiet is pavidus ruinam.

VIII. Omnes

VIII. Omnes potenter, Ihova, manus tua
Proſternet hoſtes; quique odii ullius
Te perſequuntur labe, tales
Concutiet tua dextra paſſim.

IX. Fornacis inſtar protenus ignea
Hos devorabis, ſi videas malos;
Tu Ihova, flammis hos perures,
Quos ſimul auferet ira vindex.

X. Horumque fructus concidet in ſolo
Quovis reciſus, cunctaque ſemina
Cum ſtirpibus, quæcunque reſtant,
Tam rabidis hominum revelles.

XI. Namque impiorum cæca protervitas
Tentare quid non auſa fuit, minus
Quùm viribus par tot labores
Mente Tibi invalida pararet?

XII. Hinc terga coges faſcibus horrida
Cadenda dignis; ſpicula dirigens
Tu certus in proſpecta nervos
Expedies jaculator ora.

XIII. O Ihova, firmis roboris exere
Virtutibus te conſpicuum modò;
Sic corde læto te canemus,
Ritè tuas celebrando vires.

II.

Divini Imperii Commendatio.

Paraphr. Pſal. 93.

I. IEhova Rex eſt; magnificentiam
Qui cœlicis ſic veſtibus induit:
Iehova majeſtate ſumma
Roboris induit ipſe cultum:
Accinxit is ſe plenus honoribus,
Armis coruſcans undique fortibus:
Quin Imperator firmat ipſum
Numine, ne moveatur, orbem.

II. O Ihova, metas imperium tuum
Non novit ullas, nec ſolio tuo
Tempus valebit applicari,
Secula ceu Tibi cuncta perſtant.

III. Eu

III. En Ihova, fluctus flumina fervidos
Tollunt; procellas flumina diſſonas
Vibrant ſuas, tollunt ſuoſque
Flumina tàm fremebunda fluctus.
IV. Vnda ſonoro ſic mare perſtrepunt
Fluctu, procellas ut ferat impetus
Ingens quidem; ſed Ihova longè
Major adeſt ſuperis in aſtris.
V. Verbum tuum ſic rectius exhibet
Integritatem luminis omnibus:
Ceu ſanctitas præſtat perennem
Vſque tui Domui tenorem.

III.

Majeſtatis Divinæ Commemoratio Sancta.

Paraphr. Pſal. 97.

I. IEhova Rex eſt undique præpotens,
Hoc terra ſummis lætitiis fremat,
Et Inſulis apportet ipſis
Gaudia quotquot ubique florent.
II. Nigrantis illum nubis opacitas
Vmbraque celant: Blandior æquitas
Illi tribunal, cum ſorore
Iuſtitiâ graviore ponunt.
III. Vis antecedit fulminis ignea
IV. Vrentis hoſtes: Intonat horrido
Fragore cælum; Terra crebris
Fulminibus quatefacta nutat.
V. Fluxêre montes numine territi,
Vt cera flammis tabida liquitur;
Ipſoque ab adſpectu Iehovæ
Diriguit tremefactus orbis.
VI. Stellata cæli fabrica nuntiat
Ius, quo gubernat; Gloria Numinis
It nota ab auroræ cubili
Solis ad hoſpitium cadentis.
VII. Vultum probroſus dejiciat pudor,
Cæſa in figuras ſaxa colentium,
Iactantiumque barbarorum
Exanima ſimulacra rupis.

VIII. *Errore facti dii nimis impio*
Vnum hunc adorent: adſpiciat Sion
Lætata cum Iudæ puellis
Sacrilegos obiiſſe ritus;

IX. *Iubente rerum Præſide; machinam*
Terræ jacentem qui premit altior:
Oſtendis almum Tu deorum
Spectra ſuper ruitura, Numen.

X. *Quicunque purè diligitis Deum,*
Odiſſe fraudes cura ſit improbas:
Vitam ſuorum nam tuetur,
E manibus rapiens Tyranni.

XI. *Ex ore Iuſti diſcutit aureo*
Splendore nubes: Pectora ſordida
Ignara culpæ, ſpe, favore,
Lætitia recreare novit.

XII. *Gaudete Iuſti, maxima Principis*
O cura noſtri: Tollite laudibus
Divinitatem, ſanctitatem
Carminibus memores ſonate.

IV.

Iehovæ ordinatio in Regimine fauſtiſſima.

Paraphr. Pſalm. 99.

I. IEhova Rex eſt imperii ſui,
Sic inde gentes & populi fremunt:
Is ſede complet Cherubinos,
Orbis ut ut titubet tumultu.

II. *Eſt magnus idem Ihova Sionica*
Sanctis in arcis culminibus, velut
Sublimiori ritè ſceptro
Omnigenos populos coërcet.

III. *Grates perennes undique Nomini,*
Cunctis quod extat terrificam, tuo
Solvuntur, ô ſupreme Ihova,
Incolis ut tua templa ſanctus.

IV. *Sub regis hujus præſidio æquitas,*
Et jus fovetur perpetuo factum:
Ceu firmiter largiris omnes
Tu probitatis opes petenti:

Tu

Tu namque veri ſolus amabilem
Iuris tenorem juſtitiâ tuâ
Nobis miniſtras, & Iacobum
Iudicio ſolide gubernas.

V. *Noſtrum Iehovam tollite laudibus*
Vbique cunctis & veneramini,
Ejus pedum votis Scabellum
Solus ut viget ille Sanctus.

VI. *Moſes & Ahron prima Sacrarii*
Ejus ſteterunt Nomina; nuncium
Et Samuel geſſit vocantum;
Audiit hinc Deus has querelas

VII. *Ex nubis altâ colloquii Deus*
Illis columnâ ſigna dedit ſua,
Hinc pacta ſervarunt, piique
Quæ dederat monumenta ritus.

VIII. *Iehova, noſter tu Deus es; Pios*
Exaudiiſti mitis, & omnibus
Labem remiſiſti benignus,
Crimina ſuppliciis domando.

IX. *Noſtrum Iehovam tollite laudibus*
Ubique cunctis, & veneramini,
In Sanctitatis monte, eundem.
Sanctus enim Deus eſt Iehova.

V.
Peroratio Monitoria.

REgius hæc vates: hinc vos advertite Reges,
Et ſedulò diſcernite,
Officii ratio, Pietas quid, & ipſa requirat.
Ac inde pax ſit profluens.
Nemo ſibi vivit: debemus cuncta Iehovæ:
Hic exigit concordiam.
Quod ſumus, haud noſtrum eſt. Hoc ergò addiſcite Reges,
Cenſete quævis hæc pie;
Eſt quibus in terris ſacri permiſſa poteſtas,
Sceptrique tanta gloria,
Ac quibus arbitrium Iuris conceditur. Omnes
Mundi Dynaſtæ, vos precor,
Diſcite Iuſtitiam ſolide, Sanctique timoris,
Cunctis in actionibus,
Obſequium præſtate Deo. Nam ſæva tyrannis
Eſt, conſcientias ſibi

In

Digitized by Google

In quasvis hominum ſi quis confingat habenas:
Signum merè tyrannicum eſt,
Eripere hoc regimen Ihovæ. Mortalia tantum,
Mortalis auctor temperat.
Non datur ulterius proceſſus. Spiritus intus
Ihovæ refingit pectora:
Nil valet externa heîc vis Regis. Spiritus iſtam
Sibi vendicat potentiam,
Syncera ut Chriſti reverentia mentibus adſit:
Fovete Reges hunc pii;
Sermones audite ſacros, ac figite cordi.
Non cuncta cuivis credite.
Nil prius, aut potius cœlum, nil poſſidet orbis,
Cœli nec ipſa ſydera
Eloquio Ihovæ: Nil gratius extat ubique.
Nec uſpiam quid dulcius:
Quid pietas legesq; juvant? Aut unde vigorem
Verbum Iehovæ cœlicum
Sumat, ni proceres, rerum queîs credita ſumma eſt,
Referunt Deique imaginem,
Exempla praeant, factis parereque mandent,
Pacem colendo perpetim?
Sic ſibi religio vires acquirit; Olympi
Sic ſubditis proſperrimè
Expanduntur ritè fores, & tollitur omnis
Mortalium libidini
Libertas propriè. Vah quàm ſe crimine ſtulto
Gaudent mali convincere!
At tu, ſi terræ Dominorum maxime Cæſar
Te ritè Ihovæ conſecres,
Hocce tui auſpicii, ſub ſceptro; protinus omnes
Franges malorum machinas,
Ihova Tibi populum concredit ſanguine Chriſtus
Sibi quem redemit cœlitus.
Hunc ſi ritè Deo jures in pace fideli,
Regnum beabis optimè,
Imperioque tuo benedicet Ihova ſupremus,
Nec eſſe felix deſines.

Finis Lib. II.

Iohannis Angelii Werdenhagen I. C. C.

SYNOPSIS IN Lib. III. IOHAN. BODINI ANDEG. De REPVBLICA.

CAPVT I.

I. *Quid in hoc capite pertractatur?*

QVùm Bodinus huc uſque Rerumpubl. delineationes , genera , & quid cujuſque ſit proprium, quid alienum, quid commune; quis item in unaquaque Republ. Iura Majeſtatis propriè habeat, & cui competant, tradiderit; dehinc ſe ad Reipubl. partes, ac veluti membra ſingula , quæ Principi Reip. quaſi capiti illigantur , videlicet Senatum , Magiſtratus , eorumque poteſtatem, & officia, Curatores , Collegia, Corpora, ordineſque civium perſequitur ordine. A Senatu igitur exordium in hoc cap. ſumit , & inprimis ejus neceſſitatem demonſtrat , ac quibus rebus applicari debeat, & quomodo ; Item qualis eſſe eos oporteat, non juveniles animos, ſed maximè ſenes; quibus experientia in uſu ſit, ac inde nec gratiam nec arrogantiam aut invidiam curent , ſed undique veritatem,

juxta veræ conſcientiæ ductum, in omnibus adament rebus, nihilque adulatorio modo aut fucatim agant: Velut etiam de numero eorum eſt ſollicitus, quibus Senatus Conſulentium conſtituatur; ac ubi conſilium inſtituendum; item quo tempore, ne quid ebrii conſtituant; ac ne abſque viribus ſit placitum, de poteſtate eorum ſimul quid interjicit, ut Senatusconſulta reverenter accipiantur: demumque concludit illud, quod imperio vacare debeant omninò, quibus neceſſum ſit Conſiliis invigilare; tùm quoque quod majeſtatis ratio non patiatur.

II. *Quid eſt Senatus?*

Eſt legitimus eorum cœtus, qui de Republ. deque iis, qui ſummam Reipubl. poteſtatem habent, conſilium capit.

III. *Senatus unde dicitur?*

Eſt quaſi à Senibus natus cœtus iſthic, ùnde & Seniores vocari ſolent honorabiles illæ perſonæ ob ætatem & dignitatem ſapientiamq;, qui vitam eo uſque in experientia contriverint: Vnde *Senex* quoque, quaſi *Seminex*, qui non procul à funere abſit, aliis dicitur, quamvis alii ſenium à ſenſuum diminutione præ vetuſtate, ſed non ſatis commodè, derivent. Hinc rectè faciunt, qui *Senatui* ordinem *Senum* applicant, quod ejuſmodi *Senes*, dignitate experientiæ & prudentiæ rectiſſime Conſiliis Rerumpublicar. præeſſe debeant; unde & *Senatores* nuncupantur, qui ex ordine talis ſunt *Senatus*. Quod autem in Superiori Germ. Raht ſive Conſilium cum Senatu commune habetur, id in Inferiori Germ. apud Saxones dicebatur Witheit/ ſive à Wet/ id eſt lege, ſive à Weten/ id eſt ſcire, intelligere ſit; quùm aliàs Wit ſit albus & canus, quod proprium eſt *Senum*, ut inde

inde indicium ſit ſumendum, quàm candida debeant eſſe corda, quorum expetitur Conſilium, & quod ipſa *Conſilia* nihil niſi merum *candorem* in conceptione ſua expetant, uti Witheit nihil aliud eſt, niſi candoris albedo, qui color nihil maculæ patitur, quùm ſtatim viſum afficiat & conſpiciatur. Sic olim quoque Iudices Graven à Grauw/id eſt à canitie dicebantur, in quo omninò ſimilitudinem accipiunt *VVittody* & Graviones, homines dignitate & experientia primarii, ut quaſi publici morum, legum, juſtitiæ ac Reipublicæ cuſtodes ſint. *Tul. in Cul. Plaut.*

IV. *Vnde autem de Senatu prius agit quàm de Magiſtratu?*

QVùm ſapientiæ & prudentiæ decus ac ſplendor rariſſimè inter mortales eluceat, & tamen Reipublicæ lux ſit unica ex Deo, aliàs meris obruta jaceat tenebris, neceſſum eſt, ut aurora ejus hinc illuceſcat. Nec poteſt quid uſpiam in Reipubl. adminiſtratione ſalutariter profici, niſi is, qui Majeſtatis locum tenet, fidelium miniſtrorum, quos Officiales vocant, corona ſit cinctus, ut eorum conſiliis opera opeque ſublevatus, tantæ moli ſufficere queat. Sunt autem ejuſmodi adjutores Rerumpubl. in miniſterio ſuo duplices. Namque vel adjumento ſunt conſiliis Reipubl. ut Conſiliarii & Senatores: vel auxilio, ut *Magiſtratus, Curatores, Legati, &c.* Quis igitur non videt, Conſilio ceu cauſſa in lumine mentis prius eſſe opus, quàm ad adminiſtrationem rerum & effectum ejus poſſis prodire?

V. *Num Conſiliarii & Senatores idem ſunt, an differunt?*

IN effectu nihil ab invicem diſtant, niſi quod Conſiliarii dicantur, quatenus lateri Principum adjungantur,

gantur; & Senatores appellentur reſpectu Reipubl. in cujus ſalutem omnia conſilia dirigunt.

V I. *Vtrum præſtabilius, ut Princeps, an Senatus ſapientia præpolleat?*

SVpervacanea fermè talis eſt quæſtio, quùm Capiti potiſſimum competat ſapientia. Ideoque ſi tanta eſt Principis virtus ac ſapientia, ut alienis conſiliis facilè carere poſſit, nihil majus optandum, quàm ut rerum gerendarum conſilia, quoad ejus fieri poterit, quam maximè occulta ſint; quoniam prodita ac patefacta, clariſſimas civitates ac imperia funditus evertunt. Quid autem à ſtupido, aut libidinoſo, avaro, & voluptatibus dedito Principe expectandum ſit? Tamen nihil utilius ei obtingere poteſt, aut quod principe magis ſit dignum, quàm ſi prudentum Conſiliariorum ſelectum habere, & eorum conſiliis uti & ſi ui in admiſſione debita noſcat.

V I I. *An Conſiliis in omnibus rebus eſt utendum?*

VBi non ſunt prudentia conſilia corruit populus: ſalus autem eſt in amplitudine Conſiliarii. *Proverb.* 11. 14. *&* 24. 6. Nihil enim tanti ponderis eſt ac momenti ad res agendas in omni Republ. quàm Senatus auctoritate & Conſilio decerni, præſertim ſi alicubi dubitetur. Conſilium cuſtodiet te *ait S. S. Proverb.* 2. 11. Et ibi ſolus multa, ubi multa conſilia. *Prov.* 11. 14. *&* 24. 6. Optimis igitur Conſiliis non ſolum in rebus graviſſimis; ſed etiam in mediocribus & minimis (quanquam nihil minimum debeat cenſeri, quod ad Reipubl. commodum ſpectat) Præſidi cuivis eſt utendum. Velut etiam cernimus, quod ſubditi ſæpius id aſpernentur, frivoleque pro nihilo habeant,

Digitized by Google

habeant, ſi quid vel ſine conſilio, aut contra Senatus decreta ſuſcipi perſpiciant. Vti etiam ipſi Cæſari & aliis id exitio fuit, quod adulatoris ſui Cornelii Balbi perſuaſionem ſit ſecutus in eo, ne Senatui ſuam relinqueret auctoritatem, quum tamen Senatus in omni Republ. tam ſit neceſſarius, quam in corpore ipſo mens & ratio, ſine quibus nec corpus per momentum ſubſiſtere in homine poſſet.

VIII. *Num decet autem Principem eſſe litteratum?*

Magna latet hodiè ambiguitas in litteratura, & eruditione litterali, unde non tàm homines boni & pii, quàm magis callidi & verſuti efficiuntur, quo malo nihil pejus rationi poteſt effingi in toto orbe; & fermè inde omnis perverſitatis & malitiæ origo ſcatet, fonſque calamitoſæ opinionis profluit in corda hominum, ut quiſq; ſibi hinc tam pertinaciter ſtolidus ſapiat, & tamen in cœca ſtoliditate ſua ſummam arroget & adſcribat ſibi ſapientiam. An pejor extremitas mali queat dari? At verſutia & improbitatis ſcientia, non eſt ſapientia: neq; eſt prudentia, ubi conſilium peccatorum eſt, ait *Syr. c.* 19. 19. Eſt aſtutia accurata, quæ ipſa injuſta eſt; & eſt, qui pervertat gratiam in proferendo judicio; ſed qui juſtè judicia pronunciat, hic ſapiens eſt. *Ibid. v.* 22. Scaturigo vitæ eſt intelligentia, poſſidentis eam: at eruditio vanorum, ſcaturigo ſtultitiæ eſt. *Prov.* 16. 22. Eſt via, quæ videtur recta in conſpectu hominis, cujus finis tamen eſt via multiplex ad mortem. *Proverb.* 16. 25. Quivis enim vir purus in oculis ſuis ſibi apparet juxta vias ſuas; attamen Spiritus Iehovæ ſolus cor certum efficit, *ibidem v.* 2. Proinde toties in Verbo Dei hoc nobis inculcatur, quod nulla vera ibi adeſſe queat ſapientia, nec quiſquam rectè ejus

veſtigiis inſiſtat, niſi Timor Domini ante omnia adſit, quæ initium ſapientiæ veræ præbet. *Prov.* 1.7. & 15. 33. *Pſal.* 111.10, *Syr.* 1.16. Quia Iehova largitur ſolus ſapientiam & ex ejus ore progreditur intelligentia. *Prov.* 2.6. Quod ſi hæc ſapientia tibi cordi ſit, & hanc libenter addiſcas, tunc ſolertia te conſervabit, & intelligentia te cuſtodiet. *Prov.* 2. 10. Alias omnis tua ſapientia in argutiis, ſine pietate eſt, & duplicem arguit ſtultitiam, ac malignitatẽ cordis ipſam obfuſcat. Hinc obfirmat vir improbus cerebri proterviam; rectus autem aptat viam quamque ſuam. Nulla enim ſapientia, nullaque intelligentia, & nullum conſilium adverſus Iehovam valet. *Prov.* 21.29, 30. Nulla itaque pernicioſior ſapientiæ nomine inſtillari poteſt perverſitas cordibus hominum, quàm illa profana argutiarum garrulitas, qua totus jam ſcatet & ſapit in tenebris ſuis mundus, & inde ſuos nutrit Acad. informatores, aut juvẽtutis ſeductores. Quod rectè noſter Bodinus in Trajano & Nerone obſervavit, quùm tantum vera à falſa diſtet ſapientia, quàm Philoſophiam vocant, uti involuta & tenebroſa obfuſcatio diaboli, à veritate ipſa diſſidet; unde in opinionibus miris ita obſtinatè vivitur, ut quo quis doctiorem & eruditiorem in iis ſe ſentiat, hoc ditiore ſuis incumbat propoſito. Sic Nerone nullus ferè erat doctior, & Trajano vix quid conſtabat doctrinæ; tamen ille ſceleribus; hic virtutibus parem habuit neminem; Ille ſenatum capitaliter oderat; hic omnia ex Senatus gerebat conſilio. Sed de his plenius egimus in libro noſtro de triplici Eruditione, ubi explicatum ritè invenis, quid αὐτοδίδακτοι in habitualiſtica ſua argutia & litterali ſapientia ſint, & quinam verè ſint, quos Chriſtus ita etiam requirit in hac vita, Θεοδίδακτοι, *Ioh.* 6.45. qui verè operam dent veritati, ac ad lucem veniant, ut manifeſta fiant opera eorum,

rum, quod ſecundum Deum facta fuerint, *Iohan.* 3. 21. & 5. 39, 40, 41.

IX. *Quid autem in natura Conſiliariorum aut Senatorum eſt conſiderandum?*

DVplici modo ii conſiderandi ſunt. 1. reſpectu Perſonæ. 2. ratione officii. Veluti & ratione perſonæ viciſſim dupliciter conſiderantur: 1. reſpectu Quantitatis, & 2. reſpectu Qualitatis.

X. *Quid in qualitate Senatoris requiris?*

MVltiplicia heic requiruntur: ne ſit Iuvenis, ſed experientia probatus & exercitatus, juxta nominis ſenii indicationem, ut eodem ſenſu γερουσίαν Græci ſenatum vocant, quod ſatis argumenti eſt, gentes ex ſenioribus legere conſueſſe, uti *Deut.* 1. 13. id comprobatur & *v.* 15, 16. ubi Moyſes ſapientes, prudentes, pios, probos, juſtos & modeſtos, à vino abſtinentes, & ſilentii decenter tenaces, exigit, qui populo poſſint præfici & eorum curare ſalutem in veritate abſque avaritiæ ullius reſpectu. Quippe ſapientia pietatem ab impietate, prudentia turpe ab inhoneſto, ſcientia verum à falſo diſcernit, & ipſe rerum uſus excellentes efficit.

XI. *An non juvenes poſſunt in Senatum eligi?*

QVum Senatus dicatur, non poteſt nec debet Iuvenatus vocari, quod non tantum ridiculum, ſed etiam periculoſum foret: quia nec Senibus, nec Iuvenibus idem conſilium probaretur, quùm ſenes nollent huic ætati æquales cenſeri, nec juvenes intermitterent ſe ſenibus ſapientiores æſtimare, & ſuperiores. Non ſaltem opinatur vulgus, & recte opinatur, aut nunquam, aut raro admodum juvenes ſapientia

Digitized by Google

pientia præſtare; ſed etiam *S. Script.* doctrinam & conſilium penes ſenes eſſe. *Iob* 12,20.*&* 15.10.*Pſal.* 119.100. quod nunquam ſine extremo periculo derelinquitur. 1 *Regum.* 12.8.13. *&* 2 *Chron.* 10.8.13. Namque aliàs in populo Dei ſemper fuit conſilium apud ſenes. 2 *Chron.* 26.15. Cernite exempla ſeniorum, *ait Syr. c.* 2.11. *Prov.* 22.17.18.19.20. Ac ipſe Moſes ſibi 70. Seniores allegit. *Numer.* 11.6. Velut etiam Græci imitati ſunt hoc exemplum; unde Solon juvenem ab aditu Senatus arcendum putavit, & Lycurgus ex Senioribus conſcripſit ſenatum: Nec minus Plato Seniores Reip. cuſtodes fecit, *in publicis* muneribus & conſiliis. Nec etiam ex imperitis Senatum conſcribi oportere, ipſa natura docet. Nonne & pœna divina eſt, ſi juvenes aut adoleſcentes adhibeantur conſiliis? 1 *Regum* 12. 8. 14. *&* 2 *Chron.* 10. 8. 13.

XII. *Quando autem & ubi haberi aut cogi debet Conſilium?*

COnſilium legitimum ſtatis temporibus quidem ac locis ſecundi poteſtatem habere ſolet: Sic deputatus erat apud Iudæos locus commodus, & matutino Conſilium exercebant tempore. *Matth.* 27.1. 7. *Marc.* 15.1. Sed tamen quum rerum gerendarum variæ occaſiones & opportunitates ſe offerant, illæ quoque ſæpius locum ac tempus definient, ut Synedrion cogatur & Concilium, quod Hebræis eſt Sanhedrin, conſeſſus, aut conſiſtorium, Græcis βȣλευτήριον, locus in quem convenit Senatus, ad conſultandum.

XIII. *An verò ſufficit ut Seniores ſaltem Conſiliis adhibeantur?*

DE Senioribus quod dictum eſt, non aliter, quàm de iis intelligitur, qui pietate & amore erga Deum

Digitized by Google

Deum ac ejus Verbum prudentiaque prævalent, ubi nec minus Fidem & integritatem cum juſtitia conjungi volumus, nec etiam ut experientia deſit, odioque habeant avaritiam, uti ait Iethro ad Moſen. *Exod.* 18, 19. 21. 22. Quale enim ſit impiorum, aſtutorum, & eorum, qui falſi ſunt cordis, propriumque commodum ſub ſpecie recti aut vindictam quærunt, Concilium & Synedrion, monſtrat David. *Pſalm.* 1. 1. 4, 5. præterquam quod Reipubl. ruinam & exitium ipſum importare ſoleat, & adverſariis triumphum, ut nuper in Excidio Magd. miſerabili exemplum fuit, ubi Iehova non fruſtrà Iudex tàm ſeverus extitit, quùm tam diu factionum malitia in Senatu & avaritia, ac opinionum pertinacia cum pervicacitate ac bonorum recteque ſentientium perſecutione, omnia in arrogantiam ſub ſpecie pietatis convertendo prævaluiſſet. Qua peſte haud capitialior cogitari poteſt, quæ ita quoque ſubverſionem ſui conſecuta eſt, quum cordatos in ſimplicitate & fidos ex Senatu non ſine ſubverſione totius ſtatus, ut ſoli dominatu potirentur, aſtuti clancularii, ejeciſſent.

XIV. *Quid igitur in limine Senatus, quemque Senatorem obſervare decet?*

VT ante omnia verus ſit examinator ſui ipſius, qualis ſit in Deum Verbiq; ejus & amator proximi; deinde odium in adverſarios, & affectionem erga amicos; pervicaciam & arrogantiam ex ſemetipſo exuere oportet; ea ſolum intuendo, quæ ad veram Iehovæ gloriam in omnibus actionibus, vel ad Reipubl. commoda non fucatim ſpectant. Proindeque omninò id caveat, ne avaritiæ impulſu aliorum largitionibus ſe corrumpi patiatur; quum dona etiam ſapientiſſimis oculos occœcent.

XV. *An generis antiquitas quoque in Senatore conſtituendo reſpici debet?*

MOs quidem eſt laudabilis, ac in omni Rep. benè conſtituta, probandus, quod ratio eorum habeatur, qui inter cives apparent habiles, & quorum familia ex probitate & fide cognita eſt, præſertim ſi magiſtratui dignè præfuerint: Sed tamen uti electio prævalet, maximè ad virtutes reſpiciendum eſt. Neque enim virtutes illæ, quas Senatori neceſſarias eſſe diximus, juſtitia, inquam, pietas, fides, integritas, prudentia, probitas, rerumque gerendarum uſus, ac divini humaniq; Iuris ſcientia, ulla mercede, ullo cenſu, ullis pecuniis comparantur. Ideoque heîc optimum Iethræ conſilium prævalet, *Exod.* 18, 19. Ac in primis id benè notandum, ut adhibeamus tales huic ordini, qui Deo ſint accepti, de quibus hoc D. Petri eſt effatum, quod aperto ore protulit: Nunc autem hoc in rei veritate deprehendi, Deum non reſpicere ad perſonam: Sed in quavis gente, ei acceptum eſſe quemvis, qui eum timeat, & operam det juſtitiæ. *Actor.* 10. 34, 35.

XVI. *Quis numerus Senatorum ſufficere poteſt?*

MAxima certè raritas eſt eorum, qui tantis virtutibus, quantas in Senatore Civitatis requirimus, clari ſint. In popularibus tamen & optimatum imperiis, ut ſeditioſis ambitioſorum hominum vocibus, qui Majeſtatis principes ſunt, occurratur, Senatorum numerum augere ſæpe neceſſe eſt. Sic Romulus Romæ 100. conſtituit de 3000 civium, quaſi trigeſimam partem: quibus poſt exactos Reges Brutus 100 adjecit; poſtea ita auctus eſt numerus, ut tempore *Cic.* 600 fuerint. Apud Iudæos erant 3. Synedria: primum

primum ex tribus conſtabat viris, qui de minutulis judicabant; Secundum ex 23 viris, qui de cauſis majoribus & capitalibus conſilia captabant: Tertium ex 70. qui de rebus graviſſimis & maximè publicis, de pace, de bello, &c. ſententiam ferebant. *Num.* 11. 16. Auguſtus pacata Republ. numerum 600 ad 300 revocabat Senatores. Non igitur tàm multitudinis, quàm bonitatis ratio & pietatis habenda eſt in ſenatorum conſtitutione, prout neceſſitas id poſtulat & monſtrat conditio Reipubl. vide *Beſold. de conſil. Pol. cap.* 4.

XVII. *Conſilia autem quotuplicia?*

VAria ſunt; attamen vel ordinaria, aut extraordinaria. In ordinariis omnes adhibentur Senatores; in extraordinariis fit ſelectio quædam eorum, quibus arcana committuntur tractanda, veluti Græci ſuos habebant προβούλους & προκλήτους; ac Aetolis erat By ia icum & Panætolium conſilium ſanctius, ubi arcana imperii perceníebantur. *Liv. lib.* 35. ut eo rectius ſilentio clauſa eſſet curia. Quippe Arcana revelare uti non decet, ſic etiam exitio eſſe ſolet. *Prov.* 11. 13. *&* 25. 9. 10. præterquam, quod perfidiæ ſua ſit poſita pœna. Dividuntur autem Conſilia aliàs in Politica & Eccleſiaſtica: ſi ita loqui licet, pro materiarum varietate poſſ nt etiam longè plures diſtinctiones inveniri. Sed de his vide *Beſol. de Conſ. cap.* 2. Datur quoque Conſilium ſtatus, Conſilia Iuſtitiæ diverſæ, Provinciale, Appellatorium, Privatum, Conſilium Cubicularium, &c. adeò ut his ferè temporibus nulla ferè civitas ſit, ſive optimatum, ſive populari, ſive unius imperio regatur, quod præter Senatum non ſuum ſanctius foveat arcanorũ Conſilium. Quin & in Hiſpaniæ regno 7 regia Conſilia habentur, totidem curiarũ multitudine ſejuncta, & Prætorio regis

comprehenſa, ubi gradatim ab inferiori uſque ad ſecretiſſimum res magnæ ad concludendum perferuntur, examinatione accuratius factâ.

XVIII. *Ratio conſilii capiendi quomodo ſe habet, & penes quem eſt concluſio?*

PRopoſitionum ratio iſta eſſe ſolet, ut aut Rex aut ejus Cancellarius rem proponat; In ſtatu vero Populari aut optimatum partes eæ aut Conſuli aut Syndico incumbunt. Quæ verò in optimatum aut popularibus imperiis Senatus decernit ex pluralitate votorum dependent; atq; tunc optimates populuſvè jubent, ſi ita res poſtulet; contra quam in Monarchia fit, ubi Princeps auditis votis ipſe decernit, quæ velit, aut neceſſaria ſuo putat ſtatui, ſive præſens audiat conſiliarios, aut ex relatione & protocollo ſibi ſententias explicari jubeat. In polyarchia Conſul inde proprium nominis officium gerit, quod ipſi primaria dignitas conſilii competat. Si ille abeſſet olim, Vrbanus Prætor more majorum Conſulis munere fungebatur, ut rogationes civium aut peregrinorum exciperet, legatos audiret, & litteras Regum aperiret, ſententias rogaret, Senatus decreta præſcribi juberet, ac Senatum denique dimitteret. *Cic. in epiſt. de Cor. Præt.*

XIX. *Quid verò in Senatu aut quibus de rebus eſt deliberandum?*

NIhil in conſilium aut deliberationem advocari debet, quod non ſit pietati juxta normam Verbi Dei conſentaneum, quod benè prius examinetur, an proprii commodi ſtudium, an gloria Dei vera id ſuadeat? *Deuter.* 17. 19. Conſiſte in Verbo Dei, ac in eo te exerce: verſare in hoc fœdere, atque in hoc opere tuo veteraſce. *Syr.* 11. 21, 22. Ante ſortem Princi-

Principatus eſt reverentia Domini; duritas verò ſuperbiaque eſt amiſſio principatus, *Syr*.10,24. In reverentia Domini eſto gloriatio tua, *Syr*.9,20. & omnes actiones ac negotia dirige ad normam Verbi Dei, *Syr*.9,22. Inde ait David, Tua teſtimonia oblectationes meæ ſunt, & conſiliarii mei, *Pſal*.119, 24. Quicunque ergo vult amicus eſſe mundi, inimicus Dei conſtituitur, *Iacob*.4,4. Quicquid ſuſcipitur, in cunctis actionibus, & non in gloriam Dei ita dirigitur, ut ipſe ſolus reſpectum omnem in conſiliis cunctis obtineat, mundanam exhibet Idololatriam. Ideoque nihil eſt, quod heic diſtinguere velis inter conſilia Politica & Theologica. Quod enim non habet fundamentum in Verbo Dei atque ita ſit verè non putativè Theologicum, coram Deo ſubſiſtere nequit; licet toties id ſpecie religionis oppalliare cupias. Iehova enim ſcrutator cordis, puritatem animi in omnibus requirit negotiis.

Hoc autem dico, *ait D. Paul.* ſpiritu ambulate, & quod concupiſcit caro non perficite. Nam caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem: Hæc autem inter ſe oppoſita ſunt, ut non quæcunque volueritis, eadem faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Porrò manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt, adulterium, ſcortatio, impuritas, laſcivia, idololatria, veneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, excandeſcentiæ, rixæ, diſſidia, hæreſes, invidiæ, cædes, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia. *Gal*.5,17,18,19,20,21. Qui diſtinctionem eam in rebus deliberandis non rectè ineat, vix erit ad conſilia in gloriam Dei verè formanda idoneus; ſed potius ex ſemetipſo Deum faciet ſibi. Tum quoque nihil ſuſcipi debet, quod non ex dilectione ſolida cordis ad ædificationem proximi faciat, quem in potiori gradu amare tenemur, quàm

noſipſos, *Matth.* 5. *Marc.* 12,32. *Rom.* 13,11,12. *Eph.* 5,2. Et ne triſtate Spiritum illum ſanctum Dei, per quem obſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & excandeſcentia, & ira, & clamor, & maledicentia tollatur ex vobis, cum omni malitia. Sed eſtote alii in alios benigni, miſericordes, condonantes vobis mutuò offenſas, ſicut & Deus in Chriſto condonavit vobis, *Eph.* 4,30,31,32. Eſtote igitur imitatores Dei, ut filii dilecti: & ambulate in Charitate, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis in oblationem ac victimam Deo; in odorem bonæ fragrantiæ. Omnis impuritas aut avaritia ne nominator inter vos, ſicut decet ſanctos. Et obſcœnitas, & ſtultiloquium, & ſcurrilitas, quæ non conveniunt, *Eph.* 5,1,2,3,4,5. Si uſpiam alibi, certè in conſilio talia ſunt obſervanda, quùm conſilia ideo habeantur, ut inde effectus & operatio rerum in omnibus actionibus petatur & dependeat.

Peſſimè igitur agunt, & ſibimetipſis conſulunt, qui hæc ſecum non rectius examinant, quàm in conſilio ullum aliquod deponant propoſitionis poſtulatum, aut votum. Politica enim quævis ſacrarium hoc Iehovæ ante omnia aſportare debent, aliàs ne quidem in cogitationes mentis ſunt producenda. Quia nulla eſt ſapientia, nullaque intelligentia, & nullum conſilium, quod quid conferat adverſus Deum, *Prov.* 21,30. Huic igitur uni, ut omnes noſtræ deliberationes inſerviant unicè, neceſſum eſt. O ſi populus meus auſcultaret mihi: Si Iſraelitæ in viis meis ambularent! vel momento inimicos eorum deprimerem: ait ipſe Iehóva, *Pſalm.* 81,14,15. Vnde facilè patet, quod noſtra conſilia fruſtranea ſint, quæ hiſce temporibus turbulentis impenduntur. Tela cœlo emittuntur, noſtra in repercuſſione capita petentia:

tentia: dum quiſque ſuum magnificare cupit ſibi deaſtrum, & ſuis ſe explere commodis, ut inde exuantur pauperes. Romani certè nos pudore confundent coram facie Dei ſummo, quùm omnem religionis curam primo in Senatu quovis agere conſueſcerent: quaſi à rebus divinis omnium actionum humanarum initia duci, & in iiſdem terminari deberent.

XX. *Unde autem concluſio conſilii cujuſque eſt petenda?*

QVi Deum timent, hoc quærunt, ut ei placeant: Et qui eum diligunt, ejus mandata ſervant. Qui Deum timent, ad ejus ſe conformant præcepta. *Syr.* 2,19,20. Corona ſapientiæ eſt, timere Dominum, progerminans pacem & incolumitatem ſalutarem. Hæc ſapientia reverà veros efficit prudentes, & ei, qui conſtanter adhæret, auxilium firmum præſtat cum gloria. Radix ſapientiæ eſt, timere Deum, & hujus ramuli in æternum florent, *Syr.* 1,22,23,24: Ideoque in dubiis nil eſt abſque Verbo Dei decidendum: ſed obſervetur is, qui maximè voto ſuo ad Verbum Dei accedit. *Syr.* 21,20. ut illud ratum habeatur. Sic facilè utile ab inutili, juſtum ab injuſto diſtingui poterit. Imò quod ſi abſit omnis injuſtitiæ opinio, ne id quidem erit faciendum, dum dubitatur, quum ſpecies veri poſſit etiam cautiſſimos decipere. Nunquam igitur bonus Senator in fortunæ illecebris ſpem collocabit conſiliorum; tametſi videat ſæpè eorum, qui temerè ad res agendas aggrediuntur, exitus eſſe felices. Ne pudeat præſidem eadem ſæpius conſilia repetere, aut etiam ardua pridiè ſenatui proponat, nec quid præcipitetur noxiè.

XXI. *Suntnè Rhetores in Senatum admittendi?*

ELoquentiam quidem ad populi conciones adhibere, & aures imperitæ multitudinis ſuavitate orationis permulcere: oculos etiam verborum luminibus præſtringere, ac rationum illecebris mentes ab infamia & furore ad ſanitatem perducere, non modo laudabile, ſed etiam ſæpe neceſſe eſt: Aſt hæc omnia procul à Senatu amovenda ſunt, ſi modo à ſapientibus & non imperitis conſilia exquirantur, ne quis temerè loquax, prudentes turbet, aut à loco ſuo excludat importunitate impudenti.

XXII. *Eſtne Senatui quædam poteſtas in rebus decernendis concedenda?*

ID fieri oportere omninò negatur, ſi quid in præjudicium Majeſtatis vergat: ſi verò Princeps Senatusconſulta aut Decreta imperio ſigilli confirmare velit, Iuſſa Principis ſic conſtant, & vim ejus ſibi acquirunt. Sic etiam ſe res habet in Optimatum & Populi ſtatu. Aliàs enim falſum eſt, quod dicitur; Senatus Decrevit; Populus juſſit. Ceu id vulgatum quoque volunt; Quaſi poteſtas in plebe, Auctoritas in Senatu, Imperium in Magiſtratu; Majeſtas in Principe. Niſi ſano intellectu percipiantur; error ſummus eſt. Namque licet Senatus Conſulta concipiat; tamen ſine Majeſtatis juſſu, nihil imperare aut exequi valet.

XXIII. *Anne ærarii poteſtas quoque ad Senatum pertinet?*

PEr ſe non. Fuit quidem ærarii diſpenſatio penes Senatum Romæ; ſed quàm diu & quatenus plebi placuit, id eſt precariò: Qui autem precariò quid habet, nihil ſuum dicere poteſt. Majeſtatis in eo nervus

vus conſiſtit ; à qua adminiſtrationis commiſſio dependet. Cernimus tamen, quod Reges ſuæ Majeſtatis Iura melius, quàm populi tueri ſoleant.

XXIV. *Quur autem Senatus Imperio omni vacare debet?*

POtiſſima hæc eſt ratio, quod Senatus idem Conſiliorum arbiter, ac Reipubl. Princeps eſſet futurus. Si omnia in Senatus nutu & voluntate conſiſterent, Majeſtas evaneſceret ſibi, & everſionem pateretur ſtatus, Reipubl. dignitatem labefactando peſſimè.

CAPVT II.

I. *Quid in hoc capite pertractatur?*

QVùm Senatores primo loco conſtituerit Bodinus, hinc pergit ad reliqua munera publica. Ac quidem de Officialibus agit in genere; attamen Curatores ſtatim heic, antequam ad Magiſtratus munus tranſeat, ſubnectit propterea, quod maximam cum Senatoribus habeant ſimilitudinem; tum quoque ob antiquitatem, quod Reſpubl. à Curatoribus regerentur antequam Magiſtratuum ac legum vis intelligeretur. Potiſſimum autem eſt, de quo in hoc capite agit, quod ſaltem differentiam monſtret, qua curationes à Magiſtratu diſtent, & quid diſcriminis interſit.

II. *Officialis quid eſt?*

EſT publica perſona, quæ munus habet lege definitum. Officium quidem varia ſignificat; tamen principaliter ita acceptum, eſt vel ratio perſonæ ad certi operis neceſſariam effectionem; vel ſpecialiter acceptum dicitur de magiſtratus, aut ſubditi munere, quod illi aut huic convenit. *l. munus. ff. de V. S.*

Hinc

Hinc Officialis in ſubſtantivo eſt miniſter magiſtratus, officium habens ab ipſo demandatum.

III. *Quid eſt Curator?*

QVi munus publicum extra ordinem ſine lege, Imperantis arbitrio, gerit. Curatoris nomen eſt à cura, quod circumſpectionem & ſollicitudinem animi ita ponit, ut cor urat. *Feſt.* alludet ad Græcum ὤρα vel κορῶ id eſt verro, mundo, curo.

IV. *Quomodo differunt perſonæ publicæ?*

HArum ſunt duo genera, alterum ſine imperio, alterum cum imperio commiſſo conjunctum. Sine imperio ſunt, qui Religionem & Sacra curant, ut Pontifices & Sacerdotes: Item Senatores, Legati, quique Iuſſis magiſtratuum cives parere cogunt, ut ſunt ſcribæ, notarii, viatores, lictores, accenſi, cornicularii & id genus alii; qui, quod imperio vacant, magiſtratuum adminiſtros ſe ferunt; quibus omnibus munera ſunt legibus & edictis comprehenſa: unde hi Officiales ſive Officiarii ſine imperio dicuntur: alii officiales cum imperio, qui munus ordinarium lege definitum habent, quo refertur meritò magiſtratus. At curator eſt, qui munus publicum extra ordinem imperantis arbitrio gerit.

V. *Quænam eſt differentia inter Magiſtratum & Curatorem?*

MAximè conſiſtit in eo, quod Curatores ſine lege, precariò, at magiſtratus cum lege quaſi commendato munere fungantur. Precarium enim ſemper repetere licet; commodatum non item, ſed tempore definito. *l. & quia. ff. de Iuriſdict.* Tum quoque curationes omnes, etiamſi tempus definiatur, tamen confecta re, ante tempus deſinunt. Vnde Latini veteres Curationem ſolebant Commiſſionem appel-

appellare. Ac in Caroli Magni legibus Curatores Miſſi dicuntur à mittendo. Germani Schaken veteri verbo utebantur, velut hinc *Scacarium* vocabant Curiam Iudicum, qui extra ordinem in provincias mittebantur: ſunt quaſi dati Iudices, qui imperantis arbitrio revocantur.

VI. *An verò Curationes non ſtato tempore definiuntur?*

DIverſa eſt ratio juxta diverſitatem Rerumpubl. Nam tametſi curationes in popularibus & optimatum imperiis ſtato tempore ferè definiantur; in Monarchia tamen & extraordinarium ac precarium eſt munus, nullo temporis intervallo definitum. In popularibus imperiis majus imperium Curatori datum, brevi temporis intervallo terminari neceſſum eſt, ne diuturna poteſtas ambitioſis hominibus tyrannidis affectandæ præbeat occaſionem. Veluti Dictatura propterea ſemeſtris erat; ac Decemviratus olim legibus duodecim tabularum ferendis deſtinatus, ad annuam poteſtatem extenſus habebatur, ne nimis inſoleſcerent & magiſtratum ſibi exhauſtum raperent. Nihilominus Decemviri tentarunt Reipubl. libertatem opprimere, & ejus imperium ſibi ſumere, niſi ex hac commotione tribuni plebis eſſent creati ad libertatis vindicationem & perpetuam cuſtodiam.

VII. *Quibus rebus & negotiis deputantur Curationes?*

OMnibus ferè rebus, quæ regiminis adminiſtrationi conducunt, ſive de provinciis moderandis, ſive de bello gerendo, ſive de pecunia publica, ſive de ſartis tectis, ſive de legibus condendis, ſive de Iuriſdictione agatur.

VIII. *Quo-*

Digitized by Google

VIII. *Quomodo verò dividi poſſunt Curationes?*

IVxta ſtatus rationem. Curationes enim hodiè vel à Principe, vel à magiſtratibus, vel ab ipſis Curatoribus à Principe datis derivantur, ſi talem habeant poteſtatem: Quartum nihil eſt. Ita Curatoris poteſtas à Principe dati, cum morte Principis expirat: at Magiſtratuum poteſtas & imperium morte Principis non terminatur. In quo etiam caſu differunt curationes ab officiis ordinariis, quod hæc latiſſimè pateant; curationes autem anguſtiſſimis finibus contineantur, ut nihil extra reſcriptum iis ſit licitum, dum interim magiſtratuum religioni multa relinquantur juxta æquitatis normam dirigenda aut perficienda pro locorum, temporum ac perſonarum varietate. Hinc etiam olim promanavit, quod Romanis, propagatis extra Italiam Imperii finibus, placuit curatores pro magiſtratibus, qui provincias regerent, creare, qui uno verbo Poteſtates dicebantur quidem, tamen quia diſtinctæ erant curationes tales, diſtincta gerebant nomina, ut qui eſſet loco Conſulis aut pro Conſule aderat, dicebatur Proconſul; qui pro Prætore, Proprætor; qui pro Quæſtore, Proquæſtor &c. in quibus quiſque ſuos agnoſcebat commiſſionis terminos.

IX. *An non licet in Commiſſione aut Curatione aliqua præter mandatum quid meliorare?*

TAmetſi privatis in rebus mandato rectè paruiſſe interpretemur eos, qui uberius ac melius, quàm juſſi fuerant negotium geſſerint: in publicis tamen non utimur eadem interpretatione. Miles enim, qui hoſtem invaſit, aut magiſter equitum qui prælium conſeruit; tametſi uterque opima ſpolia de hoſtibus retulerit, capitali tamen pœna obligatur, ſi ve-

ſi vetante Imperatore id fecerit. *l. 2. ff. de re milit.* Ita ad quævis ſingulari mandato eſt opus *l. contra parag. ult. ff. de pact. l. tranſact. ff. de tranſact. l. mandato. ff. de procurat. l. procurator. d. t. l. jus jurand. parag. ff. de jurejur. l. 3. ff. de acceptil.* In privatis tamen rata haberi poſſunt, quæ ſine mandato pro melioratione rei geſta fuerunt. *l. quod ſi ff. de minoribus. ab Bald. l. penult. ff. rem ratam. l. hoc Iure. ff. de R. I. l. ult. C. ad Macedon.*

X. *Num verò ratihabitione eſt opus, ſi cui rerum agendarum ſumma ad arbitrium ac voluntatis diſcretionem ſit commiſſa?*

RAtihabitione principalis omninò eſt opus. Quia hujuſmodi verba in reſcripto expreſſa: *Ejus Arbitrio, Voluntati, Prudentiæ, Religioni permittimus*: ſic interpretari oportet, ut optimus ac prudentiſſimus faceret quiſque, ita ut Reip. utilitatibus & commodis caveatur: In quo genere ſi quid peccatur, id Reipubl. præſtare oportet, nec ullus eſt aut imperitiæ aut erroris excuſationi locus *l. in vendit parag. de tempore. l. hæc vendit. ff. de contrahend. empt. l. creditor. parag. Lucius. ff. de mandat. l. 1. parag. fidejuſſ. d. t.* quod majoris roboris eſt in eum, qui extortam & non oblatam curationem accepit. Ac ſi hoc in privatis habet, nec invenit locum; quænam in Republ. gerenda excuſatio futura eſt?

XI. *An non Curationis munus Magiſtratui inſeri poteſt?*

OMnes Curationes in magiſtratus abeunt, quoties ordinarium munus lege lata fit ex eo, quod antea extra ordinem gerebatur. Romanorum exemplũ eſt de Tribunis militum, qui antea curationis in modum

dum à Conſulibus fiebant: ſed anno *V. Cond.* 442. rogatione Tribunorum plebis lex lata eſt, ut munus ordinarium eſſet ex populi beneficio. *Livi. lib.* 9.

XII. *Quur leges de Officiariis perpetuæ dicuntur?*

HOc ad muneris perpetuitatem ſpectat, etiamſi annui ſint, aut ſemeſtres, qui publicis muneribus incumbant. Romæ omnes Magiſtratus annui erant lege Villia *Livius lib.* 40. præter Cenſuram, quod munus ita brevi tempore expediri non poterat, proinde ad quinquennium prorogatum eſt. Conſules creati ſunt lege Iunia. *Dionyſ. lib.* 4. *Livius lib.* 2. Tribuni plebis lege Duillia. *Dionyſ. Halic. libro* 10. *Liv. lib.* 3. Sic & alter plebejus Conſul lege Licinia. *Liv. lib.* 6. Prætor Vrbanus lege Sextia. *Liv. ibidem.* Prætores ſex public. quæſtionum, lege Cornelia ac Bæbia. *Liv. lib.* 40. *Feſtus lib.* 16. *in voce Rogatio. l.* 2. *ff. de origin. Iur.* Et quomodo ſingulis officialibus leges ſingulæ ſint latæ, apparet ex *Cod. Iuſtin. libro* 1. *ac.* 12. qui optimè id explicant.

XIII. *An Scriptura eſt de eſſentia Legum?*

INter ICtos hoc certamen eſt aëre. Licet omnia munera talia legibus definiantur; tamen non ſemper neceſſum eſt, ut leges ſtatim tabulis deſcribantur, aut in æs incidantur, aut cereis plumbeisve ſigillis, aut funiculis verſicoloribus aut ſericis ſubornentur. Hæ ſolemnitates, ut fidem faciant legum, inventæ quidem ſunt; leges tamen per ſe non efficiunt. *l. non figura. ff. de action.* Sic leges Lycurgi Rhetras appellarunt, quod ſcribi prohiberentur, quum perſuaſum ſibi haberet, inviolabiles & diuturnas fore, ſi animis civium, non tabulis, mentibus, non libris inſcriberentur omnium optimi. Sed ne erro-

erroris aut ignorantiæ ſpecie quis peccatum excuſare valeat, & ut memoria *ll.* firmior maneat apud poſteros, & teſtimonii loco ſit perpetui, inde tabulis inſcribuntur. Sic etiam ipſe Iehova poſtquam fœdus & pactum ſuum contraxiſſet ſpeciale cum Iſraelitis ſuis, leges ejus pacti tabulis teſtimonii cauſſa inſcriptas dedit, ut eſſet idea, quomodo cordibus talia inſcripta hærere deberent, ceu toties id mandat, jubet, & præcipit *Exod.* 31, 18. *&* 34. 28, 29. Iehova, *ait Moſes*, hæc facienda juſſit. *Levit.* 8, 34. *&* 18, 3, 4, 5, 30. *&* 20, 7, 22, 23. *&* 22, 32, 33. *&* 26, 15. *Num.* 14, 23. *&* 15, 39, 40. *Deuter.* 4, 2, 14, 23, 40. Ita populus ille ſemetipſum ad faciendum audita Dei mandata obligabat. *Deut.* 5, 27, 29, 32, 33. Audi Iſrael, *ait Moſes:* Iehova Deus noſter Iehova unus eſt. Itaque diliges Iehovam Deum tuum, ex toto corde, & ex toto animo, & ex totis viribus tuis: Et erunt verba iſta, quæ ego præcipio tibi hodie, NB. in corde tuo: Eaq; acutè ingeres filiis tuis, ac loqueris de iis, quùm ſedes domi tuæ, & quum ambulas per viam, quum cubas, & quum ſurgis. Etiam illigabis ea in ſignum manui tuæ, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos. Deniq; inſcribes ea poſtibus tuis domus tuæ, & portis tuis. *Deut.* 6, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 17, 18. Quod toties curioſiſſime repetit. *Deut.* 8, 6, 10, 11. Ia[illegible]aque, *ait*, ô Iſrael, quid Iehova Deus tuus exigit a[illegible], niſi ut timeas Iehovam Deum tuum, ambuleſque in omnibus viis ejus, & diligas eum, & colas Iehovam tuum ex toto corde & ex toto animo tuo, &c. *Deut.* 10, 12, 13, 14. *&* 11, 13, 28. *&* 12, 8, 28, 32. *&* 13, 4, 18. *&* 17, 19. *&* 28, 58. 59. *&* 29, 9, 12. *&* 30, 9, 14. ubi cordi verbum inſcriptum ait. 20. *&* 31, 12, 13.

In primis notabilia ſunt, quæ ultimo ſuis relinquit teſtamento verba: Edicebat illis: Adjicite animum veſtrum ad omnia hæc verba, quæ ego teſtificor

cor contra vos hodie; quæ præcipitote filiis veſtris, ut obſervantes faciant omnia verba Legis hujus; quia nihil inanitatis in ea eſt, quni hoc perficiatis: ſed vita eſt veſtra; & hac re prolongabitis dies vitæ in terris, &c. *Deut.* 32,47. Veluti Lex Dei, juſſum eſt ſummum & æternum, quod falli nequit nec debet, imò cordibus eſt inſcriptum noſtris; Ita ad ejus imitationem legem Romani appellant Iuſſum populi magiſtratu rogante datum *l.* 1. *tit.* 1. *Inſtit.*

CAPVT III.

I. *Quid hoc continet Caput?*

IN eo agitur de Magiſtratu, cujus definitionem non tantum explicat, ſed etiam ejus ſpecies refert, & quæ poteſtas in cujuſque officio lateat. Parergῶs interim A. Gulium de triplici mulcta, quod 30 boves pro ovibus in maxima mulcta poſuerit, corrigit, ubi ſimul de poteſtate Pontificis pluribus agit.

II. *Quid eſt Magiſtratus?*

EST officialis qui publicum imperium habet. Alii Magiſtratum dicunt perſonam publicam, quæ Iuriſdictioni præſit; vel quæ pro tribunali Ius dicat; vel Iuriſdictionem aut Iudicium publicum habet. Quum [illegible] iſtis tribus deſcriptionibus verum eſſentiale ſuum deſit, imperandi ſcilicet & cohibendi poteſtas, nullius ſunt momenti. Quippe & magiſtratuum delegati, ac quibus Iuriſdictio eſt demandata, jus dicere ac pro tribunali ſedere ac decernere quid valent, quùm tamen non ſint magiſtratus. Itaque recte eos in antecedenti capite refutavit noſter Bodinus. Alii ex *Cic.* 3. *de ll.* definiunt ſic magiſtratum, quod ſit poteſtas ordinaria à Majeſtate conceſſa, ad gerendam Rempublicam. Sed quum

quum poteſtas omnis Imperii perſonis inhæreat, ſeparatio talis non niſi in perſonis eſt concretè accipienda; quum abſtractio nullius ſit uſus; quod etiam *D. Paul. Roman.* 13.1. ita affirmat, quando omnem animam poteſtatibus ſupereminentibus vult eſſe ſubjectam, quùm nulla poteſtas ſit, niſi à Deo, & quæcunque ſint poteſtates, à Deo ſint ordinatæ, &c.

III. *Magiſtratus unde nomen eſt?*

MAgiſteria dicuntur in omnibus rebus, ait Feſt. quæ magis cæteris quid poſſunt: velut etiam Magiſterare ipſi regere eſt. & temperare, aut moderari. Vnde Magiſtri non ſolum Doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi cæteris plus poſſunt. Vnde & magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt, quàm privati. Quæ vox duabus ſignificationibus notatur. Nam aut perſonam ipſam demonſtrat; aut honorem, ut quùm dicimus Titio Magiſtratus eſt datus. Nonnullis autem Magiſter eſt, quod ſit τρισμέγιστος, quaſi magis quàm ter, ut hinc Magiſter imitetur Magos, quæ vox Perſis robur determinat; ut Magus aliis ſit ſuperior aut doctrina, virtute, aut dignitate, unde HebræisMagim ſunt ſapientes, in rerũ cognitione occupati; at Perſis Magus nil aliud, quàm ſapiens & myſteriorum in natura gnarus eſt, quem Aegyptii Sacerdotem vocant, Indi Brachmanam, Galli Druida, Græci Sophon. Si autem Magiſtrum ab adverbio *magis* deducant, correſpondebit ei miniſter à *minus*. Græci melius, qui ἀρχὰς καὶ ἄρχοντας vocant Principes & Magiſtratum, id eſt Imperantes παρὰ τὸ ἄρχειν quod eſt imperare, edicere, ut Magiſter Latinis quaſi moderator & Dux ſit, ceu illi Dictatorem in maxima dignitate conſtitutum

Magiſtrum populi dicebant. Nam Dictatoris vox Imperatorem ſignificat, quaſi Edictator ab edicere, & jubere; unde Edicta, Magiſtratuum Iuſſa dicuntur. Perſonæ, quæ hoc officii ſuſtinent, in Sac. Script. Dii vocantur. *Gen.* 23,6. Princeps Dei es apud nos; ita reſpondent filii Cheti Abrahamo. *Exod.* 7, 4. ait ipſe Iehova: Ecce conſtitui te vice Dei Pharaoni. *Exod.* 22,28. Diis non maledicas: quod alii ſic reddunt: Magiſtratus ne execrator; & Principi in populo tuo ne maledicito. *Pſal.* 82,6. Ego dixi, vos Dii eſtis. *Pſal.* 89,7. Similis ero Deo in filiis Dei. *Ezech.* 28,14. Poſui te in monte S. Dei. ἔκδικοι & ἐξουσίαι dicuntur *Rom.* 13. velut etiam *D. Pet.* 1. *Epiſt.* 2,13,14. monet omnes, ut ſubjecti ſint cuivis ordinationi humanæ propter Dominum: ſive Regi, ut ſupereminenti: ſive Præſidibus, ut qui per eum mittantur, tum ad ultionem facinoroſorum, tum ad laudem benè agentium. Quamvis autem inde Theologi & Politici nonnulli, uti *Caſman. Heid. Reink.* & alii voce magiſtratus in latiſſima ſignificatione utantur, ut etiam comprehendat omnis generis Imperantes, quibus ſimul Iura majeſtatis applicantur; tamen ſtrictiori uſui heic in ſpecie applicatur, quos D. Petrus ſecundo habet loco, & Præſides vocat, quod beneficio Regum imperii quid foveant, ut adminiſtrent eorum vices apud ſubditos.

IV. *An verò Iudices ſunt Magiſtratus nec ne?*

SI demus Iudicum allatam à Iuſtiniano diviſionem *in Authent. ff. de judicrb.* aptè cohærere, facilis erit explicatio. Partem enim Iudicum magiſtratus eſſe, partem ſine magiſtratu eſſe, ſcribit. Eorum igitur, qui participes ſunt muneris publici, quod lege definiatur, id eſt officialium quoſdam magiſtratus eſſe, qui ſcilicet imperium habeant, cæteros magiſtra-

Digitized by Google

giſtratuum miniſtros appellari conſtat. Sic etiam ex toto libro Iudicum, clarum eſt, quod Dei vicarios Iudices illi apud Iudæos repræſentarint, donec ſtulti Deo ſuum renunciarent Imperium, quod per Iudices ſive Principes ſuos Iehova peregerat.

V. *An Magiſtratui etiam imperium ſine Iuriſdictione dari poteſt?*

QVur non? Erant olim ſic Cenſores & Tribuni plebis ſine Iuriſdictione: Et è contra Iuriſdictionem habent alii ordinariam ſine imperio, ſine viatore, ſine lictore. Hinc vult Vlpianus, omnibus magiſtratibus, præterquam Duumviris, licere ſuam Iuriſdictionem pœnali judicio tueri; quod non modo ad mulctam pertinet, ſed etiam ad manus injectionem. *l. 1. ff. ſi quis Ius dicent. l. cum ab eo. ff. ad L. Iul.* Qui Imperium ac Iuriſdictionem habent, & vocare, & prehendere, & judicio pœnali Iuriſdictionem tueri, & judicata exequi poſſunt. Quibus autem Imperium eſt ſine Iuriſdictione, prehendere quidem licet, cætera non licent, niſi Prætoriæ tantum Iuriſdictionis partem precariò habeant.

VI. *An Pontifices quoque Magiſtratum determinant?*

NAſcentis Chriſtianæ religionis initio, Pontifices Chriſtianos ne minimam quidem ullis Iuriſdictionis ſpeciem habuiſſe, teſtis Auguſtinus eſt, *in epiſt. 69. & 163. 164. 165*, teſtis Nicephorus, *lib. 7. c. 3.* teſtis Iuſtinianus, *Authent. ff. de Sanct. Epiſc. parag. ſi quis. l. repetita. C. de Epiſc. & Cler.* Nec majores in Gallia illis ullam imperii partem tribuere voluerunt, quod decreta Curiæ Pariſienſis demonſtrant. *Gall. advoc. fiſci. par. 5. q. 276.* Nec ipſe Chriſtus in terris ſibi in talibus quid árrogavit; ſed apertè confeſſus

eſt, quod ejus regnum non ſit de hoc mundo, & cognitionem Iudicialem in ultimum uſque reſervat diem, ubi quiſque teſtem ſuæ propriæ conſcientiæ producet. Conſule heic elegantiſſimum tractatum, *D. Luth. tom. 2. Germ.* de fundam. quib. unicuique Chriſtiano liberum ſit de omni judicare doctrina; & quibus ex cauſſis hoc ipſi competat.

VII. *An verò non ſunt decreta, quibus plus auctoritatis & poteſtatis Pontifici Rom. attribuitur, quàm omnibus Principibus?*

SVnt quidem; ſed tamen ipſe Innocentius IV, & quiſque bonus Iuris interpres hæc decreta repudiarunt. *c. nemo. & gloſ. eod. 9. q. 3. c. quanto. de Iurejur. Ioh. Andr. in c. per inquiſit. de ſentent. excom. &c.*

VIII. *An Pontificibus mulctæ irrogatio permitti debet?*

OMnino non, nec quidquam Imperii illis tribui debet, nec ſententiam iniquam Pontificis Magiſtratus exequi tenetur. Ita paulatim Pontificia Iura ſuis finibus circumſcribere oportet, quum pleraque ſint Pontificia decreta, legibus in Republ. latis omninò contra magiſtratus imperii producta.

IX. *Habentnè omnes Magiſtratus Iurisdictionem, nec ne?*

APud Romanos diverſimodè hæc res diſtributa fuit, ut magiſtratus pars haberet vocationem, pars prehenſionem, pars neutrum. *Gell. lib. 13. cap. 12.* ſed plura ex diviſione apparent.

X. *Magiſtratus igitur quomodo dividitur?*

PLuribus quidem modis dividitur; ſed maximè accidentariæ diverſitates ſunt potius, quàm quod veram diſtinctionem largiantur. 1. Sunt enim, qui

qui Magiſtratus alios penes Reſpubl. rectas, alios penes aberrantes faciunt. 2. Alii ſecundum leges adminiſtrantes, vel ex arbitratu viventes. 3. Alii dicunt Magiſtratus vel neceſſarios, vel utiles. 4. vel definitos certi temporis, vel indefinitos. 5. vel ὑπευθύνους, qui aliis ſubſint, vel ἀνυπευθύνους. 6. vel mediocres, vel heroas, &c. Sed hæ diviſiones quum partim ad hanc Magiſtratus acceptionem non queant referri, partim quoque ingrediantur naturam ejus, potius ſequemur Romanorum ſtilum, qui alios habuerunt Magiſtratus Politicos, & alios Bellicos; ac rurſus illos vel Vrbanos, vel alios extra urbem Provinciales. Vrbani alii fuerunt ratione poteſtatis Majores, alii Minores. Vtriuſque partis Ordinarii aut Extraordinarii. *Roſin. lib. 7. c. 7.*

XI. *Quinam Magiſtratus vocantur Majores?*

QVibus commiſſum fuit imperium, uti ſunt Conſules, Prætores; Cenſores; inter Curatores, Dictator, Interrex. Item provinciarum Proconſules, Præſides, Proprætores, Præfecti & Rectores provinciarum, qui vocare, & prehendere non modo cives privatos viritim, ſed etiam minores potuerunt magiſtratus, exceptis Tribunis plebis, quorum corpora Sacro-Sancta erant; potuerunt & mulctare, pignora capere, carceribus coercere, inobedientibus etiam domos & Inſulas evertere. Signum hujus magiſtratus erat, quod lictores & viatores haberent, poteſtatemque mulctandi, velut & comitiis centuriatis creabantur.

XII. *Quinam ſunt Minores?*

QVi quidem honore aut munere publico fruebantur, magiſtratu non item, quum ſine imperio eſſent. *Vlpian. l. 32. ff. de injur. & famo.* Etenim

V 3 mune-

muneris verbum latiſſimè patet, ad eos etiam, qui munera ſine dignitate gerunt. Honor vero ad eos, qui cum dignitate muneri publico præſunt. Honor, inquit Calliſtrat. *l. honor. ff. de munerib.* eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate, &c. Fit enim ſæpiſſimè, ut, qui maximos honores gerunt, omni imperio ac poteſtate careant. Vt apud Venetos Cãcellarius ex plebe creatur, qui quidem honor & maximus ſed ſine Imperio; velut múnera publica quædam pro legum ac morum varietate varia ſunt Rebuſpublicis.

XIII. *Quoſnam verò vocas Extraordinarios?*

QVi extra ordinem pro nata neceſſitate aut rei conditione creantur. ſic majores extraordinarii erant, Interrex, Dictator, Magiſter equitum, Decemviri, Tribuni militum &c. Minores extraordinarii, Duumviri perduellionis, Quæſtores parricidii vel rerum Capitalium, Præfectus annonæ, &c.

XIV. *Quis eſt Magiſtratus bellicus?*

QVi tempore belli in rebus ad Rempubl. pertinentibus Ius commendandi & prohibendi juxta rationes expeditionis habet. Eſtque duplex vel Summus & Generalis, ut Imperator & Dictator; vel Subordinatus, qui non ſimpliciter mandare poteſt, ſed cum conſenſu Superioris. Eſtque Primarius, ut Duces peditum, Magiſtri equitum, Præfecti claſſici. Vel Secundarius, ut Præfecti excubiarum, Centuriones, Decuriones, &c.

XV. *Quid in creatione Magiſtratus obſervandum?*

TRia heic ſpectari debent. Primo Creatores ipſi: deinde ex quo civium ordine quiſque cuique muneri præficiatur: Demum, qua ratione

& quo-

& quonam modo id fiat? Primum proprium eſt ejus, qui Ius Majeſtatis habet. Secundum etſi quoque Majeſtati competat, tamen etiam legibus in eo quid tribui ſolet, ac maximè in Democratia & Ariſtocratia. Optimè autem fit, ſi pietati, integritati præ aliis virtutibus ſuus habeatur cum prudentia reſpectus, in tribuendis muneribus. Tertium à delectu pendet, aut à ſorte, aut ab utroque ſimul. Delectus autem fit, aut clara voce, aut manuum extenſione. Sorte cives ex uno vel pluribus ordinibus ducuntur, ætate legibus definita. Delectus verò cum ſortitione rarius commiſcetur.

CAPVT IV.

I. *De quibus rebus in hoc agitur Capite?*

QVùm magiſtratus & officialis talis ſe intermedio loco habeat inter eum, qui Iura Majeſtatis tenet, & inter ſubditos aut cives Reipublicæ alicujus ipſos, ut non ſine ſingulari cura juxta conſcientiæ bonæ & ſolidæ dictamen illi ſint dirigenda; rectè facit Bodinus noſter, quod nunc in ſequentibus tribus capitibus adeò accuratè de ejus officio, cui deſtinatus vivit, cuique omnem, juxta pietatis rationem & prudentiæ, vitam impendere debet, nunc heîc agat, eumque ſanctè informare ſtudeat. Ac ne alicubi in officii partibus vacillare facile ſuis queat, tria hæc inculcat, nempè quomodo ſe erga ſuum conſtituentem Superiorem aut Principalem gerere in omnibus debeat, etiamſi quid is contra naturæ rationes mandet: Deinde quomodo ſe erga ſubditos comportare debeat, ne conſcientiæ macula aut alio vitio contaminatus Iehovæ ſe exponat juſto Iudicio. Etenim heîc maximè valet illud, quod *D. Paulus* de diſpenſatoribus

pronünciat : Quod reliquum eſt, inquit, illud requiritur in diſpenſatoribus, ut quis fidus inveniatur. 1.*Cor*.4,2. Vſque dum venerit Dominus, qui & illuſtraturus eſt res tenebris occultatas, & manifeſta faciet conſilia cordium, ac tunc laus erit unicuique à Deo. *ibid*.*v*.5. Omnes enim nos manifeſtos *fieri* oportet, coram tribunali Chriſti, ut unuſquiſque reportet, quæ in corpore fecerit, congruenter ad id, quod fecerit, ſive bonum ſive malum. 2.*Corinth*. 5,10. Hoc licet cuique mortalium cotidiè ſit intimis cordis penetralibus æſtimandum & examinandum, tamen qui Patremfamilias agit in Reipublicæ adminiſtratione, ille ad rationes quaſvis in potiori Deo obligatus eſt gradu. Demum quoque Magiſtratus unus cum altero rectè concordare debet, ne quid ſcandali aut interruptionis committatur, unde Reipubl. damnum exurgat; Id ſimul Bodinus in tertio abhinc capite expendit, uti mox patebit: nos interim ad prius revertimur, ut inde conſtet, quid ita Magiſtratui competat, ut ſatisfiat ei, qui poſt Deum primus eſt in Republ. & omnia Majeſtatis Iura ſecum concluſa fovet.

II. *Quid quantumque igitur à Magiſtratibus Majeſtati debetur?*

QVùm Magiſtratibus imperia ac munera ſumma quæque attribuantur ab iis, qui Iura Majeſtatis habent, nec perſona poſt Principem in Republ. ſit potior, certè inde ſatis manifeſtè clarum eſt, quod ad ardua quæque in conſcientiæ fundo teneantur tàm Principi committenti, quàm ſubditis & privatis quibuſvis ac ſingulis; ut non leve ſit munus, quo utrique parti obligatiſſimi ducuntur omnes, tàm nobili functioni deſtinati: velut & multo accuratiores & potiores rationes à cunctis ipſe

ipſe Iehova ſuo tempore exiget. Fidelitate autem pia & dilectione erga Deum & proximum omnia rectiſſimè poſſunt expediri, modò id quiſque rectè expendere ſecum noſcat quem locum inter Principem ſuum & ſubditos omnes obtineat, ac defendere in conſcientia bona cogatur.

III. *In quonam verò maximè Princeps à Magiſtratu, & uterque à privato differt?*

PRinceps, quem ſibi conſerat aut anteferat in Republica, videt aut habet neminem, aliàs nec eſſet Princeps, aut ita vocari valeret: Quippe ab altiſſimo Iehova proximo gradu collocatus, cives omnes longo intervallo infra ſe deſpicit. Privatus verò nemini civium imperare publico Iure poteſt, etiamſi privatis ac domeſticis imperiis familiam moderetur: Sed hoc eſt Majeſtatis proprium, ut illa intermedio conſtituat regentes, qui inſtrumenti loco ipſi ſint perpetui, per quæ ſubditos in debitæ obedientiæ & paritionis repagulo cohibeat. Hinc magiſtratui unicè hoc incumbit, ut ante omnia noſcat, ad quam ipſe Majeſtati obedientiam ſit allegatus, quoque modo ſuperiori ritè parere, æquales obſervare, & inferioribus imperare debeat; ſic dignam magiſtratu perſonam ſe probabit, & magiſtratui dignitatem ſuam adjiciet; ſin minus, tantundem & magiſtratui detrahitur, & Reip. Majeſtati nocumento ac ignominiæ eſt.

IV. *Quænam autem ſunt, quæ Princeps cuique Magiſtratui Iure imperare poteſt?*

MAgna certe eſt eorum varietas & multitudo, quum quædam perpetuam vim legum habeant in cives, quædam privilegia concernant, quædam beneficia aut præmia, quædam pœnas, quædam curatio-

rationes publicas aut privatas, quædam bella, aut tributorum impoſitiones, exactiones pecuniarum, quædam largitiones, aut fœdera ineunda &c: Poſſunt tamen omnia hæc compendii cauſſa, duobus contrahi generibus, ut ad Reſcripta vel Iuriſdictionis, vel Status referantur.

V. *Poſſuntnè autem Reſcripta Principis juxta ſtatus & Iuriſdictionis rationem inter ſe rectè diſtingui?*

SI ſtilus rectè obſervetur in curia cum clauſulis & formulis ac ſolemnitatibus chartarum, ſigillorum, ſuniculorumque ſuis, diſtinctio in promptu eſſe valet; quin & rerum diverſitas indicium ejus facit, licet verbum *Iubemus* & Reſcriptis & Mandatis aut Inſtructionibus inſeratur univerſaliter.

VI. *Quomodo autem ex clauſulis diverſitas rerum apparet?*

PRincipio hæc Verba: *Vniverſis, præſentibus ac futuris*, ad Leges, aut ad Conſtitutiones perpetuas (ut ita loqui liceat) non autem ad Curationes, Edictave temporaria pertinent. At clauſula, quæ Iuriſdictionum Reſcriptis inſeri conſuevit, ſcilicet: *Quantum ſatis eſt, &c.* ad Iudicis fidem, æquitatem, & religionem prudentiamque refertur, ut id fideliter agat, quod ipſa negotii ratio & Iuſtitiæ requirit. Vnde hæc cæteris Reſcriptis, quæ ad Reipub. ſtatum pertinent, nunquam inſeri debent aut poſſunt, quum nihil in iis legalitati alicui relinquatur, ſed omnia ſint Iuris ſtrictiſſimi, ac honorarium Ius aut nobile officium in Iuredicundo non attingant, potiuſque vim legis Prætoriæ importent. *l. penult. ff. de Iuſt.*

VII. *Suntnè etiam aliæ Clauſulæ æquipollentes in tali ſtilo?*

OMninò reſpici debet ad conditionatas locutiones; uti juxta *l. 1. ff. ex quib. cauſ. majores*, eſt Clauſula, *Et qua Iuſta cauſſa videbitur &c.* Item, *Si Iuſtum ſit &c.* Verum magis Reipubl. honorificum eſt, ac minus Majeſtatis authoritatem imminuit, ſi conſtans obſervetur & fixa forma conceptuum; minuſque Magiſtratui imponere quid erroris valet.

VIII. *Quid in Reſcriptis ſtatum ſpectantibus obſervandum?*

DE iis eſt quæſtio duplex: Vna quidem; An, comperta rei veritate, quæ Magiſtratus officio diſcutienda ſit, cætera Magiſtratus exequi, ac potiſſimum injuſta præcipienti Principi parere debeat? Altera, an erepta Magiſtratui non modo æquitatis; ſed etiam veritatis quæſtione, Iuſſa Principis iniqua repudiare oporteat? Eoque dubitatio major eſt, quo gravius urgeantur.

IX. *Quid ad primum dubium reſpondendum putat Bodinus?*

SI veritatis & æquitatis quæſtio omnis Magiſtratui eſt adempta Reſcripto, nihil contra Principis Iuſſa poteſt, niſi unicuiq; compertum ſit Reſcriptum intuenti, aut falſum ac vitioſum; *Rot. deciſ. de except. in novis. Felin. in cap. de cætero. Col. 2. Panorm. eod. Coll. 7. Hoſtienſ. & Imol. in c. cum conting. de Reſcript.* aut abſurdum. *Imol. in Clement. 1. de re jud. col. 9. Bart. in l. à diva. ff. de re jud. tex. in c. paſtoral. de Reſcript.* ac legi naturæ diſſentaneum eſſe. ut ſi Princeps infantes & impuberes mactari jubeat, &c. Quod ſi enim magiſtratui extra fines provinciæ, aut ſu-

pra quam Iure debeat imperanti, omnibus imperium recuſare fas eſt; tametſi honeſtum ſit illud, quod jubetur; *l. ult. ff. de Iuriſdict.* Quantò minus turpia & injuſta præcipienti parebitur? Terminos enim ac fines imperii à natura ipſa poſitos, movet, ac ſuæ Iuriſdictionis leges à Deo ſacratas, perrumpit. Ergo Magiſtratus Iuſſa Principis exequetur, quæ à divinis & naturæ legibus non erunt aliena. Quippe Deo potius, quam hominibus parendum.

X. *An verò Princeps quid contra naturæ leges jubere poteſt?*

SI faciat, Princeps nullatenus eſt futurus; ſed eo ipſo ſe ad Tyrannidem convertit. Is enim Principis nomen ac dignitatem amittit, qui à pietate ipſa diſcedens divina Iura convellit. *Bald. in l. nuptæ ff. de Senat. & in l. imperium. ff. de Iuriſdict. Innocent. in c. quæ in Eccleſ. de conſtit. text. expr. in c. cum inceperit. de offic. deleg.* contra naturæ legem nullus valet error.

XI. *Quid ad alterum dubium reſpondet Bodinus?*

TAmetſi Princeps Imperii leges ac mores ſervare Iuratus & Injuratus ex officio debet: ſi tamen contra Iusjurandum, contraque Principis officia, quid imperet: non ideo magiſtratus imperata ſtatim recuſabit; quia non eſt in officio magiſtratus poſitum, dijudicare id, quod Princeps in legibus humanis ſanciat, juſtũ ſit, nec ne. Si tamen legem antiquare jubeatur, quę utilitate novis legibus prępõderet, juſſa tantiſper ſuſtinebit, dũ Principẽ admoneat, idq; non ſemel ei, ſed ſępius faciendum eſt. Sin Princeps admoneri nolit, aut admonitus utilia reſpuat; certè

certè magiſtratus iterum atq; iterum imperanti Principi obediet. Satisfecit enim officio. Quin etiam prima Juſſa exequetur, ſi dilatio periculū eſſet allatura. Sed hoc non procedit in iis, quæ contra Verbum Dei & naturæ leges mandantur. Vbi potius loco cedendum, quàm turpiter quid perpetrandum; quum non ſit communicandum cum operibus malis. *2 Iohan. v. 11.*

XII. *An Mandata principis precibus ſunt miſcenda?*

INterdum etiam publicis reſcriptis mandata precibus ſunt mixta, ne Princeps omnia ab invitis extorquere, ſed pleraque perſuadere videatur. Ego vero ſic ſtatuo: Nulla re magis elevari Iura majeſtatis, quàm precibus Principis erga ſubditos. Nam ſi honeſtum eſt, quod jubetur, quid precibus opus? Si turpe, quur jubetur? Verum eſt tamen, quod *ait Salom. Proverb.* 11. 2. Apud modeſtos eſt ſapientia, & *Proverb.* 16. 19. Melius eſt ſubmiſſum eſſe ſpiritu cum manſuetis, quam partiri ſpolium cum ſuperbis.

XIII. *An magiſtratus quoque ea Iuſſa exequi poteſt, quæ falſò naturæ contraria putat?*

QVæ naturâ juſta ſunt, pravis opinionibus ſæpè ſic obſcurantur, ut quid ſequendum, aut fugiendum ſit, non facilè intelligatur. Pleni ſunt libri, plenæ hiſtoriæ, plena populorum ac Principum ſcita; quæ ſingula qui percenſere velit, infinitus ſit. Sed optima eſt cautio ſapientum: qui vetant id facere, quod dubites juſtum ſit, nec ne. Quoniam ipſa dubitatio injuriæ opinionem adfert. Quantò magis locum habet, ſi perſuaſum habeas id, quod jubetur, natura ipſa turpe ac injuſtum eſſe? Peccati ratio la-

Digitized by Google

tet ſuo ipſo ſtatim facto, ſi id perficias, de quo dubites. Itaque Conſciėntiæ librum juxta Verbi Dei Inſtitutum inquire, prius quàm quid hæſitabundus perficias.

XIV. *An Magiſtratum abdicare prius, quam in leges iniquas vel naturæ contrarias jurare oportet?*

SApiens, veluti Iuſtitiæ quædam norma, multitudinis adverſarius eſt omnium maximus. Quod ſi ita eſt, quur ſapiens inſanienti magiſtratuum multitudini aſſentiri cogatur: Quod natura Iuſtum eſt, nec obſcurum, nec ab hominum erroribus aut incerta opinione, ſed ab ipſius ſempiternæ mentis clariſſimo & immutabili ſplendore manat. Neque enim Regia lege quiſquam Imperio abdicare prohibetur. Id tamen æquius eſſet; quàm arbitrio ac voluntati magiſtratuum permittere, ut Rempublicam deſerere, quàm ſententiam malint. Præſtat igitur magiſtratu abdicare, ſi lex ipſa divinæ aut naturæ leges oppugnet, aut unicuique turpis & iniqua videatur.

XV. *An vero leges anteà juſtas, per iniquitatem temporis aut caſum aliquem poſſunt aliam induere formam?*

REfert plurimum, utrum de legibus latis, an adhuc ferendis agatur. Interdum enim poteſt fieri, ut cauſſa ex improviſo obferatur, quæ leges ante hac juſtiſſimas putatas, eaſdem iniquitate induat. Tunc certè Principem admoneri oportet, ut legibus latis mitiorem declarationem adjicere velit. *l. placuit. C. de Iudic. l.* 1. *C. de R.*

XVI. *An*

XVI. *An contra legem quoque judicare liceat?*

ANtequam Principis voluntas eluceſcat ritè, contra legem judicare nefas eſt, quum in cæteris non de legum æquitate magiſtratui ſit diſputandum. Namque alias, ſi judex contra legem ſciens prudenſque judicaverit, ab ipſis *ll.* infamia notatur: *l. 1. ff. ad Turpil. l. relegati ff. de pæn.* Sin errore id faciat, quum ex legibus ſe judicare putet, non quidem infamia dignus eſt, ſed perinde eſt, ac ſi nil judicaſſet *l. cum prolat. ff. de re judic.* Vnde nec appellare neceſſe eſt. *l. ſi expreſſim. ff. quando appel. n. eſt neceſſ.*

XVII. *Num decet virum bonum ſeipſo Rempubl. orbare?*

SI Reipubl. morbis ac Principum peccatis mederi conſtantia non poteſt, præſtat aliquid indulgere, quàm Reipubl. vulnera à Principibus illata exacerbare, eoſque ab inſania ad furorem adigere. Ideoque patientiæ interdum parendum, ut meliora quis ſapiens queat lucrari tempora.

XVIII. *Quid ſi princeps aliquid juſſerit, & poſtea revocarit, cui edicto magis obediendum?*

REs hæc diſtinctione illuſtranda eſt: Si quidem cœpta res non omitti poteſt ſine publico detrimento, Edicto locus erit; idque potiſſimum in bello: Domi verò ſi princeps Edictum latum, re nondum confecta, revocarit, omnia ſunt intermittenda.

XIX. *Si quid magiſtratui mandetur incognitum pro veritate pronunciatum quid heîc agendum?*

IN dubiis, de veritate omnino conſtare oportet, nec incognita judicare. Ideoque inquirat ſedulo *l. univerſ.*

univerſ. C. de reſcript. & l. ex parte. d. t. Ac ne magiſtratus ea de re dubitet, Conſtantinus id lege ſanxit. *l. 4. C. ſi contra Iuſ.* ut in veritatem Reſcripti inquirat, licet non ſit mandata inquiſitio, quùm nihil præjudicet mandanti. *Coſtren. Conſ. 156. Alexand. Conſ. lib. 7. Panor. in c. ad audient. col. 3. de præſcript. l. epiſtol. C. de pactis.* Hinc poſtea Princeps de incommodis monendus venit.

XX. *Quid vero, ſi Princeps ſuo reſcripto magiſtratui quæſtionem veritatis expreſſa clauſula ademerit?*

MAgiſtratus heîc quæſtione omiſſa, Principem admonebit, ac bona fide narrabit propoſitis damnis: Si minus audiatur, imperanti parebit: alioqui Reipubl. majeſtas à magiſtratuum arbitrio penderet, & foret res exempli mali apud alios, qui fortè idem tentarent.

XXI. *Si injuſta princeps mandet, an propterea Magiſtratum ab officio diſcedere oportet?*

VIdeat magiſtratus; ne falſa juris ac Iuſtitiæ ſpecie opinioneve, defectionis auctorem agat, & alios ad rebellionem exſuſcitet. At inquiunt; iniqua lex eſt; nec poſſumus, nec parere debemus. Honeſta quidem oratio; non poſſumus; Sed illud quod non debeas, unde didiciſti? Quibus ex fontibus hauſiſti? Tu tibi privatos injuſta etiam præcipienti, verberibus, carcere, mulcta, extremo denique ſupplicio parere cogas; nec tamen imperanti Principi obedies? At negabis, iniquum eſſe, quod jubet? Tune arbiter eris? Aut ſi te arbitrum feras; quur non idem de tuis erga privatos Edictis ferendum putes? Nimirum Imperandi libido facit, ut privatis quidem imperare velis; Principi verò populove parere nolis.

XXII. *Quid*

XXII. *Quid igitur fixum heîc regulæ loco teneamus?*

CAnon tibi poterit eſſe: Principi iniqua præcipienti obedire præſtabilius eſſe, quam Iuſſa recuſantem cæteris ac privatis rebellandi materiam & exemplum præbere; Sin contra divinas & naturæ leges quid jubeatur, patriâ, bonis, vitâ denique ipſa prius debes, quàm fide, juſtitia, integritate & religione ſpoliari.

CAPVT V.

I. *Quid in hoc capite docetur?*

DIſſeruit Bodinus ſatis concinnè & prudenter, qualem ſe Magiſtratus erga Principem ferre debeat; ideò nunc, qualem erga ſubditos & privatos eſſe cupiat, ſubnectit; ubi ſimul privatos ita informat, ut debitè ſuum erga hos officium agnoſcere in ſubjectione noſcant, & in quibus id conſiſtat, unde à legis virtute agere incipit.

II. *In quo Magiſtratus poteſtas erga ſubditos maximè conſiſtit?*

VT Magiſtratus ſe legem viventem ac ſpirantem maximè oſtendat. Lex enim quum per ſe muta ſit, non poteſt imperia & vetita præ ſe ferre, niſi Magiſtratus ejus vim & juſſum ſua dominatione, pœnas refractariis irrogando, exererit. Pœna verò nunquam à legibus irrogatur, niſi magiſtratus auctoritate ac judicio conſtituto ſententia feratur. Ex quo perſpicuum eſt, vim legum in iis poſitam eſſe, qui publicum imperium habent; quibus imperantibus niſi pareatur, cogendi poteſtas adeſt, quæ pœnarum irrogatione in apertum prodit.

III. Co-

Digitized by Google

eſt, quod ejus regnum non ſit de hoc mundo, & cognitionem Iudicialem in ultimum uſque reſervat diem, ubi quiſque teſtem ſuæ propriæ conſcientiæ producet. Conſule heic elegantiſſimum tractatum, *D. Luth. tom. 2. Germ.* de fundam. quib. unicuique Chriſtiano liberum ſit de omni judicare doctrina; & quibus ex cauſſis hoc ipſi competat.

VII. *An verò non ſunt decreta, quibus plus auctoritatis & poteſtatis Pontifici Rom. attribuitur, quàm omnibus Principibus?*

SVnt quidem; ſed tamen ipſe Innocentius IV, & quiſque bonus Iuris interpres hæc decreta repudiarunt. *c. nemo. & gloſ. eod. 9. q. 3. c. quanto. de Iurejur. Ioh. Andr. in c. per inquiſit. de ſentent. excom. &c.*

VIII. *An Pontificibus mulctæ irrogatio permitti debet?*

OMnino non, nec quidquam Imperii illis tribui debet, nec ſententiam iniquam Pontificis Magiſtratus exequi tenetur. Ita paulatim Pontificia Iura ſuis finibus circumſcribere oportet, quum pleraque ſint Pontificia decreta, legibus in Republ. latis omninò contra magiſtratus imperii producta.

IX. *Habentnè omnes Magiſtrátus Iurisdictionem, nec ne?*

APud Romanos diverſimodè hæc res diſtributa fuit, ut magiſtratus pars haberet vocationem, pars prehenſionem, pars neutrum. *Gell. lib. 13. cap. 12.* ſed plura ex diviſione apparent.

X. *Magiſtratus igitur quomodo dividitur?*

PLuribus quidem modis dividitur; ſed maximè accidentariæ diverſitates ſunt potius, quàm quod veram diſtinctionem largiantur. 1. Sunt enim, qui

Digitized by Google

qui Magiſtratus alios penes Reſpubl. rectas, alios penes aberrantes faciunt. 2. Alii ſecundum leges admininiſtrantes, vel ex arbitratu viventes. 3. Alii dicunt Magiſtratus vel neceſſarios, vel utiles. 4. vel definitos certi temporis, vel indefinitos. 5. vel ὑπευθύνους, qui aliis ſubſint, vel ἀνυπευθύνους. 6. vel mediocres, vel heroas, &c. Sed hæ diviſiones quum partim ad hanc Magiſtratus acceptionem non queant referri, partim quoque ingrediantur naturam ejus, potius ſequemur Romanorum ſtilum, qui alios habuerunt Magiſtratus Politicos, & alios Bellicos; ac rurſus illos vel Vrbanos, vel alios extra urbem Provinciales. Vrbani alii fuerunt ratione poteſtatis Majores, alii Minores. Vtriuſque partis Ordinarii aut Extraordinarii. *Roſin. lib. 7. c. 7.*

XI. *Quinam Magiſtratus vocantur Majores?*

QVibus commiſſum fuit imperium, uti ſunt Conſules, Prætores; Cenſores; inter Curatores, Dictator, Interrex. Item provinciarum Proconſules, Præſides, Proprætores, Præfecti & Rectores provinciarum, qui vocare, & prehendere non modo cives privatos viritim, ſed etiam minores potuerunt magiſtratus, exceptis Tribunis plebis, quorum corpora Sacro-Sancta erant; potuerunt & mulctare, pignora capere, carceribus coercere, inobedientibus etiam domos & Inſulas evertere. Signum hujus magiſtratus erat, quod luctores & viatores haberent, poteſtatemque mulctandi, velut & comitiis centuriatis creabantur.

XII. *Quinam ſunt Minores?*

QVi quidem honore aut munere publico fruebantur, magiſtratu non item, quum ſine imperio eſſent. *Vlpian. l. 32. ff. de injur. & famo.* Etenim

muneris verbum latiſſimè patet, ad eos etiam, qui munera ſine dignitate gerunt. Honor vero ad eos, qui cum dignitate muneri publico præſunt. Honor, inquit Calliſtrat. *l. honor. ff. de munerib.* eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate, &c. Fit enim ſæpiſſimè, ut, qui maximos honores gerunt, omni imperio ac poteſtate careant. Vt apud Venetos Cācellarius ex plebe creatur, qui quidem honor & maximus ſed ſine Imperio; velut múnera publica quædam pro legum ac morum varietate varia ſunt Rebuſpublicis.

XIII. *Quoſnam verò vocas Extraordinarios?*

QVi extra ordinem pro nata neceſſitate aut rei conditione creantur. ſic majores extraordinarii erant, Interrex, Dictator, Magiſter equitum, Decemviri, Tribuni militum &c. Minores extraordinarii, Duumviri perduellionis, Quæſtores parricidii vel rerum Capitalium, Præfectus annonæ, &c.

XIV. *Quis eſt Magiſtratus bellicus?*

QVi tempore belli in rebus ad Rempubl. pertinentibus Ius commendandi & prohibendi juxta rationes expeditionis habet. Eſtque duplex vel Summus & Generalis, ut Imperator & Dictator; vel Subordinatus, qui non ſimpliciter mandare poteſt, ſed cum conſenſu Superioris. Eſtque Primarius, ut Duces peditum, Magiſtri equitum, Præfecti claſſiei. Vel Secundarius, ut Præfecti excubiarum, Centuriones, Decuriones, &c.

XV. *Quid in creatione Magiſtratus obſervandum?*

TRia heîc ſpectari debent. Primo Creatores ipſi: deinde ex quo civium ordine quiſque cuique muneri præficiatur: Demum, qua ratione

& quo-

& quonam modo id fiat? Primum proprium eſt ejus, qui Ius Majeſtatis habet. Secundum etſi quoque Majeſtati competat, tamen etiam legibus in eo quid tribui ſolet, ac maximè in Democratia & Ariſtocratia. Optimè autem fit, ſi pietati, integritati præ aliis virtutibus ſuus habeatur cum prudentia reſpectus, in tribuendis muneribus. Tertium à delectu pendet, aut à ſorte, aut ab utroque ſimul. Delectus autem fit, aut clara voce, aut manuum extenſione. Sorte cives ex uno vel pluribus ordinibus ducuntur, ætate legibus definita. Delectus verò cum ſortitione rarius commiſcetur.

CAPVT IV.

I. *De quibus rebus in hoc agitur Capite?*

QVùm magiſtratus & officialis talis ſe intermedio loco habeat inter eum, qui Iura Majeſtatis tenet, & inter ſubditos aut cives Reipublicæ alicujus ipſos, ut non ſine ſingulari cura juxta conſcientiæ bonæ & ſolidæ dictamen illi ſint dirigenda; rectè facit Bodinus noſter, quod nunc in ſequentibus tribus capitibus adeò accuratè de ejus officio, cui deſtinatus vivit, cuique omnem, juxta pietatis rationem & prudentiæ, vitam impendere debet, nunc heîc agat, eumque ſanctè informare ſtudeat. Ac ne alicubi in officii partibus vacillare facile ſuis queat, tria hæc inculcat, nempè quomodo ſe erga ſuum conſtituentem Superiorem aut Principalem gerere in omnibus debeat, etiamſi quid is contra naturæ rationes mandet: Deinde quomodo ſe erga ſubditos comportare debeat, ne conſcientiæ macula aut alio vitio contaminatus Iehovæ ſe exponat juſto Iudicio. Etenim heîc maximè valet illud, quod *D. Paulus* de diſpenſatoribus

pronunciat: Quod reliquum eſt, inquit, illud requiritur in diſpenſatoribus, ut quis fidus inveniatur. 1.*Cor*.4,2. Vſque dum venerit Dominus, qui & illuſtraturus eſt res tenebris occultatas, & manifeſta faciet conſilia cordium, ac tunc laus erit unicuique à Deo. *ibid. v*.5. Omnes enim nos manifeſtos *fieri* oportet, coram tribunali Chriſti, ut unuſquiſque reportet, quæ in corpore fecerit, congruenter ad id, quod fecerit, ſive bonum ſive malum. 2.*Corinth*. 5,10. Hoc licet cuique mortalium cotidiè ſit intimis cordis penetralibus æſtimandum & examinandum, tamen qui Patremfamilias agit in Reipublicæ adminiſtratione, ille ad rationes quaſvis in potiori Deo obligatus eſt gradu. Demum quoque Magiſtratus unus cum altero rectè concordare debet, ne quid ſcandali aut interruptionis committatur, unde Reipubl. damnum exurgat; Id ſimul Bodinus in tertio abhinc capite expendit, uti mox patebit: nos interim ad prius revertimur, ut inde conſtet, quid ita Magiſtratui competat, ut ſatisfiat ei, qui poſt Deum primus eſt in Republ. & omnia Majeſtatis Iura ſecum concluſa fovet.

II. *Quid quantumque igitur à Magiſtratibus Majeſtati debetur?*

QVùm Magiſtratibus imperia ac munera ſumma quæque attribuantur ab iis, qui Iura Majeſtatis habent, nec perſona poſt Principem in Republ. ſit potior, certè inde ſatis manifeſtè clarum eſt, quod ad ardua quæque in conſcientiæ fundo teneantur tàm Principi committenti, quàm ſubditis & privatis quibuſvis ac ſingulis; ut non leve ſit munus, quo utrique parti obligatiſſimi ducuntur omnes, tàm nobili functioni deſtinati: velut & multo accuratiores & potiores rationes à cunctis ipſe

ipſe Iehova ſuo tempore exiget. Fidelitate autem pia & dilectione erga Deum & proximum omnia rectiſſimè poſſunt expediri, modò id quiſque rectè expendere ſecum noſcat quem locum inter Principem ſuum & ſubditos omnes obtineat, ac defendere in conſcientia bona cogatur.

III. *In quonam verò maximè Princeps à Magiſtratu, & uterque à privato differt?*

PRinceps, quem ſibi conferat aut anteferat in Republica, videt aut habet neminem, aliàs nec eſſet Princeps, aut ita vocari valeret: Quippe ab altiſſimo Iehova proximo gradu collocatus, cives omnes longo intervallo infra ſe deſpicit. Privatus verò nemini civium imperare publico Iure poteſt, etiamſi privatis ac domeſticis imperiis familiam moderetur: Sed hoc eſt Majeſtatis proprium, ut illa intermedio conſtituat regentes, qui inſtrumenti loco ipſi ſint perpetui, per quæ ſubditos in debitæ obedientiæ & paritionis repagulo cohibeat. Hinc magiſtratui unicè hoc incumbit, ut ante omnia noſcat, ad quam ipſe Majeſtati obedientiam ſit allegatus, quoque modo ſuperiori ritè parere, æquales obſervare, & inferioribus imperare debeat; ſic dignam magiſtratu perſonam ſe probabit, & magiſtratui dignitatem ſuam adjiciet; ſin minus, tantundem & magiſtratui detrahitur, & Reip. Majeſtati nocumento ac ignominiæ eſt.

IV. *Quænam autem ſunt, quæ Princeps cuique Magiſtratui Iure imperare poteſt?*

MAgna certe eſt eorum varietas & multitudo, quum quædam perpetuam vim legum habeant in cives, quædam privilegia concernant, quædam beneficia aut præmia, quædam pœnas, quædam cu-

rationes publicas aut privatas, quædam bella, aut tributorum impoſitiones, exactiones pecuniarum, quædam largitiones, aut fœdera ineunda &c: Poſſunt tamen omnia hæc compendii cauſſa, duobus contrahi generibus, ut ad Reſcripta vel Iuriſdictionis, vel Status referantur.

V. *Poſſuntnè autem Reſcripta Principis juxta ſtatus & Iuriſdictionis rationem inter ſe rectè diſtingui?*

SI ſtilus rectè obſervetur in curia cum clauſulis & formulis ac ſolemnitatibus chartarum, ſigillorum, funiculorumque ſuis, diſtinctio in promptu eſſe valet; quin & rerum diverſitas indicium ejus facit, licet verbum *Iubemus* & Reſcriptis & Mandatis aut Inſtructionibus inſeratur univerſaliter.

VI. *Quomodo autem ex clauſulis diverſitas rerum apparet?*

PRincipio hæc Verba: *Vniverſis, præſentibus ac futuris*, ad Leges, aut ad Conſtitutiones perpetuas (ut ita loqui liceat) non autem ad Curationes, Edictave temporaria pertinent. At clauſula, quæ Iuriſdictionum Reſcriptis inſeri conſuevit, ſcilicet: *Quantum ſatis eſt, &c.* ad Iudicis fidem, æquitatem, & religionem prudentiamque refertur, ut id fideliter agat, quod ipſa negotii ratio & Iuſtitiæ requirit. Vnde hæc cæteris Reſcriptis, quæ ad Reipub. ſtatum pertinent, nunquam inſeri debent aut poſſunt, quum nihil in iis legalitati alicui relinquatur, ſed omnia ſint Iuris ſtrictiſſimi, ac honorarium Ius aut nobile officium in Iuredicundo non attingant, potiuſque vim legis Prætoriæ importent. *l. penult. ff. de Iuſt.*

VII. *Sunt*

VII. *Suntnè etiam aliæ Clauſulæ æquipollentes in tali ſtilo?*

OMninò reſpici debet ad conditionatas locutiones; uti juxta *l. 1. ff. ex quib. cauſ. majores*, eſt Clauſula, *Et qua Iuſta cauſſa videbitur &c.* Item, *Si Iuſtum ſit &c.* Verum magis Reipubl. honorificum eſt, ac minus Majeſtatis authoritatem imminuit, ſi conſtans obſervetur & fixa forma conceptuum; minuſque Magiſtratui imponere quid erroris valet.

VIII. *Quid in Reſcriptis ſtatum ſpectantibus obſervandum?*

DE iis eſt quæſtio duplex: Vna quidem; An, comperta rei veritate, quæ Magiſtratus officio diſcutienda ſit, cætera Magiſtratus exequi, ac potiſſimum injuſta præcipienti Principi parere debeat? Altera, an erepta Magiſtratui non modo æquitatis; ſed etiam veritatis quæſtione, Iuſſa Principis iniqua repudiare oporteat? Eoque dubitatio major eſt, quo gravius urgeantur.

IX. *Quid ad primum dubium reſpondendum putat Bodinus?*

SI veritatis & æquitatis quæſtio omnis Magiſtratui eſt adempta Reſcripto, nihil contra Principis Iuſſa poteſt, niſi unicuiq; compertum ſit Reſcriptum intuenti, aut falſum ac vitioſum; *Rot. deciſ. de except. in novis. Felin. in cap. de cætero. Col. 2. Panorm. eod. Coll. 7. Hoſtienſ. & Imol. in c. cum conting. de Reſcript.* aut abſurdum. *Imol. in Clement. 1. de re jud. col. 9. Bart. in l. à diva. ff. de re jud. tex. in c. paſtoral. de Reſcript.* ac legi naturæ diſſentaneum eſſe. ut ſi Princeps infantes & impuberes mactari jubeat, &c. Quod ſi enim magiſtratui extra fines provinciæ, aut ſu-

pra quam Iure debeat imperanti, omnibus imperium recuſare fas eſt; tametſi honeſtum ſit illud, quod jubetur; *l. ult. ff. de Iuriſdict.* Quantò minus turpia & injuſta præcipienti parebitur? Terminos enim ac fines imperii à natura ipſa poſitos, movet, ac ſuæ Iuriſdictionis leges à Deo ſacratas, perrumpit. Ergo Magiſtratus Iuſſa Principis exequetur, quæ à divinis & naturæ legibus non erunt aliena. Quippe Deo potius, quam hominibus parendum.

X. *An verò Princeps quid contra naturæ leges jubere poteſt?*

SI faciat, Princeps nullatenus eſt futurus; ſed eo ipſo ſe ad Tyrannidem convertit. Is enim Principis nomen ac dignitatem amittit, qui à pietate ipſa diſcedens divina Iura convellit. *Bald. in l. nuptæ ff. de Senat. & in l. imperium. ff. de Iuriſdict. Innocent. in c. quæ in Eccleſ. de conſtit. text. expr. in c. cum inceperit. de offic. deleg.* contra naturæ legem nullus valet error.

XI. *Quid ad alterum dubium reſpondet Bodinus?*

TAmetſi Princeps Imperii leges ac mores ſervare Iuratus & Injuratus ex officio debet: ſi tamen contra Iusjurandum, contraque Principis officia, quid imperet: non ideo magiſtratus imperata ſtatim recuſabit; quia non eſt in officio magiſtratus poſitum, dijudicare id, quod Princeps in legibus humanis ſanciat, juſtũ ſit, nec ne. Si tamen legem antiquare jubeatur, quę utilitate novis legibus prępōderet, juſſa tantiſper ſuſtinebit, dũ Principẽ admoneat, idq; non ſemel ei, ſed ſępius faciendum eſt. Sin Princeps admoneri nolit, aut admonitus utilia reſpuat; certè

certè magiſtratus iterum atq; iterum imperanti Principi obediet. Satisfecit enim officio. Quin etiam prima Iuſſa exequetur, ſi dilatio periculũ eſſet allatura. Sed hoc non procedit in iis, quæ contra Verbum Dei & naturæ leges mandantur. Vbi potius loco cedendum, quàm turpiter quid perpetrandum; quum non ſit communicandum cum operibus malis. *2 Iohan. v. 11.*

XII. *An Mandata principis precibus ſunt miſcenda?*

INterdum etiam publicis reſcriptis mandata precibus ſunt mixta, ne Princeps omnia ab invitis extorquere, ſed pleraque perſuadere videatur. Ego vero ſic ſtatuo: Nulla re magis elevari Iura majeſtatis, quàm precibus Principis erga ſubditos. Nam ſi honeſtum eſt, quod jubetur, quid precibus opus? Si turpe, quur jubetur? Verum eſt tamen, quod *ait Salom. Proverb.* 11. 2. Apud modeſtos eſt ſapientia, & *Proverb.* 16. 19. Melius eſt ſubmiſſum eſſe ſpiritu cum manſuetis, quam partiri ſpolium cum ſuperbis.

XIII. *An magiſtratus quoque ea Iuſſa exequi poteſt, quæ falsò naturæ contraria putat?*

QVæ naturâ juſta ſunt, pravis opinionibus ſæpè ſic obſcurantur, ut quid ſequendum, aut fugiendum ſit, non facilè intelligatur. Pleni ſunt libri, plenæ hiſtoriæ, plena populorum ac Principum ſcita; quæ ſingula qui percenſere velit, infinitus ſit. Sed optima eſt cautio ſapientum: qui vetant id facere, quod dubites, juſtum ſit, nec ne. Quoniam ipſa dubitatio injuriæ opinionem adfert. Quantò magis locum habet, ſi perſuaſum habeas id, quod jubetur, natura ipſa turpe ac injuſtum eſſe? Peccati ratio la-

 tet

tet ſuo ipſo ſtatim facto, ſi id perficias, de quo dubites. Itaque Conſcientiæ librum juxta Verbi Dei Inſtitutum inquire, prius quàm quid hæſitabundus perficias.

XIV. *An Magiſtratum abdicare prius, quam in leges iniquas vel naturæ contrarias jurare oportet?*

SApiens, veluti Iuſtitiæ quædam norma, multitudinis adverſarius eſt omnium maximus. Quod ſi ita eſt, quur ſapiens inſanienti magiſtratuum multitudini aſſentiri cogatur: Quod natura Iuſtum eſt, nec obſcurum, nec ab hominum erroribus aut incerta opinione, ſed ab ipſius ſempiternæ mentis clariſſimo & immutabili ſplendore manat. Neque enim Regia lege quiſquam Imperio abdicare prohibetur. Id tamen æquius eſſet; quàm arbitrio ac voluntati magiſtratuum permittere, ut Rempublicam deſerere, quàm ſententiam malint. Præſtat igitur magiſtratu abdicare, ſi lex ipſa divinæ aut naturæ leges oppugnet, aut unicuique turpis & iniqua videatur.

XV. *An vero leges anteà juſtas, per iniquitatem temporis aut caſum aliquem poſſunt aliam induere formam?*

REfert plurimum, utrum de legibus latis, an adhuc ferendis agatur. Interdum enim poteſt fieri, ut cauſſa ex improviſo obferatur, quæ leges ante hac juſtiſſimas putatas, eaſdem iniquitate induat. Tunc certè Principem admoneri oportet, ut legibus latis mitiorem declarationem adjicere velit. *l. placuit, C. de Iudic. l. 1. C. de R.*

XVI. *An*

X V I. *An contra legem quoque judicare liceat?*

ANtequam Principis voluntas eluceſcat ritè, contra legem judicare nefas eſt, quum in cæteris non de legum æquitate magiſtratui ſit diſputandum. Namque alias, ſi judex contra legem ſciens prudenſque judicaverit, ab ipſis *ll.* infamia notatur: *l. 1. ff. ad Turpil. l. relegati ff. de pæn.* Sin errore id faciat, quum ex legibus ſe judicare putet, non quidem infamia dignus eſt, ſed perinde eſt, ac ſi nil judicaſſet *l. cum prolat. ff. de re judic.* Vnde nec appellare neceſſe eſt. *l. ſi expreſſim. ff. quando appol. n. eſt neceſſ.*

XVII. *Num decet virum bonum ſeipſo Rempubl. orbare?*

SI Reipubl. morbis ac Principum peccatis mederi conſtantia non poteſt, præſtat aliquid indulgere, quàm Reipubl. vulnera à Principibus illata exacerbare, eoſque ab inſania ad furorem adigere. Ideoque patientiæ interdùm parendum, ut meliora quis ſapiens queat lucrari tempora.

XVIII. *Quid ſi princeps aliquid juſſerit, & poſtea revocarit, cui edicto magis obediendum?*

REs hæc diſtinctione illuſtranda eſt: Si quidem cœpta res non omitti poteſt ſine publico detrimento, Edicto locus erit; idque potiſſimum in bello: Domi verò ſi princeps Edictum latum, re nondum confecta, revocarit, omnia ſunt intermittenda.

XIX. *Si quid magiſtratui mandetur incognitum pro veritate pronunciatum quid heic agendum?*

IN dubiis, de veritate omnino conſtare oportet, nec incognita judicare. Ideoque inquirat ſedulo *l. univerſ.*

univerſ. C. de reſcript. & *l. ex parte. d. t.* Ac ne magiſtratus ea de re dubitet, Conſtantinus id lege ſanxit. *l. 4. C. ſi contra Iuſ.* ut in veritatem Reſcripti inquirat, licet non ſit mandata inquiſitio, quùm nihil præjudicet mandanti. *Coſtren. Conſ. 156. Alexand. Conſ. lib. 7. Panor. in c. ad audient. col. 3. de præſcript. l. epiſtol. C. de pactis.* Hinc poſtea Princeps de incommodis monendus venit.

XX. *Quid vero, ſi Princeps ſuo reſcripto magiſtratui quæſtionem veritatis expreſſa clauſula ademerit?*

MAgiſtratus heic quæſtione omiſſa, Principem admonebit, ac bona fide narrabit propoſitis damnis: Si minus audiatur, imperanti parebit: alioqui Reipubl. majeſtas à magiſtratuum arbitrio penderet, & foret res exempli mali apud alios, qui fortè idem tentarent.

XXI. *Si injuſta princeps mandet, an propterea Magiſtratum ab officio diſcedere oportet?*

VIdeat magiſtratus; ne falſa juris ac Iuſtitiæ ſpecie opinionevè, defectionis auctorem agat, & alios ad rebellionem exſuſcitet. At inquiunt; iniqua lex eſt; nec poſſumus, nec parere debemus. Honeſta quidem oratio; non poſſumus; Sed illud quod non debeas, unde didiciſti? Quibus ex fontibus hauſiſti? Tu tibi privatos injuſta etiam præcipienti, verberibus, carcere, mulcta, extremo denique ſupplicio parere cogas; nec tamen imperanti Principi obedies? At negabis, iniquum eſſe, quod jubet, Tune arbiter eris? Aut ſi te arbitrum feras; quur non idem de tuis erga privatos Edictis ferendum putes? Nimirum Imperandi libido facit, ut privatis quidem imperare velis; Principi verò populovè parere nolis.

XXII. *Quid*

XXII. *Quid igitur fixum heîc regulæ loco teneamus?*

CAnon tibi poterit eſſe: Principi iniqua præcipienti obedire præſtabilius eſſe, quam Iuſſa recuſantem cæteris ac privatis rebellandi materiam & exemplum præbere; Sin contra divinas & naturæ leges quid jubeatur, patriâ, bonis, vitâ denique ipſa prius debes, quàm fide, juſtitia, integritate & religione ſpoliari.

CAPVT V.

I. *Quid in hoc capite docetur?*

DIſſeruit Bodinus ſatis concinnè & prudenter, qualem ſe Magiſtratus erga Principem ferre debeat; ideò nunc, qualem erga ſubditos & privatos eſſe cupiat, ſubnectit; ubi ſimul privatos ita informat, ut debitè ſuum erga hos officium agnoſcere in ſubjectione noſcant, & in quibus id conſiſtat, unde à legis virtute agere incipit.

II. *In quo Magiſtratus poteſtas erga ſubditos maximè conſiſtit?*

VT Magiſtratus ſe legem viventem ac ſpirantem maximè oſtendat. Lex enim quum per ſe muta ſit, non poteſt imperia & vetita præ ſe ferre, niſi Magiſtratus ejus vim & juſſum ſua dominatione, pœnas refractariis irrogando, exererit. Pœna verò nunquam à legibus irrogatur, niſi magiſtratus auctoritate ac judicio conſtituto ſententia feratur. Ex quo perſpicuum eſt, vim legum in iis poſitam eſſe, qui publicum imperium habent; quibus imperantibus niſi pareatur, cogendi poteſtas adeſt, quæ pœnarum irrogatione in apertum prodit.

III. Co-

III. *Cogendi poteſtas in quo conſiſtit?*

PRima ejus vis in apprehenſione bonorum & perſonarum poſita eſt; unde ſæpe à vocatione ſejungitur: quia cui prehenſio eſt, non propterea vocandi, aut Iurisdicundi, aut captos admittendi Ius eſt, quum hæc propria ſint eorum, quibus publicè judicium eſt; in quo Magiſtratus à Iudice diſcernendus venit. Eos verò qui damnati ſunt, ſupplicio liberare, majeſtatis proprium eſt, ſupra leges omnes, ſupraque magiſtratuum Iura, imperia, poteſtates. Quo fit, ut nemo in Republ. verbis, *Impero, Iubeo, Abſolvo* uti poſſit, præterquam ii, qui Iura Majeſtatis habent.

IV. *An gladii poteſtas principis propria, exſecutio verò magiſtratuum eſt?*

HEnrici V. Imperatoris hæc diſputatio inter Azonem & Lotharium Iur. Conſ. celeberrimos viguit, & adeò acriter ventilata eſt, ut ejus arbitrium ad Imperat. deferretur, unde Lotharii ſententia approbata fuit. Is enim volebat, Principes ac populos, qui Iura majeſtatis habent, magiſtratibus pœnarum executionem dediſſe; arbitrium verò, ac potiſſimum gladii poteſtatem, ſibi reſervaſſe. Veram hanc eſſe ſententiam ipſa Majeſtas clamat, ut non opus ſit ad conſuetudines Romanorum recurrere, quas diverſis temporibus, pro diverſo Reipublicæ ſtatu exercuerunt.

V. *An Magiſtratuum munus Reipubl. vel principis proprium eſt?*

HÆc quæſtio diſtinctè recipienda eſt. Etenim in Dominatu unius, penes illum reſidet ſolum, quicquid mandare velit, juxta abſolutæ poteſtatis ratio-

rationem. At in ſtatu Polyarchico, omnia Magiſtratuum munera Reipubl. communis dominio inhæreat. Creatio verò eorum, qui Ius majeſtatis habent, privatis hæreditario Iure à Principe tribui non poteſt, niſi popularibus comitiis, & ordinum conſenſione. Velut etiam Duces, Comites, &c. qui arces provinciarum incolebant, Iuriſdictionem ac imperium olim precarium habuerunt.

VI. *Vnde autem nunc alia eſt ejus ratio?*

CApeti conceſſu labes hæc prima commiſſa eſt, qui perpetuum hoc illis jus fecit primò: poſtea hæreditario Iure in maſculos tranſmiſſum: poſtremò etiam fœminis conceſſum, tanta principum ignavia, ut imperia, juriſdictiones, poteſtates, perinde ac prædia ipſa Iure commerciorum in omnibus ferè Occidentis oris & regionibus ſub haſta proſcribere liceat, ut eodem Iure, quo cætera hæreditaria, venalia bona habeantur. *Faber. in Inſtit. de legit. patron. & in Authent. ingreſſi. Col. ult. C. de Sacr. San. Eccleſ. Pet. Iacob. in ſum. de cauſ. ex quib. feud. amitt. Col. 5. Guid. Pap. deciſ. Delph. q. 59. 133. 220. & Conſil. 176. Col. 3. Iaſ. in l. de quib. ff. de Legat. Col. 16. n. 65. Dec. Conſ. 269. Col. 3. n. 8. & Conſ. 690. Col. 2. n. 8. &c.*

VII. *Num Magiſtratuum poteſtas, quæ ipſis conceſſa eſt, eorum propria eſt, quatenus ſunt Magiſtratus?*

PRopria quidem eorum Iuriſdictio cum Imperio eſt, quæ in Polyarchico ſtatu Magiſtratui congruit Iure Magiſtratus; tametſi honor ac dignitas perſonarum propria non ſit. *l. nec mandan. ff. de tutor. dat. l. cum. 2. parag. ſed nec ff. de tranſact. l. etſi. ff. de officiis ejus cui.* Vt quaſi in cuſtodia eos conſervent

vent ſecum. Ideoque juxta præſcriptam legem nihil habent, præter legis actionem. Cætera quæ religioni, fidei, æquitati, integritati, prudentiæ eorum tributa ſunt, ut non pro arbitrio ſtatuant, Magiſtratuum propria ſunt. Lex ipſa ad legis actionem, æquitas ad magiſtratus officium refertur. Hinc Iudicium lege terminatur; Decretum æquitate.

VIII. *Num igitur duplex munus eſt in arbitrio Magiſtratus?*

MVneris hujus diverſa eſt ratio; ut ab una parte quodammodo ſit ſervile; quia legi inſervire cogitur, ab altera parte verò ingenuum, quod Iuris Conſ. nobile vocant. Partim in facti, partim in æquitatis cognitione verſatur.

IX. *An verò non poteſt appellari à pœna à Magiſtratu conſtituta?*

HOc quidem Iur. Conſulti negant. *l. cum prolatis. ff. de re jud. Felin. in l. cum non. ff. de judiciis.* Sed ex eo tantum, quod magiſtratus in legem commiſiſſe reum judicavit: A pœna tamen, quàm Iudex arbitrio ſuo extra ordinem decrevit, provocari poteſt. Qui enim à lege, idem à Principe appellat, quod capitale volunt, quum nihil ſtabilius eſſe debeat rebus judicatis *l. Iudex. ff. de Iudic.* quibus civilis ſocietas maximè continetur.

X. *Num verò omnibus ubique eadem Magiſtratibus poteſtas eſt?*

NOn; Ideoque hoc animadverſione dignum eſt, quod in popularibus & optimatum imperiis, qualia fuerunt Græcorum & Italorum, hoc unum propoſitum eſt, ut magiſtratus omnes, quoad ejus fieri potuerit, legum vinculis obſtrictum teneant,

teneant, ut ab officio ne tantillum quidem, ſi velint, diſcedere poſſint; ac veteres multò magis, quàm noſtrę ætatis homines ſomnolentiores; quum tamen iſte modus longè ſit optimus.

XI. *An præcepta Magiſtratuum iniqua quempiam obligant?*

SVnt quidem Iuris interpretes, qui Iuſſa magiſtratuum præcepta vocant, non item Edicta. At nihil aliud eſt Edictum, ut ait Varro, quàm magiſtratus Iuſſum. Vnde iſte error manavit. Tradunt tamen alii, quur lex obedire magiſtratui, etiam iniqua præcipienti, jubeat. *Barthol. in l. pater. parag. Iulius. ff. de leg. 2. Durand. in titul. de ſentent. parag. miſta. l. præter ait. parag. ait. ff. de novo oper. l. ſervo. parag. cum præt. ff. ad* Trebell. *c. cum veniſſent. de reſtit. in integr.* Quin ipſæ leges, ſententiæ, decreta, nullam omninò vim habitura ſunt, niſi Iuſſa ſequantur.

XII. *An magiſtratui vim inferenti non eſt reſiſtendum?*

ID ex ſupradictis patet, quod non ſit licitum, ſed provocare licet; ac licet provocantem non exaudiat, reſiſti tamen non debet, ſi damnum illatum reſarciri queat. Alioqui ſi magiſtratus provocantem verberibus aut ſecuri cædere tentarit, vim illam repellere cuique licet pro innocentia; ſed eatenus, ut in extremis ſit conſtitutus, ac ne populari ſeditione, & ſine fraude id fiat, non violandi, ſed extremitatem avertendi cauſſa. *Bald. in l. Si quis. parag. 2. ff. de injuſto rupto. Bart. in l. ut vim. ff. de Iuſtit. Innoc. in c. ſi quando. C. paſtoral. de off. de leg. l. 1. C. unde vi.*

XIII. *Num*

XIII. *Num verò magiſtratibus, qui contra provocationem capitales ſententias exſequi, & damnatis ſupplicia erogare conantur, obſiſti Iure poteſt?*

LIcere non dubito, reſpondet Bodin. dum id ſine fraude & tumultu fiat, quoties de capite agitur. Sin de bonis, aut mulcta, aut prehenſione judicium feratur, non licere ſtatuo; quùm hæc vel interceſſionibus, vel provocationibus, vel actionibus injuriarum, vel ſupplicationibus ſarciri poſſint. *l. nec magiſtrat. ff. de injur.* In cæteris cauſſis nulla lege divina neque humana magiſtratibus vim inferentibus obſiſtere fas eſt. Vnde graviter errat *Spec. in titul. de civitat. parag. ſed niſi. Felin. in capite ex litter. de reſtit. Spol. Dec. Conſil. 459. Afflict. lib. 1. conſuet. Neapolit. titul. numer. 48. Barthol. in l. probib. ff. de Iur. Fiſci.*

XIV. *Si magiſtratus veſtitum mutet, & noctu injuriam cui inferat, an non reſiſtendum?*

SI offenſionem à quoquam acceperit tum, non quaſi magiſtratui injuriam illatam vindicare oportebit, ſi errore perſonarum peccatum ſit. At non modo magiſtratus violare; ſed etiam non colere, non venerari nefas eſt. Lex ipſa Sacrilegium vocat, non vereri magiſtratum. *ff. de Quæſt. & mag. offic.* Quod ſi quis eſt, qui religionis nomine ſe perſuaderi non patiatur, cogitare debet, privatorum erga magiſtratus obſequium, ac venerationem ad Reipublicæ ſalutem, ita neceſſariam eſſe, ut ſine ea vix ullus humanæ ſocietatis locus dari & eſſe queat.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VI.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

REſtat hujus diſcurſus tertium membrum, ubi de mutuis magiſtratuum erga ſeipſos imperiis & officiis agitur. Quod Bodinus noſter ita acutè perſequitur, ut variis caſibus informationes ſalubres litigantibus ob oculos ponat, & demonſtrat ſimul, quomodo in cauſſis limitum ſe non rigoroſos vicini gerere debeant, ac quid concurrentia Iuriſdictionum intermiſceat, ſi non animorum conciliatio potior ſit.

II. *Quot ordines Magiſtratuum in Republica dantur?*

TRes ſunt in omni Republ. magiſtratuum ordines: Supremi, qui majeſtatis tantum imperio tenentur: Medii, qui ſuperiorum quidem juſſis obligantur, inferioribus tamen ordine imperant: Infimi verò, qui ſuperiorum Magiſtratuum legibus coercentur, nec ullum, præterquam in privatos, habent imperium.

III. *An non dantur plures ordines?*

EOrum, qui in ordine ſupremo collocantur, duo ſunt genera: Vnum eorum, qui magiſtratibus omnibus imperare poſſunt, ac ſolius majeſtatis imperium agnoſcunt: Alterum eorum, qui majeſtatis quidem ſolius imperio obligantur, nec cæteris omnibus, qui in mediis & extremis ordinibus collocantur, imperare poſſunt; ſed iis tantum, qui ſuæ juriſdictionis ac poteſtatis finibus continentur.

IV. *Quinam autem ſunt primi generis ordines?*

PRimi generis pauciſſimi ſunt, ac multò pauciores in civitatibus, quàm olim fuiſſe, comperiuntur.

Digitized by Google

tur. Quippe diuturno rerum gerendarum uſu compertum eſt, nihil periculoſius eſſe, quàm è magiſtratibus eminere unum aliquem, qui cæteris omnibus, tum privatis, tum etiam magiſtratibus imperare jure poſſit, quique uno tantum gradu abſit à majeſtate. Eoque periculoſius, ſi ſummus ille magiſtratus nec parem habeat, nec imperii collegam, & Reipublicæ opibus ſuas confirmare poſſit: ut quondam Præfectus Prætorio, qui poſt Imperatorem omnibus magiſtratibus urbanis ac provincialibus imperabat, & qui ab omnibus Imperii Roman. magiſtratibus appellari poterat: ab ipſo verò ne ad Imperatorem provocare licebat. *l. 1. ff. de offic. præf. præt.*

V. *An verò talis ordo non eſt utilis Reipubl.?*

NOn tantum haud eſt utilis, ſed etiam ſupra modum periculoſus. Non debet igitur magiſtratui ſummum in cæteros omnes Imperium tribui, niſi Reſpubl. aliter ſervari nequeat; nec tamen auctoritate & ſpecie magiſtratus, ſed curationis in modum, ut Dictatori Roman. & Archo Thalaſſorum & Æſymnetæ Lacedæmon.

VI. *Num præſente Principe ullum Magiſtratibus Ius imperandi eſt?*

QVemadmodum fluviorum vis & impetus unà cum nomine abſorbetur, quùm ab oſtiis confuſi in mare prolabuntur; & ſyderum ſtellarumque omnium lux nulla percipitur, quùm primum Sol exoriri cœpit; ſed quaſi lumen acceptum Soli reſtituere videantur: Ita quoque Senatus auctoritas, ac Magiſtratuum omnium imperia & Curatorum conquieſcunt, quum nulla ſit eorum poteſtas. Sicut & in popularibus imperiis Magiſtratus ſummi æquè ac infimi coram populo faſces ſubmittunt, ac ſtantes concio-

concionem habent ad populum ſedentem, reverentiæ cauſſa. Vnde & ipſorum Verbum eſt: *Omnes, qui heic adſident, volumus, jubemuſque.*

VII. *Quid interim de familia Principis ſtatuendum eſt?*

QVod diximus, præſente principe, Magiſtratuum imperia ſuſtineri, id ad univerſam Principis familiam pertinet, quamdiu principem concomitantur. In eos enim nullum magiſtratibus imperandi Ius eſt, præterquam iis magiſtratibus, quos Princeps curiali Iuriſdictioni præfecit.

VIII. *Quid de Magiſtratuum Superiorum præſentia erga Inferiores ſtatuendum eſt?*

PAr eſt ſimilitudo & ratio, quod ſuperiores inferiorum poteſtatem æquè ſuſpenſam teneant. Namque Curiarum ſuperiorum Iudices & magiſtri libellorum in eodem imperio, quùm in provincias ac tribunalia Prætorum veniant, majus imperium habent, Prætorumque poteſtatem coercent ac retinent. Quod in univerſum de ſuperioribus magiſtratibus erga inferiores dictum ſit; Iudicium enim, *inquit Paulus Iur. Conſ.* ſolvitur, vetante eo, qui judicare juſſerat, vel qui majus imperium in ea Iuriſdictione habet. *l. Iudicium. ff. de Iudic.*

IX. *Sed an collega aut pari poteſtate Magiſtratus, minorvè, imperio parem aut ſuperiorem prohibere poteſt?*

HOc quidem fixum eſt, non modò ejuſdem imperii collegas; ſed etiam magiſtratus pari poteſtate ſe invicem Iure rogare non poſſe: multo minus eos qui majus imperium habent. Incidunt tamen ſæpe controverſiæ graves inter magiſtratus,

eoſque qui ſine magiſtratu precarium imperium acceperunt; quibus publicæ actiones ac judicia turbantur, ac retinentur. Plurimum autem intereſt, prohibeatnè quis ſua interceſſione, an vero imperet? De collega ſatis perſpicuum eſt, quod nullum imperium habeat in Collegam; intercedendo tamen illum ab actionibus publicis prohibere poterit; quod ita verum eſt, ſi numero pares utrique fuerint: aliàs non poterit minor pars collegarum prohibere majorem.

X. *An Magiſtratus minor legato, eivè, cui major Magiſtratus imperium mandavit, obtemperare tenetur?*

TEneri putant plerique, quùm legatus nihil ſuo, ſed ejus qui mandavit, utatur imperio, *l.* 1. *ff. quis & à quo appell.* Alioqui ſi minori magiſtratui imperia legati, ejuſvè cui major Magiſtratus Iuriſdictionem mandavit, repudiare liceat, privatis idem licebit.

XI. *Repudiatio vero talis ad quem ſpectat, ſi facta ſit?*

NOn eſt in legatis, aut in iis, quibus mandata eſt Iuris dicendi poteſtas, ipſa legis actio; ſed in eo, qui mandavit. At ne magiſtratus quidem qui alterius Iuriſdictionem exercet, ſuo nomine quicquam imperare poteſt.

XII. *Sed qui poteſtate ac imperio pares ſunt, An etiam honore ac dignitate pares cenſentur?*

HOnorum ac Imperii diverſam eſſe rationem ſuperius dictum eſt, quum in eo nihil habeant commune. Ac ſæpius fit, ut, cui plus honoris, eò minus imperii tribuatur, quo quidem arcano nullum

Digitized by Google

lum ferè majus eſt, nec ad tuenda optimatum & popularia imperia utilius. Qui prior erat deſignatus Conſul, idem manebat in factis, in legibus Conſularibus, in Senatus Conſultis, in publiciſque actis. Si uterque ſimul deſignatus fuiſſet, ætas, conjugium aut liberorum copia præferentiam ipſi addebat. *Iuxta leg. Papiam Poppæum. Niceph. lib. 7. Sozom. lib. 1. cap. 9.*

XIII. *Si magiſtratus æqualium aut inferiorum rogationes contempſerit, nec decreta exequi patiatur, quid tunc agendum?*

CErtè majorum Magiſtratuum edictis, aut ſi ſummi fuerint Magiſtratus, inter quos de Imperio oriatur controverſia, Principis reſcripto cogendi ſunt. Id enim ſignificant Vlpiani verba: Si hoc Iuſſi fuerint. *Alex. Bar. Cuma. in l. à divo ff. de re Iud. l. 1. ff. de ſervis fugit. Aufr. quæſt. 441. Thol. Felin. in cap. ult. de for. Comp. l. 1. parag. ſentent. ff. de Præt. ſtipulat.*

XIV. *An in cauſſa criminali, poſt appellationem, ac ſi deſerta ſit, non licet exequi?*

IN cauſſis, in quibus de capite quæritur, poſt appellationem, tametſi deſerta fuerit, nec magiſtratus ſuperior exequi judicatum prohibuerit, non licet exequi tamen. Quod ſi magiſtratus provocantem ſupplicio affecerit, capite puniendus eſt ipſe, eoque Iure utimur etiam Sempronia lege, qui verberibus civem contra provocationem cæderet, majeſtatis legibus tenebatur. *l. addictos. C. de epiſc. audient. Fab. in l. à proconſul. C. de appell. Cic. pro Raber. perduell.*

X V. *Si reus damnatus quis plane in aliud regnum effugiat, & repetatur, an reſtitui debet?*

AD pœnarum utilitatem & ad exemplum publicæ ultionis pertinere videtur, ut iiſdem in locis, ubi peccatum eſt, ultio ſequatur: *Bald. l. 1. C. ubi de Crim. ag. op.* Attamen Iur. Conſ. communiter tradunt, non teneri Principem ad reſtituendum. *Bald. in l. 2. C. de ſerv. fug. Odofr. in Auth. qua in provin. ff. ubi de Crim. Afflict. in Conſt. Neap. lib. 2. tit. 3. n. 88. Fulg. Conſ. 149. col. 2. Boer. deciſ. 29. &c.* quum ne lex quidem divina ſervum fugitivum irato Domino reſtitui patiatur. *Deut.* 16. & 23. Ideoque res meri eſt favoris.

CAPVT VII.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

VTi inſcriptio ipſa monſtrat, de Corporibus, Collegiis, & Vniverſitate, quæque ex his commoda aut incommoda in Rempubl. profluant: Sicuti ordine quoque explicat, quod proprie in ſua ſint natura, & quouſque eorum poteſtates ſe extendant, an Reipubl. neceſſaria: quæ privilegia iis concedenda, aut non, ut inde ſtatus communis Reipubl. non quid inconvenientiæ aut damni patiatur; ſed recte in officio ſuo retineantur.

II. *Quid igitur eſt Corpus?*

EST plurium collegiorum, id eſt, perſonarum diverſi ordinis & profeſſionis Conjunctio. Si ita hoc nomen ſpeciatim ſumatur. Alias enim vox hæc plurima continet, ut quicquid tangi poſſit dicatur Corpus. Iſid. lib. 11. c. 1. vult inde deductum, quod corru-

corruptioni ſit obnoxium, quùm ſolubile ſit & mortale, præſertim ſi à κείρω & πείρω derives, quod ſcindi & tranſadigi queat; vel ſi mavelis, quod Corpus, quaſi cordis pes, id eſt, cuſtodia ejus ſit. Namque non omne corpus corruptibile eſt, niſi quod ex his elementis externis conſtat; quùm æternum elementum internæ naturæ quoque ſua ſimpliciſſima foveat æternitatis corpora, nobis inaſpectabilia. Hoc autem loco ſimilitudinis ergo ſocietati Civili ſpeciali applicatur; quamvis neque ſic ſatis ea ſignificatio perpetua ſit, quum Corpus etiam non rarò de Collegio aliquo accipiatur.

III. *Quid eſt Collegium?*

Eſt legitima trium pluriumvè perſonarum, ejuſdem conditionis, profeſſionis & ordinis conſociatio, mutui amoris & ſubſidii cauſſa, adeoque ſalutis publicæ inſtituta. Velut inde collegæ dicuntur, quaſi unà ſint lecti id eſt creati, ut ſint collectione ſociati, & complexu mutuæ amicitiæ conſtricti. Iſid. lib. 10. Aliàs quoque Collegium ſodalitas, ſodalitium, conventus & cœtus fratrum unitorum vocatur. *Paul. in l. qui in coll. ff. de excus. tut. l. Sodales, ff. de Collegiis gl. in l. 1. ff. quod cujuſque Univerſ. Godd. ad. l. 85. l. V. C.*

IV. *Quid verò eſt Univerſitas?*

Univerſitas, uti heîc accipitur, eſt omnium familiarum, collegiorum, & Corporum ejuſdem oppidi, Iuris communione ſociata multitudo, *vide infra Bod. lib. 6. c. 7.*

V. *Unde dicitur Univerſitas?*

Ab uniendo habet nomen, ut univerſum ſit totum quoddam diffuſum quidem, ſed tamen verſus

unum inclinet, ſi rectè ad unum reducatur; unde Perolt. ait: Ab Vnus ducitur Vniverſus, quaſi omnis ad unum, id eſt, ſine aliqua exceptione. Corn. Front. Omnes nullum excipit, ait, ut omnes homines, ita & res: Cuncti in perſonarum numero dicti, quaſi conjunctos eſſe deceat: Vniverſi in unam ſententiam converſi, faciendi aut dicendi quid. Velut aliud eſt, ſi dicamus omnes ſibi domicilium conſtituerunt; & aliud: univerſi domicilium ſibi conſtituerunt. Illic enim ſignificatur, domicilium ſibi unum quemque conſtituiſſe; heic omnes ſimul unum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe.

Ideoque univerſitas accipitur vel γενικῶς vel εἰδικῶς: Illic iterum vel in latiſſima ſignificatione, ut totius rerum univerſitas mundum determinet: vel etiam propius ad hominum ſocietatem & converſationem allegetur, uti in definitione poſitum videtur, ut hoc modo Collegia varia & Corpora civium, tanquam membra ſive partes integrantes ſub ſe comprehendat. Ex hoc ipſum ex loquendi formulis clarum eſt, ut recte dicam, quod omnis civitas ſit univerſitas. Sed non rectè dico, quod omnis univerſitas ſit civitas. Differunt igitur, ut latius & ſtrictius. Εἰδικῶς verò ſignificat, vel ſociatam profeſſorum multitudinem, & tum quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν denotat doctorum collegium aliquod, quod ethnicorum more Academiam dicunt: vel civium collectionem innuit, ut tum Civitatis nomine quoque poſſit exprimi, &c.

VI. *Quomodo autem ab his Vniverſitatibus Reſpubl. differt?*

Licet unione quaſi inter ſe corpora talia cohæreant civilia; tamen hoc amplius addit Reſpubl. ut hæc quaſi ruditer digeſta in formæ applicatione

Juſta

Digitized by Google

juſta & firma conſolidet ac perficiat, ut omnium civium ac oppidorum multitudinem Imperii majeſtate complexa tueatur. Etenim ſic totum genus humanum, quùm in multitudinis immenſitatem excreſceret gradatim ſic à ſingulis ad Familias, tum ad Collegia, & hinc ad Corpora, ab his ad Vniverſitatem, donec demum ad Reſpublicas conſcendat, Imperii finibus ac Majeſtate diviſas, ut ibi quaſi in perfectione ſuæ vitæ externæ tranquillitatem Iehovæ dicatam nanciſcatur. Omnium enim civilium Societatum origines à familia derivantur, quæ ipſa eſt naturalis vera Societas, & ab ipſo naturæ Parente principio generis humani fundata. Vnde Reſpublica nihil aliud repræſentat in ſeſe, quàm naturale imitamen primæ familiæ; ut non alia conſervationis ratio publicæ Societati melius poſſit applicari, quàm ibi in domeſtica fit Societate; alias infinitos progignet ex ſeſe errores, ſi ab iſto alicubi deviet modo. Ideoque fit, ut Reſpubl. in civili ſua Societate quidem ſine collegiis & corporibus ſtare queat per ſeſe, ſine familia autem nullatenus poſſit; aut ſubvertetur in imitate ſui fundamenti. Imò Reſpubl. diſſolvi poteſt; at familiæ ſine ſublatione & exitio ſui generis planè tolli nequeunt, per maximam ſui neceſſitatem; in qua ſe radicis inſtar cunctis exhibet ſtatibus.

VII. *Num Vniverſitas mortalium, non potuit aliter Conſervari, quàm per conſociationes ejuſmodi?*

NVlla ratione aliter fieri potuit, etiam ex ipſa per Creationem inſita nobis natura. Namque homo hominum non tantum appetens factus eſt, cumque his ſermone & uſu congruens, ſed etiam ita natus, ut ex hoc profectu à charitate domeſticorum &

ſuorum currat longius & propagatione familiarum gaudeat. Sed quum lapſus primus hominem intrerum indigentiam præcipitaſſet, ut terra ſpinas & carduum loco proventus Paradiſiaci ex maledictione Dei proferret *Gen.* 3.17.18. & homo poſſet nihil inde niſi laboribus conquirere ſuis, ſegnitiem autem & ocium amarent plurimi, hoſtilitas inde exurrexit, ut alter alteri invidere dirè inciperet, mox hinc redditum eſt genus mortalium rapinis, cædibus ac latrociniis deditiſſimum, ut cuique nihil prius eſſet, quàm graſſari & occidere, aut imbecilliores ſervitute premere, ut ex *Gen.* 6. Plutarchus in Theſeo notavit optime. Hæc igitur latrocinandi licentia, homines ad amicitias & ſocietates fidelius adeundas coegit, qui tranquillitati & conſcientiæ meliori eſſent addicti. Proinde principio ſodalitia contracta fuerunt ab iis, qui, quod ex eodem puteo, ſeu φρέατος aquam haurirent, φράτορες ſeu fratres ſunt appellati; inde quoque φρατρίαι dictæ: aut qui ex eodem fonte, quem Dores παγὰν appellant, pagi ſunt dicti, ut in locis montanis firmiſque collibus hinc perfugia quædam Pagis diſpoſuerint, ut tandem mœnibus hoſtiles irruptiones à ſe arcerent. Sed quum omnium optimè de toto hoc progreſſu vir longè ſapientiſſimus Gerardus Dorneus *in clavi Philoſoph. ſua Chym. pag.* 200. id compendioſiſſimè valdeque acutis & ponderoſis verbis deſcribat, juvat hunc pro meliori fundamenti hujus informatione introducere; præſertim quùm Bodinum noſtrum admodum illuſtrent; & optarem, ut tantum Philoſ. penitius introſpicerent multi, ſaniora ſapere forſitan rectius diſcerent.

VIII. *Quæ igitur ſunt Verba Dornei illius?*

NVditas, *inquit d. loco*, docuit primum hominem carnes frondibus tegere nudas, tandem induſtria

ſtria paulatim (ut moris eſt) propter neceſſitatem aucta, pellibus animalium operire: mox inde fames fodere, ſerere, ſuoque tempore meſſem colligere, gregis, armentorum, pecudum, & paſcuorum habere curam, & alendæ familiæ, moribus naturæque legibus inſtruendæ, conſervandæque pacis, ab imbrium & temporis injuria caſis tectiſq; ſeſe, nec non armenta tueri: tota primæ fuit hæc neceſſitatis anxietas. His artibus primi patres ævi contenti lætique vixere pacis temporibus. Poſtquam terra fuit repleta, ſufficere non potuit, ut quiſque portionem haberet ejus, & agricolæ forent omnes, vel paſtores: at oportuit aliis alios inſervire diverſimodè qui nil habuerunt.

Amictus & fabricæ diverſa genera produxit curioſitas, inde ſartores, ſutores & fabri, quos acus & malleus comprehendunt, ſumſerunt originem. Horum divitiæ labore partæ quæſierunt otium apud nonnullos, qui ſibi tantum agri compararunt, quantum victui ſupplere potuit, amictuique: penes reliquos augmentum: hi conſiderantes rerum penuriam, unius & alterius abundantiam loci, mercimonium exercuerunt: hinc vectores, & animalium bajulantium actores, prodierunt, nec victus ratio caruit ſuis artibus: nam pictores, furnarios, laniones, coquos, & ænopolas excogitavit in peregrinantium ſubſidium. Hæc ab initio bona fide adminiſtrata ſunt omnia, donec proprium commodum odiumq; fraternum irruperunt, à quo tempore mutata ſunt hominum ingenia, tantumq; habendi fames, quantum opulentia crevit in hunc uſque diem, quo nemini nemo, nec ſibi fidere cœpit.

Commodo ſuo quiſque caſas in ſplendidas mutavit domos, quæ tandem in pagos, oppida, caſtra, civitates, & ſuburbia in urbes excreverunt, ab odio non

immunia tamen, poſtea temporis injuria homines ignavos, qui non proprio, ſed alieno labore victitare volunt, ſimul & bellum peperit inter vicinos potiſſimum. Hoc iterum foſſis, mœnibus, aggeribus & propugnaculis in defenſionem injuriarum dedit initia. Contra vitiorum quorumvis paſta, quam otium eſſe ſcitur, bombardarum & tormentorum execrabile genus diabolicum attulit ab inferis, quo totius humani generis, niſi divino cautum eſſet auxilio, rueret ſocietas: quæ quidem novarum artium ultima, concluſit mundi fabricam. Et propter dictorum varietatem pulchrum appellant mundum, qui diligunt eum: at vos auditores judicate quænam ſit eorum pulchritudo, quæ quanto magis abundant, tanto minus quieta ſunt, & magis anxia.

Quæ mundum ut audiſtis concernunt, omnia labilia ſunt, nec eſt qui pilum horum pauper vel dives poſt mortem ſecum deferat: Videte igitur in quibus ſibi reponunt miſeri mortales, & quantâ curâ ſibi comparant nihil quod eos perdit, qui ſua ſorte contenti nolunt eſſe.

Hactenus ille, uti compendio plus quàm arguto coegit omnem mortalium ortum, progreſſum & perverſitatem; ita certè optimè notandus venit in ſingulis, ubi monſtrat mundi nequitiam in tot deflexus abreptam, ut fermè in diſſolutionem totalem abeat.

IX. *Quo autem vinculo adhuc mundus coarctatur?*

Antehac ex ipſo naturæ dictamine profluxit quidem mutua parentum & liberorum pietas; fratrum & ſororum inter ipſos charitas; poſt etiam proximorum & agnatorum amicitia; ac poſtremò affinium vicinorumque benevolentia; ſed quamvis hæc penitus refrixerit, imò ex cordibus hominum extincta ſit; tamen mutua Iuris communione aliquæ

Socie-

Digitized by Google

Societates ac ſodalitia ex corporibus & Collegiis conſtituuntur, quæ Reipubl. aliquod ſuſtentaculum præſtant. Aſt olim ejuſmodi ſodalitates tanti fuerunt roboris, ut etiam ſine Republ. cœtus inviolabiles diutiſſimè conſervare potuerint: uti in populo Iſraelitico videre eſt, qui diu ſine regibus, ſine populari & ſine optimatum ſtatu ſumma cum tranquillitate floruit. *Iud.* 16. *&* 21. Sic etiam Lycurgus, ut eo rectius fulciret ſuam Rempubl. Societates tales ſive ἑταιρείας perpetuis conviviis devinxit, quę ob id φιλίτια dicta ſunt, non φειδίτια, ut Plutarchus à parſimonia deduxit, ut ita amicitiæ altioribus radicibus cohærerent, quùm Societates non rectius in terris, quàm amicitiæ ſolido cultu, alantur, & lites expellantur omnes. At nunc expiratio amoris, qui in cordibus mortalium mortuus eſt, fecit ut ejus vices tot variæ legum accumulationes ſuſtinere & ſupplere cogantur. Aliàs tanta legum promulgatione crebra non eſſet opus, ut legum aſperitas manifeſtam mortalium arguat malitiam & mutuæ Charitatis abolitioni ferat expreſſum teſtimonium.

X. *Quis igitur ſcopus eſt legum in Republica?*

VTi leges ſuperioris juſſum declarant; Ita legum omnium divinarum & humanarum hic ſcopus & finis eſt, ut hominum Societatem & concordiam inter ipſos, & adverſus Deum Verbumque ejus, pietatem & amorem tueantur. Id autem omnium maximè fieri poteſt, ſi una fuerit omnium civium in amicitia, quæ ſine virtutibus eſſe nulla poteſt, conſpirantium fides ac voluntas. Nec aliam ob cauſſam legibus divinis convivia ſacra ſtatis temporibus ſumma lætitia coli jubentur, quàm ut religione erga Deum, & amicitia inter ſe cives ferventiori conci-

ſlarentur. *Numer.* 9. *&* *Levit.* 23. Quæ convivia naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ, quod mutuis amplexibus & oſculis terminarentur, *ἀγάπαι* appellata ſunt. Veluti & ſalutandi quidem ritus populis fuit Orientalibus; at oſculum ſanctum & minime fucatum toties expetit Divus Paul. 1. *Corinth.* 16.20. *&* 2 *Corinth.* 13. 12. *&* 1 *Theſſal.* 5. 26. *Item,* 1 *Petr.* 5. 14. *Actor.* 20. 37. Nec adhuc inconcinnus mos eſt apud Belgas, ut ſignum mutui amoris ſancti declarare deberet, ne etiam quid fuci colloquiis ipſis ſubmiſceri oporteret. 1. *Corinth.* 15. 33. Vtinam verò hodiè etiam convivia bonorum nihil aliud quàm colloquia Sancta & veritatem ſpirarent cœleſtem, ut nihil niſi Verbi cœleſtis mutua excitatio in nobis vigeret, Spiritus pacis mox reverteretur. Ah pudeat nos tanti Chriſtianiſmi, ubi nullum amplius veſtigium amoris ſancti apparet. Ideo Iehova meritò tàm fortem paſſim agit malignitatis noſtræ vindicem.

XI. *Quomodo dividuntur Collegia?*

DIviduntur variè, vel ratione Cauſſæ efficientis & ipſius uſus, ut alia legitima vel illegitima: licita vel illicita ab aliis dicantur: ſic & ratione objecti varia ſortiuntur nomina. Inprimis autem perplacet hoc Bodino noſtro, ut Collegia aut rerum divinarum aut humanarum cauſſa ipſi ſint conſtituta, licet omnia in hac intentione radicata convenire debeant, ut nihil niſi pietatis ſtudia excolant, & Deum unice in omnibus actionibus reſpiciant, uti alibi declaratum eſt. Sed tamen ejus ductum ſani ſequemur. Interim autem cœtus jure prohibiti collegia non ſunt, quum legitimatione careant.

XII. *Quæ ſunt rerum divinarum collegia?*

INde ſic dicuntùr,quod publicæ pietatis exercitio deſtinata eſſe debeant. Hæc quidem in infinitum excreverunt numerum, ſed magis ceremoniis quàm fundamento pietatis vero nituntur; unde etiam ea legibus, moribus, victu, cultu, inſtitutis, regulis,ratione, veſtitu differre videmus, quum tamen in imitatione Chriſti juxta amorem ejus omnia terminari valerent, nec opus eſſet tot externis oſtentamentis, nec Chriſtianiſmus iis indigeret, ſi ſaltem puritas cordis adeſſet, & lapide rite niteretur angulari in regeneratione ſancta & ſimplici.

XIII. *Quæ verò facit Collegia humanarum rerum?*

QVæ externis negotiis maxime prævalent deſtinata,atque hæc in duplici ſunt differentia,ut vel Iuriſdictionem habeant, aut Iuriſdictione vacent. Hæc juventutis educationem continent in ſuis facultatibus, ut vocant, item mercatorum, opificum, & agricolarum ſodalitia: Illa vero Magiſtratuum ac Iudicum Scabinorum deſcriptionem, &c.

XIV. *Si plura Collegia in unum colligantur, an manent Collegia?*

EX duobus aut pluribus ſi coaleſcant Collegia,ut ſæpius fieri ſolet,non collegium, ſed corpus appellari fas eſt,tametſi verborum ambiguitate non raró utraque confundantur. Aliud enim eſt Collegium Tribunorum, aliud Prætorum, aliud Quæſtorum; hæc tria ſi in unum coeant, corpus efficient, & inepte vocarentur collegium, quùm nec Vni-

verſitatem conſtituant,licet hoc commune habeant, quod ſint cœtus in Republ. Iure ſociati, ut ſummi Principis beneficio coëundi poteſtatem,& locum ac tempus obtineant,ubi neceſſaria tractent.*tot.tit.ff.de Colleg. & Corp.*

X V. *Subjectum Collegii quodnam eſt,aut quinam referunt?*

CAuſſa materialis ex qua ſunt perſonæ,quæ proprio nomine Collegæ dicuntur. Hi autem quadruplici modo conſiderari valent. 1, Ratione nominis. 2. Quantitatis. 3. Qualitatis, & 4. Ordinis ſive Relationis.

X V I. *De nomine Collegarum quid putas monendum?*

LIcet ſuperius quid ſit de derivatione ejus inſertum; tamen de acceptione nominis jam id venit notandum,quàm varia apud ICtos iſtius habeatur ſignificatio. 1. Enim Collegæ appellantur Magiſtratus,qui ejuſdem ſunt poteſtatis *l.173.ff. de V.S.* ab eo, quod unà lecti ſunt, juxta *Varr.lib.5. de ling. Lat.* 2. Contutores Concuratoresvè Collegæ appellantur. *l.14. l.46 parag.* cum teſtamento.*ff.de admon.tut.* 3. Etiam ii,qui eadem legatione funguntur. *l.2. C.de legation.lib.10.* 4. Sic & cohæredes Collegæ dicuntur.*l.101.ff.de ſolut.*5.Demum omnes illi,qui in eodem Collegio legitimo & beneficio Superioris conceſſo tanquam fratres cohærent, Collegæ appellantur.*l.41.parag.ult.ff.de excuſ.tuto.*In quibus his duobus poſterioribus locis maximè propriè hoc vocabulum accipitur,& commodæ ſuæ materię applicatur.

XVII. *In*

Digitized by Google

XVII. *In quantitate Collegarum quid conſiderandum venit?*

HEic de eorum numero quæritur, qui duplici ratione conſideratur, vel reſpectu conſtitutionis, vel conſervationis Collegii, ut Goedd. habet *in comment. ad l. 85. de V. S. n. 2.* Namque ratione conſtitutionis ſive *συστατικῶς* tres ad minimum ad collegium requiruntur, juxta vulgare axioma *ICtorum*: Tres faciunt Collegium. *l. 45. ff. de V. S.* At ſi de conſervatione ejus ſit quæſtio, tunc notandum, quod per duos vel unum etiam collegium in poſſeſſione conſervari & retineri queat, quum Collegii verbo Ius ſignificetur, & in uno cæteris mortuis, Ius ac bona ipſa Collegii conſiſtere poſſint. *Inno. in c. 2. de operis novi. Alex. conſ. 74. lib. 4. c. contra. & c. dilect. de exceſſib. prælat.* Etenim vox Collegii modo ad corpus, modo ad munus & officium refertur: Quando ad corpus, pauciores tribus, Collegium non conſtituunt: Quando verò ad munus & officium, tum ij recte Collegæ dicuntur, qui pari in imperando poteſtate utuntur, etiamſi pauciores ſint tribus. *Goed. in comm. ad l. 173. n. 1. 2.*

XVIII. *Ratione Qualitatis quid in Collegis conſiderandum?*

QValitas eorum, qui in uno Collegio ſunt, vel conſiſtit in conditione, vel in poteſtate. Conditio intelligitur de retractanda aut objecto circa quod verſantur ſinguli, qui ſunt Collegæ, quod ejuſdem debeant eſſe artis, ſtudii, & profeſſionis homines. *Paul. in l. ult. ff. de excuſ. tut.* Sic etiam Prætores Collegæ Conſulum ſunt. *Plin. in Panegyr. Cic. 9. ad Atticum,* non quod ſint pari imperio, quum Conſul ſit major in eo. *l. 4. ff. de recept. arbitr.* ſed quod iiſdem auſpiciis creentur. Poteſtas autem duplici modo conſideratur, quatenus vel univerſo competit

petit ex conceſſione Principis Collegio, vel uni eorum qui præſideat, qui poteſtatem præeminentiæ & convocationis habeat. Nam poteſt fieri, ut Collegarum unus in ſingulos, non tamen in univerſos habeat Ius coercitionis ex conſenſu reliquorũ, ut quaſi ſit Senior, qui Præſidii locum teneat ordinis cauſſâ. Nam ſi Ius univerſos coercendi habeat, non erit Collegium, ſed Dominatus exorietur ſtatim, & quiſque Collegarum familiæ loco erit, quum ſic Collega nullus ſubſiſtere queat.

XIX. *An Pontifex igitur in cœtu Sacerdotum Abbasve Collegarum nomine ac Iure cenſetur?*

ADhuc ſub Iudice lis eſt, *ait Bodinus*, & addit: Ego verò quæſtionem, ea, quam dixi, ratione terminari oportere exiſtimo; ſcilicet Collegam eſſe Pontificem, Collegii ve Principem, etiamſi coercendi ſingulos Ius habet, dum tamen nullam in univerſos poteſtatem habeat; ſed in ſententia ferenda ſuffragio Collegarum vincatur.

XX. *An Collegium ſine ærario conſiſtere poteſt?*

POſſet quidem, ſi Collegium ea lege crearetur, ne ei teſtamento aut donatione quidquam relinqueretur, nec concederetur mulctæ proventus aut tacitorum exactionum. Cœtibus prohibitis de Iure, uti non ſunt Collegia, ita nec iis quid teſtamento relinqui poteſt; tametſi ſingulis Collegiis legari queat. *l. cum Senat. ff. de rebus dub.*

XXI. *Mortuis autem cunctis Collegis, cuinam bona cedunt Collegii?*

NE omnibus quidem Collegiis morte extinctis bona fiſco vindicantur, niſi lege lata Ius habendi Collegii ſublatum ſit. *l. 96. parag. 1. l. 114. para. quæ ab ff. de legat.* 1. *l. 50. ff. de manum. teſta. l. 6. parag.*

eſt

eſt fis. ff. ad Trebell. l. 6. parag. certè. ff. ſi quis omiſ. cauſ. l. 1. parag. 1. l. ult. ff. de ſucc. edict. l. 41. ff. de Iur. fiſc. l. 18. ff. de uſucap. l. 19. ff. de perpet. & tempor. l. 20. C. de inoff. teſt. l. 22. ff. de appell. & c. cum dilect. de Reſcript. l. ult. ff. de colleg. Nullum autem collegio majus beneficium tribui poteſt, quàm ut ei legari teſtamento poſſit. *d. l. Senat. ff. de reb. dub. l. omnibus. ff. ad Trebel.* Quo autem cum commodo hoc fiat Reipublicæ, hoc experti ſunt Venetiani, qui publico Edicto talia & donationes prohibuerunt, ſub pœna. Nullum enim abuſui propinquius malum, quod etiam in perniciem Reipublicæ vergat propius. Vnde quoque Domitianus Imperator olim nec Senatui Rom. adjudicare voluit legatum Ruſſii Cæpionis, hæredibus ejus contradicentibus. *Sueton. in Dom. vita.*

XXII. *Quid in ratione Relationis Collegarum eſt conſiderandum?*

EA reſpicit ipſum ordinem vel in ſtatu, vel in ſeſſione Conventus. Collegæ enim ſunt vel ſuperiores vel inferiores, ſuperior dicitur Præfectus vel Princeps Collegii. *Matth.* 9, 18. *Luc.* 8, 41, 47. Apud Iudæos Princeps Collegii Eccleſiaſtici Archiſynagogus dicebatur. *Matth.* 9, 18. *Actor.* 18, 8. Apud Græcos πρωτοστάτης. Apud Romanos Primicerius. Inferiores verò Secundocerius, & ſic deinceps appellabantur.

XXIII. *Quomodo Collegia Magiſtratuum à cæteris differunt?*

ID ex objecti poteſtatis & finis ratione maximè patet. Etenim Magiſtratuum & Iudicum collegia publica principaliter & Iuſtitiaria, ac magis ita aliena quàm ſua tractant, dum reliqui communia tantum cujuſque collegii procurant. Vbi regulæ loco maximè no-

mè notandum & obſervandum, quod D. Paul. unicè toties cunctis inculcat, quando ait: Nemo, quod ſuũ eſt, quærat: ſed quiſque, quod ſit alterius, 1. *Cor.* 10, 24. *Phil.* 2, 4. Vt quiſque ſit affectus, velut Chriſtus Iheſus. *v.* 5. Sic quiſque verum declarabit amorem Chriſtiani cordis. Charitas enim non quęrit, quæ ſua ſunt. 1. *Cor.* 13, 5. ſed ſemper in communicationis vivit diſtributione. Quin etiam quod ſtudium proprii commodi omnia penitus ſubvertat publica; & peſtem verulentiſſimam inducat, cauſetq; Reipubl.

XXIV. *Finis Collegii in quo maximè conſiſtit aut perſpicitur?*

FInis is eſt in quo ſimul forma ejus conſiſtit, ut finis formalis meritò inde dicatur; Is autem in communicatione legitima ſe maximè exerit. Quippe ſine communicatione legitima & fida confidentia Collegium datur nullum verum, ſed eſt fucatum. Κοινωνία igitur ſive communicatio eſt quadruplex 1. legum & privatorum pactorum. 2. bonorum. 3. operarum, & 4. animorum.

XXV. *Quid per Communionem legum intelligitur?*

QVod ſint pacta aut ſtatuta, quibus Collegæ inter ſe devinciuntur, ita, ut vel illis ex confirmatione Superioris obedire cogantur, vel juxta illas puniantur. Et hæc pacta ſive leges in certas tabulas, ſive libros, quos Zunfftbücher vocant, referuntur.

XXVI. *Quid per Communionem bonorum intelligis?*

QVæ in communicatione talium rerum conſiſtit, quæ ſunt Collegii, ut earum poſſeſſione & fruitione quilibet ſimul gaudere queat, vel ſint à ſingulis Collegii membris contributæ, vel aliundè legitimis mediis acquiſitæ; & quiſque pro neceſſitatis ratione iis frui queat.

XXVII. *Quæ*

XXVII. *Quæ operarum Communio dicitur?*

EA, quæ conſiſtit in æqualitate commoda Collegiorum promovendi, & eorum incommoda avertendi, juxta mutuum Collegarum conſenſum ſive conventum; veluti etiam hinc ſua contribuunt communiter ſuffragia, quibus nemo defraudari debet, quum ipſa fratrum paritas hoc exigat, ne quis alteri ſit præjudicio.

XXIIX. *In quo animorum Communio conſiſtit?*

OMnimodè in eo, ut mutua ſit cordis charitas, nec quid fruſ ſubrepat, ſed ſemper conſtans & reciproca inter Collegas benevolentia, cum ſingulari concordia conjuncta conſervetur, ut idem nolint, idemq; velint abſque ulla diſruptione & diſſidio, ad communem omnium utilitatem in pietate promovendam. *Rom.* 12, 16. Semper heic ante oculos ſit & animis inſcriptum hæreat, quod D. Paul. de Charitatis efficacia monet, 1. *Cor.* 13. quanto compendio omnes contrahat virtutum omnium ſummas.

XXIX. *An vero heîc Collegia Magiſtratuum ac Iudicum ab aliis, quàm à ſeipſis judicari præſtabilius eſt?*

SI Collegarum virtus ac prudentia ea ſit, ut minimè de univerſis dubitari, tametſi de ſingulis poſſit, præſtat Collegio judicium Collegarum ſingulorum, quàm aliis committi, quùm habeant ſua quæque Collegia quædam arcana, cæteris nec percepta, nec cognita, quæ tamen in vulgus manare, aut cum aliis communicari ſe non patiuntur facilè. Deinde Collegarum inter ipſos benevolentia ac dignitas mutuis judicandi officiis alitur, ac ſuſtentatur, modo charitatis officium ſemper inveniat locum. Aliàs pervicax pertinacia & odium ſupe-

ſuperiorum Magiſtratuum, imperio coerceri neceſſe eſt, ſi legibus abuti velint, & pro lubitu interpretari. Idem quoque de aliis Collegiis intelligendum eſt. Ita mercatorum judices de mercatorum negotiis quam optimè valent, quod Adrianus Imper. putavit. *Dio, in Adr. vit.*

XXX. *An Collegiis, quæ imperio vacant, concedenda eſt coercendi poteſtas?*

QVod vergit in præjudicium Reipubl. & ejus ſummis Iuribus, non eſt concedendum alteri; quùm tamen leges nullius ſint vigoris, niſi cum auctoritate concedantur, proinde communi conſuetudine ita receptum eſt, ut modica coercitio, vel potius modus transgreſſores caſtigandi, aut mulctandi, prout inſtituta Collegii & ipſa id fert conditio ejus, permiſſus ſit. Non enim decet Collegas ſerviliter tractare, quùm etiam lege Aquil. & Cornel. de Sicar. teneatur, qui ſervum acerbius caſtiget. *l. 5. para. ult. ff. ad l. Aquil. l. item. parag. item. ff. locati. l. 1. C. de emendat.* Alias abſurdum eſt, leges facere, niſi pœna adjiciatur. *Panor. in c. quæ in Eccleſ. de conſtit. Angel. conſ. 267.*

XXXI. *Quale autem eſt Privilegium, quod Frid. II. Imperator Rectoribus Acad. conceſſit?*

ICti nobilem hanc Authent. *Habita C. ne fil. pro patre.* dicunt, quam Frid. Barbaroſſa Roncaliæ anno 1158. menſ. Novemb. tulit & huic tit. ſubnecti juſſit, quum maximè privilegiata Iura Doctorib. Profeſſor. & Iuventuti Scholaſticæ adjiciat, inprimis quod Acad. Rectoribus Iuriſdictionem in ſtudioſos dederit. Eſt quidem magna favoris & privilegii ratio, quæ ab aliis admodum extenditur, ab aliis iterum reſtringitur nimis; ſed tamen communis opi-

nio

Digitized by Google

nio eſt, quod hæc coercitio ad leviora pertineat peccata, non ad eam, quam magiſtratus in privatos habent Iuriſdictionem; juxta *Bald. Salyc. Caſtrenſ. Bart.* & alios.

XXXII. *An patria poteſtate ſoluti ſunt, qui ſe Sacro Collegio devovent alicui?*

QVamvis diſcrepantes ſint heîc opiniones; tamen rectè Bodinus ſtatuit, quùm natura legum humanarum norma ſit & eſſe debeat, ac lex hæc naturæ liberos parentum obſequiis arctiſſimo vinculo conſtrinxerit, quod ea eripere, aut ſe liberare filii non aliter poſſint, quàm legitima emancipatione, quum neque tacita conſenſio heîc liberos à parentum cultu excuſet. *Alex. in l. ſub condit. ff. de lib. & poſth. Bart. in auth. ſi qua mal. ff. de Sacro S. Bald. in l. cum adopt. ff. de adopt. Ang. Bar. Paul. Alex. in l. ſub condit. & in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. Caſtr. Conſ. 293. lib. 1. &c. Bald. in l. 1. n. 42. C. qui admitt. Innoc. in c. cum elem. n. 4. de privil. Iaſ. in l. 1. n. 42. ff. de vulgar. & in l. cum fund. parag. 1. n. 17. ff. ſi certum.*

XXXIII. *An qui monaſticum genus vitæ colunt, de iis, quæ ante concepta vota, perpetrarunt, accuſari nequeunt?*

SIc quidem habet. *Cauſ. admonere 25. q. 2. c. Script. de voto. & Bald. in Auth. ingreſſi. n. 34. &c.* Verum hoc accipiendum eſſe de levioribus, ait Bodinus, ne religionis ſpecie ſcelerum ac flagitiorum impunitas ac latebræ quærantur, quum etiam lex divina jubeat ſicarios ab oris ſacris repellere ac trucidare, ceu id in exemplo de anno 1560 factum docet.

XXXIV. *An Monachi Abbatem poſſunt in Ius vocare?*

IMò, nec tantum ſi de privato, ſed etiam ſi de publico Iudicio quæratur. *arg. l. 1. C. de precib. imper. offer.*

offer. Inn. in c. inſinuante. Qui clerici vel vovunt. c. Monachi. de ſtatu Monach. nec obſtat, licet contrarium Abbas decernat, quum ab hac provocare debeant.

XXXV. *Licetne Collegam decreto Collegii à Collegio arcere?*

SI fiat, judicis erit ordinarii talis cognitio, ad quem etiam ſpectat ea, ſi quis mulcta graviore puniatur, aut verberibus cædatur, ut ſupra dictum eſt.

XXXVI. *An valet decretum Collegii, quo quis jubetur, non alibi, quàm apud Collegium ſuum judicium conſtituere?*

SI de crimine aut publico judicio, decreto nullus eſt locus concedendus. *l. non diſting. parag. Iulian. ff. de recept. arbitr.* licet alias validum pronunciet. *l. ult. ff. de decret. ab ord.* Atque ſic tamen Decretum debet eſſe legitimè ab omnibus factum & approbatum.

XXXVII. *Num quoque maxima pars Collegii Decretum latum poteſt antiquare?*

SI de Iure Vniverſorum quæratur, non dubitandum eſt, quod poſſit. *Inno. in c. humilius. de majoritate & obed. Lud. Rom. in aut. de arbit. col.* 15. Sin verò de Iure ſingulorum agatur, ſingulos aſſentiri oportet, quidem; Nihilominus potiſſima pars concludit, & quod illa decreverit, ſingulos tenere decet. *L. quod major ff. ad municip. l. 3. l. nominatim. C. de decurion. l. ubi ff. de tutor. l. 3 ff. de decret. quum deceat,* ut major pars ſuffragio ſit potior in talibus, ſi nulla lege id caveatur.

XXXIIX. *At*

Digitized by Google

XXXIIX. *At cui munus convocandi competit?*

PRoculdubio Præſidi aut Seniori. *Innocent. c. 1. de majoritat. Panorm. Imol. Butrio. in c. cum nobis. de elect. Bart. in l. 1. ff. de alb. Scrib. Bald. in l. 1. ff. de fid. inſtrum. &c.*

XXXIX. *Qualia autem decreta in univerſum facere poſſunt Collegia?*

NOn alia, quàm quæ ſalvis legibus, valere queant, quùm nec in deliberationem Collegii venire debeat, de quibus non modo decernendi, ſed etiam deliberandi poteſtas legibus eſt adempta, ne pœna committatur, quæ adverſus illicita collegia decerni conſuevit. *l. ſub prætext. ff. de extraord. crim. l. ſemper parag. quibuſdam. ff. de Iure immunit. Bart. ibid.* Ideoque non de aliis, quàm de rebus ad Collegium pertinentibus deliberare fas eſt. *Accur. in l. 2. ff. quæ ſit long. conſuet.*

XL. *Si Collegium peccet, quomodo ab eo eſt pœna ſumenda?*

DE Corporibus & Collegiis pœnam exigi poſſe certum eſt, in quem enim dolum cadit, is juxta dolum puniendus. Sed modus eſt diverſus; vel Ius coëundi eripitur; aut mulctæ indicuntur. Quod ſi pœnæ graviores aut capitis exigendæ ſint, ab iis tantum exigi debent, qui ſceleris participes & conſcii fuerunt. *l. aut fact. ff. de pœn.* quum etiam in privatis delictis, quæ à pluribus peccantur, ea actione ſingulos & in ſolidum vindicantur ita, ut unius ſolutione, cæteri liberentur. Si tamen unus aliorum conſpiratione peccavit, omnes tenentur in ſolidum, nec unius ſolutione cæteri liberantur *l. ſemper parag. 2. ff. quod vi. l. vulgaris parag. penult. ff. de furt. l. ſi plures ff. de injur. l. ita. ff. ad l. aquil.*

XLI. *Si*

Digitized by Google

XLI. *Si aliquot collegia deficiant à principe, quam pænam merentur?*

QVæ conjuratos & rebelles decet: in quo ſupplicio tamen hoc maximè præcavendum, ne quid abſurditatis ſe ſubmiſceat. Namque in civium internecione hoc plerumque accidit, ut quo quiſque ferè ſe innocentius geſſit, eo acerbiora patiatur. Noviſſimum exemplum eſt in excidio miſerabili Magdeburgenſi nobis adhuc ante oculos. Vbi certe plurimi maligni ſat noti adhuc ſuperſunt, qui cauſſam malo potiſſimam dederunt, & innocentiſſimi crudeliter mactati cum virginibus, puellis & infantibus, proh dolor, interiere. Videant, ut pœnitentiam ſeriam agant. Iehova fortis vindex erit certè.

XLII. *An decet mortem præ ſervitute ſeligere?*

SVnt quidem ac fuerunt ſeculis omnibus plerique, qui mortem potius oppetere, quàm ſervire maluerunt. At falſa omninò & ſeductoria laus eſt, quę tali pertinaciæ pervicaci adſcribitur. Non ea eſt vera libertas, quam tam protervi ſibi imaginantur. Tota hęc vita noſtra nihil aliud eſt, quàm ſervitus adſidua: An non etiam ſervi nomen tribuitur Chriſto ipſi? *Eſa.*42, 1. *Matth.*12, 18. *Philip.*2, 7. Vnde ita adſtricti ſumus proximo, ut etiam Charitatem vitæ impendere debeamus, uti jubet *Chriſtus Matt.*5. Quod ethnici faciunt aut turpe putant, nobis non eſt imitandum; In Chriſto omnia nobis ſunt munda, ſi corde mundo & ſimplici quid perficiamus; ceu etiam jubemur duro Magiſtratui obedientiam præſtare. Non opinio religionis nos liberat & liberos reddit: ſed libertas Chriſtiana Charitati ſubjecta eſt. 1. *Cor.*8, 1, 9. Nec libertas ſpiritualis, 1. *Cor.*7, 2. cum ſervitute carnali pugnat. *Eph.*6, 5. *&* 1. *Pet.*2, 16. Sed libertate Chriſtiana non abutendum eſt, *Rom.*14, 15,

16. *&*

Digitized by Google

16. & 1. *Cor.* 6, 12. & 10, 23. & 8, 8, 9. *Gal.* 5, 13. & 1. *Pet.* 2, 16. Quid potius eſt, per tantillæ hujus vitæ ſpacium ſervum agere, quàm æternitatis gloriam amittere? Diaboli igitur eſt perſuaſio, qua carnales homines neſciunt inter libertatem ſpiritus, & ſervitutem mundi diſtinguere. Mundana nunquam cum æternitate conferenda ſunt. Si ob hæc potius vitam exuis, quàm ut potius obedientiam præſtes Deo, qui non vult ut vitæ tuæ proditorem ante tempus agas, ſanè animæ tuæ hoſtem te præſtas perfidiſſimum; nec Dei voluntatem recte agnoſcis, ſed tuæ te tradis voluntati mancipium perditum.

XLII. *Si ex totius populi ſuffragiis defeciſſent Collegia, ac novum creaſſent Principem, num propterea omnes eſſent puniendi?*

LAudabile eſt in plectendis civibus ſuppliciorum acerbitatem lenitate temperare. Proinde non eſt optimi, ſed ne prudentis quidem; de omnibus pœnas, quas poſſit, exigere, ne ſempiternam ſuæ exiſtimationi ac famæ, qua nihil principi carius eſſe debet, contumeliam inurat, ſi Deum reſpicere nolit. In popularibus pœnis ſemper hoc ſpectandum, ut pœna quidem ad paucos, metus ad omnes perveniat. Sic Rex Antiochus exules revocavit, civitati beneficia reſtituit, decima ferè parte mulctæ contentus. *Polyb. lib.* 6. Quid Chriſtianis non competat Principibus?

XLIII. *Si in publica defectione nocentes ab innoxiis non poſſint ſeparari, quæ pœna illis infligenda?*

QVum ab univerſitate non poſſit facile corporalis pœna ſumi, niſi fiat ab iis, qui conſilium opemvè dederunt, omnes pecunia ſunt puniendi. *l. jubemus.*

mus. C. de Sacro San. l. 1 ff. de magiſtr. conven. l. metum. parag. animad. ff. de eo quod metus. Nec tamen univerſi peccare videntur, ſi ſaltem vexilla ſequantur, nec tamen ſocii deliberationis fuerint. *Bart. in l. aut facta. ff. de pœn.* Sed univerſitate mulctata, ſceleris conſcios non eximit à pœnis.

XLIV. *Num verò Collegia Reipubl. ita utilia ſunt, ut iis carere nequeat?*

NIhil certe ad imperia popularia tuenda ac retinenda potentius ac melius cogitari poteſt unquam: Sed ad evertendas tyrannides nihil Collegiis accommodatius. Nam quæ Reſpublicæ maximè inter ſe diſſident, contrariis legibus ac moribus nituntur. Populus igitur collegiorum & conciliorum multitudine gaudet, quæ tyranni funditus evertere conantur, quod intelligant à civium amicitia & cohæſione tyrannidi exitium impendere. At regius & optimatum ſtatus ea, quæ Reipubl. neceſſaria videntur, legibus optimis ac inſtitutis in officio continent, ut verus maneat uſus.

XLV. *Vſus autem Collegiorum, in quo maximè conſiſtit?*

VSus eorum multiplex eſt. 1. Etenim per fida collegia & pietas & bona diſciplina apud omnes etiam infimam plebem poteſt commodiſſimè promoveri. 2. Regia poteſtas nihil corporibus & collegiis poteſt firmius aut ſtabilius fovere. Nam ſi opus ſit pecuniis, contributionibus aut aliis neceſſariis, id optime omnium ab iis poteſt confici, & pericula averti, ne fiat ſeditio. 3. Si quid de ſtatu confirmando agendum, ubi melius quid efficiat, quàm per collegia, ſi iis ſe ritè accommodet? 4. Si hoſtes ſint repellendi, latrocinia coërcenda, tum ad por-

portus,arces, mœnia,vias & cætera id genus ſarcienda,quæ nulla ratione poſſent à ſingulis, omnium optimè ab univerſis conficiuntur. 5. Quibus populis ſua Concilia cogere licet ,cum iis optimè agitur: cæteri populi tributis ac ſervitute urgentur.Vt verò ingentes utilitates ex conciliis modicis Reipublicæ comparantur: Ita nihil eſt,quod Rempublicam æquè frangere atque debilitare poſſit,quàm ſi collegia & corpora omninò tollantur.Omnium autem prudentiſſimè ſibi Princeps apud collegia proſpicere poteſt, ſi perſonam aliquam certam à ſeipſo delegatam , ordinet , qui ipſius authoritate illis præſit.

CAPVT VIII.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

De ordinibus Civium. Quum enim inprimis ordo in omnibus rebus ſit diſpiciendus, maximè idneceſſum eſt in civitate, uti ipſa Reipubl.ratio nil aliud exigit,quàm diſpoſitionem exactam,ut per ordines omnia ritè conſtare queant, quæ cotidiè peragenda ſunt,& etiam ut primi ipſi cum poſtremis per medios rectè connectantur.Nec ulla regiminis forma boni, ſe confuſioni committere gaudet.Ideoque ſecundum gradus cives omnes diſponi vult Bodinus,ut mutua ab invicem ſit dependentia;veluti ſunt nobiles , ſunt plebei , ſunt ſervi in populo , ſunt & mercatores, ſunt opifices, quibus ſingulis ſuum attribuit locum , ac nonnulla de conventibus ordinum intermiſcet,ut cuique ſuum competens officium rectius inde pateſcat , velut & ſollicitus eſt de eo,quomodo cives ſint Reipubl.ordinatim inſerendi & recipiendi.

II. *Ordo quid nominis determinat?*

VElut nihil conſtat in mundo abſque ordine, & unumquodque ſuam deſtinatam habet collocationem; ita in ipſa hominum converſatione ejuſmodi harmonica diſpoſitio requiritur. Vnde *translata* vox hæc ordinis in civitatem pro ſtatu hominum liberorum & ſervorum accipitur. Aliàs enim Ordo nihil aliud eſt, *ut Valla lib.4. Eleg. cap.14. ait*, quàm digeſtio & in ſuo loco cujuſque rei collocatio, velut in acie quæ cauſſa eſt, quod alii velint, quod ordo quaſi ὄρθιον ſit, quum militibus dicerent Tribuni in ordinanda acie, ecce huc conſiſtas; huc locum habe, &c. Velut & Græci hinc τάξιν ab aciei directione dixerunt, ut ordo ſic rationem loci attribut determinet, vel qua quis præit, & alius ſequitur. Nam prioris ratio eſt præeundi, poſterioris ſequendi. Verum quur non potius ordo ab ὀρθὸς dicatur, ſi nolimus vocabulum Latinè acceptum, quùm tamē *ordior* verbū actum incipiendi ponat. Qui enim incipit, & perſequitur cœptum, is ordinem facit: ad quam inceptionem etiam nos jam ulterius in cognitione civium convertemus, ut ſtatum ejus pernoſcamus.

III. *Quid vero eſt civis?*

QVid civis ſit ſupra *lib.1. c.6.* eſt quidem explicatum, quod ſit membrum ejus ſocietatis, quæ civitatem incolit, & in Reipubl. vivit tutela, *uti Iſid.l.9. cap.4. ait*, Cives vocari, quod in unum coëuntes vivant, ut vita communis ornatior fiat & tutior, quaſi ſit à coëo & vivo, quum cives vinculo quodam ſocietatis in unum coëant cœtum, & ſub legibus vivant: Sed jam heîc paucis illud monere juvat, quod fruſtrà ſe heîc alii torqueant in definitione civis, quam Bodinus noſter ſupra *d.loc.* protulit, quaſi ſubditus non poſſet diſtingui à cive, ſi ſuperioris poteſtatis

ſtatis mentio adjiciatur in ejus definitione,quùm ſic magis ſubditus quàm civis exprimatur, dicatque reſpectum ſaltem ad Rempubl. à qua civitas heic abſtrahatur. Quid falſius poteſt affirmari aut induci? Ponas tu mihi civem abſque reſpectu civitatis,& ponas tu mihi civitatem abſque reſpectu Reipublicæ? An poteſt veſtis abſque ejus forma à ſartore ipſi indita dari? Aut pileus abſque ſua eſſentiali proprietate? Si civem appelles, eo ipſo ſimul ipſi tanquam membro locum in civitate concedis; aliàs non poterit eſſe civis. Vbi enim nulla civitas, ibi nec civis erit. Si civem affirmas, vis etiam ſubditum. An civis abſq; ſubjectione ſit? Quale monſtrum ex cive facies? Civis enim omnis eſt ſubditus; at non omnis ſubditus eſt civis, quum & magiſtratus ſubditum agat reſpectu ejus,qui Iura Majeſt. habet. Sed civis inde eſt, quod civitati ſit adſignatus; unde neceſſum eſt,quod talis ſuperioritatis in definitione fiat mentio. Non igitur improbari poteſt tàm acriter, quod civem hominem liberum, id eſt tale ſocietatis civilis membrum Bodin. faciat,qui ſummæ alterius poteſtati ſit obligatus,quùm neceſſum ſit, ut ejus jure & privilegiis fruatur,cui ſe obligatum adſtrinxit.

IV. *Num ordo civium ita neceſſarius?*

QVi cives omnes omnibus dignitate,ordine,loco ita exæquare conantur,ut nihil primum in civitate,nihil poſtremum,nihil medium,ſed omnes omnibus ſine ullo ſexus, ætatis, conditionis diſcrimine confuſos eſſe velint; perinde faciunt,ut ii,qui hordeum,frumentum,oryzam,milium,legumina in unum acervum accumulant; qua ex re & ſingulorum ſeminum,& univerſi acervi uſum amittunt. Sed neq; quid abſurdius hiſce ingeniis dari poteſt, ἀταξίαν tantam approbantibus.

petit ex conceſſione Principis Collegio, vel uni eorum qui præſideat, qui poteſtatem præeminentiæ & convocationis habeat. Nam poteſt fieri, ut Collegarum unus in ſingulos, non tamen in univerſos habeat Ius coercitionis ex conſenſu reliquorū, ut quaſi ſit Senior, qui Præſidii locum teneat ordinis cauſſa. Nam ſi Ius univerſos coercendi habeat, non erit Collegium, ſed Dominatus exorietur ſtatim, & quiſque Collegarum familiæ loco erit, quum ſic Collega nullus ſubſiſtere queat.

XIX. *An Pontifex igitur in cœtu Sacerdotum Abbasve Collegarum nomine ac Iure cenſetur?*

ADhuc ſub Iudice lis eſt, *ait Bodinus*, & addit: Ego verò quæſtionem, ea, quam dixi, ratione terminari oportere exiſtimo; ſcilicet Collegam eſſe Pontificem, Collegiive Principem, etiamſi coercendi ſingulos Ius habet, dum tamen nullam in univerſos poteſtatem habeat; ſed in ſententia ferenda ſuffragio Collegarum vincatur.

XX. *An Collegium ſine ærario conſiſtere poteſt?*

POſſet quidem, ſi Collegium ea lege crearetur, ne ei teſtamento aut donatione quidquam relinqueretur, nec concederetur mulctæ proventus aut tacitorum exactionum. Cœtibus prohibitis de Iure, uti non ſunt Collegia, ita nec iis quid teſtamento relinqui poteſt; tametſi ſingulis Collegiis legari queat. *l. cum Senat. ff. de rebus dub.*

XXI. *Mortuis autem cunctis Collegis, cuinam bona cedunt Collegii?*

NE omnibus quidem Collegiis morte extinctis bona fiſco vindicantur, niſi lege lata Ius habendi Collegii ſublatum ſit. *l. 96. parag.* 1. *l.* 114. *para. quæ ab ff. de legat.* 1. *l.* 50. *ff. de manum. teſta. l.* 6. *parag.*

eſt

eſt ſis. ff. ad Trebell. l. 6. parag. certè. ff. ſi quis omiſ. cauſ. l. 1. parag. 1. l. ult. ff. de ſucc. edict. l. 41. ff. de Iur. fiſc. l. 18. ff. de uſucap. l. 19. ff. de perpet. & tempor. l. 20. C. de inoff. teſt. l. 22. ff. de appell. & c. cum dilect. de Reſcript. l. ult. ff. de colleg. Nullum autem collegio majus beneficium tribui poteſt, quàm ut ei legari teſtamento poſſit. *d. l. Senat. ff. de reb. dub. l. omnibus. ff. ad Trebel.* Quo autem cum commodo hoc fiat Reipublicæ, hoc experti ſunt Venetiani, qui publico Edicto talia & donationes prohibuerunt, ſub pœna. Nullum enim abuſui propinquius malum, quod etiam in perniciem Reipublicæ vergat propius. Vnde quoque Domitianus Imperator olim nec Senatui Rom. adjudicare voluit legatum Ruſſii Cæpionis, hæredibus ejus contradicentibus. *Sueton. in Dom. vita.*

XXII. *Quid in ratione Relationis Collegarum eſt conſiderandum?*

EA reſpicit ipſum ordinem vel in ſtatu, vel in ſeſſione Conventus. Collegæ enim ſunt vel ſuperiores vel inferiores, ſuperior dicitur Præfectus vel Princeps Collegii. *Matth.* 9, 18. *Luc.* 8, 41, 47. Apud Iudæos Princeps Collegii Eccleſiaſtici Archiſynagogus dicebatur. *Matth.* 9, 18. *Actor.* 18, 8. Apud Græcos πρωτοστάτης. Apud Romanos Primicerius. Inferiores verò Secundocerius, & ſic deinceps appellabantur.

XXIII. *Quomodo Collegia Magiſtratuum à cæteris differunt?*

ID ex objecti poteſtatis & finis ratione maximè patet. Etenim Magiſtratuum & Iudicum collegia publica principaliter & Iuſtitiaria, ac magis ita aliena quàm ſua tractant, dum reliqui communia tantum cujuſque collegii procurant. Vbi regulæ loco maximè no-

mè notandum & obſervandum, quod D.Paul.unicè toties cunctis inculcat,quando ait: Nemo,quod ſuū eſt,quærat: ſed quiſque, quod ſit alterius, 1.*Cor.* 10, 24. *Phil.*2, 4. Vt quiſque ſit affectus, velut Chriſtus Iheſus .*v*.5. Sic quiſque verum declarabit amorem Chriſtiani cordis.Charitas enim non quęrit,quæ ſua ſunt.1.*Cor.*13,5.ſed ſemper in communicationis vivit diſtributione. Quin etiam quod ſtudium proprii commodi omnia penitus ſubvertat publica; & peſtem verulentiſſimam inducat, cauſetq; Reipubl.

XXIV. *Finis Collegii in quo maximè conſiſtit aut perſpicitur?*

FInis is eſt in quo ſimul forma ejus conſiſtit,ut finis formalis meritò inde dicatur; Is autem in communicatione legitima ſe maximè exerit.Quippe ſine communicatione legitima & fida confidentia Collegium datur nullum verum, ſed eſt fucatum. Κοινωνία igitur ſive communicatio eſt quadruplex 1. legum & privatorum pactorum. 2. bonorum. 3. operarum, & 4. animorum.

XXV. *Quid per Communionem legum intelligitur?*

QVod ſint pacta aut ſtatuta, quibus Collegæ inter ſe devinciuntur,ita,ut vel illis ex confirmatione Superioris obedire cogantur, vel juxta illas puniantur.Et hæc pacta ſive leges in certas tabulas, ſive libros, quos Zunfftbücher vocant, referuntur.

XXVI. *Quid per Communionem bonorum intelligis?*

QVæ in communicatione talium rerum conſiſtit, quæ ſunt Collegii, ut earum poſſeſſione & fruitione quilibet ſimul gaudere queat, vel ſint à ſingulis Collegii membris contributæ, vel aliundè legitimis mediis acquiſitæ; & quiſque pro neceſſitatis ratione iis frui queat.

XXVII.*Quæ*

Digitized by Google

XXVII. *Quæ operarum Communio dicitur?*

EA, quæ conſiſtit in æqualitate commoda Collegiorum promovendi, & eorum incommoda avertendi, juxta mutuum Collegarum conſenſum ſive conventum; veluti etiam hinc ſua contribuunt communiter ſuffragia, quibus nemo defraudari debet, quum ipſa fratrum paritas hoc exigat, ne quis alteri ſit præjudicio.

XXIIX. *In quo animorum Communio conſiſtit?*

OMnimodè in eo, ut mutua ſit cordis charitas, nec quid frui ſubrepat, ſed ſemper conſtans & reciproca inter Collegas benevolentia, cum ſingulari concordia conjuncta conſervetur, ut idem nolint, idemq; velint abſque ulla diſruptione & diſſidio, ad communem omnium utilitatem in pietate promovendam. *Rom.* 12, 16. Semper heîc ante oculos ſit & animis inſcriptum hæreat, quod D. Paul. de Charitatis efficacia monet, 1. *Cor.* 13. quanto compendio omnes contrahat virtutum omnium ſummas.

XXIX. *An vero heîc Collegia Magiſtratuum ac Iudicum ab aliis, quàm à ſeipſis judicari præſtabilius eſt?*

SI Collegarum virtus ac prudentia ea ſit, ut minimè de univerſis dubitari, tametſi de ſingulis poſſit, præſtat Collegio judicium Collegarum ſingulorum, quàm aliis committi, quùm habeant ſua quæque Collegia quædam arcana, cæteris nec percepta, nec cognita, quæ tamen in vulgus manare, aut cum aliis communicari ſe non patiuntur facilè. Deinde Collegarum inter ipſos benevolentia ac dignitas mutuis judicandi officiis alitur, ac ſuſtentatur, modo charitatis officium ſemper inveniat locum. Aliàs pervicax pertinacia & odium ſupe-

ſuperiorum Magiſtratuum, imperio coerceri neceſſe eſt, ſi legibus abuti velint, & pro lubitu interpretari. Idem quoque de aliis Collegiis intelligendum eſt. Ita mercatorum judices de mercatorum negotiis quam optimè valent, quod Adrianus Imper. putavit. *Dio, in Adr. vit.*

XXX. *An Collegiis, quæ imperio vacant, concedenda eſt coercendi poteſtas?*

QVod vergit in præjudicium Reipubl. & ejus ſummis Iuribus, non eſt concedendum alteri; quùm tamen leges nullius ſint vigoris, niſi cum auctoritate concedantur, proinde communi conſuetudine ita receptum eſt, ut modica coercitio, vel potius modus transgreſſores caſtigandi, aut mulctandi, prout inſtituta Collegii & ipſa id fert conditio ejus, permiſſus ſit. Non enim decet Collegas ſerviliter tractare, quùm etiam lege Aquil. & Cornel. de Sicar. teneatur, qui ſervum acerbius caſtiget. *l. 5. para. ult. ff. ad l. Aquil. l. item. parag. item. ff. locati. l. 1. C. de emendat.* Alias abſurdum eſt, leges facere, niſi pœna adjiciatur. *Panor. in c. quæ in Eccleſ. de conſtit. Angel. conſ. 267.*

XXXI. *Quale autem eſt Privilegium, quod Frid. II. Imperator Rectoribus Acad. conceſſit?*

ICti nobilem hanc Authent. *Habita C. ne fil. pro patre.* dicunt, quam Frid. Barbaroſſa Roncaliæ anno 1158. menſ. Novemb. tulit & huic tit. ſubnecti juſſit, quum maximè privilegiata Iura Doctorib. Profeſſor. & Iuventuti Scholaſticæ adjiciat, inprimis quod Acad. Rectoribus Iuriſdictionem in ſtudioſos dederit. Eſt quidem magna favoris & privilegii ratio, quæ ab aliis admodum extenditur, ab aliis iterum reſtringitur nimis; ſed tamen communis opinio

nio eſt,quod hæc coercitio ad leviora pertineat peccata,non ad eam, quam magiſtratus in privatos habent Iuriſdictionem; juxta *Bald.Salyc.Caſtrenſ.Bart.* & alios.

XXXII. *An patria poteſtate ſoluti ſunt, qui ſe Sacro Collegio devovent alicui?*

QVamvis diſcrepantes ſint heîc opiniones;tamen rectè Bodinus ſtatuit,quùm natura legum humanarum norma ſit & eſſe debeat, ac lex hæc naturæ liberos parentum obſequiis arctiſſimo vinculo conſtrinxerit,quod ea eripere, aut ſe liberare filii non aliter poſſint, quàm legitima emancipatione, quum neque tacita conſenſio heîc liberos à parentum cultu excuſet. *Alex.in l.ſub condit.ff.de lib.& poſth.Bart. in auth.ſi qua mal.ff.de Sacro S. Bald.in l.cum adopt.ff. de adopt. Ang.Bar.Paul.Alex. in l.ſub condit.& in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. Caſtr. Conſ.293. lib.1. &c. Bald.in l.1. n.42. C. qui admitt. Innoc.in c.cum elem.n.4.de privil. Iaſ.in l.1.n.42.ff.de vulgar. & in l. cumfund.parag.1.n.17.ff.ſi certum.*

XXXIII. *An qui monaſticum genus vitæ colunt,de iis, quæ ante concepta vota, perpetrarunt, accuſari nequeunt?*

SIc quidem habet. *Cauſ. admonere 25.q.2.c.Script. de voto.& Bald.in Auth.ingreſſi. n.34.&c.* Verum hoc accipiendum eſſe de levioribus,ait Bodinus, ne religionis ſpecie ſcelerum ac flagitiorum impunitas ac latebræ quærantur,quum etiam lex divina jubeat ſicarios ab oris ſacris repellere ac trucidare,ceu id in exemplo de anno 1560 factum docet.

XXXIV. *An Monachi Abbatem poſſunt in Ius vocare?*

IMò, nec tantum ſi de privato,ſed etiam ſi de publico Iudicio quæratur. *arg. l.1.C.de precib. imper. offer.*

offer. Inn. in c. inſinuante. Qui clerici vel vovunt. c *Monachi. de ſtatu Monach.* nec obſtat, licet contrarium Abbas decernat, quum ab hac provocare debeant.

XXXV. *Licetne Collegam decreto Collegii à Collegio arcere?*

SI fiat, judicis erit ordinarii talis cognitio, ad quem etiam ſpectat ea, ſi quis inulcta graviore puniatur, aut verberibus cædatur, ut ſupra dictum eſt.

XXXVI. *An valet decretum Collegii, quo quis jubetur, non alibi, quàm apud Collegium ſuum judicium conſtituere?*

SI de crimine aut publico judicio, decreto nullus eſt locus concedendus. *l. non diſting. parag. Iulian ff. de recept. arbitr.* licet alias validum pronunciet *l. ult. ff. de decret. ab ord.* Atque ſic tamen Decretum debet eſſe legitimè ab omnibus factum & approbatum.

XXXVII. *Num quoque maxima pars Collegii Decretum latum poteſt antiquare?*

SI de Iure Vniverſorum quæratur, non dubitandum eſt, quod poſſit. *Inno. in c. humilius. de majoritate & obed. Lud. Rom. in tit. de arbit. col.* 15. Sin verò de Iure ſingulorum agatur, ſingulos aſſentiri oportet quidem; Nihilominus potiſſima pars concludit, & quod illa decreverit, ſingulos tenere decet. *L. quod major ff. ad municip. l. 3. l. nominatim. C. de decurion. l. ubi. ff. de tutor. l. 3 ff. de decret. quum deceat,* ut major pars ſuffragio ſit potior in talibus, ſi nulla lege id caveatur.

XXXIIX. *At*

XXXIIX. *At cui munus convocandi competit?*

PRoculdubio Præſidi aut Seniori. *Innocent. c. 1. de majoritat. Panorm. Imol. Butrio. in c. cum nobis. de elect. Bart. in l. 1. ff. de alb. Scrib. Bald. in l. 1. ff. de fid. inſtrum. &c.*

XXXIX. *Qualia autem decreta in univerſum facere poſſunt Collegia?*

NOn alia, quàm quæ ſalvis legibus, valere queant, quùm nec in deliberationem Collegii venire debeat, de quibus non modo decernendi, ſed etiam deliberandi poteſtas legibus eſt adempta, ne pœna committatur, quæ adverſus illicita collegia decerni conſuevit. *l. ſub prætext. ff. de extraord. crim. l. ſemper parag. quibuſdam. ff. de Iure immunit. Bart. ibid.* Ideoque non de aliis, quàm de rebus ad Collegium pertinentibus deliberare fas eſt. *Accur. in l. 2. ff. quæ ſit long. conſuet.*

XL. *Si Collegium peccet, quomodo ab eo eſt pœna ſumenda?*

DE Corporibus & Collegiis pœnam exigi poſſe certum eſt, in quem enim dolum cadit, is juxta dolum puniendus. Sed modus eſt diverſus; vel Ius coëundi eripitur; aut mulctæ indicuntur. Quod ſi pœnæ graviores aut capitis exigendæ ſint, ab iis tantum exigi debent, qui ſceleris participes & conſcii fuerunt. *l. aut fact. ff. de pœn.* quum etiam in privatis delictis, quæ à pluribus peccantur, ea actione ſingulos & in ſolidum vindicantur ita, ut unius ſolutione, cæteri liberentur. Si tamen unus aliorum conſpiratione peccavit, omnes tenentur in ſolidum, nec unius ſolutione cæteri liberantur *l. ſemper parag. 2. ff. quod vi. l. vulgaris parag. penult. ff. de furt. l. ſi plures ff. de injur. l. ita. ff. ad l. aquil.*

XLI. *Si*

XLI. *Si aliquot collegia deficiant à principe, quam pœnam merentur?*

QVæ conjuratos & rebelles decet: in quo ſupplicio tamen hoc maximè præcavendum, ne quid abſurditatis ſe ſubmiſceat. Namque in civium internecione hoc plerumque accidit, ut quo quiſque ferè ſe innocentius geſſit, eo acerbiora patiatur. Noviſſimum exemplum eſt in excidio miſerabili Magdeburgenſi nobis adhuc ante oculos. Vbi certe plurimi maligni ſat noti adhuc ſuperſunt, qui cauſſam malo potiſſimam dederunt, & innocentiſſimi crudeliter mactati cum virginibus, puellis & infantibus, proh dolor, interiere. Videant, ut pœnitentiam ſeriam agant. Iehova fortis vindex erit certè.

XLII. *An decet mortem præ ſervitute ſeligere?*

SVnt quidem ac fuerunt ſeculis omnibus plerique, qui mortem potius oppetere, quàm ſervire maluerunt. At falſa omninò & ſeductoria laus eſt, quę tali pertinaciæ pervicaci adſcribitur. Non ea eſt vera libertas, quam tam protervi ſibi imaginantur. Tota hęc vita noſtra nihil aliud eſt, quàm ſervitus adſidua: An non etiam ſervi nomen tribuitur Chriſto ipſi? *Eſa.*42, 1. *Matth.*12, 18. *Philip.*2, 7. Vnde ita adſtricti ſumus proximo, ut etiam Charitatem vitæ impendere debeamus, uti jubet *Chriſtus Matt.*5. Quod ethnici faciunt aut turpe putant, nobis non eſt imitandum; In Chriſto omnia nobis ſunt munda, ſi corde mundo & ſimplici quid perficiamus; ceu etiam jubemur duro Magiſtratui obedientiam præſtare. Non opinio religionis nos liberat & liberos reddit: ſed libertas Chriſtiana Charitati ſubjecta eſt. 1. *Cor.*8, 1, 9. Nec libertas ſpiritualis, 1. *Cor.*7, 2. cum ſervitute carnali pugnat. *Eph.*6, 5. & 1. *Pet.*2, 16. Sed libertate Chriſtiana non abutendum eſt, *Rom.*14, 15, 16. &

Digitized by Google

16. & 1. *Cor.* 6,12. & 10,23. & 8,8,9. *Gal.* 5,13. & 1. *Pet.* 2,16. Quid potius eſt, per tantillæ hujus vitæ ſpacium ſervum agere, quàm æternitatis gloriam amittere? Diaboli igitur eſt perſuaſio, qua carnales homines neſciunt inter libertatem ſpiritus, & ſervitutem mundi diſtinguere. Mundana nunquam cum æternitate conferenda ſunt. Si ob hæc potius vitam exuis, quàm ut potius obedientiam præſtes Deo, qui non vult ut vitæ tuæ proditorem ante tempus agas, ſanè animæ tuæ hoſtem te præſtas perfidiſſimum; nec Dei voluntatem rectè agnoſcis, ſed tuæ te tradis voluntati mancipium perditum.

XLII. *Si ex totius populi ſuffragiis defeciſſent Collegia, ac novum creaſſent Principem, num propterea omnes eſſent puniendi?*

LAudabile eſt in plectendis civibus ſuppliciorum acerbitatem lenitate temperare. Proinde non eſt optimi, ſed ne prudentis quidem; de omnibus pœnas, quas poſſit, exigere, ne ſempiternam ſuæ exiſtimationi ac famæ, qua nihil principi carius eſſe debet, contumeliam inurat, ſi Deum reſpicere nolit. In popularibus pœnis ſemper hoc ſpectandum, ut pœna quidem ad paucos, metus ad omnes perveniat. Sic Rex Antiochus exules revocavit, civitati beneficia reſtituit, decima ferè parte mulctæ contentus. *Polyb. lib.* 6. Quid Chriſtianis non competat Principibus?

XLIII. *Si in publica defectione nocentes ab innoxiis non poſſint ſeparari, quæ pœna illis infligenda?*

QVum ab univerſitate non poſſit facile corporalis pœna ſumi, niſi fiat ab iis, qui conſilium opemvè dederunt, omnes pecunia ſunt puniendi. *l. jube-*

mus. C. de Sacro San. l. 1 ff. de magiſtr. conven. l. metum. parag. animad. ff. de eo quod metus. Nec tamen univerſi peccare videntur, ſi ſaltem vexilla ſequantur, nec tamen ſocii deliberationis fuerint. *Bart. in l. aut facta. ff. de pœn.* Sed univerſitate mulctata, ſceleris conſcios non eximit à pœnis.

XLIV. *Num verò Collegia Reipubl. ita utilia ſunt, ut iis carere nequeat?*

NIhil certe ad imperia popularia tuenda ac retinenda potentius ac melius cogitari poteſt unquam: Sed ad evertendas tyrannides nihil Collegiis accommodatius. Nam quæ Reſpublicæ maximè inter ſe diſſident, contrariis legibus ac moribus nituntur. Populus igitur collegiorum & conciliorum multitudine gaudet, quæ tyranni funditus evertere conantur, quod intelligant à civium amicitia & cohæſione tyrannidi exitium impendere. At regius & optimatum ſtatus ea, quæ Reipubl. neceſſaria videntur, legibus optimis ac inſtitutis in officio continent, ut verus maneat uſus.

XLV. *Vſus autem Collegiorum, in quo maximè conſiſtit?*

VSus eorum multiplex eſt. 1. Etenim per fida collegia & pietas & bona diſciplina apud omnes etiam infimam plebem poteſt commodiſſimè promoveri. 2. Regia poteſtas nihil corporibus & collegiis poteſt firmius aut ſtabilius fovere. Nam ſi opus ſit pecuniis, contributionibus aut aliis neceſſariis, id optime omnium ab iis poteſt confici, & pericula averti, ne fiat ſeditio. 3. Si quid de ſtatu confirmando agendum, ubi melius quid efficiat, quàm per collegia, ſi iis ſe ritè accommodet? 4. Si hoſtes ſint repellendi, latrocinia coërcenda, tum ad

por-

portus, arces, mœnia, vias & cætera id genus ſarcienda, quæ nulla ratione poſſent à ſingulis, omnium optimè ab univerſis conficiuntur. 5. Quibus populis ſua Concilia cogere licet, cum iis optimè agitur: cæteri populi tributis ac ſervitute urgentur. Vt verò ingentes utilitates ex conciliis modicis Reipublicæ comparantur: Ita nihil eſt, quod Rempublicam æquè frangere atque debilitare poſſit, quàm ſi collegia & corpora omninò tollantur. Omnium autem prudentiſſimè ſibi Princeps apud collegia proſpicere poteſt, ſi perſonam aliquam certam à ſeipſo delegatam, ordinet, qui ipſius authoritate illis præſit.

CAPVT VIII.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

DE ordinibus Civium. Quum enim inprimis ordo in omnibus rebus ſit diſpiciendus, maximè id neceſſum eſt in civitate, uti ipſa Reipubl. ratio nil aliud exigit, quàm diſpoſitionem exactam, ut per ordines omnia ritè conſtare queant, quæ cotidiè peragenda ſunt, & etiam ut primi ipſi cum poſtremis per medios rectè connectantur. Nec ulla regiminis forma boni, ſe confuſioni committere gaudet. Ideoque ſecundum gradus cives omnes diſponi vult Bodinus, ut mutua ab invicem ſit dependentia; veluti ſunt nobiles, ſunt plebei, ſunt ſervi in populo, ſunt & mercatores, ſunt opifices, quibus ſingulis ſuum attribuit locum, ac nonnulla de conventibus ordinum interm iſcet, ut cuique ſuum competens officium rectius inde pateſcat, velut & ſollicitus eſt de eo, quomodo cives ſint Reipubl. ordinatim inſerendi & recipiendi.

II. *Ordo quid nominis determinat?*

VElut nihil conſtat in mundo abſque ordine, & unumquodque ſuam deſtinatam habet collocationem; ita in ipſa hominum converſatione ejuſmodi harmonica diſpoſitio requiritur. Vnde translata vox hæc ordinis in civitatem pro ſtatu hominum liberorum & ſervorum accipitur. Aliàs enim Ordo nihil aliud eſt, *ut Valla lib.4. Eleg. cap.14. ait*, quàm digeſtio & in ſuo loco cujuſque rei collocatio, velut in acie quæ cauſſa eſt, quod alii velint, quod ordo quaſi ὄρθιν δῶ ſit, quum militibus dicerent Tribuni in ordinanda acie, ecce huc conſiſtas; huc locum habe, &c. Velut & Græci hinc τάξιν ab aciei directione dixerunt, ut ordo ſic rationem loci attributi determinet, vel qua quis prgit, & alius ſequitur. Nam prioris ratio eſt præeundi, poſterioris ſequendi. Verum quur non potius ordo ab ὀρθῶς dicatur, ſi nolimus vocabulum Latinè acceptum, quùm tamē *ordior* verbū actum incipiendi ponat. Qui enim incipit, & perſequitur cœptum, is ordinem facit: ad quam inceptionem etiam nos jam ulterius in cognitione civium convertemus, ut ſtatum ejus pernoſcamus.

III. *Quid vero eſt civis?*

QVid civis ſit ſupra *lib.1. c.6.* eſt quidem explicatum, quod ſit membrum ejus ſocietatis, quæ civitatem incolit, & in Reipubl. vivit tutela, *uti Iſid. l.9. cap.4. ait*, Cives vocari, quod in unum coëuntes vivant, ut vita communis ornatior fiat & tutior, quaſi ſit à coëo & vivo, quum cives vinculo quodam ſocietatis in unum coëant cœtum, & ſub legibus vivant: Sed jam heîc paucis illud monere juvat, quod fruſtrà ſe heîc alii torqueant in definitione civis quam Bodinus noſter ſupra *d. loc.* protulit, quaſi ſubditus non poſſet diſtingui à cive, ſi ſuperioris poteſtatis

ſtatis mentio adjiciatur in ejus definitione, quùm ſic magis ſubditus quàm civis exprimatur, dicatque reſpectum ſaltem ad Rempubl. à qua civitas heîc abſtrahatur. Quid falſius poteſt affirmari aut induci? Ponas tu mihi civem abſque reſpectu civitatis, & ponas tu mihi civitatem abſque reſpectu Reipublicæ? An poteſt veſtis abſque ejus forma à ſartore ipſi indita dari? Aut pileus abſque ſua eſſentiali proprietate? Si civem appelles, eo ipſo ſimul ipſi tanquam membro locum in civitate concedis; aliàs non poterit eſſe civis. Vbi enim nulla civitas, ibi nec civis erit. Si civem affirmas, vis etiam ſubditum. An civis abſq; ſubjectione ſit? Quale monſtrum ex cive facies? Civis enim omnis eſt ſubditus; at non omnis ſubditus eſt civis, quum & magiſtratus ſubditum agat reſpectu ejus, qui Iura Majeſt. habet. Sed civis inde eſt, quod civitati ſit adſignatus; unde neceſſum eſt, quod talis ſuperioritatis in definitione fiat mentio. Non igitur improbari poteſt tàm acriter, quod civem hominem liberum, id eſt tale ſocietatis civilis membrum Bodin. faciat, qui ſummæ alterius poteſtati ſit obligatus, quùm neceſſum ſit, ut ejus jure & privilegiis fruatur, cui ſe obligatum adſtrinxit.

IV. *Num ordo civium ita neceſſarius?*

QVi cives omnes omnibus dignitate, ordine, loco ita exæquare conantur, ut nihil primum in civitate, nihil poſtremum, nihil medium, ſed omnes omnibus ſine ullo ſexus, ætatis, conditionis diſcrimine confuſos eſſe velint; perinde faciunt, ut ii, qui hordeum, frumentum, oryzam, milium, legumina in unum acervum accumulant; qua ex re & ſingulorum ſeminum, & univerſi acervi uſum amittunt. Sed neq; quid abſurdius hiſce ingeniis dari poteſt, ἀταξίαν tantam approbantibus.

V. *Quid heic per ordinem civium auctor intelligit?*

ORdinem, *ait*, appello civium partem, à cæteris conditione aut ſtatu aut ſexu diſcretam: Conditione quidem nobiles à patritiis; equites à plebeis; ſexu verò feminæ à viris; ſtatu denique, ingenui à libertinis, ſtatu liberi ab utriſque dividuntur.

V I. *An ſervi poſſunt civitate donari?*

QVæ tam arrogans eſt iſta hominum temeritas dicam an impietas, ut hnmanæ conditionis obliti, divinum hoc animal, non ſervire modo ſuæ libidini turpiter, erepta libertate, cogant; verum etiam pecudum inſtar, aut deteriore conditione eſſe velint? ſed ut ſervi ſint abjectiſſimæ conditionis homines, num propterea civium nomen non merentur? Sunt in corpore humano ita pudenda membra, ut nemo niſi valdè impudens ea revelare ſine pudore debeat; num propterea tamen corporis membra eſſe deſinunt? an propterea à corpore ſint reſecanda? Pedibus uteris ut molem fœtidi tui corporis portent, num propterea rejicias? tentes hoc: nonnè mutilatum te reddas? Quorſum iturus eſſes? An non ſervi quoque civium oneribus & imperiis graviſſimis urgentur? Num inde civitatis membra non ſint? Extermines eos, videbis quid poſſis. Ego igitur, ſi mihi tabellæ ac jura ſuffragiorum in hac diſputatione tribuantur, ſervos æquè ac liberos civitate donari cupiam. Atque noſce Iehovæ mandatum. *Exod.* 21, 2, 20, 26. *Levit*, 19, 13. *&* 25, 38. *Deut.* 5, 14, 21. *&* 15, 12, 16. *&* 24, 15. *Iob* 31, 3. *Prov.* 29, 19. *Ierem.* 24, 9, 14. *Syr.* 7, 22. *&* 33, 31. *&* 42, 16. *Eph.* 6, 9. *Coloſ.* 4, 1.

VII. *Qui*

VII. *Quinam à ſervis ſunt Proximi?*

STatu liberi Romæ erant, deinde libertini. Status enim liberorum ordo medius erat inter ſervos & libertinos: quia quum libertas eorum ſuſpenſa teneretur, meliore quidem conditione fuerunt, quàm ſervi, deteriore quam liberti. Libertinorum autem 4 genera erant, Romani, Latini, Iumani & Dedititii. Libertinus igitur heic eſt libertus; alioqui ſic differunt, quod libertinus opponatur ingenuò; ſicut libertus ſemper referebatur ad patronum. Libertinus autem etiam liberto natum ſignificat.

VIII. *Nobilitas autem unde eſt?*

ILlud omnium populorum ferè commune eſt, ut nobiles à plebeis ordine & dignitate dividantur, ex quo primum Nimbrodus latro nobiliſſimè conſceleratorum ſuique ſimilium ingenti manu ſtipatus, crudeli ſervitute tenues oppreſſit, ac in dominatum Aſſyriorum primus invaſit. Is igitur nobilitatem ſcelere partam, poſteris ad imitandum reliquit, eaque opinio pervagata tàm altè radices egit, ut quò quiſque vi ac cædibus potentior, eò nobilior eſſe crederetur: quo uſque optimis legibus & humanitate populi melius informati, nobilitatem virtute, non ſcelere quæri oportere judicarent.

IX. *An verò talis Nimrodus fuit, uti à Bodino heic deſcribitur?*

EX communi opinione ita loquitur cum aliis, qui Nimrodum ex adjectis epithetis ita malignum, & ſupra reliquos mortales ferocem tyrannum judicant, quum Venatorem tam robuſtum egerit. *Geneſ.* 10, 8, 9, 10. Sed quum hæc ſit myſtica Verbi Dei locutio, cujus interpretatio ſolidè vix apud

ullum invenitur, præter Theodidactum, qui linguam naturę ex dono ſingulari Iehovę calluit, juvat eum huc paucis introducere loquentem, ut locus iſte S. Scripturæ rectius obſervetur & intelligatur. Ejus verba *in Myſter. Magn. c.* 35. quem commentarium ſcripſit *in Gen.* ſic ſe habent:

Spiritus Dei in Moſe ulterius hoc ponit, quod Chus progenuerit Nimrothum, qui inceperit in terris potentem agere Dominum, atque potens Venator coram Iehova extiterit. Quis verò jam hoc intelligat, qualisnam potens Dominus atque Venator coram Iehova fuerit, abſque intellectu Linguæ Naturæ? quæ, quùm non ſit dono cuique data ut poſſit percipi, nobis heic inſerviet, ut ſaltem ejus mentem detegere valeamus, quidnam ſpiritus in Verbo eſſentiæ eo expreſſum velit. Nimrothus enim potens Dominus & Venator coram Iehova factus eſt. Quod ſi jam ſpiritum in ſua eſſentia in formatione Verbi hujus intuear; tunc cerno qualis Nimrothus Dominus & Venator fuerit? Spiritus enim ſub hac forma indicat proprietatem ex natura, quomodo ea ſe in humana natura detexerit, atque in externam formam ad conceptum regimen inter homines ſe introduxerit. Spiritus nominis indicatione hoc exprimit, quomodo libera hominis voluntas ſe in natura intelligentiæ formarit, & ejuſmodi modulationem in animo effigiârit, ex qua imaginatione res ipſa reſultarit. Quippe nomen Nimrothi claram explicationem in aperta intelligentia exprimit, quod ipſe ex Chus progrediatur: quia in ſeſe conceptio aut potentiæ adſumptio eſt, ex natura erumpens, quomodo ſe natura in regimine in animo conceperit, atque ita cum potentia ſe extulerit, inferioreſque proprietates venatione hac urſerit. Inde Spiritus eum vocat Venatorem coram Domino.

Sicut

Digitized by Google

Sicut enim venator feras venatur, capit, ac domat; ita quoque Spiritus heic indicat, quod ex ipſamet ſui elata natura tales feræ eſſent naſcituræ, quæ ſolummodo externæ naturæ vitam ſuam eſſent conſecraturæ: Atque ſic ex natura iræ exſurgebat ille Venator tanquam externa Dominatio, quæ illis ſtultis beſtialibus hominibus imperium imponeret, ut ſic hæc Dominatio beſtiam venaretur, caperet, perfoderet, & imperio cohiberet, quùm neceſſum eſſet, ut venator beſtias in gyrum cogeret, & regimine ſuo premeret; alias enim univerſalis rabies, rapacitas, mordacitas, & mutua devoratio iſtos beſtiales homines ſubegiſſet in ſua confuſione; Quùm illi regimen Spiritus Dei prorſus repudiaſſent, inde cogebantur ſe officio naturæ ſubmittere. Namque ad quid alias Iehovæ talis venator prodeſſe potuiſſet?

Hinc eſt, quod Spiritus in Moſe dicat, illum fuiſſe potentem coram Iehova Venatorem. Quod in conſpectu Iehovæ venatur, certè non lepores aut alias feras venatur.

Moſes heic velamen claris oculis ſuis objectum geſtat. Spiritus Dei ſub hoc velamine indicat regimen naturæ, quomodo humanum imperium externi mundi in anima conceperit, & quomodo in futurum ſe eſſet ordinaturum, qualeſque venatores mundi ex munere naturæ eſſent prodituri: Vnde dominatio humana venatori adſimilatur, qui tantummodo beſtias venetur, ut eas capiat & interficiat. Ita res eſſet eventura, ut ejuſmodi venatores ſaltem eſſent venaturi homines, eoſque ſervituti ſuæ ſubjecturi, atq; eos per canes ſuos venaticos direpturi, interfecturi, & devoraturi, ut ita bello & cædibus perderentur; ac quidvis potentiæ vi domaretur, premeretur. Velut etiam quiſque poten-

tior Venatoris hujus Imperio in propriis viribus egregiè utitur. Nec aliter ſe res habere poterat. Quippe homo furori Dei in ſua natura ſe devoverat; ille inde cum appetitu ſuo in apertum erumpebat, atque ſe in hoc regimen concipiebat juxta externam conſtellationem, & quatuor Elementorum diſpoſitionem; velut illa ædificant & deſtruunt; Ita quoque iſte Venator cum ſuis beſtiis in ſuo ludo ſe exercebat.

Iamque ex hoc univerſus mundus ſibi ſpeculum ſumat, verum in eo conſpicitur fundamentum, quomodo revera ſe habeat mundana Dominatio. Ac licet iſtud fundamentum Imperii hujus interiorem ſpiritualem intellectum in ſe includat; attamen in externa forma coram Iehova nil aliud eſt ac repræſentat, quàm beſtialis Venatoris munus apud beſtiales homines, qui ita domari & habenis ſe cogi exigunt. Namque internum ſpiritus imperium conſiſtit in ſumma humilitate, in Angelica forma, in qua etiam Iehova creabat hominem ad imaginem ſuam; modò manſiſſet ille in Paradiſo, non opus ipſi fuiſſet nec indiguiſſet Venatore ullo. Quùm verò animalitatem talem appeteret, inde quoque Iehova ipſi venatorem adiecit, qui feritatem hujus beſtiæ cohibeat domando. Inde venator & beſtia coram Iehova in hac feritatis proprietate ejuſdem eſt conditionis, nec alter ab altero quid diſtat in hac ſimilitudine.

Quùm verò non aliter poterat feritas talis corrigi in hoc mundo, Iehovæ naturalis hic ordo eſt; quia unicuique rei ſuum addidit regimen. Sed hoc maximè deplorandum eſt, quod Venator iſte cicurata inter homines animalia tam ſtrenuè ſua venatione premat & perſequatur, eademque mactet ac devoret, quæ ipſius venationi non ſunt ſubiecta

Verùm

Verùm quid dicamus? Aut in quo ſe filii Dei excuſabunt, aut quomodo ſe ab hoc Venatore coram Deo liberabunt? Quando quidem quiſque mortalium in externo involucro hujus venatoris caninam naturam involutam fovet, quam ita Venator naturæ iſthic poteſtati ſubjectum ſuæ tenet. Homo internus Spiritualis cogitur externum animal ſuum huic venatori ſubmittere; quippe externum ejus animal itidem malitiæ indulget ſuæ. *Hactenus ille Theodidact.*

Quiſque igitur jam hinc ſit ſpeculo, & ſeſe rectius examinet intus, inque cordis profunditate ſe probet, ut ſerpentinum genus exuere; & Chriſti vitam imitatione Sancta ritè induere, regenerationemque vividam mortificatione ſui ingredi queat. Sic ſe verè nobilitatum ſentiet in Chriſto, qui æternæ militiæ cœleſti pugnam ſalutis devovere noſcat. Iehova benedicat omnibus pœnitentiam appetentibus ſeriam & vividam. Mundana tranſeundo evaneſcunt; at cœleſtis nobilitas in Chriſto æternitatis palmam obtinet ſola.

X. *An ſolummodo ex militia nobilitas acquiritur?*

NObilitas dignitatis munus eſt, quo quis ex plebeia conditione eximitur: Prout feritas nationum autem fuit; ita ex opinione propria ſibi confinxerunt nobilitatis ſplendorem. Cæteri tamen populi dignitatem à militia ſejunxerunt mitiori ſenſu: nec proptereà, qui miles eſſet, nobilem cenſuerunt: Quam in ſententiã maximi quiq; *Iur. Conſ.* cum Platone uno penè conſenſu ierunt. *Bart. in l. 1. C. de dign. Ioh. Plat. ib. Luc. de Penn. in l. mulieres. C. de dign. Faber in l. mil. ff. de quæſt. Bald. & Angel. in l. filius fam. parag. vet. ff. de procurat. Salyc. in l. non prohib. ff. qui accuſar. Alb.* *in l.*

in l. milites locati. Cod. Roman. ſingul. 507 *&c.* Alias enim ipſa virtus nominis hujus ſe ſatis explicat, quid per nobilitatem veram intelligere debeamus, quùm celebrem bona fama notum determinet, qui precioſo loco ſit ob pietatem inſignem & virtutes inde profluentes habendus: uti etiam Feſtus indicat: Nobilem antiqui, ait, pro noto ponebant, & quidem per G litteram, nempe Gnobilis, (quaſi noſcibilis aut non vilis virtutum nomine) quo diſcernebatur ab ignobili; qui non eſſet virtutis maximè & poſtea generis nomine noſcibilis aut notus. Apud Romanos nobiles quidem etiam dicebantur, qui Ius habebant ponendæ imaginis; id quod erat eis, qui Magiſtratum curulem geſſerant. *At Iuven. Satyr.* 8. hinc

Tota licet veteres exornent undique cerâ
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica, Virtus.

Ac *Senec. epiſt.* 44. Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus: nemo in noſtram gloriam vixit: nec, quod ante fuit, noſtrum fuit. *Id. lib.* 3. *de benef. c.* 28. Nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt; & nomina familiæ longo ordine &c. in parte prima ædium collocant; noti magis, quam nobiles ſunt. Ea vis eſt hujus verbi apud Latinos, qui eodem plane ſenſu γνώριμος à Græcis appellatur: & ἐπιφανὴς qui in hominum notitiam ex aliquo ſeu turpi, ſeu illuſtri facinore pervenerat: ſæpius tamen accipitur in meliorem partem. Nam qui εὐγενεῖς dicuntur, ad generis ſplendorem referunt, quæ apud Romanos in patriciis potiſſimum elucebant. ἔνδοξος, γενναῖος autem eſt, qui non tantum bonis natus, ſed etiam talis mente extat. Abſurdum enim foret & iniquum, ſi quis ſolummodo ſanguinis effuſione compararet nobilitatē. Inde etiam

Romani

Romani tandem plebejis, per legem Canulejam aditus ad honores aperuerunt, qui anteà à patriciis illis obvallatus erat.

X I. *In quo igitur vera nobilitas conſiſtit, propriè?*

VEram virtutem, *ait Bodin. noſter,* virtute metiamur, quùm ea ſit non modò Philoſophor. ac Theolog. verum etiam Poëtarum, Hiſtoricorum ac Iuriſ. Conſultorum penè omnium conſentiens opinio, qui negant, ullum ſine honeſtate nobilitati locum relinqui: Ac propoſitis duobus, generis inquam ſplendore ac virtute ſuperiorem ac dignitate priorem virtute locum eſſe oportere decreverunt, ſeu de imperiis & honoribus, ſeu de teſtium gravitate ac pondere quæratur. *D. Hieronym. in Epiſt. ad Demetriad. Ovid. in Triſt. Plutarch. in lib. contr. nobil. Alex. & Floren. in c. penult. de præbend. Hoſtiens. Io. Andr. Anton. Butr. Alber. Angel. in l. ſi quis. parag. ſi quis ff. de V. O. Bald. in l. ſi qua. C. de Secund. nupt. & in l. nobilior. C. de Commerc. & in l. provid. C. de poſtul. Salyc. Luc. de Pen. in l. mulier. C. de dignitat.*

Inprimis eſt perquàm notabilis *Caßiod. lib. 9. epiſtol. 7.* locutio, ubi ex doctrina etiam non ſatis alto loco natos ad nobilitatem evehit, dicens: Ex obſcuro nobiles efficit doctrina. Quod etiam ita diſertè ipſa lex, *providendum. ff. de poſtulat. It. l. nobilißimos. & ibi Cym. Fab. Bald. Angel. Salyc.* affirmant. Imo Moyſes ipſe in præfectione tribuum Populi ſui; ſapientes & nobiles conjungere voluit, uti ipſe apertè confitetur. *Deut.* 1.5. ut oſtenderet nobilitatem non alibi niſi in Sapientia quærendam. Ac Nobilis in portis vir ejus eſt, adſidens Senioribus regionis. *Prov.* 31.23. Et divus Paulus ſalutari cupit Nobiles inter

Apoſtolos cognatos ſuos & concaptivos. *Rom.* 16.7. Imo ſi etiam verum fateri velimus quid aliquem magis eximat ex plebeio ſtatu quàm religioſa virtutis ſanctitas, quum omnes nobilitatis formam exemptioni huic adſcribant, ſi conſenſum actumvè evectionis adjiciat, qui nobilitandi Ius habet. *Iohan. Reynaud. de Nob. n. 9. v. oſtend. Silvan. Conſil. 1. n. 37. Tirag. de nobil. c. 4. n. 13. & ſeqq. arg. l. 3. C. de commer. l. 1. parag. 1. C. de condit. in publ. hon. l. 18. parag. 1. C. de nupt.* Vbi expreſsè meritum aliquod requiritur, quod in Virtute conſiſtat, ut verum illud maneat, uti in proverbio eſt: *Nobilis eſt ille, quem nobilitat ſua virtus, & non ſua villa.*

XII. *Nobilitas igitur quotuplex?*

DVplex. Etenim ille, qui aliquem ex plebeia ſorte eximit, per nobilitatem evehendo, aut id tacitè aut expreſsè facit. Quod fit, ſi Princeps Iura Majeſtatis habens aliquem lateri ſuo adjungat, Conſiliariorum intimo numero adſociet, aut arduis negotiis ſuis præficiat. *l. 1. C. de præpoſ. lat. l. 1. C. de domeſt. l. ult. C. de excuſ. tut. Tiraquell. d. tr. de nob. c. 6. n. 10. Bon. de Curtil. de nobil. part. 3. n. 158. Maſcard. de prob. Concl. 1094. n. 5. vol. 2.* Sic tacitè quis à ſuo Principe nobilitatur.

Expreſsè autem nobilitas alicui confertur per evidentem quendam actum Principis, aut collationem diplomatum; vel lege *l. quoties 3. parag. viros 2. C. ubi Senator. Iohan. Raynaud. de nobil. n. 15.* Bartolus *in l. 1. C. de dign.* non ineptè Civilem nobilitatem vocavit, quæ non ex hominum opinione ficta procedit, ſed virtutis decore ſit acquiſita, ne feuda tantum quem nobilitent. *Vult. 1. de Feud. cap. 8. n. 9. & 10.* quùm nobilitas ſine feudo poſſit dari, & feudum ſine nobilitate. Ideoque falſa eſt eorum opinio, qui putant

putant copias, opes, fortunas, nobilitatem ingenerare, ac inopias eandem obliterare. Quid enim abſurdius, aut pernitioſius, quàm dignitatem quæſtu, ordinem pecuniis; nobilitatem opibus metiri? quùm ſæpius aut furtis, ac rapinis, aut effuſa tyrannorum in deterrimum quemque largitione, aut caſu quodam, ac fortunæ temeritate, unde fortunas dici putant, dentur & eripiantur? At ſancta fides & pietas nihil cum fortuna habet commune: nec veræ virtutis ac nobilitatis poſſeſſio furtis eripi, nec incendio abſumi, nec aquarum voragine abſorberi, nec ulla vi perire poteſt.

XIII. *Quos habet effectus nobilitas?*

VArii ſunt, ut ad poſteros in familia eam transfundat, ut privilegio præſumptionis prævaleat. *Alerat. de præſumpt. reg. 1. præſ. 48. in pr. reverentia & honoribus aliiſque præferentiis,* immunitatibus *l. à munerib. ff. de vacat. mun. l. non tant. parag. Iliens ff. de Excuſ. tut.* pœnis temperandis, haſtiludiis, defenſionibus, &c. *Garl. 1. obſ. 10. n. 2.* Sunt etiam alii effectus plures, de quibus alibi plenius.

XIV. *Annè poteſt nobilitas amitti, aut ei quid derogari?*

VElut inani opinione ac popularibus hominum erroribus, quibus Iura tum publica tum privata, quæ extra verbum Dei ſine vero fundamento naturæ vagantur, conſtant, plerique ducimur, ita quid extollimus homunculi, & iterum deprimimus. Proinde quo quiſque à virtute majorum, à quibus originis claritatem accepit, remotior eſt, ac fortè ad ſordidarum artium exercitium ſe convertat, minimè eo loco dignus putatur, ſed ſtatui plebeio rectè accenſetur. *l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. arg. l. ne quis. C. de*

mus. C. de Sacro San. l. 1 ff. de magiſtr. conven. l. metum. parag. animad. ff. de eo quod metus. Nec tamen univerſa peccare videntur, ſi ſaltem vexilla ſequantur, nec tamen ſocii deliberationis fuerint. *Bart. in l. aut facta. ff. de pœn.* Sed univerſitate mulctata, ſceleris conſcios non eximit à pœnis.

XLIV. *Num verò Collegia Reipubl. ita utilia ſunt, ut iis carere nequeat?*

NIhil certe ad imperia popularia tuenda ac retinenda potentius ac melius cogitari poteſt unquam: Sed ad evertendas tyrannides nihil Collegiis accommodatius. Nam quæ Reſpublicæ maximè inter ſe diſſident, contrariis legibus ac moribus nituntur. Populus igitur collegiorum & conciliorum multitudine gaudet, quæ tyranni funditus evertere conantur, quod intelligant à civium amicitia & cohæſione tyrannidi exitium impendere. At regius & optimatum ſtatus ea, quæ Reipubl. neceſſaria videntur, legibus optimis ac inſtitutis in officio continent, ut verus maneat uſus.

XLV. *Vſus autem Collegiorum, in quo maximè conſiſtit?*

VSus eorum multiplex eſt. 1. Etenim per fida collegia & pietas & bona diſciplina apud omnes etiam infimam plebem poteſt commodiſſimè promoveri. 2. Regia poteſtas nihil corporibus & collegiis poteſt firmius aut ſtabilius fovere. Nam ſi opus ſit pecuniis, contributionibus aut aliis neceſſariis, id optime omnium ab iis poteſt confici, & pericula averti, ne fiat ſeditio. 3. Si quid de ſtatu confirmando agendum, ubi melius quid efficiat, quàm per collegia, ſi iis ſe ritè accommodet? 4. Si hoſtes ſint repellendi, latrocinia coërcenda, tum ad por-

Digitized by Google

portus, arces, mœnia, vias & cætera id genus ſarcienda, quæ nulla ratione poſſent à ſingulis, omnium optimè ab univerſis conficiuntur. 5. Quibus populis ſua Concilia cogere licet, cum iis optimè agitur: cæteri populi tributis ac ſervitute urgentur. Vt verò ingentes utilitates ex conciliis modicis Reipublicæ comparantur: Ita nihil eſt, quod Rempublicam æquè frangere atque debilitare poſſit, quàm ſi collegia & corpora omninò tollantur. Omnium autem prudentiſſimè ſibi Princeps apud collegia proſpicere poteſt, ſi perſonam aliquam certam à ſeipſo delegatam, ordinet, qui ipſius authoritate illis præſit.

CAPVT VIII.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

DE ordinibus Civium. Quum enim inprimis ordo in omnibus rebus ſit diſpiciendus, maximè id neceſſum eſt in civitate, uti ipſa Reipubl. ratio nil aliud exigit, quàm diſpoſitionem exactam, ut per ordines omnia ritè conſtare queant, quæ cotidiè peragenda ſunt, & etiam ut primi ipſi cum poſtremis per medios rectè connectantur. Nec ulla regiminis forma boni, ſe confuſioni committere gaudet. Ideoque ſecundum gradus cives omnes diſponi vult Bodinus, ut mutua ab invicem ſit dependentia; veluti ſunt nobiles, ſunt plebei, ſunt ſervi in populo, ſunt & mercatores, ſunt opifices, quibus ſingulis ſuum attribuit locum, ac nonnulla de conventibus ordinum intermiſcet, ut cuique ſuum competens officium rectius inde pateſcat, velut & ſollicitus eſt de eo, quomodo cives ſint Reipubl. ordinatim inſerendi & recipiendi.

II. *Ordo quid nominis determinat?*

VElut nihil conſtat in mundo abſque ordine, & unumquodque ſuam deſtinatam habet collocationem; ita in ipſa hominum converſatione ejuſmodi harmonica diſpoſitio requiritur. Vnde translata vox hæc ordinis in civitatem pro ſtatu hominum liberorum & ſervorum accipitur. Aliàs enim Ordo nihil aliud eſt, *ut Valla lib.4. Eleg. cap.14. ait*, quàm digeſtio & in ſuo loco cujuſque rei collocatio, velut in acie quæ cauſſa eſt, quod alii velint, quod ordo quaſi ὄρθιον ὁδῶ ſit, quum militibus dicerent Tribuni in ordinanda acie, ecce huc conſiſtas; huc locum habe, &c. Velut & Græci hinc τάξιν ab aciei directione dixerunt, ut ordo ſic rationem loci attributi determinet, vel qua quis præit, & alius ſequitur. Nam prioris ratio eſt præeundi, poſterioris ſequendi. Verum quur non potius ordo ab ὀρθὸς dicatur, ſi nolimus vocabulum Latinè acceptum, quùm tamē *ordior* verbū actum incipiendi ponat. Qui enim incipit, & perſequitur cœptum, is ordinem facit: ad quam inceptionem etiam nos jam ulterius in cognitione civium convertemus, ut ſtatum ejus pernoſcamus.

III. *Quid vero eſt civis?*

QVid civis ſit ſupra *lib.1. c.6.* eſt quidem explicatum, quod ſit membrum ejus ſocietatis, quæ civitatem incolit, & in Reipubl. vivit tutela, *uti Iſid.l.9. cap.4. ait*, Cives vocari, quod in unum coëuntes vivant, ut vita communis ornatior fiat & tutior, quaſi ſit à coëo & vivo, quum cives vinculo quodam ſocietatis in unum coëant cœtum, & ſub legibus vivant: Sed jam heic paucis illud monere juvat, quod fruſtrà ſe heic alii torqueant in definitione civis, quam Bodinus noſter ſupra *d.loc.* protulit, quaſi ſubditus non poſſet diſtingui à cive, ſi ſuperioris poteſtatis

ſtatis mentio adjiciatur in ejus definitione, quùm ſic magis ſubditus quàm civis exprimatur, dicatque reſpectum ſaltem ad Rempubl. à qua civitas hîc abſtrahatur. Quid falſius poteſt affirmari aut induci? Ponas tu mihi civem abſque reſpectu civitatis, & ponas tu mihi civitatem abſque reſpectu Reipublicæ? An poteſt veſtis abſque ejus forma à ſartore ipſi indita dari? Aut pileus abſque ſua eſſentiali proprietate? Si civem appelles, eo ipſo ſimul ipſi tanquam membro locum in civitate concedis; aliàs non poterit eſſe civis. Vbi enim nulla civitas, ibi nec civis erit. Si civem affirmas, vis etiam ſubditum. An civis abſq; ſubjectione ſit? Quale monſtrum ex cive facies? Civis enim omnis eſt ſubditus; at non omnis ſubditus eſt civis, quum & magiſtratus ſubditum agat reſpectu ejus, qui Iura Majeſt. habet. Sed civis inde eſt, quod civitati ſit adſignatus; unde neceſſum eſt, quod talis ſuperioritatis in definitione fiat mentio. Non igitur improbari poteſt tàm acriter, quod civem hominem liberum, id eſt tale ſocietatis civilis membrum Bodin. faciat, qui ſummæ alterius poteſtati ſit obligatus, quùm neceſſum ſit, ut ejus jure & privilegiis fruatur, cui ſe obligatum adſtrinxit.

IV. *Num ordo civium ita neceſſarius?*

QVi cives omnes omnibus dignitate, ordine, loco ita exæquare conantur, ut nihil primum in civitate, nihil poſtremum, nihil medium, ſed omnes omnibus ſine ullo ſexus, ætatis, conditionis diſcrimine confuſos eſſe velint; perinde faciunt, ut ii, qui hordeum, frumentum, oryzam, milium, legumina in unum acervum accumulant; qua ex re & ſingulorum ſeminum, & univerſi acervi uſum amittunt. Sed neq; quid abſurdius hiſce ingeniis dari poteſt, ἀταξίαν tantam approbantibus.

V. *Quid heic per ordinem civium auctor intelligit?*

ORdinem, *ait*, appello civium partem, à cæteris conditione aut ſtatu aut ſexu diſcretam: Conditione quidem nobiles à patritiis; equites à plebeis; ſexu verò feminæ à viris; ſtatu denique, ingenui à *libertinis*, ſtatu liberi ab utriſque dividuntur.

V I. *An ſervi poſſunt civitate donari?*

QVæ tam arrogans eſt iſta hominum temeritas dicam an impietas, ut hnmanæ conditionis obliti, divinum hoc animal, non ſervire modo ſuæ libidini turpiter, erepta libertate, cogant; verum etiam pecudum inſtar, aut deteriore conditione eſſe velint? ſed ut ſervi ſint abjectiſſimæ conditionis homines, num propterea civium nomen non merentur? Sunt in corpore humano ita pudenda membra, ut nemo niſi valdè impudens ea revelare ſine pudore debeat; num propterea tamen corporis membra eſſe deſinunt? an propterea à corpore ſint reſecanda? Pedibus uteris ut molem fœtidi tui corporis portent, num propterea rejicias? tentes hoc: nonnè mutilatum te reddas? Quorſum iturus eſſes? An non ſervi quoque civium oneribus & imperiis graviſſimis urgentur? Num inde civitatis membra non ſint? Extermines eos, videbis quid poſſis. Ego igitur, ſi mihi tabellæ ac jura ſuffragiorum in hac diſputatione tribuantur, ſervos æquè ac liberos civitate donari cupiam. Atque noſce Iehovæ mandatum. *Exod.* 21, 2, 20, 26. *Levit*, 19, 13. *&* 25, 38. *Deut.* 5, 14, 21. *&* 15, 12, 16. *&* 24, 15. *Iob* 31, 3, *Prov.* 29, 19. *Ierem.* 24, 9, 14. *Syr.* 7, 22. *&* 33, 31. *&* 42, 16. *Eph.* 6, 9. *Coloſ.* 4, 1.

VII. *Qui*

VII. *Quinam à ſervis ſunt Proximi?*

STatu liberi Romæ erant, deinde libertini. Status enim liberorum ordo medius erat inter ſervos & libertinos: quia quum libertas eorum ſuſpenſa teneretur, meliore quidem conditione fuerunt, quàm ſervi, deteriore quam liberti. Libertinorum autem 4 genera erant, Romani, Latini, Iumani & Dedititii. Libertinus igitur heic eſt libertus; alioqui ſic differunt, quod libertinus opponatur ingenuò; ſicut libertus ſemper referebatur ad patronum. Libertinus autem etiam liberto natum ſignificat.

VIII. *Nobilitas autem unde eſt?*

ILlud omnium populorum ferè commune eſt, ut nobiles à plebeis ordine & dignitate dividantur, ex quo primum Nimbrodus latro nobiliſſimè conſceleratorum ſuique ſimilium ingenti manu ſtipatus, crudeli ſervitute tenues oppreſſit, ac in dominatum Aſſyriorum primus invaſit. Is igitur nobilitatem ſcelere partam, poſteris ad imitandum reliquit, eaque opinio pervagata tàm altè radices egit, ut quò quiſque vi ac cædibus potentior, eò nobilior eſſe crederetur: quo uſque optimis legibus & humanitate populi melius informati, nobilitatem virtute, non ſcelere quæri oportere judicarent.

IX. *An verò talis Nimrodus fuit, uti à Bodino heic deſcribitur?*

EX communi opinione ita loquitur cum aliis, qui Nimrodum ex adjectis epithetis ita malignum, & ſupra reliquos mortales ferocem tyrannum judicant, quum Venatorem tam robuſtum egerit. *Geneſ.* 10, 8, 9, 10. Sed quum hæc ſit myſtica Verbi Dei locutio, cujus interpretatio ſolidè vix apud

ullum invenitur, præter Theodidactum, qui linguam naturę ex dono ſingulari Iehovę calluit, juvat eum huc paucis introducere loquentem, ut locus iſte S. Scripturæ rectius obſervetur & intelligatur. Ejus verba *in Myſter. Magn. c.* 35. quem commentarium ſcripſit *in Gen.* ſic ſe habent:

Spiritus Dei in Moſe ulterius hoc ponit, quod Chus progenuerit Nimrothum, qui inceperit in terris potentem agere Dominum, atque potens Venator coram Iehova extiterit. Quis verò jam hoc intelligat, qualisnam potens Dominus atque Venator coram Iehova fuerit, abſque intellectu Linguæ Naturæ? quæ, qùum non ſit dono cuique data ut poſſit percipi, nobis heîc inſerviet, ut ſaltem ejus mentem detegere valeamus, quidnam ſpiritus in Verbo eſſentiæ eo expreſſum velit. Nimrothus enim potens Dominus & Venator coram Iehova factus eſt. Quod ſi jam ſpiritum in ſua eſſentia in formatione Verbi hujus intuear; tunc cerno qualis Nimrothus Dominus & Venator fuerit? Spiritus enim ſub hac forma indicat proprietatem ex natura, quomodo ea ſe in humana natura detexerit, atque in externam formam ad conceptum regimen inter homines ſe introduxerit. Spiritus nominis indicatione hoc exprimit, quômodo libera hominis voluntas ſe in natura intelligentiæ formarit, & ejuſmodi modulationem in animo effigiârit, ex qua imaginatione res ipſa reſultarit. Quippe nomen Nimrothi claram explicationem in aperta intelligentia exprimit, quod ipſe ex Chus progrediatur: quia in ſeſe conceptio aut potentiæ adſumptio eſt, ex natura erumpens, quomodo ſe natura in regimine in animo conceperit, atque ita cum potentia ſe extulerit, inferioreſque proprietates venatione hac urſerit. Inde Spiritus eum vocat Venatorem coram Domino.

Sicut

Sicut enim venator feras venatur, capit, ac domat; ita quoque Spiritus heic indicat, quod ex ipſamet ſui elata natura tales feræ eſſent naſcituræ, quæ ſolummodo externæ naturæ vitam ſuam eſſent conſecraturæ: Atque ſic ex natura iræ exſurgebat ille Venator tanquam externa Dominatio, quæ illis ſtultis beſtialibus hominibus imperium imponeret, ut ſic hæc Dominatio beſtiam venaretur, caperet, perfoderet, & imperio cohiberet, quùm neceſſum eſſet, ut venator beſtias in gyrum cogeret, & regimine ſuo premeret; alias enim univerſalis rabies, rapacitas, mordacitas, & mutua devoratio iſtos beſtiales homines ſubegiſſet in ſua confuſione; Quùm illi regimen Spiritus Dei prorſus repudiaſſent, inde cogebantur ſe officio naturæ ſubmittere. Namque ad quid alias Iehovæ talis venator prodeſſe potuiſſet?

Hinc eſt, quod Spiritus in Moſe dicat, illum fuiſſe potentem coram Iehova Venatorem. Quod in conſpectu Iehovæ venatur, certè non lepores aut alias feras venatur.

Moſes heic velamen claris oculis ſuis objectum geſtat. Spiritus Dei ſub hoc velamine indicat regimen naturæ, quomodo humanum imperium externi mundi in anima conceperit, & quomodo in futurum ſe eſſet ordinaturum, qualeſque venatores mundi ex munere naturæ eſſent produituri: Vnde dominatio humana venatori adſimilatur, qui tantummodo beſtias venetur, ut eas capiat & interficiat. Ita res eſſet eventura, ut ejuſmodi venatores ſaltem eſſent venaturi homines, eoſque ſervituti ſuæ ſubjecturi, atq; eos per canes ſuos venaticos direpturi, interfecturi, & devoraturi, ut ita bello & cædibus perderentur; ac quidvis potentiæ vi domaretur, premeretur. Velut etiam quiſque poten-

tior Venatoris hujus Imperio in propriis viribus egregiè utitur. Nec aliter ſe res habere poterat. Quippe homo furori Dei in ſua natura ſe devoverat; ille inde cum appetitu ſuo in apertum erumpebat, atque ſe in hoc regimen concipiebat juxta externam conſtellationem, & quatuor Elementorum diſpoſitionem; velut illa ædificant & deſtruunt; Ita quoque iſte Venator cum ſuis beſtiis in ſuo ludo ſe exercebat.

Iamque ex hoc univerſus mundus ſibi ſpeculum ſumat, verum in eò conſpicitur fundamentum, quomodo revera ſe habeat mundana Dominatio. Ac licet iſtud fundamentum Imperii hujus interiorem ſpiritualem intellectum in ſe includat; attamen in externa forma coram Iehova nil aliud eſt ac repræſentat, quàm beſtialis Venatoris munus apud beſtiales homines, qui ita domari & habenis ſe cogi exigunt. Namque internum ſpiritus imperium conſiſtit in ſumma humilitate, in Angelica forma, in qua etiam Iehova creabat hominem ad imaginem ſuam; modò manſiſſet ille in Paradiſo, non opus ipſi fuiſſet nec indiguiſſet Venatore ullo. Quùm verò animalitatem talem appeteret, inde quoque Iehova ipſi venatorem adiecit, qui feritatem hujus beſtiæ cohibeat domando. Inde venator & beſtia coram Iehova in hac feritatis proprietate ejuſdem eſt conditionis, nec alter ab altero quid diſtat in hac ſimilitudine.

Quùm verò non aliter poterat feritas talis corrigi in hoc mundo, Iehovæ naturalis hic ordo eſt; quia unicuique rei ſuum addidit regimen. Sed hoc maximè deplorandum eſt, quod Venator iſte cicurata inter homines animalia tam ſtrenuè ſua venatione premat & perſequatur, eademque mactet ac devoret, quæ ipſius venationi non ſunt ſubiecta.

Verùm

Verùm quid dicamus? Aut in quo ſe filii Dei excuſabunt, aut quomodo ſe ab hoc Venatore coram Deo liberabunt? Quando quidem quiſque mortalium in externo involucro hujus venatoris caninam naturam involutam fovet, quam ita Venator naturæ iſthic poteſtati ſubjectum ſuæ tenet. Homo internus Spiritualis cogitur externum animal ſuum huic venatori ſubmittere; quippe externum ejus animal itidem malitiæ indulget ſuæ. *Hactenus ille Theodidact.*

Quiſque igitur jam hinc ſit ſpeculo, & ſeſe rectius examinet intus, inque cordis profunditate ſe probet, ut ſerpentinum genus exuere; & Chriſti vitam imitatione Sancta ritè induere, regenerationemque vividam mortificatione ſui ingredi queat. Sic ſe verè nobilitatum ſentiet in Chriſto, qui æternæ militiæ cœleſti pugnam ſalutis devovere noſcat. Iehova benedicat omnibus pœnitentiam appetentibus ſeriam & vividam. Mundana tranſeundo evaneſcunt; at cœleſtis nobilitas in Chriſto æternitatis palmam obtinet ſola.

X. *An ſolummodò ex militia nobilitas acquiritur?*

NObilitas dignitatis munus eſt, quo quis ex plebeia conditione eximitur: Prout feritas nationum autem fuit; ita ex opinione propria ſibi confinxerunt nobilitatis ſplendorem. Cæteri tamen populi dignitatem à militia ſejunxerunt mitiori ſenſu: nec propterea, qui miles eſſet, nobilem cenſuerunt: Quam in ſententiā maximi quiq; *Iur. Conſ.* cum Platone uno penè conſenſu ierunt. *Bart. in l. 1. C. de dign. Ioh. Plat. ib. Luc. de Penn. in l. mulieres. C. de dign. Faber in l. mil. ff. de quæſt. Bald. & Angel. in l. filius fam. parag. vet. ff. de procurat. Salyc. in l. non prohib. ff. qui accuſar. Alb. in l.*

*in l. milites locati.Cod.Roman.ſingul.*507.*&c.* Alias enim ipſa virtus nominis hujus ſe ſatis explicat,quid per nobilitatem veram intelligere debeamus, quùm celebrem bona fama notum determinet,qui precioſo loco ſit ob pietatem inſignem & virtutes inde profluentes habendus : uti etiam Feſtus indicat: Nobilem antiqui,ait, pro noto ponebant,& quidem per G litteram ,nempe Gnobilis, (quaſi noſcibilis aut non vilis virtutum nomine) quo diſcernebatur ab ignobili ; qui non eſſet virtutis maximè & poſtea generis nomine noſcibilis aut notus. Apud Romanos nobiles quidem etiam dicebantur , qui Ius habebant ponendæ imaginis ; id quod erat eis,qui Magiſtratum curulem geſſerant. *At Iuven.Satyr.*8. hinc

Tota licet veteres exornent undique cerâ
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica, Virtus.

Ac *Senec. epiſt.* 44. Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus : nemo in noſtram gloriam vixit : nec,quod ante fuit,noſtrum fuit.*Id.lib.*3. *de benef.c.*28. Nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium,& artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt ; & nomina familiæ longo ordine &c. in parte prima ædium collocant ; noti magis, quam nobiles ſunt. Ea vis eſt hujus verbi apud Latinos, qui eodem plane ſenſu γνώριμος à Græcis appellatur: & ἐπιφανὴς qui in hominum notitiam ex aliquo ſeu turpi, ſeu illuſtri facinore pervenerat : ſæpius tamen accipitur in meliorem partem. Nam qui εὐγενεῖς dicuntur, ad generis ſplendorem referunt,quæ apud Romanos in patriciis potiſſimum elucebant. ἔνδοξος, γενναῖος autem eſt,qui non tantum bonis natus,ſed etiam talis mente extat.Abſurdum enim foret & iniquum,ſi quis ſolummodo ſanguinis effuſione compararet nobilitatẽ. Inde etiam

Romani

Romani tandem plebejis, per legem Canulejam aditus ad honores aperuerunt, qui anteà à patriciis illis obvallatus erat.

X I. *In quo igitur vera nobilitas conſiſtit, propriè?*

VEram virtutem, *ait Bodin. noſter,* virtute metiamur, quùm ea ſit non modò Philoſophor. ac Theolog. verum etiam Poëtarum, Hiſtoricorum ac Iuriſ. Conſultorum penè omnium conſentiens opinio, qui negant, ullum ſine honeſtate nobilitati locum relinqui: Ac propoſitis duobus, generis inquam ſplendore ac virtute ſuperiorem ac dignitate priorem virtute locum eſſe oportere decreverunt, ſeu de imperiis & honoribus, ſeu de teſtium gravitate ac pondere quæratur. *D. Hieronym. in Epiſt. ad Demetriad. Ovid. in Triſt. Plutarch. in lib. contr. nobil. Alex. & Floren. in c. penult. de præbend. Hoſtiens. Io. Andr. Anton. Butr. Alber. Angel. in l. ſi quis. parag. ſi quis ff. de V. O. Bald. in l. ſi qua. C. de Secund. nupt. & in l. nobilior. C. de Commerc. & in l. provid. C. de poſtul. Salyc. Luc. de Pen. in l. mulier. C. de dignitat.*

Inprimis eſt perquàm notabilis *Caßiod. lib. 9. epiſtol. 7.* locutio, ubi ex doctrina etiam non ſatis alto loco natos ad nobilitatem evehit, dicens: Ex obſcuro nobiles efficit doctrina. Quod etiam ita diſertè ipſa lex, *providendum. ff. de poſtulat. It. l. nobilißimos.* & *ibi Cym. Fab. Bald. Angel. Salyc.* affirmant. Imo Moyſes ipſe in præfectione tribuum Populi ſui ; ſapientes & nobiles conjungere voluit, uti ipſe apertè confitetur. *Deut.* 1. 5. ut oſtenderet nobilitatem non alibi niſi in Sapientia quærendam. Ac Nobilis in portis vir ejus eſt, adſidens Senioribus regionis. *Prov.* 31. 23. Et divus Paulus ſalutari cupit Nobiles inter

Apoſtolos cognatos ſuos & concaptivos. *Rom.* 16.7. Imo ſi etiam verum fateri velimus quid aliquem magis eximat ex plebeio ſtatu quàm religioſa virtutis ſanctitas, quum omnes nobilitatis formam exemptioni huic adſcribant, ſi conſenſum actumvè evectionis adjiciat, qui nobilitandi Ius habet. *Iohan. Reynaud. de Nob. n. 9. v. oſtend. Silvan. Conſil. 1. n. 37. Tirag. de nobil. c. 4. n. 13. & ſeqq. arg. l. 3. C. de commer. l. 1. parag. 1. C. de condit. in publ. hon. l. 18. parag. 1. C. de nupt.* Vbi expreſſè meritum aliquod requiritur, quod in Virtute conſiſtat, ut verum illud maneat, uti in proverbio eſt: *Nobilis eſt ille, quem nobilitat ſua virtus, & non ſua villa.*

XII. *Nobilitas igitur quotuplex?*

DVplex. Etenim ille, qui aliquem ex plebeia ſorte eximit, per nobilitatem evehendo, aut id tacitè aut expreſſè facit. Quod fit, ſi Princeps Iura Majeſtatis habens aliquem lateri ſuo adjungat, Conſiliariorum intimo numero adſociet, aut arduis negotiis ſuis præficiat. *l. 1. C. de præpoſ. lat. l. 1. C. de domeſt. l. ult. C. de excuſ. tut. Tiraquell. d. tr. de nob. c. 6. n. 10. Bon. de Curtil. de nobil. part. 3. n. 158. Maſcard. de prob. Concl. 1094. n. 5. vol. 2.* Sic tacitè quis à ſuo Principe nobilitatur.

Expreſſè autem nobilitas alicui confertur per evidentem quendam actum Principis, aut collationem diplomatum; vel lege *l. quoties 3. parag. viros 2. C. ubi Senator. Iohan. Raynaud. de nobil. n. 15.* Bartolus *in l. 1. C. de dign.* non ineptè Civilem nobilitatem vocavit, quæ non ex hominum opinione ficta procedit; ſed virtutis decore ſit acquiſita, ne feuda tantum quem nobilitent. *Vult. 1. de Feud. cap. 8. n. 9. &* 10. quùm nobilitas ſine feudo poſſit dari, & feudum ſine nobilitate. Ideoque falſa eſt eorum opinio, qui putant

Digitized by Google

putant copias, opes, fortunas, nobilitatem ingenerare, ac inopias eandem obliterare. Quid enim abſurdius, aut pernitioſius, quàm dignitatem quæſtu, ordinem pecuniis; nobilitatem opibus metiri? quùm ſæpius aut furtis, ac rapinis, aut effuſa tyrannorum in deterrimum quemque largitione, aut caſu quodam, ac fortunæ temeritate, unde fortunas dici putant, dentur & eripiantur? At ſancta fides & pietas nihil cum fortuna habet commune: nec veræ virtutis ac nobilitatis poſſeſſio furtis eripi, nec incendio abſumi, nec aquarum voragine abſorberi, nec ulla vi perire poteſt.

XIII. *Quos habet effectus nobilitas?*

VArii ſunt, ut ad poſteros in familia eam transfundat, ut privilegio præſumptionis prævaleat. *Alerat. de præſumpt. reg.* 1. *præſ.* 48. *in pr. reverentia & honoribus aliiſque preferentiis*, immunitatibus *l. à munerib. ff. de vacat. mun. l. non tant. parag. Iliens ff. de Excuſ. tut.* pœnis temperandis, haſtiludiis, defenſionibus, &c. *Garl.* 1. *obſ.* 10. *n.* 2. Sunt etiam alii effectus plures, de quibus alibi plenius.

XIV. *Annè poteſt nobilitas amitti, aut ei quid derogari?*

VElut inani opinione ac popularibus hominum erroribus, quibus Iura tum publica tum privata, quæ extra verbum Dei ſine vero fundamento naturæ vagantur, conſtant, plerique ducimur, ita quid extollimus homunculi, & iterum deprimimus. Proinde quo quiſque à virtute majorum, à quibus originis claritatem accepit, remotior eſt, ac fortè ad ſordidarum artium exercitium ſe convertat, minimè eo loco dignus putatur, ſed ſtatui plebeio rectè accenſetur. *l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. arg. l. ne quis. C. de*

C. de dignit. Quod ſi verò flagitiis omnibus ac turpitudine vitæ probrum contrahat, ordinem aut dignitatem meritò amittit, quùm ſe ipſo hoc gradu altiore privet. *l. nobil. C. de commerc. l. ne quis C. de dignit. lib. 12. l. ſi cohort. in fin. C. de cohort. Princ. l. humil. C. de Inceſt. nupt:* Et quis dignus ſit nobilitate, qui in eo genere vitæ, ſe noller pium, honeſtum, & Deo gratum conſecrare? Duplici pœna graviori dignus veniat, qui bis peccat, quum in ſe & dignitatem ſuam, ſit injurioſiſſimus, quum non poſſit in commodum ejus cedere, quod in pœnam graviorem contorqueri debet. *C. ſi neceſſe. in fin. extra. de don. int. vir. & ux. c. pro illorum de prabend. c. intellex. de Iudiciis. l. ſive hæred. ff. de negot. geſt.* Imò ſi etiam per alios quid vile peragat, in eadem & culpa & pœna hæret *l. 1. C. quib. ad conduct.*

XV. *Quænam verò artes ſunt ſordidæ?*

PRopter varias gentium leges in eo genere, ardua eſt quæſtio, quum conſuetudines aliæ aliter ſeſe habeant, licet omnes quæſtuariæ artes ſordiciei accenſeantur, quum earum merces auctoramentum ſit ſervitutis: De jure tamen qui viles exercent artes, ſunt Pictores *l. 26. parag. libert. 12. ff. de condict. ind.* Coqui, Laniones *l. 18. in fin. ff. de ædil. edict.* Piſtores, *l. 12. parag. Trebat. 5. ff. de fund. inſtr.* Fabri lignarii, aurarii, & vitrarii. *Accur. in Novel. 7. c. 3. parag. 2,* Tabernarii, Popinarii, Caupones. *Cephal. Conſ. 611. n. 16. lib. 4.* Nautæ, Stabularii, Fullones, Sarcinatores *l. naut. ff. naut. Caupon. Stabul.* Agitatores *l. ſi qua. C. de ſpeculat.* Apothecarii, Argentarii *l. 12. parag. fin. C. de cohort. Princ.* Monetarii *l. 6. C. de dignit.* Aranerii *l. 1. C. de natural.* Hiſtriones, Tibicines, Lyriſtæ & alii ejus generis *l. 2. parag. 5. ff. de his, qui not.* Athletæ, pugiles *l. 1. parag. 6. ff. de po-*

ſtul.

ed by Google

Stul. Balneatores, Tonſores. *Cephal. Conſil.* 611. *per totum.*

Certè quidem Sapientiæ magiſter *Syr. cap.* 38. 26. 27. *& ſeqq.* agricolas, figulos, ſtatuarios, cæteroſque opifices, à conceſſu judicum arcet: aſſeverat autem ſanctè, quod ſine ipſorum opera civitas, nulla poſſit ſubſiſtere: ita honorifico eos habet loco: Sed labores eorum non perferunt, ut magiſtratui vacare queant. Ac quamvis mercatura ſatis commodo ordini accenſeatur paſſim; tamen nobilis privilegium ſuum nobilitatis amittit per ejus exercitium. *l.* 2. *C. de Carbon. l. nobil.* 3. *C. de comm. l. milit. C. de locat. & cond.*

XVI. *Sed nunquamnè Nobili licitum eſt mercaturam exercere?*

DIgnitas quidem cenſetur, quicquid ex conſuetudine æſtimatur, *Bertrand. Conſ.* 2. *n.* 20. *& Conſ.* 32. *Vol.* 3. Vt inde quoque mercatores ſuam obtineant exiſtimationem; Proinde ad tale negotium poterit nobilis admitti, ſi veniam à principe impetraverit. *Maſuet. tit. de talliis parag. item & in l. ingenu. C. de ingenuit.*

XVII. *Quo loco Mercatores habentur?*

QVamquam de mercatura non ſatis convenit Iur. Conſ. & antiquitatum Scriptoribus inter ipſos, dignitati num ea repugnare videatur, nec ne? Senatoribus quidem lege Claudia Tribunitia vetitum legimus, ne quis maritimam navim, in qua plus quam 300 amphorarum eſſet, haberet ad fructus vectandos. Quæſtus omnis, inquit Livius, Patribus indecorus viſus: quam legem Hortenſius ſua ætate mortuam dicebat: nimirum undiq; mercatura Reipubl. fundamento eſt, ſi commercia rectè floreant, quum

non

non tantum res honeſta ſit, ſed etiam inter honeſ ſummè neceſſaria. Vnde etiam Senatores non pr ſus abſtinuerunt à commerciis, quæ per inſtitor ſuos exercuerunt. Falſa igitur eſt eorum detrec tio, qui mercaturam virtutibus inimicam ponur imò ipſi ſunt inimici propriæ ſalutis, qui hoc tem rè effundunt. De fœneratoribus & abuſu mercatur quod profertur, non ipſis commerciis eſt imputar dum: velut nec textus *S. Script. Ezech.* 27. 5. & 2 16. *Cant.* 3. 6. *Eccleſ.* 42. 5. *Deut.* 23. de vera merc tura & ejus uſu, ſed de impoſtoribus & fœnerato bus loquuntur, quorum genus peſſimum eſt int mortales, & merito ex Rebuſpublicis exclûdunt ſuis.

XVIII. *Num rectè Ius Civile de artibus ſordidis judicat?*

NOn omnes eo loco habendæ ſunt, quę ingeni ſitatem ſummam cum utilitate ſua declaran velut eſt pictura ſtatuaria, &c. quarum laus ſumm ſemper fuit. Et ipſe Iehova ait, quod ſapientiam t lem dederit talibus, qui artificia templi conderen Quid ipſe D. Paulus fuit? nonne artifex talis? Ide homines juxta ſuos proprios conceptus in mult errant, inhoneſtaque judicant ea, quæ maximè ho neſtatis nomini conveniunt. Fabio nobiliſſimo vir laudi datum fuit; quod pingeret. Imperator Ru dolph. II. an non in ea arte excelluit? Nihilom nus Turcis capitale eſt, ſi penicillo vel acie utantu in ulla imitatione naturæ delineandæ.

XIX. *An Medici Iur. Conſultis æquiparandi?*

TAmetſi in Civitate colendi ſint Medici, juxt *Syr. c.* 38. non tamen ferendum eſt Iur. Con æquari, quum Iuris prudentia omnium ſcientiarun

ſi

ſit architectonica & conſervatrix, quæ illis patrocinium ſummum præſtat. Romam caruiſſe Medicis per 600 annos teſtis eſt M. Cato in Plin. Dioſc. at ſine legibus, ne quidem per momentum civitas ſtare valet. Nec ſemper homo ægrotat; at ſemper in negotiis vivit. Ideoq; publica privatis præferenda manent, ut reliqua taceantur.

XX. *De ocioſis in Republ. quid ſtatuendum?*

PLerumque in civitatibus ocioſorum hominum ingens ſolet eſſe numerus, qui nec bello, nec pace ullis artibus aut diſciplinis implicantur: quos civitatibus exterminare, aut publicis operibus urgere, neceſſe eſt, quum nullo in ordine collocari queant; eoque magis ſi nihil habeant, unde otioſam vitam tueri poſſint. Hoc tamen unicè obſervandum, ne immiſericordia magiſtra heic ſit, & ſeducat mortales peſſime in propriis conceptibus ſuis, præſertim quum Chriſtus nos jubeat miſericordes eſſe, ut miſericordiam obtineamus à Patre luminum. *Matth.* 5.7. ut diſcretio accuratiſſima adhibeatur inter robuſtos, ægrotos, egenos, ſenes, infantes, &c. Quiſque ſuo proximo natus eſt; nemo ſibi ſoli. In omnibus nos Iehovæ imaginem induere oportet. Eſtote ergo miſericordes, prout & Pater veſter miſericors eſt. Date & dabitur vobis, &c. ita mandat Mandator ſummus, cui omnis poteſtas in cœlis & in terra data eſt. *Luc.*6.36. Belgæ hoc didicêre à Pariſienſibus, ut robuſtos operibus publicis deſtinent: Senes & ægrotos humaniter alant: Orbatam parentibus infantilitatem in pietate, litteris & mechanicis faciant educarier. Quid laudabilius? Annon ibi miſericordia Iehovæ cœlitus adſit? Beati qui ita ocioſos expellunt. Ratio imitaminis patet.

XXI. Sed

XXI. *Sed quo ordine jam Cives ſunt collocandi?*

HEic præcipuè diſcrimen hoc tenendum, quod alius ordo ſit in univerſum publicus, & alius particularis, qui iterum diverſimodè ſe habet. Ordo Vniverſalitatis concernit totius Imperii aut regni ſtatum continuum aut diſcretum, ubi quiſque à capite dependens juxta ſuæ dignitatis locum cenſetur, ſicuti Ordinum ratio in Imperio Romano id indicat à Goldaſto & aliis notata, quam huc transferre longum foret, in continua ſerie: diſcretum ſtatum referunt Circuli, quorum decem jam recenſentur. Particularis autem ordo aut provincialis eſt, aut civitatibus accommodatus. In provinciali quiſque Ducatus aut Comitatus diſtrictus ſuam tenet diſtributionem. In Civitatibus non inconvenienter tota multitudinis univerſitas, quatuor ordinum gradibus poteſt abſolvi, ut ſit ſtatus Senatorius cum litteratis, mercatorum aut extra artificum conſortium viventium, mechanicas exercentium artes ſive opificum, & demum infimorum mercenariorum, & qui heic plebem claudunt. Quomodo autem opifices ut tribus ſint locandæ, id quis dicere poterit ex *Bodino* noſtro; vel potius ex ipſa conſuetudinis diverſitate, ad quam & ipſe remittit attentum inquiſitorem, quùm æſtimia hominum & judicia ſint varia.

XXII. *Anne & in Civitatibus habitationum ordo juxta civium conditionem facienda eſt?*

CIves à civibus ordine dividendos eſſe, jam dictum eſt, ut ſeditionum materia civilium præcaveatur: Ita quoq; juxta conditiones negotiationum meritò regiones ſingulares cuique inferiori ordini eſſent conſtituendæ, ut hoplotechnitæ ſeorſim à litteratis collocarentur lanii, pelliparii, corearii ad aqua-

aquarum uſum remitterentur, &c. Sed quùm loci ratio, & commoditas rectius quid determinet, meritò id officii magiſtratibus relinquitur.

XXIII. *Si publici ſint conventus, num omnes hi ordines ſunt tenendi?*

IN eo caſu, ordines ab ordinibus quodammodo diſtingui oportet, ut ordinum dignitas quædam ſervari poſſit, *l.* 1. *C. ut ord. dign.* Cavendum in primis ne civium partitio fiat bifariam, nec tamen ordines plures tribus in Comitiis conſtituantur. Nam inter duos oborta contentione, facilè aut in vim prorumpitur, aut re infecta diſceditur: Si verò tertium ſuffragium accedat, contraria vota rectius diſſolvi poterunt. Sic quoque cuique ordini ſuus eſſet Orator. Sic Romæ ordo equeſtris quaſi ſequeſter fuit inter patritios & plebem, & ex utroque ordine conflatus, ut duobus diſſidentibus tertius diſſidia componeret.

XXIV. *Vſus talium ordinum in quo conſiſtit?*

IPſa rei evidentia hoc ſatis declarat, maximè tamen ad popularem libertatem & concordiam tuendam ordines ordinibus ita collocari oportet, ut omnes omnibus Societatis & communionis jure facilius conciliari queant, & ſeditioſa avertatur ſuſpicio.

Verbi

I.

Verbi Cœleſtis robore ſtabilitur regnum.

Paraphr. Pſalm. 29.

I. *DEferte Ihovæ, vos Proceres boni.*
Vos, ô potentum, cedite, Filii,
Laudes Iehovæ competentes,
Roboris & decus omne fortis.

II. *Cunctum Iehovæ cedite gloriam*
Semper, perennis nominis & jubar,
Totoque ſtrati corde, ſanctæ
Flectite vos genua ejus adi.

III. *Vox aeris infert mitriferas Dei*
Vndas, tonans cum murmure cœlico;
Nimboſque commixta potentes
Grandine vox glomerat Iehova.

IV. *Iehova, Sancta voce potentiam*
Omnem ſtupendi Numinis exerit:
Vox dia majeſtatis hujus
Explicat omnigenum decorem.

V. *Vox hæc proceras in Libano cedros*
Fragore magno ſubruit, altius
Cum ſtirpe vellens: voce Sancta
Perficit hoc Dominus Iehova.

VI. *Cornu protervus ceu vitulus ferit,*
Perque arva fertur cuncta ſalaciter;
Sic ſubſilit, Ihova intonante,
Mons Libani & Syrjonis ipſe.

VII. *Quin vox Iehovæ p[illegible]ga nubila*
Cœli coruſcans, præ nitida emicat
Splendore, diſrumpitque nubes
Ignibus, excutiendo flammas.

VIII. *Sic vox Iehova vallibus incutit*
Summi pavorem turbinis, & jugis
Cadeſsis, ut deſerta cuncta
Sint metuenda feris per orbem.

IX. *Quin voce cervæ parturiunt Dei,*
Sylvæque mox ſe frondibus exuunt
Motæ ſuis, dum quiſque laudes
Devovet ejus honoris adi.

X. Iehova

X. Iehova celſis præſidet ætheris
Undis, potens hinc diluvium movens
Iræ procellis; hic perenni
Præſidio populos coërcet.
XI. Hic Ihova vires terrigenis ſuis
Virtute firma ſuggeret, ac pias
Ubique gentes ipſe tandem
Pace ſalutiferâ beabit.

II.

Humani Iudicii Iniquitas.

Paraphr. Pſalm. 58.

I. PRorſuſnè muti ſic ita vivitis,
Ut, juſta quæ ſunt, eloquier minus,
Aut æquitas fert, judicare,
Perfida gens hominum, velitis?
II. Quin imò veſter mos violentior
Hoc fert, protervo ſordis ut impetu
Terris frematis, vique dextræ
Accumuletis iniquitates.
III. Perverſitatis ſcilicet hoc ſcelus
Ex matris alvo diriter improbi
Traxere, mendaces ut uſque
Ex utero cupiant haberi.
IV. Furens eorum ſævities fremit,
Serpentis inſtar callida diritas
Spargit venenum: ſicut ambas
Surdaque vipera claudit aures:
V. Quæ non ſuſurros tartaricos malæ
Cantationis percipit, aut ſonos
Fers faſcinatoris, peritè
Qui queat omnia pejerare.
VI. O Ihova, dentes deſtrue lividos
In ora eorum, contere funditus,
Nec non voraces tot Leonum
Frange manu valida molares.
VII. Quin mox abibunt unda velut levis
Liquore fuſo diffluit: Ac licet
Furoris intendant ſagittas,
Diſſiliunt tamen inde fracta:

VIII. Ceu

VIII. *Ceu forte limax implicitus ſua*
Concha perit cum cornibus abditis,
Matriſque abortus; ſolis almi
Lumen ita adſpiciunt nec ullum.

IX. *Rhamni priuſquam cuſpide proferant*
Spinas acutum robur & exprimant.
Ardor tuus ſic flore primo
Abripiet feritate plenos.

X. *Hac ultionis ſigna ubi viderit*
Iuſtus, ſibi ſub pectore gaudia
Confinget, improbi ſuoſque
Sanguine fonte pedes lavabit.

XI. *Hinc quiſque dicet terrigenûm bonus;*
Non prorſus eſt hic fructus inutilis
Iuſto; ſuum dum Ihova terris
Iudicium probat ipſe firmum.

III.

Idem Pſalmus.

I. *QVi jura celſo de ſolio datis*
Qui frena legum flectitis, en erit
De plebis ut cauſis regena
Iudicio ſtatuatis æquo?

II. *Quin mente prava nequitiam & dolos*
Verſant; ſub umbra juſtitiæ tegunt
Injuriam: factis honeſti
Objiciunt ſpeciem pudendis.

III. *Maternâ ab alvo flagitii viam*
Senſim ſequuntur, perque ſuos gradus
Obliqua ſectanti libido
Cum teneris adoleſcit annis.

IV. *Linguâ venenum peſtiferâ gerunt*
Aureſque claudunt conſiliis velut
V. *Obdurat aures callida aſpis*
Quæ magicos metuit ſuſurros.

VI. *Confringe malas, ô Deus; impudens*
Os comminutis contere dentibus:
Et rictibus ſævis hiantes
Hos inhibe catulos leonum.

VII. Emiſſa

VII. *Emiſſa fracta cuſpide ſpicula*
Intercidant, nec vulnera perferant:
Ipſique vaneſcant repente,
Per bibulas velut unda arenas.

VIII. *Senſim liqueſcant, tardigradus velut*
Limax: acerbo funere deſerant
Vitale lumen, more fœtus
Ante ſuum pereuntis ortum.

IX. *Florentis ævi in limine turbinis*
Vis atra tollat progeniem, prius
Quàm ſurculus ſpinas tenellus
Exerat, & ſtimulis acutis
Fœcunda latè brachia porrigat.

X. *Iuſtique pœna vindicis exitum*
Leti videbunt, impiique
Sub pedibus fluvium cruoris.

XI. *Vita bene acta gens hominum ſciet,*
Manere juſtos præmia: at impios
Manere pœnas. Arbitrumque
Eſſe Deum, ſciet orbis, æquum.

I V.

Divini Conſilii præſtantia.

Paraphr. Pſalm. 2.

I. *INſanientes quur adeò fremunt*
Gentes tumultu, perfidia ſua
Pleno? Loquelis dira ſtultis
Quur homines ita vana jactant?

II. *Regis potentis orbis in efferis*
Fervent ſuperbè ſeditionibus
Magnique heri contra Iehovam
Conſiliis coëuntque Chriſtum?

III. *Frendendo clamant: Quin modò rumpimus*
Nexus, & armis cuncta revellimus
Hæc vincla noſtris? Anvé torpor
Servitii retrahat catenas?

IV. *Aſt Ihova, cœli qui reſidet throno,*
Mortalium tot ridet inanias;
Heruſque ſummus tam furentes
Ludibrio reprimit catervas.

Digitized by Google

V. Troin in viros hos ille protervia
Ferventis ira colloquium ſuum
Effundet, & dictis furoris
Talibus increpitabit aſtum.

VI. Quorſum dolos vos cogitis improbi?
Ego ipſe regem conſtitui meum
Sceptri potentem, monſque firmum
Porrigit huic ſolium Sionis.

VII. Hinc Rex loquelis expedit hoc ſuis
Rectè ſtatutum, Ihova uti protulit:
Tu Filius mi: Te beata
Luce hodie genui perennem.

VIII. Poſcas quid à me, quod cupias; Tibi
Gentes dabo pro munere, ſingula
Mundique jure hæreditatis
Cum ſpaciis loca poſſidebis.

IX. Sceptro rebelles tundere ferreo
Fas ſit tibi; Tu ceu figulus ſolet,
Si forma aberrans fors ſit olla,
Concuties cohibendo pravos.

X. Vos ergo reges jam patiamini
Vos erudiri rectius in Dei
Verbo: Dynaſtæ voſque terræ,
Diſcite munia ſanctiora

XI. Vitæ. Iehovam nunc reveremini
Cultu timoris perpete debiti:
Metuque mixta huic exhibete
Gaudia, lætitiaſque puras.

XII. Proli Iehovæ figite baſia:
Amplexui vos ingerite illius,
Ne fervidi mox forſan ipſum
Aſperitas capiat furoris;
Et derepente de medio via
Tollamini vos. Nam prope adeſt, ut is
Exaſtuet. Cuncti at beati,
Fidere qui Domino valebunt.

Finis Lib. III.

Iohan-

Iohannis Angelii Werdenha-
gen I. C. C.

SYNOPSIS
IN
Lib. IV. Iohan. Bodini
Andeg.
De
REPVBLICA.

CAPVT I.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

AVctor huc uſque noſter perquam curioſè egit de partibus Reipublicę corpus conſtituentibus: ſed quum omne compoſitum & coagmentatum tempori hujus ævi inſerviens non adeò ſit durabile, quin etiam ſuum aliquando cernat finem; &, antequam hanc attingat metam, variis ſit obnoxium morbis, Ille ex præſtituto fine nunc incipit in cauſſas inquirere morborum, hoc intendens an præſervativæ poſſint inveniri, quibus moles tàm vaſti corporis diutius poſſit conſervari & ſuſtineri; omninò in his ſe Medico adſimilans, cui eadem cura eſt, ut ex cauſſis cognitis poſtea morbo medicinam adferat, ſi prorſus non ſit lethalis. Sic itaque heîc quoque monſtrat auctor, quomodo ex vitioſo ortu, incremento ac ſtatu, converſiones, inclinationes, & demum occaſiones Rebuſpubl. immineant, & quomodo ſex omnium converſiones haberi poſſint. Sed in ſequentibus omnia clarius erunt perſpicienda.

II. *Origines civitatum quæ dantur?*

VT ſupra partim explicatum eſt, aut originem ducunt ex familia, quæ ſenſim propagatur; vel deſubitò exiſtũt,ſi colonia aliquò deducatur,& quaſi apum examen ex alvearibus aliò tranſvolat. Vtriuſque generis civitas vel potentiorum vi conſtituitur, vel eorum, qui ſe libertatemque ſuam alterius imperio & arbitrio ſubjecerunt.

III. *An Reſpubl. diu florere aut durare poſſunt?*

QVùm rerum omnium ſit ortus talis, ut eorum obitus certus ſit expectandus: Diuturnitatis quidem ſpes poteſt foveri, ſi Reipubl. cujuſquam ſe benè habeat exordium cum conſtitutione juſta. Sed quemadmodum plerique mortalium in ipſo ætatis flore, nonnulli in pueritia, quidam in infantia, multi, antequam naſci licuerit, in abortu diſcedunt: Ita quoque imperia videmus, ac civitates prius exſcindi, quàm armis & legibus florere potuerint. Adeo nihil in rebus humanis ſtabile quidem; ſed quo longius Reſpubl. ab omni genere vitiorum abeſt,& voluntati Iehovæ ſe conformat, hoc etiam durabilior cenſeri aut præſumi poterit, veluti promiſſionem talem ipſe David à Iehova acceperat. *Pſal.* 49.*v.*21, 22, 23. *& ſeqq.*

IV. *Quos autem oppoſitos hoſtes ſibi habet Reſpubl. quævis?*

MAximè duos. Aut enim planè evertitur & interit Reſpubl. quando cum populo ejus forma funditus deletur: aut mutatur alteratione aliqua & convertitur in forma & gubernandi genere, quæ Converſio à Politicis dicitur; ſed priuſquam ad ejuſmodi extrema prolabatur, patitur ſuas morboſas

boſas inclinationes aut corruptiones, quibus in tempore à prudentibus Policitis ſuccurrendum eſt ſalutari & apta medicina; ſi recte noſcant gradus, ceu quæ ſint cauſſæ, quæ movent, ſuccutiunt, labefactant, convellunt, corrumpunt & tandem evertunt.

V. *Quid dicis Converſionem?*

CIvitatis aut Reipubl. Converſionem appello, quum ſtatus ipſius convertitur ac omninò mutatur: id autem fit, quum imperium populare ad unum, aut ad paucorum poteſtatem defertur; aut contrà unum vel paucorum ad omnes cives convertitur &c. Non enim legum, religionis aut loci mutatio, appellanda eſt converſio, ſed ἀλλοίωσις vel alteratio quædam, ut ſaltem jura Majeſtatis transferantur ad aliam ſtatus formam.

VI. *Converſio quotuplex eſt?*

REſpectu cauſſarum, alia eſt voluntaria, alia neceſſitatis: hæc iterum vel violenta, vel naturalis. Hæc autē ex eo eſt, quod cum natura ſit cōſentanea: neque enim violentum dici poteſt, quod juxta curſum ætatis in quaque re certum fit, ceu ætati cuique tempeſtivitas data eſt adeo, ut extingui ſuo tempore optabile videatur. Sed hæ naturales cauſſæ iterum aut manifeſtæ, aut occultæ ſunt. Violenta verò interim rurſus cauſſas mutantes Rempublicam aut in ſeſe continet, aut extra ſe. Vnde meritò vel internæ, vel externæ dicuntur. Omnium autem converſionum nulla facilior eſt, quàm quæ Imperantis & ſubditorum fit conſenſu ac voluntate: ſiquidem is, qui ſummum imperium habet, aut optimatibus aut populo cedere malit, aut è contra, cuivis libera id ſuggerit animi facultas. At ſæpe fit, ut maxima quæque imperia ſuapte gravitate ac pon-

dere, alia verò armis civilibus, nonnulla popularibus morbis, pleraque hoſtium impetu, quædam vi divina momento ſubvertantur: pauca vetuſtate caduca fatiſcant. Ac quo quodque imperium florentius, hoc gravioribus motibus & caſibus convellitur.

VII. *Quas verò cauſſas converſionis dicis internas?*

QVæ ex ipſo interno proveniunt motu, quo imperantes cum ſubditis, & hi è contra cum ſuperioribus ſuis nunquam rectè concordare valent. Ideoque Internę hæ cauſſæ aut habentur à parte Superioris, aut à parte Subditorum.

VIII. *Quot habentur à parte Superioris?*

QVamvis enumerare ſingulas cauſſas, quæ ſic Reipubl. accidunt difficile ſit, tamen quæ exemplis colliguntur ſunt. *Primò*. Injuſtitia, injuria & legū iniquitas. *Syr. c.* 13, 8. *Deinde*, ſubditorum expilatio, tributorum nimia exactio, & oppreſſio pauperum. *Eſa.* 1, 1. *Amoſ.* 5, 11. & 1 *Reg.* 12. & 2. *Paral.* 10. *Tertiò*. Avaritia & inſatiabilis hydrops habendi. *Quartò*. Luxus, temulentia, impotens libido & voluptuoſa vita. *Quintò*. Crudelitas cum feritate conjuncta. *Sextò*. Imprudentia cum ſegnitie extrema & negligentia in conſervanda diſciplina. *Septimò*. Auctoritatis amiſſio, & ſtultitia extrema. *Octavò*. Innovatio ſubita, ac temeraria legum ac religionis mutatio. *Nonò*. Nimia vindictæ cupiditas. Ex his & ſimilibus cauſſis accidit, quod imperia, quæ vi ac metu retinentur non poſſint eſſe diuturna.

IX. *Quot*

Digitized by Google

IX. *Quot cauſſæ à parte Subditorum numerari poſſunt?*

EÆ fermè cum jam dictis correſpondent, ſi incertas; ſed majoris elucidationis gratia ita numerari poterunt; ut vel ab univerſis ſubditis profluait, aut ab ordine potiori: Sic *Primò* erit: Nimia ambitio & curioſitas ordinis Eccleſiaſtici, ſi pedem unum in ara & alterum in curia habere optent, uti nuper excidio Magdeburgenſi hæc res non exiguam dedit cauſſam. *Deinde.* Superbia, invidia, æmulationes & cupiditas regnandi, unde factiones conſuuntur. *Tertiò.* Impatientia & abnegatio contributionum. *Quartò.* Metus eorum, qui injuriam fecerunt, alios ad rebellionem inſtigando. *Quintò.* Confuſiones libidinum, ut videre eſt *Gen.* 6. *Sextò.* Profuſiones luxus & abundantia ac ſaturitas rerum cum otio conjuncta. *Eſa.* 5, 11, 12, 13. *Ezech.* 16, 49. *Septimo.* Excuſſio omnis reverentiæ, protervia & contemptus magiſtratus. *Octavo.* Nimia dignitas & poteſtas arrepta. *Nono.* Clancularia ſubagitatio, deſperationem arripiens; Cauſſæ vero externæ per ſe patent, quæ ab externo hoſte vi armata & irruptione bellica impendent toti Reipubl.

X. *Quot Converſiones autem in Rebuſpubl. dantur?*

QVoniam tria omninò vera, excluſis aberrantibus, Rerumpubl. genera, nec plura eſſe valent: ſequitur inde ſex omninò Converſiones perfectas haberi. Nimirum à Monarchia ad Popularem ſtatum; & è contra à populari ad Monarchiam. Dehinc à Monarchia ad Optimates; & ab Optimatibus ad Monarchiam: Poſtremò ab Optimatibus ad populum; & à populo ad Optimates, quale exemplum portentoſum nuper Magdeburgum nobis largitum eſt

Digitized by Google

ante excidium ſuum horrendum. Sic & cujuſque generis ſex imperfectæ alterationes quoque dantur; à Regia poteſtate, ad dominatum, & ab hoc al regnum, à regno ad Tyrannidem, & è contra. Velut idem judicandum de Optimatum ac Plebis ſtatu. Habent inde etiam hæ converſiones ſuas peculiares cauſſas reſpectu cujuſque Reipubl.

XI. *Quas dicis peculiares cauſſas?*

QVæ cuique Reipubl. ſtatui convenientius præ altero applicantur in converſione: Velut Popularis poteſtas ad optimates tunc relabitur, quùm vel Reipubl. opes ab hoſtibus attritæ fuerunt, vel ingenti civium exercitu cœſo ac proſtrato. Si è contra Ariſtocraticus in popularem poteſt converti, ſi populus dives ex hoſtiū ſpoliis & victoria animoſus revertatur, ac incrementum tunc accipiat. Sæpius tamen popularis poteſtas in Monarchiam convertitur; idque potiſſimum ex civili ſeditione; vel ſi ſummo magiſtratui infinita poteſtas detur. Contra verò tyrannides ut plurimum in popularem ſtatum abeunt: quia populus nec modum nec finem colere gaudens, libertate ſtrenuè innititur ita, ut nec proximos nec amicos tyranni reliquum eſſe velit. Eſt etiam interdum plebis temeritas & inconſtantia tanta, ut rerum novandarum perpetua cupiditate feratur, ac dum quiſq; ſibi ita ſtultè ſapere ſtudet, pluribus converſionibus obnoxia redditur, ſæpius brevi tempore. Interdum etiam nullo penè ſentiente ſtatus popularis in Democratiam converti poteſt: ſi illi qui præſunt rebus vel peregrinos ab aditu civitatis prohibeant: vel Coloniæ deducantur; vel ad honores & dignitates ſagaciores alliciant & pertrahant &c. Sic & optimatum quiſpiam imperandi cupidus

cupidus armare plebem ac ſe Ducem illis ferre valet, ut ſolus imperet.

XII. *Quas cauſſas verò dicis Converſionis occultas?*

QVæ inſenſibiliter ita abſque violento motu ſuſcipiuntur, ut vix pars quædam hæc ſentiat; uti de Republ. Venetorum conſtat, quod ab unius dominatu ad omnes & ab his ad paucos pervenerit, quum tamen converſionem eam nemo percepiſſe videatur. Quale exemplum quoque in Romano Imperio extare ait Bodinus, quod tunc mutaverit formam, quum, Caroli Magni ſtirpe expirata, Imperatores principum ſuffragio creari cœpiſſent. Quum enim poteſtate Imperatores illi abuti putarentur, placuit his imperandi leges & conditiones concipere & definire: ex quo ſenſim Monarchia dilabi, ac optimatum poteſtas confirmari cœpit.

XIII. *An verò Iura Optimatum ad Reges poſſunt reduci?*

SI imperium à proavis ad pronepotes ſucceſſorio Iure pervenire queat, paulatim ab Optimatibus ad Reges Iura Majeſtatis redeunt; quæ converſio & facilis eſt, & Reipublicæ ſalutaris. Sic enim Caſimirus Magnus Rex Polonorum, à proavis Imperium adeptus, Iura Majeſtatis fortiter tuebatur.

CAPUT II.

I. *Quænam ſumma eſt hujus Capitis?*

IN antecedentibus jam ſatis luculenter demonſtravit auctor, Rempubl. certè cum aliis rebus in natura hac externa ſuum convertibilem habere ſtatum, quum nihil eorum ſit permanens, fixum, ſta-

bile ac perpetuum; ſed omnia orta certis temp
rum intervallis ac periodis intereant, etiamſi natur
li curſu procedant; Quod ipſum tamen multò pl
ribus modis Reipubl. eveniat, quùm ſæpius ſibi i
maturent homines in ea interitum aut ruinam. Id
nunc ſollicitus eſt de prognoſi quadam; an non pl
rima averti mala in tempore queant, ſi converſio
nis præſcientia quædam detur, quam non incon
modè ex aſtris quoque patefieri putat, dubius int
rim de numeris Platonicis. Sed ſunt hæ myſticæ l
cutiones, quas ex Schola Ægyptica Magorum ad
dicerat Sophos ille; nemo eorum enucleatione
callere poterit, niſi ſit in Cabala, Magia & Theoſ
phia ritè exercitatus, & veræ Philoſophiæ cogniti
nem teneat. Sed plurima hæc ad pauciora reſtri
gemus.

I I. *Num datur præſcientia quædam & prognoſis in Rerumpubl. Converſione?*

CONverſiones & interitus Rerumpubl. non fo
tunæ temeritate ferri notum eſt. Ideoque à D
vel à natura, vel ab hominum arbitrio aut volunt
pendent. Quum autem humana voluntas tàm va
ſit, tamque ſui diſſimilis, ut nihil ex ea conſtitu
poſſis, nihil de eo genere definiendum eſt. Divi
autem poteſtas, licet abſolutiſſimè agat, naturaliu
tamen cauſſarum interjectione & ſerie ut plurimu
uti ſolet. Deus quidem conſervator eſt ſuæ creat
ræ; ſed ſi peccatis irritetur nimiis, non parcit p
pulo alicui, licet ſint ipſi Iſraelitæ & Iacobi poſte
Interim ſimul tàm gratioſus apparet, ut non ſ
præınunciis futuram demonſtret cladem. Eten
nunc cœlitus novis ſignis id teſtatur, nunc in ip
elementis prodigia ſe exerunt: Ipſa inclinatio aſt
rum multa indicat; quod toties hiſtoriæ & ipſa
tidia

tidiana experientia teſtatur, niſi homines tam obſtinati eſſent animi in ſecuritate ſua, ut talia ex proæreſi perfidè reſpuerent. Clementia Iehovæ tam amabiliter gratioſa nobis affulget, ut nunquam nos velit à præmonitione aliqua vacuos, ſi ſolùmodo id dextrę attendamus. Rudiores & ſecuritati addicti ſuæ mortales ſuperſtitioſum hoc clamant, ne illis ſit opus ad pœnitentiam ſe convertere, & malitiæ ſuæ eò majori prolubio indulgere queant. Qui hoc animadvertant, ſtultos & phantaſticos ſomniatores eſſe volunt, quod rectius de ſemetipſis pronunciarent, quùm tam cœci ſint & ipſa cœcitate cœciores, aut perverſitati ſuæ nolint imponere finem aut modum.

Nonne paſſim Imperiorum & nationum converſionem aut everſionem vatidica ſemper prænunciarunt reſponſa, nec non & oſtenta pluſquam miraculoſa? Peccata mortalium quoties concitant iram Dei, nos cupit retractos, ne nos in iræ furore devorare cogatur. Amator eſt hominum fidelis & integer; ideò habet ſuos vates, & prophetas, quos mittit; ſed quùm pro abjectiſſimis & inſanis rabioſiſque habeantur, etiam ab iis, qui gratiam præſentem agnoſcere præ cunctis deberent: non audiuntur, non tolerantur, non agnoſcuntur. An non talium Prophetiarum plena ſunt ſacra Biblia? Sed nos quùm mera ſapiamus ethnica & in iis ſaltem compactiones litterarum, & nervum rerum non attingamus, deteriores ipſis in omnibus cogitationibus evadimus ethnicis, & operationes longe pejores operamur.

Philoſophos eos cenſemus, qui nil niſi Logomachias impudentiſſimas venditant, & nihil in ipſa naturæ anatomia intelligunt, quos potius impoſtores diceres, ut alibi declaravimus id plenius. Proinde

Deus nequit propiori gratia ad nos admitti, qui
nemo ſit, qui Spiritu Dei ſe amplius dici ſinat,
fiebat iſtis temporibus ante cataclyſmum mun
Imò ſunt, qui prorſus auſint hiſce temporibus a
negare prophetias & revelationes aut viſiones,qu
tamen D. Paul. jubeat, ne Prophetias pro nihilo h
beamus. 1 *Theſſ.* 5, 20. *Et* 1 *Cor.* 14. ait fruſtr
neum ſe eſſe, niſi loquatur aut ex revelatione, a
ex prophetia, aut cognitione. Sic & 1 *Cor.* 12,
inter dona Spiritus Sancti præcipue habet Proph
tiam, ac *Epheſ.* 1, 17, Orat pro ſingulis, ut De
Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater ille gloriæ, det n
bis Spiritum ſapientiæ & *NB.* revelationis, per a
nitionem ipſius &c. Sed potius ethnici habitib
ſuis ſpeculativis quum eſſe velint, & ethnica prorſ
ſapere; ac repudient Spiritum Dei; quomodo
cernant, aut cœcis ſuis habitibus apprehendant,q
Deus communibus calamitatibus prænunciat?

Vnde hoc quoque eſt,quòd Bodinus conqueri
heic dicens. Quæ autem divinis conſiliis gerun
maximè abdita ſunt humanis cogitationibus & h
minum ſenſibus omninò retruſa; addens hoc; N
Deus Opt. Max. vates quoſdam eximiæ integrita
ac ſanctitatis ſingulari munere afflaverit, ut vete
quoſdã Hebræos, qui certiſſimis oraculis multar
gentium & imperiorum converſiones ac interit
prodiderũt, experiẽtia ipſa poſteritati comprobat
Certè abſtruſa ſunt ſenſibus multa; at talia De
propterea manifeſtat, ut agnoſcantur. Sed quom
do agnoſcere poſſint, qui habitibus ethnicis nin
ſunt oppleti & Phariſaico modo ex iiſdem cœci! N
tam pervicaci cœcitate laboraſſent Magdeburgenſ
ex tot prodigiis,quæ aliquot annis ſe ubertim oſte
tabant in aëre, in ventis, in imbribus portento
ex mero ſulphure, in vallis, in undis ſanguine co
ra

ratis, in dejectione turrium, in omnibus elementis, in ipſa præfulguratione urbis ſulphureatæ, & igni impoſitæ demum, ut ultra 32. talia numerarentur, præterquam alia cotidiana indicia, facile pœnitentia Niniva͏æa avertere potuiſſent malum hoc exitiale, præſertim quùm aliorum prudentiorum monita accederent, & ipſe ultra 100. litteris ex Belgio uſque obſecrando eos non deſiſterem orare, rogare, petere, monere, ut à peccatis quieſcerent, proterviamque rebellem tamque furentem malignitatem erga Deum & ſuperiorem deponerent. Imò tandem longo itinere, uſque Hamburgum ipſorum legatis ad me An. 1630. miſſis ivi, ubi toties obſecratus ſum eos, ut tranquillitatem amarent; ſed in ipſo reditu mutarunt conſilia pervicaces nonnulli. Ita quis etiam fatualitate propria ſibi ſua accelerare fata poteſt.

III. *An verò non etiam ex aliis indiciis præſciri datur Reipubl. converſio?*

VTique. Etenim ex ipſorum hominum malitioſis actionibus quamplurima poſſunt deſumi. Velut & ipſe Chriſtus nos adhortatur ad talium obſervationem ex ſimilitudine ſumptam. *Matth.* 24, 32. *Marci* 13, 28. dicens: A ficu verò diſcite parabolam. Quùm ramus ejus jam tenereſcit, & germinat folia, noſtis propè eſſe æſtatem: Ita & vos, quùm hæc videritis fieri, ſcitote propè eſſe & ad fores. *Luc.* 21, 30. Quænam autem ſunt ſigna illa videnda? Velut hoc inter reliqua protulit de univerſali interitu mundi; Prodemini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, &c. Ita etiam de particulari inter alios prophetas Hoſea prænunciavit, *cap.* 4, 6. *ubi ait*: Excindentur populus meus eo, *NB.* quod nolit diſcere: Quia tu ſpernis Verbum Dei, ſpernam quoque te, ne ſacerdotio fungaris mihi: Quia obli-

tus legis Dei tui, oblivifcar ego quoque filiorum tuorum. Prout aucti ſunt, ita peccant in me: gloriam eorum ignominia commutabo. Peccatum populi mei comedunt; & ad iniquitatem eorum attollunt animum ſuum quiſque. Quapropter erit, ut populus, ita ſacerdos, & animadvertens in eum vias ejus: *NB.* actiones ejus retribuam. *Idem Hoſ. ca.* 10, 13. tales præcurſus notare monet: Aratis improbitatem; iniquitatem metitis, comeditis fructum mendacii: quia confidis viæ tuæ, multitudini potentium tuorum. Quapropter exurgit tumultus in populis tuis, & unaquæque munitionum tuarum vaſtabitur, ut vaſtavit Schalman Armelitida die belli, mater cum filiis collidetur. Ita peribit vobis Bethel propter ſummam malitiam veſtram &c.

Sic *Amoſ.* 4. 12. Quiſnam currere valet equis in petra? An araturus eſt quis eam bobus? Nam mutaſtis in cicutam Ius, & fructũ juſtitiæ in abſinthium. O vos lætantes de nihilo! qui dicitis, nonnè robore noſtro adſumpſimus nobis cornua? At ecce, ego excitaturus ſum contra vos, ô domus Iſraël (*dictum Iehovæ Dei*) gentem exercituum, qui prement vos ab aditu Chamatæ, uſq; ad torrentem Campeſtrium &c. Etiam ethnici ex iniquitate populi futurum interitum illis prædicere non dubitarunt: Ceu affirmat Livius; dicens: nulla magna civitas diu quieſcere poteſt, ſi foris hoſtem non habet, domi invenit, veluti prævalida corpora ab externis cauſſis tuta videntur; ſed ſuis ipſis viribus oneratur. *Hippocr.* 1. *Aphor.* 3. Conviviorum luxuria & veſtium, ægræ civitatis indicia ſunt. *Senec. Epiſt.* 114. Vbi nec legibus, nec virtuti locus, omniaque impetu populari, ac plebis impotentia geruntur, certa hæc interitus indicia. *Sophoc. in Aia.* Sic in genere Pulſus quoſdam Civitates habent, ex quorum motu langui-

languidiore dira adeſſe fata divininare poſſumus.

Vnde rectè Bodinus adſeverat, inquiens: quùm nulla benefactis præmia proponuntur, nulla ſupplicia peccatis, quis hujuſmodi Rempubl. brevi neſciat interituram? Omnium enim cauſſarum nulla certior, nulla gravior, nulla denique ab obitu civitatis propius abeſt, quàm iſta. Conſulatur *Ezech. 22. per tot. & alibi.* Hæc etiam crimina quùm Magd. cotidiè cumularent, monui ante annos 10. eos fideliter, & quùm inde deteriores redderentur ac obſtinaciores, vitæq; inſidias crudeles mihi propterea intentarent, coactus ſum cedere furori Curiæ.

IV. *Sed an non in natura ipſa præſcientiæ talis quoque dantur cauſſæ?*

Reſtat naturæ vis, *ait Bodin. noſter*, quæ nec penitus obſcura eſt, & conſtanti quodam cauſſarum & effectionum tenore moderata curſum tenet, &c. Sed quemadmodum hominem aliter Pictor, aliter Medicus; & animum aliter Phyſicus, aliter Theologus contemplatur: Sic etiam Rerumpubl. converſiones aliter Politicus, aliter Aſtrologus, aliter Theologus dijudicat. Politicus in civitatis everſione Principis injurias, magiſtratuum ſordes, legum iniquitatem &c. incuſat. Aſtrologus cœleſtium ſyderum vim & efficientiam contemplatur, unde varios animorũ motus hominibus ad res novandas ingenerari rectè ſentit. Theologus verò peſtes omnes, bella, frugum ſterilitatem, civitatũ deniq; ac populorũ interitus, à Divini Numinis & religionum contemptu manare conſtanter affirmat; ob idq; Deum iraſci, ſapientiſſimos quoſq; magiſtratus in ſtuporem agere, ac ſua ſydera in principes armare. *Pſal. 107. Levit. cap. ult. Iob cap. 12.* Habet ita ſuas quiſque cauſſas, quarum ope & concurſu civitatis interitum fore ſapiens augur.

guratur.

gùratur. In primis Aſtra in hominum miniſterium creata eſſe, patet ex Sacris undique. *Gen.* 1, 14. *Deut.* 4, 19. *Hebr.* 11, 12. *Iob* 38, 31, 32, 33, 34.

V. *An verò ſyderibus quid in converſione Rerumpubl. adſcribendum?*

IN eo quamplurimos magno errore labi videmus, qui ſyderum ſcientia ac perveſtigatione Dei prępotentis Majeſtati quidquam detrahi putant; quæ tamen ex iis clarius eluceſcit; cum adjumento cauſſarum cœleſtium ea fiunt, quàm ſi ab ipſius Dei manu ac poteſtate, nullà interjecta cauſſa, gererentur. Quis autem cœleſtium corporum vim & effectionem in univerſa natura admirabilem non ſentit? Non propterea tamen ulla naturæ neceſſitas facit: quoniam ab Immortali Deo coerceri ac retineri poſſit. Quippe qui naturæ legibus, quas ipſe juſſit, ſolutus eſt: non quidem à ſenatu aut populo, ſed à ſeipſo, qui maximus eſt, nec quidquam, niſi quod rectum ac juſtum ſit, efficere poteſt: Quia optimus; & perennem omnium populorum curam, ſed tamen ſecuram: quia maximus eſt. *Eſa.* 19. Nec propterea, qui cauſſarum in natura ſeriem ad civitatum converſiones & occaſus pertinere putant, hi mentem hominis voluntate libera ſpoliatam, ac multo minus præpotentem Deum fati neceſſitate devinciunt. Non enim, ſi antecedentibus cauſſis omnia conſertè contextéq; fieri judicaremus, cum divina poteſtate natura ipſa cohibeatur. Quamobrem ſæpè videmus ſtirpes ac animantia, quæ certos vitæ fines habent, vi extrinſecus illata, terminos, quos natura pepigit, antevertere; & civitates, quùm per naturam licuiſſet, interire.

De hominum genere in S. litteris illud ſæpiſſimè teſtatum habemus, (*Exod.* 19. *Levit. ult. Deut.* 6. *Iob.* 12. & 1 *Sam.* 2. *Ezech.* 33, &c.) eos, qui integritate

gritate ac pietatis virtutibus cæteris præluxerint, vitæ ſuæ terminos diutiſſimè prorogaturos: Conſceleratos verò vitæ ſuæ curſum breviorem habituros, ac celerrimum exitium ſibimetipſis illaturos. Quibus conſtat certos eſſe terminos vitæ cujuſque ab immortali Deo fixos, qui ſcelere brevius contrahi, virtute longius proferri poſſint. Ita quoque imperia ſuos habent ortus, ſua incrementa, ſtatus, converſiones, occaſus.

Quando vero converſionis cujuſque momenta futura ſint, quandoque moriendi dies finitus, nulla diſciplina perceptum ac cognitum videmus, præſertim tali, uti in Græcorum poſterioribus ſcholis poſt Platonem fuit tradita. Tunc enim Habitualiſtæ ſaniori ſapientiæ ſtudio corruptionem maximam ſyllabarum captura & litteralibus ſuis tenebris introduxerunt, quę etiam ad nos uſq; promanarũt. Vnde vix aliqui huc uſq; inventi fuerunt, qui tantas perrumpere tenebras potuerint, quos itaq; non iniquè ita cenſura ſua corrigit Bodinus. Attendite hoc, *ait Theod. Phil. lib. de* 3. *vit. c.* 7. Adam Pater originarius noſter fuit in Paradiſo in corpore Dei: aſt inde egreſſus eſt & conceſſit in corpus hujus mundi, ad imperium & regimen ſtellarum Elementorumque, hinc mancipium talium factus eſt miſerabile.

Qui virtutes & operationes Planetarum vel ſaltem in cotidiana experientia obſervare novit, non poterit eorum influentias etiam in minutiſſimis abnegare. Vel ſenſus ipſi quoque tales valeant refutare, ac tota natura, imò quælibet herba, & fœtus in gravidis, piſceſque maris, quod piſcatores etiam rectius obſervare coguntur, nî velint fruſtrà fluctibus maris ſe in ſuis concredere laboribus. Quid non agricola, hortulanus quiſq; in quolibet ſeminis aut plantę genere obſervare tenetur? An non planetarum majo-

rum

rum magni concurſus vim in Scorpione majorem exerunt, quàm in cæteris ſignis? An non Syrius terram magis adurit ex vicinitate ſolis? An non etiam adeò exactè motus etiam planetarum peritiores expendere noſcunt, ut etiam in plurimos annos, etiam juxta minutiſſimos Scrupulos Novilunia prædicere noſcant, uti fecit Schonerus, Maginus, Origanus & alii; hodieq; Philippus Landsbergius aurea ſanè præſtat in hujus artis reſtitutione. Namque non omnes eadem ſapiunt. An non alter altero perfectior eſt?

Ideo meras diſſeminant calumnias, qui Aſtrologiam incertam dicunt, quæ nullis certis principiis, ſed fallacibus nitatur fundamentis. Ipſi certè incertiſſima ſuis vanis ſyllogiſticationibus defraudatoriis tradunt, quùm nil quàm inanium terminorum ſyllabarumque habitum vanum aucupari noſcant, in naturæ penetralibus nihil videntes, ſed cœcutientes circa phantaſticas logomachias. Si neſcis, *ait Theod. Philoſ. cap. 7. de 3. vit.* ſtellæ omnes cauſas mundi hujus externi in ſeſe continent. Omne, quodcunque vivit & vegetatur, ex earum proprietate excitatur, ad vitam perducitur, quod etiam vermiculus quivis tibi demonſtrare poſſit, ſi non perditè cœcutias. Vnaquæque ſtella juxta naturæ centrum ſuam propriam vim habet. An non vel quoque hoc anno quiſpiam Ducis Fridlandiæ occaſum ad menſem Februarium prædixit? quod alii non eodem modo ita accuratè notarunt. Sed quid illi intelligant, qui ne Spiritum mundi quidem noſcunt, cui tamē in ſua dominatione expoſiti ſingulis momentis vivunt? An ille ſit philoſophus, qui ne quidem vera tria principia naturæ palpavit? An inde Aſtronomiæ ars debilis ſit, quod pauci ſint, qui eam verè intelligant? Quur potiùs mortales ventris Deo & opinionum puteo Apocalyptico ſe conſecrant, quàm cæleſti veritati, & ejus

veris

veris ſectatoribus? Quur potius gaudent tenebris, quàm luci operari? *Ioh.* 3.

Effectus certè ſtellarum tam certi ſunt, ut in temperamentum corporis & animi mores influant penetrantiſſime, ac niſi mortificatione & abnegatione tui illos confringas, & renatus imitationē Chriſti fideliter ingrediaris, non certè te facilè hinc ex rota naturæ hac extricabis; ſed vives Spiritui mundi in actionibus cunctis adſtrictiſſimè ſubjectus. Reſpice iracundos, reſpice avaros, & ſuperbos, petulantes, luxurioſos, aſtutè callidos, pertinaces, ſimulatores, crudeles, nugaces, cui principio illos putabis inſervire? An igneo tenebrarum, aut lucis ſplendidæ? Chriſtus ſanè lucem illis non applicat, ſed eorum operationes omnes ad tenebras rejicit. *Ioh.* 3. *Matth.* 5. *Luc.* 12. Manſuetos autē & humiles Spiritu, ac Deum proximumq; toto corde diligentes, Lucis filios facit & beatos exprimit. *Matt.* 5. & 6. Qui malitiam ita ſuam ſecum non confringunt, Chriſti regno non veniunt digni, quùm Spiritui mundi & conſtellationis temperamento ſe ſubducere, ac pietati veræ reddere debeant. An putas fruſtrà ad abnegationem & novam creaturam regenerationemvè nos ita pellicere & revocare Verbum Dei? *Matt.* 16, 24. *Marc.* 8. 34. *Luc.* 9, 23. & 14, 26. *Rom.* 6, 4. & 2 *Cor.* 4, 10. & 5, 17. *Gal.* 5, 16. *Eph.* 4, 1, 2, 22. & 5. 2. *Tit.* 2, 12. *Hebr.* 4, 10. & 12, 16. & 1 *Pet.* 1, 22. & 2, 5, 24. & 4, 1. & 1 *Ioh.* 5, 19.

Graviter igitur in hoc peccant, ait rectè Bodin. qui cæleſtium orbium leges nullas eſſe putant; quùm tamen earum vis ac poteſtas ſumma ſemper fuerit, non tantum in hæc, quæ videmus, elementa, & in omne animantium genus; ſed etiam in eos, qui belluarum vitam vivunt, ut eſt in S. Litteris *Iob* 39. & 40. Piis tamen ab his nihil metuendum. *Ierem.* 10, 2. Aliàs enim

ſe vis in congreſſu ſyderum eo magis oſtentat, quo propius Solis aut Lunæ deliquia conjunctiones maximas comitantur &c. Non ita injuria cælo hac ſententia afficitur; ſed ipſi injurioſiſſimi in cælum & ejus ſunt Conditorem Iehovam, qui vim ei ſuam denegant ita, ut ſecuriter vivant, nec reſipiſcere tandem melioraq; ſapere ſtudeant. Sed abuſum quoque ſuperſtitioſum caveas, quem Iehova Idololatricum pronunciat & pœna gravi coërcendũ jubet. *Levi*. 19, 31. & 20,6, *Deut*. 18,9,10. *Eſa*. 3,1,2. *Ierem*. 10,2. *Eſa*. 47,13,14. Hinc recte Poëta:

Ah miſeros, qui ſigna notant, & ſidera ſpectant,
Et ſpes inde hominum, vanaque vota trahunt.

VI. *Quid verò de numero Platonis fatali ſtatuendum, num ille quid vigoris in Rerumpubl. Converſione habeat?*

HEic auctores varii variis ſe torquent modis, dum exquirere laborant, quidnam *Plato lib. 8. de Repub.* per expreſſionem numeri ternarii, 5,7. &c. juxta proportionem inter ſe collatam denotare voluerit, quamq; harmoniam heîc ſubintelligat, & unde demum poſt diſſolutionem harmonicæ proportionis talis etiam converſio cujuſq; rei & Reipubl. ſimul ſubſit. *Cic. in lib. 7. epiſt. ad Att.* expreſſe ait, numeris Platonicis nihil obſcurius eſſe: Ita & *Marſil. Ficin.* confitetur ingenuè, ſe planè neſcire, quid Plato eo loci velit.

Bodinus noſter perquam operoſam huic indagationi impendet induſtriam, ut proportionum fundamenta inveniat: Sed tandem ait, ſe propterea hæc accuratius exquiſiviſſe, ut planum ſit, Platonem eo loco ſui ipſius oblitum eſſe, quùm indicent ſatis rationes geometricæ ineffabiles, quas eo corpore complecti voluit, quod ab arithmeticis rationibus ac

numeris

Digitized by Google

numeris ſit alienum. Altius igitur intuentem oportet eos numeros inveſtigare, qui rerum humanarum converſiones ſignificare poſſint, & qui diuturna experientia probati ſint, non levibus & inanibus conjecturis; cujuſmodi Septenariũ eſſe & Novenarium, eorum Quadratos & Cubicos. 49. 81. 343. 729. *&c.* Recte ſtatuit altius quidem introſpicienda hæc eſſe; ſed dum ſolummodo juxta numeralẽ Arithmeticam progreditur, impoſſibile eſt, ut ad mentalem illum intellectũ perveniat; quem heîc Magia requirit. Etenim myſticus eſt numerus ex fundamento æternæ naturæ ſumptus, quo ſe in externa natura per ſpiritum mundi expreſſit.

Plato longè ſanctiora in Schola Magorum perdidicerat, quàm ut profanæ mentes ea poſſint concipere: ideò errant omnes, qui hanc locutionem Platonis juxta ſuos numeros diſponũt. Audiamus heîc potius Theodid. Philoſoph. qui *in libr. de Myſter. Magno ca.* 37. in explicatione Patriarcharũ ita loquitur: Spiritus Dei admodum iſtud admirabiliter heîc ponit, quomodo nimirum Thara tres progenuerit filios, nempe Nahorem, Haran, & Abramum. Imago hæc 3. Principia exprimit monſtrando, quomodo illi, in ſancta hac lætitiæ confœderatæ linea, tres per ſanctum ignem manifeſtari, & à vanitate ſeparari deberent; ac quomodo totum hominem oporteret per ignem hunc ſanctum fœderis in imaginem Dei ingredi & in ea formari: Veluti quoq; nomina trium Fratrum in ſenſuali lingua id monſtrant. Quod ſi verus mentalis intellectus huic introducatur tunc id perſpicitur in forma compoſitorũ ſpirituum litterarum: licet hoc aliquò uſque indicari poſſet, tamen nondum illuſtrato lectori nil intelligentiæ apportaret: Noſtratibus autem (Lucis filiis) non opus eſt, ut id depingamus, quùm ipſorum intellectus in

eo abundet. Sed 10. proprietatibus ignis id indicatur. Nimirum primò per eas intelligo Formatum Verbum in 7. illis proprietatibus Naturæ: Octava verò, 9. & 10. continent mundũ internum, qui nullatenus formatus extat: nempe 8. numerus ignem determinat in æternâ Naturâ divinæ manifeſtationis & roboris ac omnipotentiæ, qui perpurgabit aream in fine dierum. *Luc.* 3, 17. Numerus 9. exprimit cæleſtem Tincturam ex igne & Luce: Numerus autem 10. nil aliud eſt niſi amor igneus, nempe Δ trigonus Trinitatis in Majeſtate. Quod noſtratibus ſaltem ſit indicatum. In libro de 40. quæſt. animæ, plenius id explicavimus ſtatim in principio iſtius Philoſophiæ &c. Idem cap. 10. numerationẽ ſic indicat, cum diſtantiis ſuis: Ab uno, inquit, uſq; ad 10. una numeratio eſt; ſed ultra Novenarium numerum nulla tibi competit poteſtas, quia Naturæ terminus in eo conſiſtit ultra quem nulli Creaturæ competit quid indagare. Quod ſi igitur infra Crucem ✝ hæc ſe contineat, manet in corpore conceptio voluntatis Dei. Hinc ita ſimplex multiplicatio ultra 1000. non excurrit, &c. Ex hac cæleſti Philoſophia talis fit computatio, quæ coronam vitæ indicet, & quomodo ea ex binario numero in multiplicationem ſui diſcedat, cupiatq; ſe ſemper altius extollere, donec in diverſitate voluntatum excreſcat ad finem 1000. numeri: quem terminum dum attingit, confringitur in ſeſe, & revertendo in primum abit numerum, ut ita finis principium ſuũ inveniat. Facit autẽ Turba, quæ cum re excreſcit, ut unum præ altero citius confringatur in ſua malitia. Hanc Magicam locutionem, non omnes percipiunt quidẽ; nihilominus profunditatem eam qui mente ingredi cupiat, in ſanctuarium Dei convertere ſe cogitur, ut ait David *Pſalm.* 73, 16. 17. Quùm cogitarem cognoſcere hoc, laborioſum viſum

viſum eſt oculis meis: Donec ingreſſus eſſem in ſanctuaria Iehovæ fortis, animadvertiſſem finem illorum &c. In libro de triplici vita, omnia rectius explicantur & plenius.

VII. *Quid verò de Quarta Monarchia Danielis ſtatuit Bodinus?*

MOnarchiæ nomen quùm aliter Theologicè aliter Politicè ſecundum litteram velint acceptum nonnulli, inde in diſputationes incidêre ii non leves, nec ſine acredine mordaci plurima ſunt in diſcuſſionem multiformem deducta. Sed Bodin. pluribus mentem ſuam in libro *de Meth. Hiſtor. cap.* 7. explicavit: ubi non abſque altiori conſideratione uſurpavit, ea formula. *Non liquet.* Putat enim vaticinium Danielis cap. 7. Potius de Regno Babylonico intelligendum, quàm quod aliis Monarchiis debeat applicari, quùm Daniel non tantum ibi vixerit ſub Rege Babylonico; ſed etjam apertè Medos, Perſas & Græcos ad imperium Babylonis vocarit, & præter eos neminem alium, quod eo quoque ſtabilire cupit, quùm Romani Perſas & Medos nunquam verè ſubegerint: Sed, quùm hoc tentaviſſent, Euphrate tranſmiſſo, toties illi & quidem ingentes clades ab invictiſſimis Parthis acceperint, velut id Hiſtoriæ omnes teſtantur, & ipſi confitentur Romani Scriptores.

Præterea Monarchiam in abſoluta ſignificatione accipit, nec aliam admittere ſe poſſe affirmat propter Iura Majeſtatis inviolabilia; & quùm Germanorum Imperio juxta ſtatum notorium non queat accommodari, proinde ejus adverſarii, Monarchiam in duplici intellectu accipiunt, ut alia ſit κατ' ἐξοχὴν ſic dicta, quando ſuperiorem agnoſcit nullum; alia κατ' τι vel ſecundum quid, quæ iterum

iterum quintuplex ſit 1. reſpectu honoris. 2. ratione temporis. 3. reſpectu poteſtatis. 4. ratione territorii. 5. ratione poteſtatis & territorii ſimul. Sed illi ſalvent ſuam ſententiam prius, quàm Iura Majeſtatis tàm miſere diſtrahant: Poſſet quiſque regulus aut dominator exilis hoc nomine ſacerrimo Monarcha ſalutari. Hoc quidem verum eſt, de oraculis divinis temerè nil eſſe affirmandum. Etenim Prophetias explicare non eſt cujuſvis eruditi, aut qui ſaltem ex habitu litterali ſapere velint; Sed ſummum Spiritus Sancti donum requirunt, quale & in Ioanne Euangeliſta fuit, quum ſe tandem Theologum in inſcriptione Apocalypſeos vocaret. Hoc quùm rectius ſentiret Eraſm. Roterod. noluit abſque illuminationis dono ſingulari paraphraſten agere in Apocalypſin iſtam. Ac D. Paulus ait, Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjiciuntur 2 *Corinth.* 14, 32. quùm nemo rectius voluntatis divinæ interpres eſſe queat in vaticiniis, niſi Spiritus Sancti efficacia ſingulari ſit afflatus. 1 *Sam.* 10, 5, 10, 11. *&* 11, 12. *&* 1 *Corinth.* 12, 10. *&* 2 *Pet.* 1, 20, 22. Temerarii ſunt & blaſphematores evadunt ſæpe, qui temerè heic quid ſibi ſumunt.

CAPVT III.

I. *Quid in hoc Capite pertractatur?*

NOvam heic Auctor quæſtionem decidit, quæ ſubitam mutationem in legibus & inſtitutis Reipubl. concernit, ubi docet ab ea ita eſſe abſtinendum, ne Reipubl. faciem ſimul mutet, quùm facilè quid periculi cauſſare queat. Etenim hæc primaria quaſi lex eſt rerum benè gerendarũ in Repub. ut bene quis ejus naturam intueatur, & re bene cognita non

cuivis

cuivis ſe vento ludibrii vice exponat; ſed conſtantem conſervet animum.

II. *An lex iniqua, quæ ſua vetuſtate nititur, antiquari debet, ut nova utilior feratur?*

NIhil ferè exitu perniciofius eſt legum novitate, ſi de ſtatu Reipubl. quæratur, ait Plat. lib. 7. de ll. Quod ſi quis pleraſque leges ſæpius mutari doceat oportere, ut de annona, de mercibus evehendis aut invehendis, de pœnarum acerbitate aut lenitate, quæ parvo momento mutabiles ſunt, aſſentior ego quidem, quùm vis ipſius neceſſitatis nulla legum obligatione teneatur: Sed leges, quæ ſtatum civitatis continent, ſi fieri poſſit, immutabiles eſſe & velim & optem, non ut Reſpubl. legibus inſervire debeat, ſed ut Reſpubl. per eas ſalva maneat. Nulla tamen tam ſancta lex eſt, quam non oporteat urgente neceſſitate mutari; ſi modò id fiat cum moderamine, prudentiâ adhibitâ.

III. *Quibus igitur cum cautionibus mutari leges poſſunt?*

HOc ipſa circumſpectio prudentiæ facilè largitur cuivis. Etenim 1. Materia legum eſt benè ponderanda, ut quoties de imperio magiſtratibus abdicando, vel de collegiis & corporibus tollendis; vel de Iure immunitatum minuendo; vel de pœnis augendis; vel de populi moribus ſanandis, vel de rationibus rerum à potentioribus geſtarum exigendis; vel de religionibus aut ſuperſtitione purgandis, &c. Sit quid expediendum: tunc certè nihil abſque conſilio maturo eſt ſuſcipiendum. Sed 2. mutatio non fiat levi de culpa, ſed ex inevitabili neceſſitate. 3. Non una vice fiant omnia; ſed paulatim, quod longè commodius eſt, quàm vim adhibere, aut momento

omnia convertere velle. 4. Etiam non utendo leges poſſunt abrogari.

IV. *Sed competitnè Magiſtratui in religionis cauſſa quid imperare inſolentius hominibus, pro ſuo captu & placito?*

POtentiæ & ſuperbiæ in natura hominis tanta eſt intricata conjunctio, ut vix ſeparari queant. Hinc ambitio ſemper ſua nititur poteſtate, & in ea ſe quaſi ſuum ſibi Deaſtrum confingere geſtit. Ideoque nequit perpeti, ut quis ab ejus opinionis conceptu ſe agat diverſum, quùm ignominiæ hoc deputet auctoritati ſuæ. Vt autem eò ſe majorem poſſit oſtentare, ſub religionis ſpecie ſemper altitudine grandiorem extollit, ac obliviſcitur interim, quod prorſus nullum in alicujus animæ eſſentiam imperium habeat. Nemo tenetur alterius opinioni ſe mancupio tradere, ſed ut veritati inſerviat unicè, quæ illum verè liberum reddat, ut ait Chriſtus, cui etiam ſoli omnis poteſtas in cœlo & terra data eſt, *Matth. ult.* Beſtiales ſunt tyranni, qui ſibi eam ſupra cœlos poteſtatem ſumunt, quæ illis non competit. Non decet hominem, extra Spiritus Dei dictamen quid in religione articulatim ſtatuere, ut inde leges animæ cujuſque præſcribere velit ad credendum. Spiritus Chriſti, *ait Philoſ. Theodid. in lib. de tripl. vita, cap.* 3. non ſe ſinit ad leges hominum alligari. Leges tales, Conciliaque quod ita ſtatuunt, concluſionibus ſuis, nihil niſi opinio & fraus eſt.

Quod non tendit ad regenerationem in Chriſto falſitas & mendacium eſt merum. Nemo mortalium quid poteſtatis heic habet. Antichriſtus eſt, qui hoc tentat, meretricem Babylonicam repræſentans, quæ draconi inequitando inſidet. Qui ſibi ſuus eſt Deus ac Dominus, ac ſuæ voluntati addictus vivit in dominatio-

minatione hac terreſtri, ut eam ita ad proprium expleat prolubium, ille non peragit, quæ voluntas Dei Iehovæ requirit, nec ex cœlo imperium obtinet, ſed ex mundo, & ejus potentia. Vnde ergo hoc habeat, quod conſcientiæ coactionem in religionis cauſſa ſibi velit vendicare?

O Iudex mundane, quid cogitas, aut quorſum tanta perverſitate pergis? Ne quæſo nimium confidas turri Babylonicæ tuæ; nec concluſionibus tuis mundanis nimium incumbas. Hominum ſunt opiniones & leges vanæ. Hujus turris apex non attingit cœlum; ſed ſaltem confuſionum Cacumen oſtendit in vertice ſuo vertiginoſo. Vide ut juſtitiæ externæ officium rectè cures, & in lege Dei ſedulus ambules, nec uſpiam deſiſtas religionis curam in Verbi Dei propagatione debito modo ritè fovere. Sapientia hujus mundi te non ex tricis tenebrarum expediet. Chriſtus ipſe ſuis conſcientiis præeſt; quod hic non aſſequitur hodiè, id ſuo tempore plenius videbit, & ſequetur bono vitæ imitamine. Ideo vide, ut veram Dei imaginem abſque ulla crudelitate in Imperii tui demonſtres officio. Vis religioni veræ intentus eſſe, vide ne ſis ſectarius hominis, ſed unice Chriſti diſcipulus.

Deſiſtas ab omni opinione, ſit nominis in hoc mũdo cujuſcunque velit. Hoc omne nil aliud eſt, quam rationis concertatio. Ideoque hoc rectè perpende tecum. In nulla lite & prælio Iehovæ eſt voluntas, ſed hominum ſaltem ambitioſorum atque ipſius Diaboli, in qua Ira Iehovæ vindex extat. Ne patiaris, te ſeduci ab hypocritis & adulatoribus, qui ita magnificè crepant & extollunt hiſtoricam fidem, dicuntque clamitando: Nos habemus Dei voluntatem nobiſcum, in noſtris ille habitat ſapientiæ noſtræ habitibus: Nos ejus veri ſumus miniſtri: Nos aſpi-

cite: Huc arrigite aures: Nos curamus Dei præfecturam in Eccleſia; ac licet mali ſimus, ad vos nil ſpectat, nihil minus juxta voluntatem ejus divinum portamus munus.

Hæc & ejuſmodi clamitationes arrogantiæ, nil niſi ſeductiones creant. Quapropter hoc ſedulo cavendum magiſtratibus, ne cœlum cum terra commiſceri ita turpiter ſinant, ne in errores cum ſubditis ſuis pernicioſiores ſe præcipitent, & ad lites & bella ſanguiniſque profuſionem diram concitentur. Hoc veriſſimum eſt; quodcunque ex nobis in hoc mundo conficimus; id manemus in æternum. Quod ſi Angelum lucis in amore & humilitate Dei ex nobis in Chriſto præparando conficimus; certè tales etiam poſt hanc mortalitatem in æternitate erimus ac manebimus. Quod ſi verò fervidè iracundum, & in falſitate aſtutum verſipellemvè, inque ſuperbia elatum Diabolum ex nobis facimus, qui contra omnem amorem Dei & proximi ſe in avaritia & ambitione efferat efferveſcentem, nec poſſit exaturari ſatis in tanta aviditate, tales quoque manebimus poſt hanc vitam.

Quodcunque heic animæ voluntas concipit & in imaginatione ſtulta arripit, ejus poſſeſſor manet æternus, niſi rotam hanc naturæ perverſæ maturè confringat. Homo iſte externus matri ſuæ relinquendus eſt terreſtri, quæ captivos nos ducit in carne & ſanguine; quur itaque æternitatem hujus cauſſa perderemus. Certè noſtra concertatio, non in gladii externi Iure aut ictu conſiſtit, ut inde ob voluntatem Dei & regnum ejus ſit nobis depugnandum; aut hinc nobis mutuas perſecutiones aut bella conficiamus. Nec in habituali ſapientia aut logicali aſtutia latet rectitudo religionis; ſed ſimpliciter in infantili obedientia erga Deum omnia ſunt depoſita, ut carnis

noſtræ

noſtræ voluntatem, quæ animalis eſt, & in qua diabolus ſanè habitat, prorſus exuamus, & voluntatem Iehovæ ingrediamur. Sic verè ex Babylone diſceditur; ac Fides verè vivida arripitur.

Quippe Credere verè nihil aliud eſt, quam voluntatem ſuam coadunire cum Deo, ac Verbum Dei cum virtute ſua voluntati ſuæ realiter applicare, ut duæ hæ Dei & hominis voluntates unica reddatur efficiaturvè ſubſtantia & hypoſtaſis, ſitque hominis voluntati Dei inſitus: Tunc Chriſtus in paſſione, morte, reſurrectione, & omnibus donis ipſi humanitus ad juſtitiam imputatus eſt, ut homo fiat Chriſtus juxta hominem ſpiritualem, & Chriſtus cum Patre & Spiritu ſuo eum inhabitet. Qui aliter docet, aliudque Magiſtratui proponit, judicium Dei non effugiet. *Hactenus ille.*

CAPUT IV.

I. *Quid in hoc capite docetur?*

QVoniam nulla re cives ac civitates ſæpius conturbari ſolent, quàm pro magiſtratuum & honorum adeptione; imò etiam ſæpius non juſtitia ita adminiſtretur, uti par eſt; etiam de eo format quæſtionem, utrum præſtabilius ſit, an magiſtratus ſint annui, vel perpetui? Quùm verò hanc quæſtionem tàm difficilem, quàm ad intelligendum jucundam putet, deciſionem ejus aliis relinquit. Sed ſi maneat ea in iis terminis reſtrictis, ut Democratiæ aut ſtatui Ariſtocratico applicata maneat, deciſio non adeò difficilis erit iis, qui diu in Republica verſati ſunt.

II. *Anne igitur conſultum eſt Reipublicæ ut Magiſtratus ſint annui?*

QVùm Rerumpulb. finis præcipuus ſit pietas, & ei nihil gratius contingere poſſit, quàm ut omnes cives in pietate virtuosè vivant; ille autem virtutis veræ cultus facilè cum Iuſtitia ſupprimatur, ſi perpetuitas ſit eorum, qui Reipubl. gubernacula tenent, ut toties ipſe vidi; tum quoque civium filii virtuti remiſſius ſtudium impendant, ſi videant, ſibi ſpem Reipubl. gubernandæ eſſe præcluſam aut ereptam. Præterea diſcordiarum civilium ſtirpes ac fibræ, ab ipſis radicibus non rectius poſſunt evelli, quàm ſi mutua concordia inter magiſtratum & cives conſervetur. Si ſuſpicio, etiam minima intercedat, dici non poteſt, in quantum excreſcere poſſit malum. Hæc autem omnia, quùm non rectius poſſint averti à Republica, quàm ſi talis mutatio annua remedii loco adhibeatur, meritò id ſtatu Democratico ante omnia, nec minus in Ariſtocratiâ cum moderamine juſto, obſervandum venit. Quoad civitates autem ita ſpecialiter acceptas, omninò deprehendi per tot tempora, quibus in earum ſtatu vixi ſat occupatus & involutus negotiis, nihil utilius iis eſſe, quàm ut mutationi ambulatoriæ ſint obnoxiæ, ſicut in Rebuſpubl. Hanſeat. id plenius explicatum dedimus, cum rationibus practicis ſimul idem confirmatum.

III. *At Deus ipſe perpetuos in ſua Republ. Iſraelitarum fovit Iudices; an igitur non is potior reſpiciendus?*

DEus profectò civitatum moderator eſt optimus, & in manu tenet omnium regentum corda: cui etiam hoc addi poteſt, quod temporales Magiſtratus

giſtratus non rectè abdicentur, quum vix primum rationem benè adminiſtrandi rempubl. addidicerint; tum quod res pernicioſa videatur, ob novas leges & mores, quos induere Reſpubl. ſub novo Magiſtratu videatur; præterquàm quod etiam reputationi contrarium appareat. Sed quamdiu Iehova ſe Monarcham ſuę Reipublicæ præſentem ferebat, affulgebat in Subſtituti ſui perſona; quum verò Iudæi gentium more vivere cuperent ſub Rege viſibili, ſuum quoque invenêre malum per renunciationem eam, qua Iehovæ obedientiam ſubtrahere conabantur. Quum hoc Iehovæ ipſi fecerit ſelectus populus Dei, quid non faciant Gentes, & in quibus non rebelles ſe prodant ſuo humano Magiſtratui? Nec legum ratio talis univerſalis eſt, ut ſupra diximus, quum contra naturam nihil ſit ſtatuendum. Ideoque manet prior ſententia, quam praxeos veritati deprehendi aptiſſimam.

IV. *An verò Magiſtratus non ſunt precariò concedendi aut ordinandi?*

SIc multi quidem putant; verum quum notum ſit, in quantum principes adulatoribus & canibus aulicis ferè ſemper ſint obſeſſi, turpiſſimus certè inde quæſtus ac mercatura Magiſtratuum ſequeretur, & exponerentur imperia non tam bonis quàm peſſimis quibuſvis, ſi ſaltem divitiis prævalerent, ut emerent ejuſmodi dignitates; quo nihil turpius, abſurdius, & Reip. pernicioſius excogitari poterit. Habere enim quæſtui Rempubl. non modo turpe eſt, ſed etiam ſceleratum & nefarium.

V. *Num autem in Monarchia expedit poteſtates ordinarias eſſe perpetuas?*

DE magiſtratibus minoribus aut intermediis aliter hoc accipiendum eſt, qui meritò excipiantur,

tur, quùm proſit publicè, ut illi quoque ſint annui. At qui circa ſecreta verſantur, ut quos hodiè Cancellarios, Conſiliarios & Secretarios vocant, non ſanè abſque maximo incommodo mutari valent, quùm non ſit tutum, ut ſecreta pluribus communicentur.

CAPVT V.

I. *De quibus rebus agit hoc caput?*

ITa accuratus eſt Bodinus noſter, ut fermè nil, quod ad bonum Reipubl. ſtatum faciat intermittere velit. Quare etiam hoc capite agit de contentione, quæ mala, quæ bona cenſeri queat, ſi oriatur in Republ. Sunt enim ſubtilius diſcurrentes, qui utilem contentionem Civitati putant. At ſi præclara eſt & utilis contentio, nulla erit alia, quàm qua Principes ac magiſtratus de virtute inter ſe certant. Hinc longè utilior ea erit, qua boni improbis adverſarii ſunt.

II. *Num ergo magiſtratuum concors animus Reipublicæ futurus eſt ſalutaris?*

SVnt diverſæ opiniones partium, ut non facile dijudicationi obvium putet Bodinus, quid heic ſit ſtatuendum. Neque enim magiſtratuum modò, inquit, verum etiam Rerumpubl. ſtatum intueri oportet. Illud tamen de toto genere Rerumpubl. ſtatui poſſe opinor; minores magiſtratus inter ſe contendere, civibus univerſis, potiſſimum in popularibus imperiis, utile eſſe. Et, quoniam populus non alios rerum communium procuratores habet, quàm magiſtratus ipſos, publica magiſtratuum direptioni facilè patebunt, niſi mutuis accuſationibus coerceantur. In monarchia verò utiles ſunt interdum majorum Magiſtratuum contentiones, quùm unius poteſtate regantur, à quo facilè caſtigari poſſint; modò princeps

princeps nec amens ſit nec inſanus, nec infans, qui alienæ poteſtatis imperio teneantur. Attamen pernicioſæ ſunt in imperio populari majorum Magiſtratuum contentiones & æmulationes, ſi prius ſuis cupiditatibus, quàm Reipubl. ſervire malint. Quare non fruſtra concordiæ ſacrum nobis in Verbo Dei commendatur ſtudium. *Pſalm.* 133,1. *Proverb.* 18, 19. *Eccleſ.* 35,2. *Matth.* 5,9. *Rom.* 12,16, & 15,6, & 1 *Corinth.* 1, 10. & 2 *Corinth.* 13, 11. *Epheſ.* 4,3. *Philip.* 1,27, & 2,2, & 4,2, & 2 *Theſſ.* 3,16. *Tit.* 3,2. *Hebr.* 10,24, & 12,14, & 1 *Petr.* 3,8.

III. *An decet Magiſtratum quid per ſimulationem agere?*

HVjus diſcuſſio maximè neceſſaria eſt propter doctrinam *Lipſ. lib.* 4. *Pol. cap.* 13. & *Machia. lib.* 1. *de Republ. c.* 42. & *in tract. de Princ. c.* 18. qui contra omnes naturæ rationes ſatis impudenter audent fraudem & ſimulationem ſuadere, quaſi ſimulatio tantæ ſit fortitudinis, ut ejus vi magiſtratus aut Princeps ſummum reſpectum ſibi conciliare queat: ac quamvis nec Deum amet nec metuat, tamen ipſi proſit, ſi reverentiam Numinis divini ſimulet.

Sed quæſo, ô mortales, quotquot eſtis, undique, quid perverſius & pernicioſius poteſt doceri, aut fingi? An hoc bonos decet doctores Iehovæ tam audacter in faciem contradicere? An magiſtratus ita informandi ſunt, ut regimine ſuo pravo ſe excludant à Chriſto? Deo profectò nihil magis odio eſt, quàm falſitas & duplicitas cordis. Qui diabolo ſimulationes indulget, non ſerviet Deo. Non enim duobus quis poterit ſervire Dominis. Quo loco habet Chriſtus hypocritas? *Matt.* 23,13. & *Matt.* 7. Quem David illis attribuit locum? *Pſal.* 15, & *Pſalm.* 101,7. Idem ſentit *Salom. Prov.* 17,7.

CAPVT VI.

I. *Quamnam materiam hoc caput continet?*

ITerum Bodinus heic quæſtionem de Principe maximè inſeruit; num Majeſtati Principis competat, ut ille judicem cauſſarum agat pro tribunali, & ut ſæpius in populo appareat, imò quoque colloquia cum ſubditis habeat? In quo quùm à communi multorum ſententia ita ſe diverſum gerat, ut nolit Principem ſuæ Majeſtatis prodigum eſſe, argumenta contraria pluribus quidem rationibus convellit, ac exemplis variis propoſitum comprobatum reddit; ſed tamen hoc omne ita moderandum rectius putabitur, uti exempla Sac. Scripturæ in bonis regentibus id monſtrabunt. Denique etiam declarat paucis, quomodo in Polycratia ejus ſententia locum inveniat.

II. *Num decet, ut Princeps præſentem agat judicem & lites diſcernat?*

ENunciatum eſt etiam plebi notum, juſtitiæ tractandæ cauſſa reges creatos. Ac multo magis neceſſarium videtur, Principem per ſe ipſum Ius dicere, quàm ſubditos procuratorio nomine fidem Principi dare; quùm fides ſubditi & obſequium minimè in dubium revocari queat; at is, quem Princeps judicare juſſit, vel ſordibus, vel gratia, vel odio ad iniquè judicandum adduci poſſit. Tum quoque judicium Principis ſemper acceptius populo, quàm aliorum, quùm magiſtratus iniquè ſæpe, vel favore, vel metu, vel legibus iniquis coacti judicent, quum Principis interpretatione ad ſententionandum egeant. Næ illi valde cœci, ſurdi & muti, qui, quæ ſua ſunt, & quàm maximè propria, nunquã niſi alienis oculis intuen-

intuentur, alienis auribus audiunt, nec niſi aliena ſæpiuſque peregrina lingua loquuntur. Quia etiam qui omnia domeſticis credunt, non procul ab exitio abeſſe ſolent. Verum quidem eſt, Principis eſſe genuinum officium juſtitiam adminiſtrare cunctis: Sed quum etiam aliis publicis & neceſſariis potioribus pro re nata, incumbere debeat, non poterit ſemper judiciis intereſſe. Sic Moſes ipſe ordinavit Iudices. *Deut.* 25, 1. *& David 1 Regum.* 3, 6, 7. *Pſalm.* 7. Et olim in portis civitatum judicia exercebantur, aut locis proximis ad portam, unde variæ locutiones, adſcendere ad portam vel ſedere in porta. *Iud.* 9, 35. *Ruth* 4, 1, 11. *&* 2 *Sam.* 15, 2, *&* 16, 33, *&* 18, 4, 24, *&* 19, 8. *Pſalm.* 9, 15. *&* 69, 13. *Proverb.* 22, 22. *&* 24, 7. *Eſai.* 22, 7. *Ierem.* 26, 10, *&* 38, 7. Sic nota eſt hiſtoria Salomonis, qua ſapientia in Iudicando uſus ſit; tamen non ſemper id officium Iudicis ſuſtinuit. Videat autem Princeps, ut litigandi ſtudium minuat ſuis, ne legibus fundata civitas legibus ſubvertatur. *Plin in Panigyr. Tr.*

III. *An verò decet Principem cum ſubditis multa conſerere colloquia?*

QVùm magnum valeat Principis imago, ad conformandos & in utramque partem mutandos ſuorum mores, ſummoperè cavendum eſt, ne Principem niſi optimè à diſciplina, uberius etiam à natura informatum, populo ſæpius ſpectandum exhibeamus: aut ſi vitioſus erit, ſuorum oculis quaſi peſtem popularem modis omnibus ſubducamus; ne aut inde vileſcat, aut invitationem populo ſui exhibeat ſcandaloſam. Verum tamen Principem ſuorum civium conſpectum omninò refugere ac latebras quærere nolo, ut reges Indiæ nonnulli: ſed ut ita in conſpectum prodeat ne majeſtatis exiſtimatio imminuatur,

Digitized by Google

tur, quod ſit nimia familiari ſubmiſſione. Humanitate tamen omnia ſubmiſceri debent, quùm ſumma laus ſit, ſi quis ſe humaniorem præſtare poſſit, quò ſit major. Superbia enim ſemper ruinæ acclivior.

IV. *Quæ igitur imperandi ars optima?*

INter omnia ad Imperium retinendum utiliſſima præcepta, nullum utilius aut magis neceſſarium dari poteſt, quàm ut omnium amore & benevolentia, & nullius odio, quantum fieri poteſt, ſe proſequi faciat: ſic velut in arce munitiſſima acquieſcet. Illud autem omnium optimè conſequetur, ſi æquitati & juſtitiæ pro meritis cujuſque operam det. Sed cautelæ loco hoc habebit, quùm præmia maximam pariant gratioſitatem, ea ipſe diſtribuat: Pœnæ autem cum ſint odioſiſſimæ, per Magiſtratus decerni curet & adminiſtrari, niſi gratiam interponere velit.

V. *An eadem ratio judicii in ſtatu populari habenda eſt?*

QVæ diximus, ait Bodin. Majeſtati judicia non convenire, multò magis in ſtatu populari, quàm in Monarchia locum habent; quùm difficillimè populus cogi, difficilius etiam ratione ac prudentia regi poſſit, ac ſeditioſis ſæpè concionibus aut factionibus judicia perturbari ſit neceſſe. Certè quidem nulla res, civitatibus tàm exitioſa fuit, quàm auctoritatem Senatus & imperia Magiſtratuum ad Principem aut populum transferre: quia quò minus Principi ac populo tribuas, ſalvo Iure Majeſtatis, eò Reſpubl. firmior eſt ac ſtabilior futura. Difficile enim eſt ædificia excelſa, niſi ſuſtentaculis validiſſimis, ac firmiſſimis fundamentis nitantur, diuturna fore. Optimum igitur Reipubl. genus eſt, in quo Senatus conſilio, ac magiſtratuum Imperiis, ſalva majeſtate, omnia

omnia gubernantur. Alioquin ſi Princeps populusvè ſenatus auctoritatem, magiſtratuum imperia, munera, juriſdictiones ad ſe traduxerint, verendum eſt, ut omnium ope deſerti, tandem ſua ipſius majeſtate ſpolientur. Davidis memorabile eſt exemplum, quum tales in regnum revocaverit, 2. *Sam.* 19, 12. & paſſim de Senioribus ſuis agit hiſtoria Iudaica.

VI. *An verò Principis auctoritas & ſtatus non magis licentiâ augetur?*

TVrpiter peccant, & in peſſimo adulatorum genere illi ſunt habendi, qui Principum opes ac potentiam augere ſe poſſe confidunt, quùm illis omnia licere, & illorum nutu, verbo, voce, omnia Iura, imperia, leges converti oportere jactant: ne quid in Republ. tàm ſtabile ſit ac firmum, quod eorum arbitratu non mutari queat, quùm hæc opinio in Principum animos ſenſim illapſa, incredibilem ingeneret tyrannidis affectandæ cupiditatem. Quod revera ita eſſe, ipſe aliquoties & obſervavi & deplorare graviter boni publici cauſſa non deſtiti. Exempla ſunt odioſa: quum ipſi Principes in tanta pernicie ſibi gratioſi affulgeant, & perverſorum ſint amatores defenſoreſque maximi.

CAPVT VII.

I. *Quænam materia hujus loci ſedes eſt?*

HVcuſque Magiſtratuum ac Principum ipſorum munus ac officium, & in quibus illud juxta Politicas rationes conſiſtat, ſatis congruenter deſcripſit, quomodo nimirum ſe tempore pacis erga ſubditos gerere debeant: Si verò ſeditio ſit coorta aut tumultus, ac ad arma concedat populus, cujus

 partes

partes tunc ſuſcipiat Princeps & foveat, non exigui eſt res ſcrupuli. Proinde id diverſis quæſtionibus diſcutere tentat heic: ac quùm non plures tyrannorum caſus extiterint, quàm qui ex motu & bellis civilibus prodierint; de iis in principio agit.

II. *Num Tyrannis bella civilia ſunt ita utilia, ut iis confirmentur?*

VT morbi & vulnera ipſæque animi ægritudines ac perturbationes, tùm corporibus, tùm mentibus noxiæ ſunt; ita quoq; bella civilia Rebuſpubl. ac civitatibus peſtifera ſunt. Etſi verò tyrannis alitur mutuis civium inter ipſos accuſationibus, ac maximè potentiorum caſibus, & proſcriptionibus ſuſtentatur; tamen concordia civium, & conſpirantibus omnium animis labefactatur. Quamobrem tyranni cum multa metuunt, tum illud maximè, ne cives arma capiant, & modis omnibus, quaſi feras beſtias, quæ non, niſi detractis unguibus ac dentibus quieſcunt, exarmare conantur.

III. *Num omnes Rerumpubl. formæ ſeditionibus obnoxiæ ſunt?*

CEu factio non eſt tantum aliquot civium, ſed multorum, qui univerſitatem conturbare poſſint; ita ſanè omni civitatum generi bella civilia ſunt metuenda: aſt popularibus & optimatum imperiis maximè exitioſa fuerunt. Nam unius imperio & dominatu diſcordiæ civiles ſedari poſſunt: verum in Democratia & Ariſtocratia, nemo futurus eſt, qui univerſis imperare valeat; niſi maxima pars civium à factione remota ſimulque coacta ſeditioſos ac rebellantes parere cogat.

IV. *Quo*

Digitized by Google

IV. *Quomodo in ſeditionibus Imperatori vigilandum?*

QVod ſi factio principem aut Rempubl. opprimere tentabit, minimè dubitandum eſt, An princeps ſe adverſarium ac hoſtem ferre debeat ſeditioſorum: Sed tamen hac cautione habet opus, quomodo ſe ritè providum gerat, quùm danda ſit ipſi opera, ut non tam ſeditiones tollere, quàm præoccupare ſtudeat. Nam ſeditio ſemel accenſa, quaſi ſcintilla impetu populari repente agitatur, ac totam urbem prius inflammare ſolet, quàm reſtingui poſſit. Ideoq; principiis ita obſtabit, ut præoccupatione obliqua conjuratio diſſimuletur. Optimum enim remedium eſt inſidiarum, ſi non intelligantur quaſi, & tamen avertantur callidè per inventum tale quod fundamenta conſpirationis ſubvertat, ut ita quaſi ſuffocatione reſtinguantur: Ac inprimis videbit, ut præſides ſibi amicos faciat, aut in reconciliationem pertrahat, ut conjurati ita ſuis careant manuductionibus; & diſcordes fiant. Caveat tamen quoque interim, ne alterum odio, alterum gratia proſequatur; aliàs in Scyllam incidet dum Charibdim vitare laboret.

V. *Quod ſi autem conjuratio ſit facto reprimenda, quid tum agendum?*

NOn otioſum ſe ſpectatorem præbebit; aliàs non modò audaciſſimos, ſed etiam ignaviſſimos quoſque ad ſe opprimendum invitabit. Si parva manus eſt conjuratorũ, patietur magiſtratus lege agere, ac ſuppliciorum acerbitatẽ ſua lenitate moderabitur; eoq; citius, quo pauciores comprehenſi fuerint, ut tum boni cives in officio retineãtur, tùm improbi ab incepto deterreantur. Nec tamẽ nimis curioſè & anxiè de conjuratis omnibus inquirendum erit, ne tormento-

mentorum vis arcana extorqueat, quæ ignorari, quam ſciri præſtabilius eſt.

VI. *An Monomachia & Duellum perferendum?*

POpuli Aquilonares, & maximè ii, qui de generis nobilitate gloriabantur, putabant dignitatem violari ſuam, nî ſatis fieret ei, qui juratus injuriam accepiſſe affirmabat. Vitam quidem ac fortunas ſubditorum in arbitrio ac poteſtate tyrannorum eſſe confitentur; dignitatem & nominis exiſtimationem negant. Hinc ſingularia certamina duellis decreverunt, de quibus plenæ ſunt leges Longobardorum, Saliorum, Anglorum, *Norman. &c. c. Monomach.* 2. *q.* 5. Verùm quùm mera hæc ſit barbaries, graveſque controverſiæ, vulnera, cædes ad omnes ordines civium permanarint, meritò à Ludovico II. Gall. Rege, & Henrico II. ſublâta ſunt duella ſub pœna capitis. Conſilii loco quod heîc ſuggeritur, quùm non ſit Chriſtianum, ei opponimus id, quod mala non ſint facienda, ut inde eveniant bona. Et malus mos ſemper abrogandus eſt.

VII. *Si vero ſeditio prius coorta ſit, quàm proſpiceretur, quid tunc agendum?*

SApientiſſimos ac ſumma virtute præſtantes viros, qui populi motus ſumma lenitate ac prudentia regere poſſint, adhibere oportebit. Nam qui armis ſubditos coërcere conantur, niſi apibus ac potentia prævaleant Rempubl. in ſummum diſcrimen adducent, quùm plebs impotentia animi victoriam aſſecuta victis parcere neſciat, præterquam, quod magnum ſui ipſius contemptum in animis non modò civium, ſed etiam hoſtium ac peregrinorum ſit ingeneraturus. Dandum igitur aliquid eſt plebi, ac ſiquidem ſeditio ab inopia rei frumentariæ proficiſcatur,

aut

Digitized by Google

aut ex alia victus carentia, aut corruptione monetæ. Platonis hoc eſt, quod medicis quoque adverſus pueros & ægrotos mentiri licitum ſit. Alioquin perniciosum eſt plebis impotentis libidini ſemper inſervire: & tamen pernitioſius apertè populum furentem oppugnare.

VIII. *Quod ſi autem vis armata ſeditioni ſit omninò adhibenda?*

QVis medicus tàm imperitus, qui ſectionibus & uſtionibus, ſi aliter morbos curare queat, utendum putet? Ita licet vim adhibere cogatur Princeps; tamen moderatis imperiis procedat, & cogitet membra eſſe ægrotantia, quæ curet. In eo genere tamen nonnulli domos ſuppoſitis facibus incenderunt, ut cives repente poſitis armis ad incendium reſtinguendum concurrerent.

IX. *Si Religionis cauſſa ſeditio oriatur, quid tunc agendum?*

HOc cordibus humanis inſcriptum hæret, ut quiſque eum diligere debeat, à quo illud habet, quod vivat & animam ſpiret, velut & hoc, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, id eſt, diligas proximum tuum ſicut temetipſum. Totius cardo ſalutis humanæ in hoc vertitur omnibus gentibus, ut Chriſtus ipſe dicat, *fac hoc, & vives, Luc.* 10,28. Quiſque igitur Conditori huic totius univerſi ita ſtrictè alligatus eſt, ut etiam ejus rei teſtimonium ſecum geſtet in Corde, quod centri inſtar ſe habent in tali ſcientia, unde correſpondentia fiat cum Deo, & hæc Conſcientia cuivis dictitat, ab ejus voluntate dilectionis non eſſe deviandum. Sicuti quoque in infantibus noſtris hoc deprehendimus, quod amore erga Parentes ſuos exſtimulentur. Chriſtianis autem præ

cunctis

cunctis gentibus hoc privilegium à Patre luminum conceſſum eſt,ut Verbum iis ex cœlis per Chriſtum illapſum beneficio Spiritus Dei ſit revelatum. Hoc tenendum & ſervandũ eſt ſingulis in imitatione pia & ſancta Chriſti. Sic mandat ipſe Pater Iehova cœlitus *Matt.* 17,5. ſic jubet Chriſtus ſe ſequi, *Matt.* 4,19. *Luc.* 5,10,11. & 18,22. *Matt.* 10,38. Nec agnoſcit ullam dilectionem in homine,niſi qui ipſius (non alterius) teneat præcepta & ea ſervet. *Ioh.* 14,21. addens hoc: ſi diligitis me,præcepta mea ſervate. *ib.* 15. & v. 23. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, ac ad eũ veniemus, & apud eum habitabimus. Verba adeò ſunt manifeſtè clara, ut nullius ampliùs indigeamus interpretatione, niſi ſtudio velimus aut cœcutire aut inſanire, & omnes etiam externos ejurare ſenſus, ut Chriſtianorum nil aliud ſit proprium,quàm eum ſequi in amore Dei & proximi dilectione. Velut etiam ſeveriſſimè mandat *Ioh.* 15,12. ut unica ſit hæc verè nota,qua dignoſcimur à mundo *Ioh.* 13,11. Hinc quoq; ipſe eſt illa via & veritas, & vita, per quam pervenitur ad Patrem. *Ioh.* 14. v. 6.

In ipſo Chriſto nobis eſt ambulandum, in ejus veritate nobis incedendum, & in ejus vita nobis eſt vivendum. Sic veræ & æternæ lucis naturã ritè induimus. An non hæc ſatis clara eſt Religio, ſi ita Chriſti lucẽ, viam, veritatẽ & vitam appellare velimus? Ego, ait Chriſt⁹, ſum illa lux mũdi; qui ſequitur me, nõ ambulabit in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ, *Ioh.* 8.12.

Hujus legis ſempiterna eſt natura,quæ nunquam in æternum poteſt vel in minutiſſimo mutari, velut ipſe æternus & ab æterno eſt, qui locutus eſt, & mandavit talia. Quid igitur ab impietate propius abeſt, ait Bodinus rectè, quàm leges divinas, quarum ſempiterna ſit natura, & quæ omnium

nium animis ac mentibus aſſenſione certiſſima hærere debeant, probabilibus argumentis in dubium revocare? An non quis ipſe ſibi heîc ſeductor eſt, qui Chriſtum nolit audire, nec Deum Patrem, nec Spiritum Sanctum veritatis informatorem & Ducem? *Iohan.* 16, 13. Iam quiſque judicet Chriſtianus in corde ſuo, cuinam potius debeat obedientiam, an ſuæ à Deo prolapſæ & averſæ rationi, an potius ori & juſſui Chriſti ac Spiritus ejus? Alias enim nihil tàm firmum & ſtabile eſt, ait Bodin. (niſi demonſtratione clariſſima minimeque dubia nitatur, uti heîc fit) quod argumentorum vi ſubverti non poſſit. At num Chriſti verba non ſatis ſint demonſtrationis apertæ? An ipſum mandatum Iehovæ Cœlitus datum non certæ concluſionis loco ſit? Num verbum Dei eſt æternum, an mutabilis ejus Veritas? *Pſalm.* 119, 89, 160. *Ioh.* 6, 68. *Syr.* 17, 10, *&* 45, 8. *&* 1 *Pet.* 1, 25. An non potius omnis homo mendax? *Pſalm.* 116, 11. *Eſa.* 9, 17. *Rom.* 3, 4. An non mendax eſt, qui negat Chriſtum? 1 *Ioh.* 2, 22. Imò revelatio Verbi Cœleſtis, graviora reddit eorum peccata, quibus patefactum eſt. *Matth.* 11, 22. *Luc.* 10, 13. *Ioh.* 9, 41. Præſertim quùm Chriſtus Verbum ſuum tot miraculis confirmarit, ut ejus certitudinem oculariter demonſtraret etiam ſenſibus & tactu palpandum. *Matth.* 11, 5, 6.

Quis igitur in eo, quod ipſam æternitatis radicem in ſe conſervat immobilem, auſit quid vel minutiſſimum mutare, aut ei aliquid addere, aut demere in interpretatione ſua, aut mandatis coactionibuſvè ſuis? *Deut.* 4, 2, *&* 12, 30. *Pſal.* 18, 7. *Prov.* 30, 5, 6. An non univerſa S. Scriptura hac comminatione graviſſima concluditur, quod nil ei ſit adjiciendum, aut auferendum, ſub pœna deletionis è libro vitæ, & excluſionis ex urbe Sancta? *Apocal.* 22, 18, 19. Quid igitur ſibi

ſibi vendicant Sectæ aut Sectarii, & hæreſeωn confictores tot? Quamnam heîc poteſtatem ſibi adſumunt? *Chriſtus ait*, Mihi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. *Matth.* 28, 18. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, &c. *Matth.* 11, 27. Et quamvis ipſi omnia ſint tradita, omnemque habeat poteſtatem; tamen in tantum abeſt ab omni coactione, ut etiam omnes & ſingulos ad ſe alliciat mortales; clamans: Venite ad me omnes: Attollite jugum meum in vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & ſubmiſſus ex corde: Sic invenietis requiem in animabus veſtris. *Matt.* 11, 28, 29. Quis non ſibi animæ & cordis requiem adoptet? Ideoque ad hunc nobis cunctis ea ratione veniendum & accedendum eſt, qua nos invitat tàm blandiſſimè. Cuique ſuam voluntatem liberam linquit, non cogit vi aut armis quenpiam; ſed alliciendo & monendo, ait, Venite ad me omnes. Nec eſt, quod quis effugium heîc quærere poſſit, vel auſit. Quippe addit: Iugum enim meum facilè eſt, & onus meum leve. Vt proinde nulla coactione opus ſit, multò minus vi armata, velut & ipſe hoc prohibet perquam ſeverè. *Matth.* 13, 28, 29, 30. quùm evulſionis modum in colligendo Zizania nemo mortalium intelligat; Sed hoc proprium officium & munus ſit Angelorum, ut illi hoc præſtent in ultimo die, quum ipſe ſuos ſit miſſurus Angelos ad exequendum. *Ibid. v.* 42, 43.

Mortalium autem munus omne in Chriſtianiſmo, merum eſt ſacerdotale. 1 *Petr.* 2, 5, 9, merum docibile. *Matth.* 28, 19, 20. merum adhortabile, & merum ædificabile. 1 *Theſſ.* 5, 11, 14. *Luc.* 22, 23. Si quid ulterius ſit, nemo mortalium habet in commiſſione; quod adeò abſciſſum cuivis eſt ſingulari præcepto, ut etiam ne judicium quidem de quopiam ſibi quis ſumere debeat, ſub pœna gravioris Iudicii.

Matth.

Matth. 7, 1, 2. quùm omnes ita ſint feſtucæ judicatores præcipites, & naſutuli. Ipſe Chriſtus nec quempiam judicare cupit *Iohan.* 8, 15, 16. quùm ipſi tamen unicè judicium competat, in vivos & mortuos. *Iohan.* 16, 11.

Quùm rerum divinarum diſciplina igitur (ut loqui ſolent) in tam manifeſtis demonſtrationibus ac perſpicuis rationibus ipſa luce meridiana clarioribus verſetur, ut adſenſio debita ipſis denegari prorſus nequeat; quid agunt illi, qui ſupra cœlos & potentiam Chriſti in cogendis conſcientiis & animæ ipſius ſe imperio ſuo elevant? Quali pœnæ ſe ſubjiciunt? Tum qui heîc uſitatis ſuis perſecutionibus tyrannicis quid conſequi ſe poſſe putant, non modo illi cum ratione inſaniunt; ſed ipſius religionis fundamenta labefactant.

Extat Lycurgi lex antiquiſſima, apud *Plutarch. in Lyc.* Ne ſcilicet de legibus ſemel receptis ac probatis diſſerere liceret. Intellexit vir ſapientiſſimus, leges diſputatas in dubium vocari: dubitationem verò injuſtitiæ opinionem afferre, ex quo legum ac Magiſtratuum contemptum, & Reipubl. interitum ſequi, neceſſe eſt. Quod ſi Philoſophi & Mathematici ſuarum diſciplinarum principia in dubitationem revocari non patiuntur, quæ dementia eſt, de religione vera non modo privatim, ſed etiam publicè diſputare velle? Quæ ignominia & injuria dirior & pejor Iehovæ & Chriſto noſtro poteſt infligi, quam ſi ejus verbum & mandatum, cui obſecundationem ſtrictiſſimè indubitatam debes, in dubium vocare, aut ei quid addere & juxta illud coactiones intentare in proximum tuũ velis, quùm præ illo potentiâ prævaleas? Si neſcis, audi Moſen, quales maledictiones adjecerit Verbi Dei corruptoribus. *Deut.* 28, 29, & 30.

Certè quidem Moyſes, quùm omnia, quę à Iehova didi-

didicerat, & expreſſerat, accuratiſſimè deſcripſiſſet, ac populo expoſuiſſet, uno capite legis, populo adhuc in deſerta ſolitudine vaganti, juſſit Sacerdotes ac Levitas legem divinam clara voce ac diſertè legere, idque adſiduè, ut omni ætati ac ſexui perſpicua & cognita eſſet. Altero capite legibus divinis quidquam addi detrahivè planè prohibuit.

Quid igitur de gloſſatoribus ſtatuendum erit, qui vitæ Chriſtianæ actiones in articulatas conjecerunt loquendi formulas diſputabiles? Imò & ethniciſmi execrabilis phraſibus ac terminis conſpurcatum, aut juxta ſuas opiniones exornatum reddiderunt? Vita Chriſtiana in imitando & ſequendo Chriſtum, ſuique abnegatione aut mortificatione conſiſtit, non in ſophiſticationibus ratiocinativis & habitualiſticis. Chriſtus ait: Si quis vult ponè me venire, abdicet ſemetipſum, & attollat crucem ſuam, ac ſequatur me. Quiſquis enim animam voluerit ſuam ſervare, perdet eam: (ſi Chriſtum non ſequatur, & ſe ſibi non abneget.) Quiſquis autem perdiderit animam ſuam mea cauſſa, inveniet eam. Quid enim prodeſt cuipiam, ſi totum mundum lucratus fuerit, anima verò ejus mulctetur? Aut quam dabit quiſpiam compenſationem animæ ſuæ? Futurum eſt enim, ut Filius hominis veniat cum gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis; & tunc reddet unicuiq; ſecundum ipſius facta. *Matth.* 16, 24, 25, 26, 27.

Ecce, ô mortales, heic Chriſtus non diſputationis mentionem facit, qua forma quis diſputaverit ſpeculationes ſuas, & quibus articulis ſectam ſuam conceperit, ut inde ſit judicii ſui ſententiam ſumpturus; Sed omnes homines & ſingulos ita judicaturus eſt, ut unicuiq; omnium ſit ſecundum facta ſua recompenſationem redditurus. Væ igitur illis, qui non fideliter in veſtigiis Chriſti ambularunt, nec in ejus

vinea

vinea ſuas operas in ſanctitate Fidei & nova creatura cordis erga Deum ac proximum juxta dilectionis præceptum perfecerant; ſed potius à reali pietate & probitate vitæ homines ad opinabiles diſputationes ſpeculationum inanium, à ſcopo actionum vero ad habituales logomachias ſeduxerunt. Quid curat Chriſtus noſtrum ſcire, qui cordis integritatem in ſui imitatione ſancta requirit? Hoc enim faciendum erat, quod in Verbi ſui præceptis mandarat. Filiorum eſt fidelium, Parentum juſſa capeſſere & cum reverentia exequi. Parentis eſt jubere, & liberorum juſſui obedientiam præſtare debitam. Multa mandat parens fidus, an propterea filius id diſputet Parenti, ſi quid ſit, quod ejus captum exuperet?

Quid prodeſſet mandatum Parenti, ſi filius ſaltem in diſputatione id adſervaret ſibi & ſpeculatione ſua; nunquam autem in effectum deduceret? Qua fronte perverſitatem filii adſpiceret Parens? Indulgere quidem valet pœnitentiam filio, ſed non impune illi relinquit tantum protervitatis facinus. Nihilominus Chriſtus neminem cogit; nec ipſos Pharisæos imperio aliquo & vi fortiori ad credendum ſibi protrudere voluit; ſed miraculis dicta & monita confirmavit ſua, liberum interim relinquens illis & cuique, qui credere ejus Verbo vellet & officio; quum credenti vere omnia ſint poſſibilia, etiam ut miracula edat. *Matth.* 17, 20. *Luc.* 17, 6.

Quapropter nemo ad fidem cogendus venit, neque ad articulos diſputabiliter pro opinione humana confictos, quum ſemper quid mundani ſecum afferant, & propriæ gloriæ aut potentiæ Deum ſecum incluſum foveant. Spiritus ubi vult ſpirat, ait Chriſtus ipſe *Iohan.* 3. Ejus eſt plena libertas: operatio autem ejus occluditur, ſi humanis captivetur ratiociniis. Imitari Chriſtum unicuique liberum eſſe debet, uti in po-

in populo eo videre eſt,qui undique ad Chriſtum catervatim confluebat, etiamſi id cohibere tentarent toties Phariſæi, donec tandem in Chriſtum Conſilia crudelitatis ſuæ dirigerent, quod eſſet propter ſeductiones,quos ſecum falſa opinione ſua conceperant, è medio tollendus pro populo.

Ita hoc errore malitioſo omnes falſi laborant doctores,ut veriſſimum erroris & impietatis ſignum ſit, & certiſſima nota crudelitatis tyrannicæ, ſi quis alium ob articulatam ſuam Cenſuram perſequi ſtudeat. Hinc ille communis diverſarum Sectarum clamor, ſub ea ſpecie latet; qua quæque Chriſtum jactitat; Ecce heic eſt Chriſtus,aut heic: Ecce eſt in deſerto; eſt in conclavibus: Sed tamen PſeudoChriſtis ipſe Chriſtus id vocis adſcribit. *Matth.*24,12,23, 24,25. *Marc.*13. *Luc.*21.

Quoties hoc fiat, jubet Chriſtus, dicens: ne credite; ne egredimini, ne credite. Ecce prædixi vobis. *Matth.*24,25,26. Si igitur contra Chriſti mandatum quis potentior jubeat id credere, quod ſibi ita conſtituit pro norma veritatis in religione, ac nolit populus credere,aut ad conclave tale egredi; atque inde tumultus exurgat; omninò Magiſtratus heîc ſua contrahet vela,& cogitabit, quod Principem oporteat vera Religione uti, juxta eum modum,quem in ſupradictis nobis Chriſtus præſcripſit; ne temeritate ſua tyrannidis ſpeciem committat; Cuivis mortalium enim patet via ſalutis, & quiſque ſanus animæ ſanitatem ſuæ expetit.

Quum Thomas ex proæreſi credere nollet toti conventui Diſcipulorum, Chriſtus ſummam ipſi adjicit miſericordiam, in manifeſtatione ſui, amicabiliter ipſum intuendo alloquens, Ne eſto incredulus, ſed credens. Non certè cœlitus immiſit ignem, uti id Apoſtoli ipſi expetierant antea, ut conſumeret

incre-

incredulos. *Luc.* 9, 54. Sed blandiſſimis compellationibus demulcet ſuum incredulum; Concluſionem hanc ſanctam adjiciens: Beati qui non viderunt, & crediderunt, *Ioh.* 20, 29. & ſequelam expetit, hoc in ultimo valedictionis mandato bis repetens ad Petrum: *Sequere me. Ioh.* 21, 19, 22.

Quamvis heîc Bodini noſtri optima ſententia non ſit magnopere improbanda, qua ſeveriſſimis legibus cavendum eſſe vult, ne res omnium ſacratiſſima puerîlibus ac ſophiſticis concertationibus, ac potiſſimum iis, quæ publicè fiunt, vileſcat, probabilibuſque argumentis in dubium revocata, ex animis auditorum, ac diſputantium tandem eripiatur; quod certè planè impio fit modo; tamen hoc non ſufficit: ſed potius illud eſt agendum, ut probitas vitæ ubique exerceatur in reverentia debita & amore ardenti erga Deum, & dilectione proximi; ac ut nulla admittatur converſatio, ubi non fiat oblectatio in Verbo Dei *Pſal.* 1, 2. Vtinam quoque in ſcholis & privatis & publicis univerſalibuſque nihil niſi Chriſtus & Spiritus Dei in ſuo audiatur Verbo. Sic facile aperiret Chriſtus mentem cunctis, ut intelligerent Scripturas. *Luc.* 24, 45. Sic nec audiendi forent, qui ſubtilioribus tenebrarum rationibus omnia ſe perſuadere poſſe putant. Quoniam ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit, ut eleganter reſpondit Papinianus. *l. & ſi quis ff. de religioſis.* Iuventus enim ſi rectè in pietate ad ductum unicum Verbi Dei exerceatur à teneris, minus mali ſuccreſcet in terris, & expirabit tandem mixtura Ethniciſmi perniciosa cum Chriſtianiſmo, unde jam, *proh dolor!* tot Ethnici Chriſtiani in carnali ſua nequitia vigent, ac Charitas ignem ſuum omnem amiſit amoris, merique paſſim Pſeudoprophetæ florent. *Matth.* 24, 11, 12.

Hæc olim mea fuit ſententia, quùm tam acre mihi ſuſtinendum eſſet certamen cum habitualiſtis Ethnicis & Pſeudophiloſophis: nec adhuc video, quomodo aliter à nobis Ira Iehovæ ſit avertenda. Sanctiores viri immenſæ calamitatis prodromum illam concertationem putarunt, quùm adeò obſtinatè conſpirarent ſapientes hujus mundi in meam necem, & pietatis ſtudio ſacratiori tam pertinaciter ſeſe opponere non deſiſterent; imò & execrandas evomerent blaſphemias in Spiritum Dei. Illum tunc ſui honoris provocarunt vindicem, qui nunc adhuc tamen pœnitentiam ſingulis annunciari ſinit, concitatque paſſim, qui ſapientes in ſapientia ſua ſtulta convincant. Si nolint, Iehova adhuc Ius dicit, & pro tribunali ſedet. Si non convertatur improbus, gladium ſuum acuet, arcum ſuum adduxit, & ſagittam aptavit ei: Denique in eum aptavit arma lethifera: ſagittas ſuas in fervidos occupaturus eſt. *Pſalm.* 7. 9, 13, 14. Quid vero heic nunc aliud ulterius deplorem? Quid remedii loco cunctis aberrantibus ſuggeram aliud, quàm quod *Theod. Phil. Teut. in lib. de* 3. *vita cap.* 7. non ſine ingenti gemitu lacrimando depromit? inquiens:

O miſere involuta tot perplexitatibus anima in Babylonia, quid agis? Ah quæſo, deſiſte ab iſtis omnivariis opinionibus, quocunque ſaltem nomine in hoc veſtiantur mundo. Cuncta hæc nil niſi rationis concertationem continent. Vnumquodque ſit licet ſplendore quovis altiſſimo illuſtratum, tale tibi relinquendum eſt, atque in temetipſum te concedere oportet, & peccata tua, quibus quiſque ſibi captivus hæret, ibi convaſare, inque meram miſericordiam Iehovæ conjicere, ad Iehovam confugere, atque illi culpas deprecari

graviſ-

graviſſimas te decet. Certè omnes ſenſus cordis, cum ratione cœca & tenebris involuta, cum quibusvis obviis impedimentis, in eum traducere tenêris, tam confidenter, ut nolis ab eo ſecedere, niſi tibi benedixerit: uti Iacob per totam noctem luctatus eſt cum Deo, uſque ad auroram. *Geneſ.* 32, 24. Etiamſi cor tuum ſe tibi abneget in conſcientia, quaſi Iehova nullam curam tui gerat; tamen curam tuam omnem in illum conjicias; tecumque cogites; *Ille mihi amori ſolus eſt: non te dimittam, ô Iehova mi, donec efferar uſque ad ſepulchrum. Mea voluntas, tua ſit: Quodcunque tu velis, ego non nolim: Etiamſi mille diaboli te circumſtent, dicentes: Expecta parumper; jam hoc ſatis eſt; Reſpondeas his tecum: per totum hoc nego. Etenim omnes cogitationes meæ cum voluntate mea extra Deum nuſpiam circumvagabuntur: Ipſius amor longè exuperat peccata mea. Quod ſi, vos diaboli, corpus hoc mortale veſtro carceri incluſum teneatis; Ego è contra in anima mea Salvatorem & regeneratorem Chriſtum incluſum foveo, & mecum circumgeſto.*

Hæc ita, mi Chriſtiane, tecum tentes, mirabilia certè experiêre. Mox tibi aderit, qui in tali luctа tibi adſiſtentem ſe præbeat. Ille adjutor tibi erit in quavis tentatione, concertatione, & vires precationis ſufficientes tibi largietur. Ac licet non multa huc effundere verba queas, nil juvat; etiamſi vix ſuſpirando illud verbũ publicani concipias tecum; Ah Iehova, miſerere mei. Sufficit, modo voluntas tua cum omnibus cogitationibus in Deum directa ſit ita, quod nolis ab eo dimoveri, quamvis corpus cum anima diſſilirent. Hoc ſanè modo Iehovam tibi retines, atque perrumpis mortem, in-

Bb 2 fernum,

fernum, cœlumque ipſum expugnas, & templum Chriſti Iheſu intras, contra omne impedimentum & robur Satanæ. *Hactenus ille.*

Optimum certè remedium, hiſce temporibus quoque & cuivis ſummè neceſſarium: Alias certè hoc exemplum cunctis & ſingulis ante oculos ſit.

Adſpicite, *ait idem Theoſoph. cap. 8. d. lib.* adſpicite Sodomam & Gomorrham, quum eorum peccata in immenſum excreſcerent; & diabolus ibi habitationem ſibi conſtituerat, imperiumque ibidem ſibi fundare firmum decreverat; Iehova voluntati ejus id concedebat, ut Princeps ille hujus mundi quinque hæc regna igne & ſulphure obrueret, in quibus diabolus incolam agere fortem conſtituerat ſecum. Verùm uti Diabolus ibi Dominium ſibi arrogabat omne, ut domicilium fixum ibidem teneret; ita Iehova ei ſuperbiam omnem confringere cogitabat; proindeque aquis eos locos replebat continuò, ut ejus faſtus penitus opprimeretur. Exempli loco hoc nobis ſit, quàm accuratum patrocinium Iehova ſuorum ſuſceperit filiorum, qui unicè ab eo dependere cupiunt. Namque quum eum furorem cerneret Satanæ, continuò educebat Lothum. Tum quoque ſecundò hoc cuique exemplo ſit ingenti, quod, quum Iehovæ ira incenſa ſit, ipſe prius notum faciat id ſuis filiis, & fugere eos jubeat: Vti etiam id à principio mundi ſemper præſtitit.

Quippe Prophetæ nil aliud erant, quàm ut indicarent hominibus iram Dei, & filios Dei juberent fugam capeſſere: Veluti id in populo Iudaico & Ieroſolyma videre eſt; quod etiam à principio mundi ita factum eſt. Quapropter nemo ſemetipſum

metipſum cœcitati dedat; ſed potius hoc ſecum penſitet intimè, quid indicationes & manifeſtationes tales ſibi velint; quæ jam quoque mundo huic nefario in oculis ſunt. Non fruſtra hoc indicatur. Etenim tempus interitus Draconis cum meretrice appropinquat. Babel præcipitabitur, ruina ejus adeſt uſque ad infernum. Qui verò jam nolit fugam capeſſere, ſaltem adhortationis loco hoc arripiat. Qui characterem illius ſecum ad lucem allaturus eſt, is in ingentem ignominiam & damnum auferet iſtud: quod ita atteſtando loquimur, uti debemus. Aurora jam exoritur; Sol mox juſtitiæ apparebit. Ne quis hoc fabulæ loco habeat, precor. Decretum & agnitum eſt in Ternario ſancto.

Agnoſcite & perpendite Scripturam in Apocalypſi, quam Sophiſtæ ex Bibliis exterminare libenter expeterent: Verùm ejus intellectus mox evireſcet, tunc mercatores beſtiæ & meretricis ignominiæ erunt cunctis, nec quiſquam eorum emet mercimonia. Meretrix illa nullum confringit gladium; ſed proprium os eam ſuffocabit: quoniam nil niſi calumnias & mendacia eo continet, quamvis inſtar Dei ſplendore ſe veſtire geſtiat. Ideoque hoc vobis edicimus, quiſque ſuarum rerum ſollicitus ſit curator. Extollite veſtra capita, uti Chriſtus ait, *Matth.* 24. *Marc.* 13. *Luc.* 21. quia tempus liberationis inſtat. Vos aqua baptizati eſtis; at qui Spiritu ſancto baptizaturus eſt, & igne iræ ſuæ, jam modò in via eſt: Quiſque non modo cœcutiat ſibi &c.

Digitized by Google

X. *An competit Magiſtratui quenquam ad Religionem cogere?*

BOno & pio Magiſtratui non competere, ex antecedenti & 4. cap. 3. quæſtione ſuperiore jam clarum eſt; ſed tyrannorum ſolummodo veſtigium inde effulget, qui ſemper plus potentiæ ſibi adſcribunt, quàm illis à Deo conceſſum eſt, quùm Dei loco velint honorari, & ſuos opinionis idololatricæ Deaſtros ſemper adorari, uti in Nabuchdonoſare ac Nerone videre eſt: non id cogitantes quod totus mundus Iehovæ ſit, & ille ſuos ubique foveat ſanctos, ut ait David. Ille cœlum & terram inclamat, ut Ius populo ſuo dicat: Colligite mihi ſanctos meos, quibus fœdus potiori curæ eſt præ ſacrificio. Cœli quoque juſtitiam ejus indicabunt; quippe ille ſummus eſt Iudex. *Pſalm*. 50, 5. 6, 7. Tu enim Iehova es excelſus ſupra omnem terram: valdè elatus es ſupra Deos. Amantes Iehovæ, odio habete malum: Ille ſervat animas ſuorum, quos benignitate proſequitur: è manu improborum eripit eos. Lux ſata eſt juſto, & rectis animo lætitia. Lætamini Iuſti in Iehova, & celebrate memoriam ſanctitatis ejus. *Pſalm*. 97, 10, 11, 12. Iam ego in rei veritate hoc experior, exclamat D. Petrus, *Act*. 10, 34. inter omnes gentes, quod Deus non perſonam reſpiciat, ſed qui Deum timet, & juſta faciat, is illi acceptus eſt.

An non igitur periculoſiſſimum ſit, imperium in conſcientias religionis cauſſa adſcribere tibi? imò planè abſurdum, & humanæ potentiæ impoſſibile. Quid faciat caro mihi, ait David; Quid faciat homo mihi? *Pſalm*. 56, 5, 12. In Deo confido, non timebo. In Deo laudabo Verbum ejus: in Deo confidam; non timebo. Quid non diſſidii

ſidii erat inter ipſas gentes ob Deorum culturam? Nonne quælibet regio, provincia, civitas, ſuos ſibi peculiares ſeligebant & colebant Deaſtros? Magna eſt Diana; magna eſt, clamabant alta voce Epheſii, *Actor.* 19, 28. Ita variis formis eludit Diabolus mortales; quamvis ſit idem in nequitia ſua; tamen colorem & larvam ſaltem mutat diverſitate cultuum, & ceremoniarum, quo nomine idem Antichriſtum agit perfidiſſimus. Pantheon autem ferre non poterant ethnici, unde & Socrates damnatus, quod Deum unum ſtatueret. Ac licet Romani admodum ſuis Diis eſſent devotiſſimè addicti, ut peregrinas Religiones non admitterent, uti in Vejenti bello datum eſt Aedilibus negotium, ne qui, niſi Romani dii, non quo alio more, quàm patrio colerentur. Nihilominus ſuo quemque ritu & religione intra urbem frui patiebantur, ut etiam ſacra Iſidis & Aeſculapii in urbem reciperent, ac Pantheon diis omnibus conſecrari concederent. Alias innumerabilis religionum multitudo paſſim extitit, aliis aliorum ritus execrantibus, unde Rerumpubl. variæ converſiones extiterunt. At Theodoricus, quùm cerneret, conſcientiis imperari ita non poſſe, Religionis cauſſa cruciari paſſus eſt neminem. Ideò ad Senat. Rom. optimè ſcripſit: Religionem imperare non poſſumus: quia nemo cogitur, ut credat invitus. *Caſsiod.*

XI. *An vero non peregrini ritus religionis arcendi ſunt à Civitate?*

NOn eſt niſi una vera Religio, quæ in Chriſto Iheſu conſiſtit unicè, cæteræ omnes falſæ. In eo Regnum Dei poſſidemus, ſi ejus ſimus imitatores fideles; unde & filii ejuſdem Patris Jehovæ efficimur;

ficimur; imò & cohæredes Chriſti, ſi ejus voluntatem in vivida obedientia ingrediamur. *Matth.* 5. 9, 45. *Iohan.* 1, 12. & 13, 33. & 15, 14, 15. *Roman.* 8, 7. & 1. *Iohan.* 3, 9. Hic mos, hic ritus unicè obſervãdus eſt cunctis, ut maneamus in Charitate ejus; & ſic in eo manemus, ſi juxta mandatum ejus nos invicem amemus, ſicut ille dilexit nos *Ioh.* 15, 3, 12. In hoc omnes rituum virtutes abſolvuntur.

Si tamen eadem, *ait Bodinus*, religio populorum finitimorum ac multorum civium opinione probatur, non modo ſuppliciis vindicari non debet, nec poteſt Iure; ſed etiam providendum, quoad ejus fieri poterit, ut ſi publicè citra ſeditionem non liceat, Sacra tamen privata facere nemo prohibeatur. Alioqui futurum eſt, ut qui alienis ſacrificiis intereſſe nefas ducunt, & ſuis carere coguntur, omnem omnino religionis opinionem exuant, ac ſublato Divini Numinis metu, nec legibus humanis ullum nec virtuti locum relinquant; ſed omnia in omnes licere ſibi putent. Et quid vetat ſanctiſſimorum Prophetarum veſtigiis inſiſtere? Quorum alter Baruch popularibus ſuis, in ſervitutem Chaldæorum adductis, ut quùm ante idola procumbere cogerentur; Deum tamen Iehovam mente colerent. Alter Eliſæus Naami Syriæ Regis domeſtici pura religione initiati excuſationem accepit: Siquidem Regi ſacrificanti peregrino Deo adeſſet, quippe mentem puram ab impietate ſervaret. Fallunt enim, qui humanis imperiis ac ll. Reſpublicas non ultionis divinæ metu contineri arbitrantur. Duobus igitur propoſitis incommodis, ſuperſtitione ac atheiſmo, majus declinare oportet. Quando verò religione, verè Chriſtiana, publicè uti non licet, uti adhuc paſſim fermè exulat, dum Sectis pietas vera expoſita jacet; ac ne publicæ Religionis

ligionis contemptu ad impietatem cives, aut ad ſeditionem incitare videamur, publicis ſacrificiis adeſſe præſtat, dum tamen in unius Iehovæ & Trinitatis ſanctæ cultu mens & internus homo acquieſcat.

XII. *Quur plures Sectæ Rempublicam melius continent, duæ verò ſtatum evertunt?*

IN ipſis Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis Anti-Chriſtus ſtatim regnare incepit poſt Apoſtolorum tempora, uti *D. Ioh. in 1. Epiſt. 2, 18.* teſtatur. Itâ quiſque Anti-Chriſtum in corde fovet, quoties quis à Chriſti præceptis in vitæ probitate diſcedit. Hinc ſectarum multiplicitas tanta exorta eſt, ut juxta Tertulliani & Epiphanii relationem CXX circiter floruerint; quæ tamen omnes ſine bellis civilibus contineri potuêre. In cauſſa fuit ipſa diſcrepantium inter ſe opinionum varietas, quæ Magiſtratui minus dedit incommodi. Aſt è contra nihil periculoſius eſt, quam in duas ſententias ſcindi civitatem, ſive de legibus, ſive de Religionibus, ſive de aliis rebus cives inter ſe diſſideant. Quia unum uni per rerum naturam contrarium quidem eſſe poteſt; plura verò uni contraria fingi non poſſunt. Itaque cum plures inter ſe diſcrepant, medios quoſdam interjectos eſſe neceſſe eſt, inter duo extrema contraria.

XIII. *An lex Solonis de factionibus civilibus utilis eſt?*

HEic benè notandum factionis vocabulum. Etenim factio nil aliud eſt, quàm Græcis *ποίησις*, motus videlicet ejus, qui in opere aliquo eſt. Hinc factio ſignificabat diverſos ordines citra inimica ſtudia diſtinctos, ſingulos ſua facientes ad

Digitized by Google

unius operis complementum ; quaſi *συνεργίας*. Vnde & aliæ factiones dicebantur *αἱρέσεις*, ubi aliquid ex compoſito fiebat. Aliàs eſt factio quoque faciendi auctoritas, uti apud ICtos factio teſtamenti dicitur facultas teſtandi: At Feſtus ait, *Factio* & factioſus ab initio honeſta erant vocabula ; unde adhuc factiones hiſtrionum & quadrigariorum. *Non.* Factio dicitur malorum conſenſus & conſpiratio jam. *Gall. in Iugur.* Inter bonos amicitia, inter malos factio. *Tertullian. in Apol.* Quùm probi, quum boni congregantur, non eſt factio dicenda; ſed curia. Quod ſi igitur ea ratione accipias factionem, quid aliud inde ſit expectandum, quàm quod *Liv. lib.* 4. adſeverat: Factiones fuerunt, eruntque, ait, pluribus populis majori exitio, quàm bella, quàm fames, quàm morbi.

At legi Solonis facilè locus erit, ſi ad priorem ſignificationem referatur Factio. Namque jubebat Solon lege ſua nihil aliud, quàm ut in ſeceſſionibus civium, quiſque unam factionem ſibi ſeligeret, quam ſequi vellet. Quod Bodinus ita accipit, quaſi callidiſſimus quiſque civis in populari ſtatu, quàm longiſſimè poteſt, à civilibus armis ſe ſubducat, niſi ſpem certam de victoria certa conceperit: Sic ſeditioſi civiles diſcordias ciere metuent, quùm eadem, quæ aliis, imminere pericula putent. Boni verò & quieti, ſi factioſos ſequi neceſſe habeant, modis omnibus diſſidia civium proſpicere, eaque prohibere aut placare conabuntur. Nam bonorum virtus ac auctoritas plurimum valet ad inſanos & præcipites continendos.

XIV. *Quid verò de neutralitate ſtatuendum?*

HOc verum eſt, quod Chriſtus ipſe affirmat, quod nemo duobus dominis poſſit inſervire,

Matth.

Matth. 6. Non enim Deo & mundo ſimul vivere valemus. Vni tantum gloria nobiſcum ſua manet. Carni vivere mors eſt; quod autem ſapit Spiritus, vita & pax. *Roman.* 8, 6. & 7, 3. *Epheſ.* 2, 3. Ideoque hoc ſemper ſeligendum, quod bonum eſt. Ac David undique in Pſalmis ſuis bonos à malis, juſtos ab injuſtis, beneficos à pravis ita ſeparat, ut nolit cum iis habitare, *Pſalm.* 1, 1. & 101, 2, 3. Sic etiam Salom. Sex iſta odit Iehova, imo ſeptem ſunt abominationi ejus animæ. *Proverb.* 6, 16, 17, 18, 19. Et vulgare eſt illud, In bellis civilibus, in quibus qui neuter eſt, æquè ab omnibus deſeritur, & præda fit communis. Attamen ſi caſus ſit talis, ut non poſſit ſe extricare, quid tum faciendum? Regula eſt Chriſti. Si ovibus in medio luporum ſit degendum. Eſtote prudentes, ait, ut ſerpentes, & ſimplices, ut columbæ. *Matth.* 10, 16. Cavete ab hominibus: nimirum in eorum conſilium non conſentiendum, ut in conſeſſu eorum inveniamur, alias beatitudo noſtra expirabit, inquit David, *Pſalm.* 1, 1. Fit enim ſæpenumero, ait Bodinus noſter, ut qui apertè concordiam ſimulant, occulta diſſidia ſerant: quo Iehovæ nihil deteſtabilius. *Proverb.* 6, 19. niſi hoc agatur, ut ſceleratis ac flagitioſis inter ipſos bellum ſit ſempiternum. Vt enim rariſſimas virtutes, quæ mutuam inter ſe concordiam tuentur, plurima inter ſe diſſidentia circumſtant: Ita quoque bonorum raritatem obſidet improborum maxima multitudo, qui bonos momento perderent, niſi mutuis bellis peſtem & exitium ſibimetipſis inferrent. Quamobrem Deus ſæpiſſimè gloriatur, ſe ſuorum hoſtium ope ſuos hoſtes acerrimè ulturum.

XV. *Poſſuntne cautiones aliæ haberi in ſeditione Civium?*

IMò plurimæ, modo prudens Magiſtratus rectè tales diſpiciat pro temporis & loci ratione. Sic huc pertinet, ut commotis civibus nolæ & tintinnabula prohibeantur: arma ſeditioſis in tempore eripiantur: ut conventus prohibeantur: ne ſit ſcelerum impunitas: nec ſit oratorum nimia licentia: ſi quiſquam eorum auctoritate prævaleat, præmiis & honore aliquo avertatur, aut pœna coërceantur alii. Ah quàm ſæpe exaudita vox eſt horribilis concionatorum, qui Principes ac populos ad vim, ad cædem, ad arma civilia modis omnibus inflammarent. An etiam hodie paſſim in his turbulentis motibus fuerunt, qui etiam exteros advocare auſi ſunt? Nonnè libri extant de bello excitando conſcripti? Quid ſibi volunt confabricatæ 35 quæſtiones bellicæ? An non etiam Religionem bellicam nonnulli; alii armaturam Zebaothicam Eccleſiaſticæ defenſioni confingere ſunt auſi? O pudeat nos tantæ labis! Quid non perverſitas ſibi hæc ſæculi in Religione & Iure injuſtiſſimo ſomniat? Ita inſani inſaniores redduntur, & protruduntur uſque ad furorem rabioſiſſimum. Putidiſſimum eſt, quod etiam turpiſſimis ſuis affectibus precationes cœlum expugnantes adſcribere auſint, & fœdis illis ſcriptis non ſine abuſu maximo Verbi Dei inſerere. At quid proſit extenſio manuum ſanguinolentarum, & animi vindictam ſpirantes? Cui Satan doctor eſt, illius impia maneat vita, & abeat damnatus, & oratio illius illi ſit crimini, *ait David, Pſalm.* 109, 7. Senex & honorabilis eſt caput: Propheta verò docens falſitatem eſt cauda. Quod fuerint ductores populi hujus ſeductores, & qui ducuntur in eo, obtecti.

Idcir-

Idcirco de juvenibus ejus non lætabitur Dominus, & pupillorum ejus ac viduarum ejus non miſerebitur: quia totus eſt hypocrita & maleficus, & os omne loquitur flagitia: Omnibus his non avertetur ira Dei, ſed adhuc manus ejus erit extenta. *Eſa.* 9, 15, 16, 17. Væ decernentibus decreta iniqua, & ſcribentibus moleſtiam, quam illi præſcripſerint. Ad evertendum de cauſſa tenuium, & ad rapiendum Ius pauperum populi mei, ut ſint viduæ prædæ ipſis, & pupillos diripiant. Ait ipſe Iehova *Eſa.* 10, 1, 2. Cujus judicium firmum ac ſtabile, manetque in æternum incorruptum. Ideoque ob malitiam talem ſeductorum, & eoſdem ſequentium adhuc manus ejus extenta eſt. *Proh dolor!*

XVI. *Quiſnam verus Eccleſiæ & veræ Religionis eſt hoſtis inter mortales?*

VTi errorum pleni ſunt multi Theologi; ita quoque heîc admodum vehementes in ſuis inveniuntur opinionibus, quæ non ſine pervicacitate ſumma defendere ſæpius conantur. Vnde tam perverſa auditur paſſim condemnatio temeraria, ut ipſos nil pudoris capiat: ſic mutuos ſe inter ſe comminiſcuntur hæreticos damnabiles & execrabiles, ipſi non rarò execrabiliſſimi in ſuis perverſitatibus. Sic alii duplices faciunt hoſtes Eccleſiæ externos & internos. Externos volunt Iudæos & Mahumetiſtas: Internos, Ieſuitas & Anabaptiſtas. Itaque hinc etiam duplicem faciunt Eccleſiæ defenſionem, qua obligatus teneatur Magiſtratus, ut non tantum vis, fraudes & turbæ ab ea arceantur; ſed multò magis internis obviam eat hoſtibus, aliàs ſuum officium neglexiſſe eum clamant. Sic tubę ſeditionum clangunt; interim non reſpiciunt ad Chriſtum ignorantes ſemetipſos. Hoſtis enim Eccleſiæ propriè eſt Anti-Chriſtus 1 *Ioh.* 2, 18.

2,18, 22, 43, & 2 Ioh. 1,7. Chriſtus & Antichriſtus mutuò ſibi opponuntur contradictorie. At quis eſt ille Antichriſtus? Nonnè qui Chriſtum negat? ut ait Iohannes. Quis igitur non erit Antichriſtus? Etenim omnes, qui Spiritum mundi ſequuntur, non ſunt Chriſti, ſed filii mundi, qui vivunt in Carne & ſecundùm carnem ambulant, *ut ait D. Paul.* Quare omnes qui non vivunt in Regno Dei, qui non ſunt renati, ſed explere appetitum Diaboli cupiunt, in avaritia, in ſuperbia, in odio, in invidia, in mendaciis, in calumniis, & in quovis genere malitiarum, & in ira; Illi verè ſunt hoſtes Eccleſiæ, & Antichriſtum in Babylone ſua & amore meretricis Babylonicæ repræſentant; nec non hæreticorum ſunt anteſignani ipſi; quia illi Chriſtum denuò ſecum Cruci affigunt, & ſe ejus ſalvationi ſubducunt, patremque mendaciorum ſequuntur. *Ioh. 8.* Imò ipſe Chriſtus ſuos ſatis detegit hoſtes, *Matth. 12, 30.* quando dicit; Qui non eſt mecum, contra me eſt. Et qui non colligit mecum, diſpergit. Id eſt, qui non vivit in Chriſto & ſancto ejus imitamine, Antichriſtum ſe ſtatim ipſo prodit facto, quem quiſque tamen tàm ſtolidè cupit perſequi in aliis, ſe ipſum maximè convellens, & condemnans. Peſſimi omnium autem ſunt hoſtes, qui Chriſtum ſub ſpecie Chriſti perſequuntur & ſe in Angelos lucis transforment. *Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21, &c.* Hi enim peccatum in Spiritum Sanctum ſcienter committunt. *Matth. 12, 32, 33.*

I.

Humanum Officium divino inſitum ſit.

Paraphr. Pſalm. 15.

I. O Ihova, cuinam, quaſò, habitaculum
Obtinget adis ritè tua? Tui
Qui verticem Montis ſacratum
Incolet, ut Tibi amicus hæres?

II. Quem pura vitæ norma, dolo carens,
Delectat, æqui & propoſitum tenet,
Ac corde toto Veritati
Deſtinat omnia verba linguæ.

III. Nec dente mordax lædere quem cupit,
Nec proximo aſper perniciem ſuo
Excogitat, convicíiſque
Haud maculam meditatur ulli.

IV. Qui perfidorum nil facit uſpiam
Commercium; ſed ritè pios colit:
Cum proximo qui pacta pangit,
Frangere pollicitum nec optat.

V. Qui non egenos, ſpe vetiti lucri
Tumens, voraci fœnore deprimit;
Nec, prædat ut cauſſam innocentis,
Munera dorophagus capeſſit.

VI. Quicunque præſtat talia candidè,
Ihova ſecutus Iuſſa fideliter;
Illum quies felicitate
Perpetuâ meritò beabit.

I I.

Idem Pſalm. ex L. Ciuc.

I. O Sator rerum, quis amœna tecum
Aetheris felix habitabit arva?
Quem ſines almi tua feriari
Per Iuga Montis?

II. Integrum ſceleriſque purum,
Iuris & Veri cupidum, veneno
Neſcium blando medicare ficta
Spicula linguæ.

III. Damna

III. Damna maliri ſociis; amicos
Turpium dictis maculare rerum;
Caſta qui pura temerare fugit
Nomina fama.

IV. Impios ducens nihilo minores,
Qui vehit juſtos ſuper aſtra laude,
Vera jurati ſtabilire certus,
Fœdera pacti.

V. Non dedit nummos repetendo lucra;
Non, ut inſontem ſpoliaret auro.
Ceſſit, invictus ſtetit imò contra
Munera Iudex.

VI. Quiſquis hoc felix animi peregit,
Evolat pennâ metuente ſolvi;
Redditum cœlo canet hunc ſequentes
Fama per annos.

III.

Optimi Principis Officium debitum.

Pſal. 101. Paraphr.

I. Nil præter auram Iuraque cœlica
Benignitatis perpetuò canam;
Et debitè laudes fideli,
Ihova, tuas pietate pſallam.

II. Prudenter omnes inſtituam vias,
Ad Iuſſa legis, Ihova, tua; prope
Mi fidus adſis, cuique juſto
Integer ut domuique præſim.

III. Haud mente cauſſam concipio malam;
Artes doloſas nequitiæ execror;
Tecta meis & fraudis omnes
Aedibus ejicio magiſtros.

IV. Cor prava fingens, inſidias bonis
Quod nectat, auſu non patior ſuo:
Odi malignos ſemper omnes,
Et procul arceo pervicaces.

V. Qui

V. *Qui gaudet uſquam rodere proximum,*
Peſſundo: faſtu qui tumeat nimis
Alto, ſibi vel mente cælos
Extruat, hunc penitus repello.

VI. *Terra fideles his oculis meis*
Mi poſco, iiſdem ſedibus applicans
Mecum bonos, fidi juvatque
Sedula me probitas miniſtri.

VII. *Auctor doloſæ fraudis & artifex*
Nullus manebit ſub trabibus meis:
Qui vana conſultò loquitur,
Ante meos oculos nec adſtet.

VIII. *Lux prima quævis me jubet, ut mea*
Omnes recidam protinus improbos
Terra, Iehova dum ex ſacrata
Pravifici vacuentur urbe.

IV.

Divina Tutela Unicè Salutaris.

Pſal. 91. Paraphr.

I. CVi Ihova tutus cunctipotens Deus
Extat receptus præſidii ſui.
Et iſte cui præbet latenti,
Umbra velut, placidam quietem.

II. *Is certus audet dicere; Spes mea*
Eſt Ihova ſolus. Perfugium meum,
Arx hic mea eſt, cui fido totus,
Pectore cui quoque vivo toto.

III. *Me fraude cæca liberat hoſtium,*
Funes reſectans interitum mihi
Struentium; lethale peſtis
Ne noceat facit hic venenum.

IV. *Gallina qualis tegmine plumeo*
Fovet tenellam pullitiem ſuam,
Sic veritas perpes Iehova
Te valido clypeo tuetur.

V. Tu

Digitized by Google

V. Tu ſpectra noctis nulla furentia
Unquam paveſces, luce volantia,
Cuſtode Ihovâ, nec timebis
Grandine tela crepante dirum.

VI. Per noctis umbras terrificas luis
Stragem furentem, nil metues tremens,
Nihilque dæmonem timebis
Cadeꝭ die in medio, nocentem.

VII. Tuâ cadant vel mille cadavera
Dextrâ ſiniſtraque, incolumis tamen
Manebis exors, & pericli
Effugies properam ruinam.

VIII. Quin impiorum clade miſerrima
Paſces ocellos lætus, & ardua
Exempla vindictæ in ſceleſtos
Supplicium meritum luentes.

IX. Illudque totum præſidium in Deo
Quod collocas, ceu mœnibus arduis;
Omnemque ſpem quam tu reponis
In Domini auxilio fideque.

X. Non te venenum corripiet grave,
Expers manebis peſtiferæ luis,
Pulſabit & non ulla plaga,
Tecta tui tuguri, necando.

XI. Nam te cohorti Spirituum ſacræ
Rerum Creator tradidit optimus;
Obſervat hæc te, & contuetur
In ſtatione tua fidelis.

XII. Hæc dexteris te ſuppoſitis geret,
Forſan meantem per loca ſcrupea;
Ne lædat & pedes, cavebit,
Dura ſilex, titubante greſſu.

XIII. Tutus teres tu ſomniferam aſpida,
Cumque hac leones terribiles pede
Expers pericli omnis dracones
Progeniemque teres leænæ.

XIV. Nam

XIV. Nam Ihova dicit: Me quia diligit,
Meumque nomen proſequitur pio
Honore mox illum viciſsim
Omnibus eripiam periclis.

XV. Huic, me invocanti, rebus in aſperis
Promptus paratum ſubſidium feram,
Illique præſens ex ruina
Cum decore incolumem reſervo.

XVI. Illius addam plurima ſecula
Vita virenti robore, diſcat ut,
Qui me colunt timore vero
Qua bonitate queam fovere?

V.

Vita hominis verè Chriſtiani,

VVill. VVeſth. concepta optimè.

VItam vivere, qui voles beatam,
Raro fide tibi, Deo perennè:
Sit cura tibi perpetim Iehovæ
Te concredere rebus in quibuſvis
Et omnem Sapientiam Iehovæ
Ex Verbo petere: hoc amare ſemper,
Anteponereque omnibus metallis,
Mortuumque tibi tuæque carni
Te præſtes, animoque Deoque vivus:
Ulla nec precibus vaces in hora:
Rerum ſit tibi cura; ſed tuarum:
Paucos & veteres ama ſodales;
Sed Chriſto tamen aucupari aveto
Plurimas animas, piuſque volvas
Semper Eloquium Dei Iehovæ,
Inculces & idem tuis amicis
Preceſque adſiduè offeras Iehovæ
Cœleſti vegetatione mentis:
Quod laudabile munus eſt, piumque
Illud non minus eſt opus ſalubre.
Excelſam fuge conjugationem:

Audi

Digitized by Google

Audi plurima; fare pauciora:
Occultum retice: parem fer: ultrò
Majorem venerare: da minori
Erroris veniam: moras trucida:
Demirare nihil: virum ſupra ſe
Latum deſpice deſpuens: ſtruentem
Fortunæ tibi damna, fer modeſte:
Soli vive Deo: mori docetor,
Vitam vivere ſi velis beatam.

Finis Lib. IV.

Iohan-

Iohannis Angelii Werdenhagen I. C. C.

SYNOPSIS IN Lib. V. Iohan. Bodini Andeg. De REPVBLICA.

CAPVT I.

I. *De quibus rebus in hoc capite agitur?*

SVperius actum eſt de Objecto Politiæ, videlicet populo, quatenus formam Reip. in ſe ſuſcipiat; quùm autem ex natura Populi hoc ſit ſimul ſumendum, ut juxta ſitum loci ejus ingenia perſpiciantur, quibuſque influentiis cœli unaquæque regio ut plurimum expoſita ſit, conſequens hoc putat Auctor adjiciendum, ut, quæ quibus populis leges congruant; quis cuique Civitati ſtatus conveniat; quibuſque rationibus gentium mores, ac naturæ percipiantur, explicet; ne aut formam civitatis à populi moribus alienam quis inſtituat, aut, naturæ leges hominum arbitrio, ac voluntati repugnãte natura ſervire cogat; quod plerique facere conati, florentiſſima imperia funditus everterunt. Id autem jam eò accuratius ſibi faciendum putat, quod omnium, qui de Republica inſtituenda præcepta tradiderunt, videat neminem, qui funda-

fundamentaliter hanc rem attigerit. Nec certè potuerunt, quum tantæ diverſitatis cauſſam ex ipſius naturæ conſtitutione & influentia conſtellationum, ac quomodo per virtutes aſtrorum cujuſque complexioni ſe inſinuet Spiritus mundani operatio, penitus ignorarunt; velut id etiam hodiè accidit, quod alii id rideant; alii propter ignorantiam ad ingeniorum diverſitatem obſtupeſcant, quùm ejuſmodi ſummè neceſſariæ doctrinæ & artes penitus, ex eo tempore, quò ſaltem litterales habitus præ realibus doctrinis, homines excolere inceperunt ferventius, nobis amiſſæ fuerint, & ex invidia diaboli (proh dolor!) planè ereptæ.

Cernimus ſanè quàm in toto genere animantium non modò innumerabiles ſint figuræ; ſed etiam earum, quæ figuram eandem habent, maxima ſit varietas: Aſpice ſaltem genus canum, quàm diverſis naturæ complexionibus à ſe invicem varient. An hoc fruſtrà putas? Vnde diverſitas ea, in eadem ſpecie naturæ? Nonnè & ipſe fœtus Lunæ motum expreſsè indicat; quod nemo mortalium abnegare poteſt, qui ſaltem non communi privatus eſt ſenſu. Sic hominum inter ſe admirabilis eſt ac pœnè incredibilis diſſimilitudo, variaque pro locorum diverſitate natura univerſalis, quum in eodem Climate Orientis & Occidentis modica declinatio magnam efficiat hominum inter ipſos diverſitatem; eorum item, quibus idem eſt Circulus Meridianus, qui ab Aquilone ſedes habent, ab iis, qui ad Auſtrum ſunt poſiti, corporum & animorum habitu plurimum diſtant. Quin etiam inter eos, qui non ſolum ſub eodem Circulo Meridiano; verum etiam ſub eodem tractu ab Æquatore æquè remoto, ſub eodem cœli gradu, ſub eodem ferè puncto, differunt accolæ montis ab iis, qui in convallibus domicilia quæſierunt. Et inter loco-

rum

rum naturas quantum interſit, videmus alios ſalubres; alios peſtilentes: multaque ſunt alia, quæ inter locum, & locum plurimum differant. Quo fit, ut ejuſdem urbis homines non tantum pro diſſimili temperatione; verum etiam pro diverſitate locorum inter ſe plurimum diſſideant. Si neget quis impudentius: accuratius ſenſu refutabitur. Etenim obſervet quis vini plantationem, vel cereviſiæ coctionem; an non etiam vicinus locus à vicino diſtat? An non hoc vinum hujus loci, ab altero vicino vel ipſo geſtu in ſapore diſtat? Quur non bonitas cereviſiæ harum ædium eadem eſt cum ædibus vicini? Quod etiam neque ſumma adhibita diligentia corrigere valeas, ut ſæpius vidi. Satis igitur accuratus quidem in talium examinatione heîc noſter eſt Bodinus; ſed quùm cauſſæ cœleſtes & ſyderalium influentiarum ipſi non adeò cognitæ fuerint, juvat heîc pro meliori informatione ex Sacro Philoſopho quodam Theodid. paucis detegere, quæ in tali cognitione naturæ aperiat fundamenta, unde diverſitas tam mirè varia oriatur in individuis & univerſalibus cauſis.

II. *Quid igitur de originaria ejus diverſitate hominum ſentit ille Philoſ.?*

IN libro *de 3 vita cap.* 9. ubi portam profundi fundamenti in homine explicare gaudet nobis; inter alia ita ſe ejus verba habent: Si verè velimus id perноſcere, quidnam propriè homo ſit, & ex quibus cauſſis tanta diverſitas inter homines oriatur, quod unus alteri non ſit in moribus actionibuſque cunctis ſimilis, & quod unus non in forma, vultu, adſpectu, colore, animi ſtudio alteri æqualis prodeat; omninò nobis incumbit, ut penitius ejus intimum fundum in generatione humana perſcrutando nobiſcum ritè ponderemus. Sic rectiori intuitu inveniemus omnia. Quippe

Quippe ſi homo in Deo ita ſit renatus verè & vivide, ut in luce Dei videat, atque ſic originem ſuam perſcrutari ac investigare ſecum incipiat, tunc animæ Spiritus perluſtrat id in omnibus 3. principiis, quid in unoquoque ſit propriè; veluti idem agnoſcimus, nec aliud quid proferre poſſumus, quàm quod in imagine Spiritus & corporis in omnibus 3 Principiis tantummodo uniforme regimen in nobis contineamus: ſed in 3 originationibus id conſiſtit. Iuxta unumquodque Principium Spiritus & corpus urgetur; & prout aliquod Principium prædominationem accipit, ut homo ſe & voluntatem ſuam ei deſtinet devovendo, juxta illud operationes ſuas edit, ac reliqua ſolummodo ab eo dependent, abſque ſufficienti potentia. Quod ſi verò de imagine in nobis ſit quid proferendum; videre nos oportet, quidnam ejus ſit fundamentum. Etenim ſeminamur ſemine aliquo in agrum quemdam matricis ejus.

Iam cerne conſideratè, ô homo. Quidnam antegreditur aut præcedit? Nil, niſi anhelanter appetens voluntas maris & feminæ ad commixtionem inclinans; nec tamen ſemper fructus expetitur: uti id in meretricibus & ſcortatoribus exemplum declarat: quod etiam in ipſo contingit conjugio.

Iam quæritur. Quidnam eſt ille ſtimulus in mare & fœmina omnium generum, tàm quoque in homine ipſo? Cernite hoc: in æternitate unumquodq; in una eſſentia latuit, nempe in Tinctura, quæ nil niſi Centrum eſt & cauſſa originaria vitæ (uti ſuperius ad longum id deduximus) & hinc eſſentialitas, quæ ex Tinctura progeneratur, quæ quoque omnes ſpecies Centri in ſeſe continet, ſed abſque igne; quia depreſſio eſt ſaltem, nec per ſe vitam incendere valet: Corporalis enim eſt, & corpus largitur hæc, non verò vitam ipſam: Quippe ignis ſolummodo vitam largitur.

largitur. Hinc etiam in commixtione hoc vobis ad intelligendum aperimus: Vir in ſe Tincturam poſſidet; femina autem eſſentialitatem, nempe Matricem, quæ ex Tinctura progenerata eſt. Inde hoc perſpicite. In æternitate hæc ſe involutim ita ſe habebant, atque mundus in ea repoſitus latebat inſtar Figuræ. Namq; Sapientia Tincturam obumbratam complexa fuerat, inque ſe conceptam fovebat, ſicut corpus Spiritum; unde non poterat in viſibilem aſpectum coram Angelis produci, niſi Iehova æternitatem commoveret; quia Angeli in æternitatis quadam eſſentia ſunt.

Iam quùm ſe Iehova in Ternario numero ſuo commoveret, protenus eò Centrum naturæ in æternitate ſimul commovebatur. Vnde omnes ſubſtantiales eſſentiæ concipiebantur. Tinctura eſſentialis evadebat, & imperium accipiebat, ac Sapientia indicebat materialitatem, neque tamen ſeparabatur; quia nequit eſſe, quùm eſſentia quædam ſit. Quum igitur ita Iehova illud *Fiat* in materialem eſſentiam tranſporet, ſeu, ut verè ſic loquar, exſuſcitaret, ut ipſe Verbum ſuum in Eſſentiam pronunciaret, Prodeant omnivaria animantia & genera, quodvis juxta ſuam ſpeciem. *Gen.* 1, 24. Continuò prodibant ex materiali eſſentialitate duo genera, & hæc omnia in Corpore ſuo. Quippe Tinctura eſſentialitatem induebat per Verbum Domini, & Spiritus eſſentialitatis quoque corpus induebat, ut ita eſſent duæ ſpecies. Corpus Tincturæ centrum vitæ in ſe continebat; & Corpus eſſentialitatis nondum Centrum ad ignem excuſſerat. Vitam quidem in ſe continebat; ſed admodum imbellem vitam.

Vt hæc rectius intelligendo ex noſtra indicatione percipiatis: En aſpicite ferrum candens, id propellit à ſe 2 Spiritus, nempe unum fervidum, qui continet

Digitized by Google

Centrum, ac ignem alterum incendere valet, & excitare: Atque alterum aëreum ex ſe expirat, ex quo ignis prodit, qui etiam omnes vires ignis continet; at Tinctura in eo non eſt ignis; ſed eſt æterna concluſio, ut in ea nequeat ignis eſſe; eſt tamen ignis Spiritus, qui ex igne cauſſatur, & fovet vitam igni ſimilē: quia in æternitate mors nulla eſt. Ita vobis quoque indicamus fundamentum utriuſque Sexus maſculini & feminini. Namq; quùm Iehova materialē eſſentiam crearet, prodibant omnes eſſentiæ in Centro naturæ ſpecierum juxta proprietates ſuas. Quemadmodum enim videtis ſtellas, uti unaquæque ab altera ſingularem proprietatem obtineat diſtinctam, quæ omnes ex centro Naturæ juxta materialem eſſentialitatem creatæ ſunt: eum in modum in materiali eſſentialitate omnes eſſentiæ fuerunt poſitæ, & *Fiat* in ſe omnia attraxit; ubi unaquæque ſpecies Tincturæ & Spiritus alterius generis, unumquodque ſuum corpus proprium figuravit, juxta ſuas proprietates; nempe ad animalia, aves, vermes, piſces, arbores & herbas: Item ad metallica & terram; omnia juxta vitæ cujuſq; diſpoſitionem; ceu dierum diſtinctio ſuas operationes protulit, &c. Hæc de univerſali procreatione maris & fœminæ in quovis genere ſufficiant.

III. *Sed quomodo conſtellationi creaturæ inferiores ſubjectæ ſunt?*

HOc *capit.* 11. *eod. lib.* ita explicat: Noſtis jam, inquit, quid Moyſes, vir Dei divinus dicat in lib. 1. quomodo Iehova quinto die omnes viventes creaturas una vice crearit, id eſt cum una hac circumvolutione terræ Iehova ex Myſterio magno terreno, ex matrice Spiritus terrenæ proprietatis, veluti progenituram ex æterna proprietate omnes viventes creaturas creando produxit, ut eſſent imagines & ſimilitudines

tudines æternæ eſſentiæ. Sunt quidem ex Myſterio magno creatæ, ubi tamen Spiritus non eſt terrenus; ſed eſt Lunaris; velut id cernimus, quod terra Lunæ ſit proxima, extra tamen Lunam. Atque uti quiſque Circulus ſe habet; ita quoque Spiritus ejus eſt, in ſua proprietate & inclinatione, rotæq; ſimul proprietas in ea circumgyratione. Ita Circulus inter Lunam & terram terrenus & Lunaris eſt. Quippe Luna omnium ſtellarum proprietates in ſe continet; & inſtar ſacci & communis receptaculi ſe habet, ut excipiat omnium ſtellarum proprietates, quas indeſinenter in Circulo ſuo effundendo diſpergit. Namque terra admodum ſemper anhelat Lunam; inde aſſidue Lunæ ſplendorem & luminare ad ſe attrahit, non minus ac ſolis ipſius radicationes: quia unumquodq; anhelatione forti ad cor tendit, & inde appetit libertatem, ac liberationem à vanitate ſua. Atque hoc modo terra in ſua anhelatione Spiritũ Septemplicis rotæ ad ſe pertraxit, atque in eo ſe velut propria ſua matrix continet, nec non libenter perpetim in ſemet ipſa rotam vitæ exſuſcitare cupit. Ideoque illa ſe circumvolvit; quia in ſe binos continet ignes, fervidum nempe & frigidum, atque hinc infimum ſemper ſurſum ad Solem aſcendere cupit: A Sole enim robur & Spiritum accipit; proinde ita circumvolvitur, quùm ignis eam in gyrum circumagat, quod incendi expetit adeò, ut vitam accipiat. Dum verò in morte hærere cogitur, nihilominus anhelationis deſiderium erga ſuperiorem retinet vitam, atque illam ſuperiorem ſemper ad ſe attrahere vitam nõ deſinit, & Centrum ſuum perpetim propter eam ad Solis Tincturam & ignem extendendo exporrigit.

Hinc ita ex deſiderii anhelatione ea & ex matrice ejus erga Solem culminatio aut evireſcentia & excreſcentia prodit. Namque eſſentiæ terræ ſemper cum

Digitized by Google

captivata vita ex ſuperiorì centro, ſurſum, ex terra ſe elevando adſcendunt, atq; ſe extendunt in magnam arborem & culmum. Vnde perſpicitis quemadmodum in arbore & culmo fructus naſcatur mixtus ex una parte dimidia terrenus, ex altera juxta centrum ſuperioris: nēc fructus abit in expletionem gaudii ſui, niſi ex ſuperiori ſatis ſit exſaturatus, quæ nil niſi maturitas eſt ipſa: quippe Veneris corpus nactus eſt. Aſt, veluti Veneris corpus inconſtans & mutabile eſt, id facilè tranſiret, niſi Sol Saturni virtute conſervationem adderet: Ita etiam ibi inconſtantiæ mutabilitas adeſt, ac mox faſtidium in ſeſe concipit: quia nequit conſervari, quùm ab eo Paradiſus exceſſerit.

Similem in modum id vobis ad cognoſcendum revelamus, quod omnes creaturæ ex inferiori & ſuperiori vita ſint creatæ. Matrix terræ corpus exhibebat, & aſtra Spiritum largitur; at vita ejus non uſque ad Solem pertingit: quia terra vim ſolis in matricem ſuam attraxit. Ita omnes creaturæ Solis & aſtrorum virtutes acceperunt, quotquot undique terram incolunt. At corpuſcula avium ex profunditate ſupra terram exorta ſunt: propterea quoque in ſua propria matrice ſuper terram circumvolant eo lubentius. Ex quo cernitis, unde ſit, quod animantia cuncta facies & capita ſua prona geſtent, ſuamque adſpiciant matricem; nec alium hinc quàm hujus expetunt cibum. Quippe unaquæq; vita ſuam appetit matrem. Facilè hinc ſimul quis in avium ac volucrum natura animadvertere poteſt, quinam terræ matrici maximâ cognatione ſint viciniores quum illi carnis eſum adament, ac prædationi addicti ſint: quia ex duabus genitricibus in creatione facti ſunt, nempe ex ſuperiori & ex anhelatione terræ.

Terra in ſe ſuum proprium continet centrum; propterea quoque ſingulariter creata eſt primo die, atque

atque ex eſſentialitate eſt mera progenitura, corrupta quædam matrix. In æternitate eſt Virgo Sophia Iehovæ in ea agnita, in qua cuncta mirabilia Dei perſpecta ſunt. Ac in creatione, & etiam poſtea uſque ad lapſum Adami evireſcebat lætabundè Paradiſus per terram, & ita ſuperius centrum naturæ videlicet cor ſolis ex terra Paradiſiacos fructus extrahebat, quibus nulla creatura ad modum Angelicum, niſi homo, frui poterat, licet de iis nil comederit. Quippe deſiderii anhelatio in duplici vita mox eum capiebat, ubi tunc in proba conſiſtebat, uſque dum concideret in ſomnum; probatio talis erat, num poſſet eſſe, ut voluntas ejus in Iehova permaneret, atque ille ſic Angelicum in modum cibo illo paradiſiaco frueretur. Sed exitus demonſtrat id, quomodo ſuam præſtiterit probam, quæ adhuc nobis commanducanda manet, & propterea terram devorare cogimur, ut rurſus ei eſcam noſtri præbeamus. Ex quibus quiſque, ſi modò ritè ſapere velit, perſpicit, quidnam creatio Iehovæ ſit, & quomodo Deus creaturas ante hominem crearit: Vnde etiam colligere poteritis, quomodo omnium creaturarum vita ſaltem ex matrice ea conſtet, ex qua Creatio ejus producta viget.

Iam ulterius noſtis, quid Moyſes dicat: *Geneſ.* 1, 26. Quod Deus in ſe conſiderarit ſimilitudinem quandam, juxta ſuam eſſentiam, ut crearet imaginem ſui, quæ dominaretur in omnes creaturas hujus mundi, in animalia, piſces, volucres & omne quodcunque vivit & vegetatione viget uſpiam; atque ait, quod Deus dixerit: Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Itaque creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem, inquam, Dei creavit eum. Eia inquit ratio, ex quo? Reſpondet Moyſes, *Geneſ.* 2, 9. ex limo terræ condebat homini corpus

pus ſuum. Ecce mea Ratio, ambos exporrige oculos, nec ſis monocula, ſicuti huc uſque factum eſt, per ſat longum temporis ſpacium, in occultatione humanitatis. Audin', quid Moyſes dicat: *Geneſ.* 2, 15. Collocabat hominem in horto Edenis, ut illum coleret & cuſtodiret: ac Paradiſus erat in eo. Iamnè igitur intelligis arcanum hominis? Ille in Paradiſo fuit tempore creationis, & in Paradiſo creatus eſt; quia germinabat per terram, ex eaque terra Paradiſiaca, in qua cœleſtis originatio erat, creabatur corpus Adami: quia id ita oportebat eſſe; ut eſſet Dominus terræ, ac mirabilia Dei detegeret: Aliàs ipſi Iehova ſtatim corpus Angelicum indidiſſet; verùm conceptibilis eſſentia & tangibilis non ita cum mirabilibus ſuis manifeſtata fuiſſet. Proinde ipſum perceptibili corpore induebat, ſed non ita tenebricoſum & condenſatum animaliter, uti jam ſumus veſtiti, ſed Paradiſiaco modo. Hoc ita quiſque intelligat.

Aeterna Virgo illa Sapientiæ inſtar figuræ in Paradiſo aderat, in qua omnia Dei mirabilia agnoſcebantur, atque ea in ſua figura erat imago ſui ipſius, ſed abſque eſſentia, ſimilis homini, atque in ea Virgine creabat Deus terræ Matricem, ut viſibilis & complexibilis imago in eſſentia eſſet, in qua cœlum, terra, ſtellæ & elementa eſſentialiter adeſſent, atque conſiſterent: ita omne quodcunque vigebat & vivebat in hac imagine unicè comprehendebatur. Matrix terræ non poterat eum coercere, multò minus externa elementa, quia gradu altior elevatus erat, quàm reliqua creata omnia: Ille acceperat inextinguibilem & immarceſcibilem eſſentiam cum Virgine Sapientia. Non quod Virgo in effigiem converſa fuiſſet, ſed Matrix terræ in effigiem virginalem convertebatur: quia Virgo hæc æterna eſt, increata, &

ingeni-

ingenita. Illa eſt Iehovæ ſapientia & imago Deitatis in Ternario Sancto, juxta Ternarium numerum, & omnium æternorum mirabilium æterni Centri naturæ, & in Majeſtate mirabilium Dei agnoſcitur. Namque illa eſt, quæ in lumine ſiſtit ſecreta profunditatis in Deitate.

Hinc itaque, *ô dilectiſſimi mortales*, cernitis, quidnam ſitis propriè. Porrò ita loquitur Moyſes: Et Iehova ſufflabat ipſi in nares ejus halitum ſive ſpiraculum vitæ. *Geneſ.* 2, 7. ſic factus eſt homo anima vivens. In hoc ita latet fundamentum, circa hoc vos Altiores Scholæ circumſaltate, ſi quid noſtis. Heîc ſitis Doctor, Magiſter aut Baccalaureus; An hoc eſtis, ceu vobiſmet ipſis hunc concitatis pruritum? Quur tamen ita heîc cœcutitis? Quare vos Doctores vocamini, quùm ne quidem diſcipuli extiteritis in fundamento? Quidnam per ſufflationem intelligitis? Nonne ait Moyſes, Iehovam inſpiraſſe homini viventem habitum? Quid heîc intelligitis? num ſolummodo auram intelligitis? Non certè hæc Spiraculum Dei tantum continet. Quippe aëra ipſi per nares inflavit, ut ait Moyſes: At halitus Iehovæ non patitur ſe ab extra inflari: Quia Iehova ipſe eſt omnium rerum plenitudo, & jam adeſt, quùm res externa accedat.

Vt verò verè & fundamentaliter id percipiatis, & ad veritatis ſolidum perveniatis intellectum; Perpendite & animadvertite, quod ſuperius induximus, quomodo Iehova viſibilem eſſentiam in ſimili imagine ſui deſiderarit, & effigies Virginis, in qua mirabilia ejus conſiſtebant, ipſum ita commovit, ut una ſic imaginatio conciperet aliam; etiamſi Iehova abſque tali eſſentia & appetitu ſit. Namque ipſius appetitus Iucunditas nil niſi mera Majeſtas & libertas eſt. Verùm Centrum Naturæ in Cruce ✝ mirabilium

 appeti-

appetivit imaginem, quæ in Virgine conſpecta erat, ubi Spiritus Dei egreditur in Sapientiam, ut Sapientia eſſentialitatem cauſſet. Ecce, quid ita inſpiratio Dei ſit. Spiritus Iehovæ incumbebat aquis, & alis venti invehebatur, uti ait S. Scriptura; ille Spiritum regiminis hujus mundi conceperat in Verbo Fiat, & eum Adami naribus inſpirabat. Iam Spiritus aërem ab externo inflabat ad internum, & ſemetipſum ab intus, ad externum in Centrum Cordis ſpirabat: Quippe non in externo habitat, ſed in Centro Naturæ, & ab intus ex Deitate progreditur in externum, atque manifeſtat imaginem ſui, juxta Centrum naturæ.

Vobis antehac explicavimus, quomodo rota externæ naturæ, ad internum ſe involvat uſque ad Solem, & ulterius per ignem uſque ad libertatem Iehovæ, in qua etiam conſiſtentiam ſuam obtinet: Et interna jucunditas appetitus urgendo ſe propellit cum Spiritu Dei ad extra uſque in cor Solis, quod magnitudinem vitæ & ignem magnum determinat, qui lapides & terram liquefacit, in quo æterna Tinctura in Novenario numero agnoſcitur. Ita quoque intelligite inſpirationem jam dictam. Externum regimen Spiritus mundani, qui uſque ad Solem pertingit, ab externo ipſi inflabatur, tanquam externa vita; & internum regimen ex interno igne in 8. Numero ipſi ab interno ad extra in cor efflabatur: quia illud erat ex æterno igne, quod apprehenſionem erga ✝ Crucem extendit in 9. Numerum, ut ſuam propriam Tincturam habeat, quæ uſque ad Ternarium Numerum excurrit, velut in æternam Libertatem. Ibi tunc homo fiebat anima vivens. Namque Anima gradu uno exuperat Solem in profunditate originis ſuæ, quum oriatur ex æterno igne, qui in æterna voluntate urit, quæ voluntas eſt Cor Iehovæ

ad

ad progenerandum & extollendum Majeſtatem in mirabilibus ſuis.

Proinde hoc ita rectè percipite: Spiritus Sanctus Iehovæ viventem animam ex centro æternæ Naturæ in Cruce ┼ excitavit, velut proprium Centrum, non ex Ternario Numero, ſed ex æterna Natura, ex igne Centri Naturæ, in quinta ſpecie Centri, ubi duo ſe regna ab invicem ſeparant, nempe Amor Iehovæ & Ira. Ibi Spiritus Iehovæ animam excitavit, & ab interno uſque in externi Spiritus Tincturam in ſanguinem cordis per ſemetipſum deduxit. Atque hæc eſt Anima, ô mi domine Doctor, hoc rectè intelligite, nec ita ſuperbè rem tam ſummi momenti præcipitate, aut temerario auſu cenſete. Nihil excellentius datur vobis: Quia Filia Iehovæ eſt. Proinde voluntas ejus indeſinenter perpetim in voluntatem Iehovæ in Denarium Numerum cum plena obedientia directa eſſe debet. Sic verè Angelum ea repræſentat, inque Deo vivit ipſo, comeditque de Verbo Dei, de potentia Dei, ejuſdemque vita nutritur. Omnino non ſe retrorſum in Spiritum hujus mundi convertere debet; nempe in ignem progenerati effluxus; ſed potius in ignem 3. Numeri nempe Ternarium Sanctum.

Ideoque jam ſic intelligis, *ô homo*, quid ſis, & quid ante lapſum fueris. Quippe tua Dominatio ſe ſupra Solem & ſtellas extendebat: Omnia erant in tua poteſtate: Ignis, aër & aqua unà cum terra ſimul te domare non poterant: nullus ignis externus urere te valebat: Aqua te nulla ſubmergebat: Aër nullus te ſuffocabat. Omne, quod vivebat, te metuebat. Tu proprium tuum habebas cibum, quo veſcebare in Paradiſiaco fructu, & quo vitam externam ſuſtentabas: Vita autem interna animæ nutriebatur in Verbo Domini. Inde ſic in æternum abſque dolore & ſenſu ullius morbi vixiſſes, ſemper hilaris, in mero

Cc 5 gaudio,

Digitized by Google

gaudio, & delitiis puris, atque prætereà abſq; labore & indigentia ulla. Animus tuus inſtar pueri erat, qui in mirabilibus Patris ſui ludos ſuos ſimplici confidentia exercet. Nulla agnitio voluntatis malæ te unquā offendiſſet: nec ſenſiſſes uſpiam avaritiam ullam, ſuperbiam, invidiam, aut iracundiam ullā; ſed omnia erant tibi in amoris ſancti luſu parata & prompta.

Iam ecce ulterius, ut hoc ritè percipias: Iehova ſingulare diei opus proponebat ſibi in homine condendo. Quod ſi voluiſſet Iehova, ut eſſet homo terrenus, animalis & mortalis, illum cum reliquis animantibus quinto creaſſet. Atq; ut hoc benè tibi inculcatum foveas: Ipſe ſolummodo unicum ſibi creabat hominem cum tota ✝ cruce in Cranio, quæ 3. numerum ſignificat. Ille neq; vir neque fœmina erat dextrè intellectum, ſed virgo erat, omnimodè pura in caſtitate, & in ſe continebat Spiritum Tincturalem Ignis, atque ſimul Spiritum Tincturalem Aquæ, nempe Veneris in ſemetipſo. Inde in puritate ſua ardentiſſimè amabat Iehovam: ille poterat Virginaliter partum edere ex voluntate ſuæ eſſentiæ, abſq; ſenſu doloris ullius, abſque diſruptione ulla, nimirū hominem ſibi ſimilem. Etenim omnia 3. Centra in ſeſe continebat, veluti nec Centrum Naturæ diſrumpitur, quùm Spiritus Dei ipſius animam in ✝ Cruce conciperet, & in Sapientiam eundem introduceret. Sicuti nec Spiritus hujus mundi diſruptionem edebat, quùm Spiritus Iehovę homini Spiritum hujus mundi inſpiraret, nempe vitam externam. Ita nec ipſe diſruptionem paſſus ullam eſſet: quia corpus tale Paradiſiacum habebat, quo arbores & lapides pertranſire poterat. Vnde ſatis potuiſſet in voluntate Iehovæ perſiſtere ac permanere; quoniam illum ſecum in magna mirabilia produxerat. Nobilis ille lapis Philoſophorum ſive Tinctura univerſalis tàm facile ipſi fuiſſet inventu,

velut

velut quivis lapis muralis. Inde vitam externam auro, margaritis & gemmis precioſiſſimis undiquaque exornare potuiſſet; & hæc omnia in propiam ſuam lætitiam, & in gloriam mirabilium Dei. Nunquam indiguiſſet animali veſtitu. Namque nudus incedebat; veſtitus cœleſti Tinctura. Non habebat ejuſmodi membra, quorum pudore afficeretur, uti nunc jam lapſus ejus id demonſtrat.

Lapſus ejus erat talis. Anima ipſius imaginatione ſua appetebat externum ignem progeneraturæ, nempe Spiritum hujus mundi, atque ſe inde à Iehova retrorſum avertebat, cupiebatque in propria ſua originationis qualitate vivere, atque in ea ſe exerere Dominum. Voluntas illius egrediebatur prorſus ex voluntate Dei, & incidebat in extremam Dei inobedientiam, atque appetitus in terrenos fructus ex terrena ferebatur eſſentia; Vnde Iehovam commovebat, ut arborem tentationis naſci curaret, ut cerneret, quidnam ejus imago eſſet factura: undè ad id inhibitionem talem imponebat illi, ne guſtaret arborem eam. Verum appetitus ejus ſtatim anhelabat terrenas eſſentias mali & boni, cujus inſtinctum promovebat diabolus, veluti adhuc in eo eſt actu aſſiduus, donec Adamus evinceretur & à voluntate Iehovæ ſe diverſũ ageret; unde ſe Spiritui hujus mundi totum ad capturam exponebat. *Iam factum peractum erat: Cœleſtis imago in terreſtrem ſe convertebat. Anima in igne Iræ involuta & capta hærebat. Non amplius cœleſtem Tincturam ſecum fovebat, nec ulterius de Verbo Domini comedere poterat: Illa ſe in Spiritum hujus mundi converterat. Ideoque ſic ſimul eodem momento Spiritus mundi corpus totum terrenum hiſce craſſis membris efficiebat. Paradiſus cum omni cœleſti Sapientia retrocedebat in ſemet ipſam, & cœleſti nobilitate inclyta illa Virgo Sapientiæ in ſumma relinquebatur tri-*

ſtitia, donec Verbum Domini reverteretur, & eam nova promiſſione ſeminis muliebris recreando excitaret. Tunc denuò in lumen vitæ ſe regerebat. Et jam hominem adhortatur monendo ne in impiam ſe convertat viam (uti in aliis hoc deduximus ſcriptis) & caveat à falſis perſuaſionibus mulieris, quod heîc ad pauſam deponimus, & ulterius unicuique indicamus, quænam noſtra ſit propagatio nunc in anima & corpore. Superius indicium fecimus, quomodo jucunditatis appetitus utriuſque ſexus viri & mulieris cauſſetur ad commixtionem, videlicet ex duobus regiminibus unius Eſſentiæ. Namque quùm Adam non poſſet in primo perdurare ſtatu amplius, Iehova Deus ſoporem altum injecit illi. *Gen.* 2, 21. atq; unum regimen, nempe Spiritus Tincturam ei auferebat, & ipſi relinquebat animæ Tincturam, & ſic conjugē ex eo condebat. *v.* 22. Vt verò etiam ipſa animam haberet, ſumebat coſtam de corpore ejus cum carne & ſanguine, cui incluſa erat anima, ſed abſq; potentia propriæ propagationis. Namque ipſius anima in Venere permanebat, appetens viri Animam.

Quemadmodum inferius regimen trium inferiorum Planetarum ſub Sole, NB. quæ Spiritum & carnem efficiunt, regimen ſuperiorum expetit ad vitam ſuam; uti ſupra dictum eſt. Simili modo ſe habet regimen in viro & muliere. Vir ignis Tincturam poſſidet, in qua conſiſtit anima in ſuo ſemine, & mulier Tincturam Spiritus mundani in ſe habet, videlicet Veneris, quæ naturaliter ita vocatur, hanc itidem cum ſemine ſuo & Matrice poſſidet, &c.

Quando igitur ſemen ſeminatur, non tantum germinat ſemen, ſed etiam ager, qui eſſentiam ſuam quoque ſubminiſtrat. Vir ſeminat Animam, mulier Spiritum, & ambo corpus largiuntur, nullus abſque altero. Tinctura ignis etiam corpus continet; ſed illud

illud in hac corruptione admodum tenue eſſet; inde aquæ natura in Venere mitem Spiritum addere cogitur. Namque vir & mulier unum corpus denotant. Vnde D. Paulus dicit: Si tu vir uxorem habeas infidelem, aut tu mulier infidelem virum, ne unus ab altera ſe ſeparet. 1.*Cor.*7,11,12,13. Namque tu vir haud noſti, an mulierem ſis ſalvaturus, vel mulier virum: ſicuti Adam ſuam Hevam, quæ primò morſum perficiebat, ſalvam faciebat: quia ipſa erat pars vitæ ejus ex carne ejuſdem & ſanguine. Atque ille ipſe Spiritus, & illa ipſa anima, quam Adam habebat, adhuc in nobis utriuſque ſexus ita viget.

Proinde ad ejuſmodi omne hanc habeas informationem: Quando vir ſemen ſuum ſeminat, tunc caro, ſanguis & nobilis Tinctura ſeminat Animam; & mulier iſtud arripit in ſuam Matricem, ac protenus ad ſemen mariti ſuam Veneris Tincturam adjicit, in qua Spiritus Elementaris conſiſtit. Hoc omne Saturnus accipit in ſe, & in rota naturæ circumducit volvendo uſque ad Solem, ibi vita naturalis cum animæ vita recluditur. Saturnus hanc porrigit Lunæ, illa pullum ſibi edit, ac in una circumvolutione omnium ſtellarum eſſentias in illum effundit: inde ſtatim eſſentiæ exiſtunt, & ſemetipſas circumvolvunt uſque ad Mortem, ille ſtatim ignem excutit excitando; tuncque numerat ſigna cœleſtia, quot horas unumquodque habeat, atque conduplicat idem duobus regnis.

Hinc cognoſcere poteritis fundamentum generationis humanæ, quid quavis hora cum ſulphure fiat. Homo enim ſe dedicando tradidit Spiritui mundi, & huic in dominium ſe conceſſit; exinde hic jam elementarem terrenum filium juxta aſtra atq; eorum regimen diſpoſitionemvè conficit. Quod ſi Iehova non factus eſſet Homo, tunc certè juxta

corpus manſiſſemus animal, & reſpectu animæ diabolus: Atque ſi non ex domo peccati noſtra egrediamur; tales omninò ſumus. Ideoque Deus fœdus ſuum nobiſcum in Chriſto pepigit, ut in Chriſto nos oporteat renaſci. Quippe ille ipſe vitam ſuam pro nobis morti dedicavit, & animas noſtras rurſus per æternum ignem reduxit, & retro mutando retraxit, ut jam in 10 numerum proſpicere poſſimus.

Chriſtus ait; quod omnia per ignem debeant probari: videte, ne cujuſquam opera comburantur; aliàs damnum patietur in anima. Hos igitur noſcatis: In fine, quando mundus in æther ſuum rurſus concedet, tunc Iehova ignem in Centro exſuſcitabit, qui ignis eſt æternus, & ventilabro hoc arcam ſuam verret: Intellige hoc de animæ igne, qui heic notatur. Quod ſi jam anima in voluntatem Dei retro converſa fuerit, tunc Spiritus Sanctus cum divina Tinctura ex anima flammas ſuas evibrabit, & animę Tinctura in Majeſtate Iehovæ apprehenſa erit: hæc animam rurſus in ſe attrahit, atque hæc refrigerationi & balſami loco ipſi erit, & ſic in igne probam ſuam obtinere poterit illæſam. Quæ verò anima in amorem hujus mundi erit converſa, & quando eſſentia hujus mundi in igne poſita erit, tunc ea anima abs Deo erit: quia in abyſſo mundi hujus latet infernalis ignis, quem cogetur ingredi, ibique comedere & manducare quodcunque heic ſibi ad concoctionem præparavit. Namque unumquemque ſua ſequuntur opera; tunc dicent ad prudentes virgines: Ah quæſumus date nobis oleum de oleo veſtro: Verum prudentes reſpondent: O minime gentium, ne vobiſcum careamus, & quid nos deficiat: abite ad mercatores mundi hujus, ad ſophiſtas & habitualiſtas veſtros, ac emite vobis oleum. Priuſquam au-

tem

tem reſipiſcere poterunt, & reputare ſecum, quomodo oleum ſit emendum, porta cœli & inferni clauſa erit. Quippe æternitas tunc omnia excipiet, & tranſibit mundus iſte cum ſua eſſentia. Hoc annotate: quia ſpiritui hujus revelationis non eſt fabula: Animæ & Corporis cardo in eo vertitur. *Qui videre cupit, videat: qui vero nolit, ſit tamen ſeverè monitus.*

IV. *At quomodo Conſtellatio quæque ſuas operationes in homine exequitur?*

Iſtud ſimili modo docet ille Philoſ. Theodid. in ſequentibus, quorum titulum ſic ponit:

Porta magnæ miſeriæ & calamitatis, qua ratione imago, in utero materno, dum adhuc ſulphur eſt, corrumpitur; ut etiam plurimæ imagines juxta ſpiritum animal, imo & bufo, ac ſerpens fiat, quod ex ejus vita, operibus & factis ac voluntate ſatis apparet, ac niſi per Chriſtum à Deo auxilium præſtetur, ut renaſcatur, in æternum ſuæ figuræ monſtrum maneat.

Dilectiſſimi filii in Chriſto, hanc manifeſtationem non in eum ſuſcepimus finem, ut genus humanum ex ea afficiatur ulla ignominia. Certè res ita in veritate ſe habet. Cognovimus illud in fundamento ſacro: Tum quoque ipſum veritatis os nobiſcum id loquitur Chriſtus, qui Herodem dicebat vulpem, & Phariſæos viperas & ſerpentum genus vocabat: ſicut & ipſa S. Scriptura Tyrannos leones, urſos, lupos, & abominabilia animantia appellat: Vnde & Apocalypſis Iohannis, tam Daniel & reliqui Prophetæ potentes Dominationes mundi hujus non niſi malis & furentibus beſtiis depingunt. Mi Chriſte, non illa imagini Dei attribuerunt: quia id veritati contrarium eſſet, ſi Deus ſuam imaginem, quæ Angelica eſt, talibus horribilibus beſtiis adſimilaret; quùm ipſe ſit Veritas ipſa, nec ex ejus ore quid falſi aut doli prodeat, multo minus veritati contrarium. Quod ſi igitur is regna hujus

hujus mundi vocat, aut nominat, pertinet hoc ſanè ad eos, qui mundum regunt. Namque iſti ſunt, qui bella, interneciones, & infortunia quævis in regnis ſuis inſtituunt; unde ipſi ſunt lupi rapaces, leones, urſi, vulpes, viperæ & ſerpentes. Quippe coram Deo ita apparent; licet in externa forma homines appareant externo vultu; tamen ſpiritus animæ beſtia talis eſt, atque hinc prædeſtinatio Dei in hoc ſequitur: etiamſi Iehova velit, ut omnibus hominibus ſua adſit ſalus: attamen ille agnoſcit, quis ejus auxilio ſe ſubmittere velit.

Non certè heîc gratiam Iehovæ occludimus iis, qui retrò ſe vertunt ex hujus animalitatis forma: Quia Chriſtus propterea Homo factus eſt, ut omnibus ſit auxilio, ut ad imaginem Dei revertamur. Iſte propterea humanam animam in ignem iræ Dei perduxit, nempe in abyſſum Centri infernalis, & in mortem, ubi animæ noſtræ occluſæ jacebant; atque inde iterum ex morte & inferno in 10. numer. æternæ Tincturæ Dei uſque ad ✝ Crucem, ex qua anima ab æterno uſque exorta erat, quæ ante jacta fundamenta mundi & tempora ejus in æterna ſapientia proſpecta & præviſa erat. Iam primò vobis ſciendum eſt, quod unaquæque anima, dum adhuc in ſemine eſt, nondum creatura directè vocetur; ſed adhuc in igne eſt, vel ipſa eſt ignis Tincturæ, ac eſt voluntas Creaturæ, quũ adhuc in Parentum facultate ſit, ad exſuſcitandum creaturam, aut perdendum, quod tamen contra ordinem creationis pugnat, & abominabile eſt coram Deo. Vnde & hoc indicatur, quod velut arbor eſt, ita quoq; fructus enaſcatur, ſed tamen non eo modo, quaſi coactio ſit & fiant hæc abſolutè. Namque duo hæc regna in amore & ira ſtatim in appetitu ſibi mutuo opponuntur in lucta ſua: Quippe Iehova amorem ſuum in Chriſto in humanitatem rurſus introduxit: propterea luctam hanc cum ira inire cogitur. Sed hoc quoque noſcatis, quod impium & falſum ſemen facilè poſſit derelinqui; ac ſi hoc fiat, tunc figurat natura ignis ſæpius monſtroſiſſimam ſpeciem animæ ſpiritus, quæ in externa effigie non agnoſcitur, niſi in operibus, actionibus vitæ & falſitate voluntatis.

Quemadmodum igitur perſpicitur, quomodo quiſque actiones ſuas ex inferni abyſſo formet; ita quoque animæ ſpiritus figuratus eſt. Namque internum ad externum opus prorumpit, ad determinandum, quidnam voluntas

in abyſſo

in abyſſo ſit ſua, atque id ita perficit in corpore. Licet non manifeſtè illud propter ignominioſam pœnam depromere auſit; tamen occultè id perficit, & voluntatem ſuam adhibet ei rei, nec criminis loco id habet: quia ſemetipſum non novit. Perficit iſtud, quod ſibi judicat proficuum.

Deinde hoc etiam cuivis ſit cognitum, quod externum regimen, nempe ſpiritus hujus mundi ſimul in ſemine adſit, dum adhuc ſulphur eſt, atque in hoc aſtra dominiũ ſuum obtinent & imperium, ut ſic conſtellationem aſtrorum in ſeſe attrahat, quomodo mutuo adſpectu ſe fovet & mutuo venenat, ſimulque corporalem ſe faciat: Atque hoc omne fit, juxta imaginationem omni tempore conceptam. Namque unaquæque ſtella continet in ſeſe inſtillationem cum deſiderio anhelanti mirabilium juxta proprietatem ſuam. Vnaquæq; ſuam appetit vitam; & ſulphur Elementare, quod itidem appetens eſt, attrahit appetitum ſtellarum, & hunc ſibi adſugit quaſi, ut inde prægnans ejus fiat.

Iam verò in ſtellis omnes adſunt hujus mundi proprietates. Quodcunque & quicquid ſunt omnes creaturæ, id ſunt ſtellæ. Vnaquæque ſtella adjumentum vitæ ſuggerit, & manifeſtationi mirabilium Dei. Etenim propterea in eſſentiam ſubſtantiæ productæ ſunt, ut per eas omnes ſpecies naturæ effulgerent. Sic fit, ut ſæpius quis canis proprietatem in mordendo, invidendo, &c. depromat: alius, lupi, urſi, leonis, vulpis, leporis, tauri, pavonis, galli, bufonis, ſerpentis, &c. juxta omnes creaturarum ſpecies. Atque ſi jam talis ſtella fixa ſit, ut ſolis firmitudinem per inductionem ſpiritus ita acceperit, tunc vim ſuam obtinet, & penetrat imaginatione hac ſua ſemen, ex qua creatura in elementari vita & ſpiritu talem proprietatem accipit, quod tam fit in homine quàm animali: Et hinc dicitur homo animaliter rationalis.

Talis proprietas mala ſæpe animam obruit, & eam à voluntate Dei retrahit, ut planè ab ea egrediatur. Namque ſæpius accidit, quod in anima imago Dei adſit, quæ Deum appetit, & tamen externo tali ſpiritui captiva hęret, quæ eam affligit & torquet. Hoc ſępius cernimus in iis, qui toties in vitia & crimina quævis proruunt. Quippe ſpiritus externus in tot flagitia eos præcipitat; unde mox iterum in ejuſmodi cordis anguſtias, & dolorificos morſus incidunt, ut anxiè ſuſpirent & revocare id ſtudeant,

ſtudeant, pœnitentiam adſiduam implorent ad abſtinentiam recurrendo.

Lucta certè hæc ingens eſt animæ contra ſpiritum hujus mundi. Etenim ſæpius quis rem peragit talem, quam antehac nunquam animi cogitato ullo conceperat, multò minus in voluntate ad perficiendum ſibi præfigurarat, & tamen ita confeſtim obruitur facto aliquo. Nam ſi homo fortè ſecurus fiat, nec ſemper adſiduus in timore & tremore erga Deum vivat, ejuſque iram non metuat, protenus diabolus ſpiritui ſe inſinuat, & accuratiſſimè id obſervat, quando mala conſtellatio ipſius proprietatis & aſtri in eo ſimul operetur; unde homo ita in inſperatum lapſum à diabolo præcipitatur, in iram, in homicidium, ſcortationem, furtum, in venenum & mortem.

Externa enim vita aſtris totaliter in ſuum incidit imperium: Si verò huic jam dominationi reſiſtere velis, neceſſum eſt, ut Iehovæ ingrediare voluntatem, atque tunc in larvarum evadit ludibriũ, nec id perficere poteſt, quod in potentia ſua habebat; nec id appetit, ſed tantum diabolus. Quippe tota natura inclinatione ſua ſe Iehovæ voluntati ſubmittit, quùm imago Dei tantæ ſit potentiæ in homine & ejus roboris, quod, ſi ſe totaliter in voluntatem Dei transferat, naturam omnino conſtringere ità & vinculis quaſi coercere queat, ut etiam omnis conſtellatio obedire illi cogatur, nec minus ſe in hac imagine lætabundè exhilarare. Quippe ipſius voluntas quoque eſt, ut poſſit ab onere vanitatis liberari, unde ſic in imagine manſuetudinis inflammatur, ut cœlum quoque inde gaudium concipiat ſuum: unde Ira Dei in regimine hujus mundi ita extinguitur. Quando enim ea ſuccenditur fit hoc, ex malitia hominum, cujus culpa ſola eſt, quod iram Dei in ſeſe & in ſpiritu mundi exſuſcitarint. Namque falſitati perverſæ addictus homo etiam elementa inflammat. quum ille ſuam malignam vim & malitiam falſitatis in ea effundendo projiciat, quas abyſſi ira in ſe abſorbet, & inde commovetur operationemque ſuam edit, quùm aliàs eam amor Dei in manſueta vita coerceat.

Quod ſi verò ira majores vires adſumat, tunc vincit mundum: tunc ſpiritus hujus ex Spiritu Dei ita eloquitur: Furorem meum emittam in omnem carnem, qui vos devorabit & perdet funditus. Namque Iehova nil niſi bonitas eſt & miſericordia, qui planè à malo abhorret. Ille præmonitionibus antevertit homines, quomodo eos converſione oporteat ex ira egredi, & ita complanare

iram,

iram, vel tranquillare. Quod ſi verò hoc nolint homines, tunc prodire illud ſinit, quod iſti exſuſcitarunt; nempe bellum, famem, peſtem, &c.

Iam verò hoc non Iehova agit, ſed homo cauſſat id ipſe, unde cœlum ſubducit ſuam fœcunditatem terræ; ac ſpiritus hujus mundi ſe inflammat in infernali veneno, ut ſic morbi & peſtes exoriantur, in quo tamen Deus omni vacat culpa. Sed homines ipſi hoc ita exſuſcitarunt, quod illos quoque ſic devorat. Quippe ira Dei ita exacuatur, ut hunc appetitum devorandi nanciſcatur, quum homines eam in ſua malitia extimulent pertinaciter, ut cogatur ſe inflammare, quum aliàs libenter quieſceret. Inde *hoc* modo iſtud percipiatis: Omne hoc Adam hæreditarium nobis adjecit malum, dum ille ex paradiſiaca vita & complexione in ſpiritus mundani regimen ſe præcipitavit. Si ille in voluntate Iehovæ permanſiſſet, nunquam in æternum iram Dei concitaſſet; ſed diabolus ſolus cum ſuis in ira concluſus perſtitiſſet: Aſt proptereà cum imagine hominis hanc iniit luctam, & eum in peccatum præcipitavit, ut ille iram in ſpiritu hujus mundi exſuſcitaret, in quo diabolus princeps hujus eſt mundi. A*lias* ne quidem muſcam aut culicem attingere poterat, aut folium arboris commovere, niſi homo iræ originationem commoveret incendendo: Velut etiam iis temporibus, ubi homines à peccatis quieſcunt, & probitati piæ ſtudent, planè impotentiſſimus eſt. Ideoq; tam fortiter concitat & extimulat homines ad libidinem. Ille nebulo novit, quod ibi obtineat, & quid in humana propagatione & concubitu valeat; qualiſque ſpiritus pulchellus ex falſa voluntate progerminet aut procreetur: ad quem ipſi totus patet aditus potentiæ ſuæ, ſi ita maneat.

Tertiò demum etiam hoc vobis ex vero fundamento cognoſcendum damus, quod myſterium maximum iræ & diaboli concernit. Proinde hoc vobis ita demonſtramus: Quandoquidem in homine duo ſunt regimina, etiam dum adhuc in ſemine & in utero materno incluſus eſt, nempe in 2 Tincturis, quarum una, videlicet animæ Tinctura, ex æterna eſt Matrice; altera verò ex Centro hujus mundi, videlicet ex ſpiritu & vita hujus mundi; inde fit, quod ſæpius totaliter falſa anima juxta diaboli voluntatem figuretur, quam ira ſtatim excipit. Namque ita hujus ſpiritus mundi figurat eam, ſi in bona conſiſtat conſtellatione tum temporis, ubi ſpiritus in hominis generatione excitatur; atque tunc ſæpe exſuſcitat

ama-

amabilem externum ſpiritum, qui bona verba abſque pecunia dare novit; quum tamen interim anima ſit ejus planè diabolica. Ille molliter ſerpentia & adulatoria venditat verba ore; at ſpiritus cordis nil niſi merum eſt venenum, quo nil aliud cogitat, quàm ut poſſit peſſima perficere. Interim tamen ſplendore morum & ſimulatione malitiam cunctam obtegit. Iſte talis in 2 habitat regnis, nempe ſub imperio mundi & ipſius diaboli. Nec habet Deum pro Creatore, quin, nec credit in eum verè: quia ipſe ſibi Deus eſt. Ac licet inſtar hypocritæ in hiſtoria vivat, quaſi eſſet filius Dei; tamen ſolummodo ſub ſpecie hac ludit: nihilominus diabolus pruritu hoc cor ejus afficit, quod putet Regnum Dei conſiſtere in hiſtoriæ ſcientia, ſi illi opinabili fide adſiſtat, hoc ſufficere: ac ſi noſcat, quod Deus in tribus Perſonis ſit, atque Deus ſit factus homo, & ſic gratiam ſuam ad nos converterit, tunc ſe filium Dei eſſe, & hominem Chriſtianum. *Hactenus ille.*

Qualis verò iſte morbus? nonne eſt paſſim in falſa perſuaſione apud mortales epidemicus! O Iehova, quàm pauci ſunt Chriſtiani, qui hoc fideliter ſecum penſitant! Nonnè omnes fermè devii à te & Verbo tuo ſunt facti! O quam exiguus numerus eſt renatorum, dùm omnes iræ potius regno quàm amoris & gratiæ tuæ ſe deſtinarunt! Et quid non rabies furioſa belli deſignat! Nimirum te, ô Deus, armis defendere cupiunt, dum ſpiritus tui fortitudinē prorſus à ſe rejecerunt? An tu, Iehova, ſis ſicut homo? Si pietas illis ita cordi eſſet, & confeſſio Religionis vera; quur Verbi tui veſtigia tàm pervicaciter & pertinaciter deſerunt? Nimirum undique demonſtrant cujus ſpiritus filii ſint. Sed ut in plagis mundi quoque differentia juxta cœli diſpoſitionem apud mortales perſpiciamus; noſtro id ulterius concedemus Bodino: quod tamen brevibus ſufficiat, quùm fundamenta in generatione hominis interna ſint huc uſque explicata.

V. *An.*

Google

V. *An ſtatum Civitatis ad naturam accommodare oportet?*

QVod ad Legiſlatorem Reipub. ſpectat, ille inprimis hoc obſervabit, ut mores, inclinationes & naturam hominum bene cognitã habeat, ſi leges velit condere his accommodandas: interim tamen cuncta ita concipiat, ne quid naturæ ipſi repugnet; aliàs diuturnum aut ſtabile diu eſſe nequit. Sic enim legatus ille Rhodius apud *Liv. lib.* 45. in Senatu Roman. inquit: Gentes aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ: In vinum, in Venerem proniores ſunt aliæ: Athenienſium populum fama eſt celerem, & ſupra vires audacem ad conandum: Lacedæmoniorum, cunctatorem: non negaverim, totam Aſiæ regionem inaniora parere ingenia &c. Ita negari omnino nequit quod univerſalis diſpoſitio cœli non quid valeat, præſertim ſi interna conſtellatio cum externa coincidat, ubi longè fortior operatur. Principio igitur naturas eorum qui ad Aquilones & Auſtrum poſiti ſunt, inquiramus; deinde eorum, qui ad Ortum & Occaſum: Tertio demum, qui montes & valles & paluſtria loca &c. accolunt.

VI. *Quales igitur ſunt populi Aquilonares?*

QVi ab utroque Polo 15 gradibus abſunt, exigui ſunt, debiles, macilẽti, & à frigoribus perinde aduſti, ut Auſtrales à calore, ut quidem Hippocrates ipſe confitetur *in libr. de locis*. Sic qui propius à Polo abſunt, non cœruleos, ſed glaucos ſeu cœſios habent oculos, quia magis albeſcunt; cærulei verò ſunt meliores, quia nigricant: & hi magis à Polo abſunt. Ideoq; robore, magnitudine, forma, colore præſtant reliquis. Dani, Sueci, Gothi, Norvegi, ut plurimum capillo rubent, qui Anglis & Gallis propter invaſionem

nem Normannorum variam minus placent, & colorem volunt inde ſuſpectum. Scythas verò flavities capillorum, & cœſius oculorum color arguebat. Hi populi plus habent caloris, unde cibos facilius coquere poſſunt, unde & virium majora incrementa præ Auſtralibus: quod etiam in Moſcovitis, Tartaris & Polonis ita ſe habet.

VII. *Quales ſunt mediæ regionis inter Auſtrum & Septentrionem homines?*

MEdiæ regionis populi plus habent animorum ac ingenii, minus tamen roboris, quàm Septentrionales; ſed corporibus validiores ſunt Auſtralibus, à quibus ingenio, non tamen animorum vi ac fortitudine ſuſperantur. Habent etiam artes imperandi majores, & in rebus agendis juſtiores ſunt utriſque. In quorũ numero ſunt Germani, partim Poloni, Heruli, Bohemi, Hungari, Turcæ, Galli, Itali, Angli &c. Gallos in primis flava bilis ad celeritatem incitat.

VIII. *Quales populi ſunt Auſtrales?*

LIcet Auſtri natura humidus (ſic enim Græci νότον ἀπὸ τῆς νοτίδος, id eſt, ab humore dici tradunt; quia flantibus Auſtris, imbres; Aquilone vero ſpirante, puritas cœli ſequitur,) & noſtris regionibus fœcunditatem cauſſet; tamen terra ibi ſiccior verſus Auſtrum eſt; unde & animi motus ſunt ferventiores propter inſitum atrę bilis humorem; ac qui mentis agitatione paſcuntur, ingenium acuunt. Corporũ enim vis verſus utrumq; Polũ cum robore ſe exerit: animorũ verò ad Auſtralem plagam. Hinc polares pituitoſi, Auſtrales bilioſi, & intermedii ſanguinei dicũtur. Quare etiã Auſtralibus non minor eſt crudelitas, quam mentis copia ad agendum. At quo plus eſt in melancholicis ingenii ac ſapientiæ, eò difficilius correpti furore curantur: contra quã accidit iis qui ſanguine

guine abundāt; qui rarius à furore, ſępius ab inſania, quæ in cupiditatis cohibitione conſiſtit, vexantur.

IX. *Quomodo Orientales populi ab Occidentalibus differunt?*

ITidem ex diverſitate maximè ingeniorum ſumitur diſcrimen. Tametſi enim oritur nihil, idem occidit; veteres tamen uno penè conſenſu Aſiaticos facilitate morum & humanitate cæteros ſuperare tradunt. *Gal. Hippoc. Plin. Strab. Iulian. apud Cyrill.* Sic quoq; Iulianus transfuga in libr. quem contra Chriſtianos ſcripſit: Quis, inquit, Ingenia Perſarum, & Syriorum facilia & tractabilia non videt? Quis Celtarum & Germanorum animos feroces, ac ſuæ libertatis amantiſſimos? Romanos verò & natura militares & urbanos; Aegyptios & acutiſſimos, & effœminatos eſſe neſcit? &c.

Ita Cicero ait, non modo in Aſia eſſe, verum etiam ad omnes populos inde perveniſſe humanitatem. Cæſar quoq; *lib. 2. de bell. civil.* inquit: Ipſi homines Aegyptii ingenioſiſſimi ac ſubtiliſſimi, tum artificioſè noſtrorū machinas imitabantur. De Aſſyriis, Chaldæis, Perſis, Indis, toties S. Scriptura loquitur, quod fuerint in omni ſcientia & magia exercitati. Hiſpani profectò ſuperiori ętate prodiderunt Indos Orientales & Occidentales Antipodaſque. Qui Sinarum littus accolunt, cæteras gentes urbanitate, ingenii lepore; Braſilianos verò ſub eodem Aequatoris tractu indomita feritate & crudelitate gentes omnes ſuperant. Ventus item Orientalis & aëris ſuavitas efficit, ut, qui ab Oriente originem traxerunt, oris dignitate, ac forma cæteris præſtent.

X. *Quid de ventoſis locis & quietis ſentis?*

EST illud ſingulare, quod ventoſa loca ferociores homines & mobiliores reddant; quieta verò huma-

humaniores & conſtantiores. Ratio eſt perſpicua, quod tranquilla mens in eo eſſe non poſſit, qui huc illuc jactatur.

XI. *Quid de accolis aut incolis montium ſentis?*

NOtabilis eſt quoq; differentia eorum, qui montes accolunt, ab incolis vallium; & eorum, qui ſub eodem cœli vertice montes obverſos habent ad Auſtrum, ab iis, qui ad Septentriones convertuntur: item eorum, qui ad Orientem Solem converſi juga montiũ habent à tergo, ab iis, quibus à fronte mons ad Ortum oppoſitus eſt. Amant montium accolæ, ac tota natio Aquilonia populares ſtatus, aut monarchias liberas, ut principibus imperia tribuere, eaque eripere, quoties velint, poſſint. Quum tamen corporis non ingenii viribus confidant, prudentioribus acquieſcunt. Qui Helvetiorum & Rhetorum populares ſtatus in monarchiam convertere volet, operam luſerit. Quia tametſi regnum imperio populari præſtat, proſpiciendum tamen eſt, quid quæque natio cupiat, quid ferre recuſet. Prius enim montanas gentes ad manſuetiorem vitam deducere, aut veluti feras indomitas detractis unguibus ac dentibus, exarmare oportet, quàm regnum proponere. At convallium incolas molles ac deſides facit agri ubertas.

XII. *Num verò ex eodem cœli tractu mores iidem judicari ſemper queunt?*

NOn modo cæli natura & regiones univerſæ conſiderari queunt; ſed etiam ſingularia & regionis cujuſq; propria intueri oportet: Quid ab aquis, quid ab aëre, quid à montibus, quid à vallibus, quid à ventorum natura, quid à religionibus, quid ab inſtitutis, quid à diſciplina, quid denique ab ipſo ſtatu

ſtatu Reipublicæ in animis cujuſque ingenerari queat.

Qui ingenio præſtant, feritatem odio habent. Barbaries enim ab inopia mentis & conſilii derivatur. Manſueſcunt autem populi, quibus à militia vacatio datur, qui otio ac tranquillitate fruuntur; ac potiſſimum, qui litterarum ac Muſices ſtudio adſueſcunt. Carthaginenſes, *ait Cic.* fraudulenti & mendaces, non genere; ſed natura loci, quod propter portus ſuos multis mercatorum ſermonibus ad ſtudium fallendi ſtudio quæſtus vocabantur. Ligures montani, duri atq; agreſtes; docuit ager ipſe, nihil ferendo, niſi multa cultura & magno labore quæſitum. Campani ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine. An non idem Iudæis accidit, quùm terram *melle* & lacte plenam incolerent? Omnes Prophetæ de eorum perverſitate conqueruntur. Ita quid non ocium & cibi repletio faciat? Cognoſcat quis alios & huc referat populos. Sic bella quoq; feritatem ingenerant. Mores ita pro humorum qualitate & ſortis nutu variantur apud omnes. *Levitas mortalium eſt.*

CAPVT II.

I. *De qua re in hoc capite agitur?*

FVit Coloniarum migratio magnam hominum diverſitatem, ut gentes cum ſedibus paulatim mores mutent, unde & linguarum corruptio plurimum valet in converſionibus. Hac occaſione iterum exquiririt novam quæſtionem de converſione Reipubl. quùm putet ex ſpoliatione omnium certiſſimè poſſe ſubverti Reſpubl. ſi multitudo inopia laboret nimia, & è contra pauci opibus præpolleant. Verum quidem eſt, invidiam non levem parere hoc in civi-

 tati.

Digitized by Google

tatibus, quod cotidie cernimus; non tamen ſtatim propterea nunc ita frequenter uti olim Reſpub. ſuas patiuntur concuſſiones? Vnde ſollicitus eſt de remedio, quod huic malo medicinam addere poſſit.

II. *Quæ cauſſa eſt, quod ſpoliis hodie non ita frequenter exponantur Reſpubl. quàm olim?*

PLeni ſunt antiquitatum libri, quibus monſtratur, eos, qui de ſtatu Reipubl. conqueri ſoliti ſunt, oblatam occaſionem ſpoliandorum locupletum pauciorum, ſemper orripuiſſe. Quod tamen converſiones hæ rarius noſtris quàm veterum ſeculis contingant, inde eſt, quod jam tanta multitudo non ſit ſervorum, ut illis erat temporibus. Etenim tanta tunc fuit copia ſparſim, ut in pleriſq; civitatibus quadraginta ſervi pro unius hominis liberi capite cenſerentur. Diuturnæ verò ſervitutis merces ampliſſima fuit libertas, quàm plerique pecunia vel operarum conventione paciſci cogebantur.

III. *An multitudo civium & liberorum inopiam afferat Reipublicæ?*

ITa argumentari ſæpius eos audivi, qui ſoli principes in civitate paucorum eſſe optabant: ſed certè graviter omnes peccant in patriam, qui ita ſtatuunt. Etenim nullæ civitates locupletiores ſunt, aut artiũ ac diſciplinarum omnium varietate clariores, quàm quæ civium multitudine abundant. Quod adeò hodiè perſpicuum eſt, ut vel unicum Belgium exemplo poſſit id demonſtrare ſuo.

IV. *An verò non ex civium multitudine ſeceſſiones exiſtant?*

HOc adeò ab omni ſeditione alienum patet, ut etiam nulla re civitates ab ea tutiores ſint, quàm homi-

hominum copia ac varietate: quia potentes inter, ac debiles; locupletes ac tenues; probos & improbos; ſapientes ac deſipientes; opifices ac nobiles, magnam mediocrium in omni genere multitudinem interjectam eſſe oportet, quæ extrema diſſidentia mediis ordinibus conjungat: contra quam fit in anguſtis civitatibus, quæ & momento in duas factiones diviſæ ſecedunt, nec facilè conciliantur.

V. *Quomodo occurritur Converſioni Reipubl. quæ ex ſpoliatione divitum paucorum à multitudine paupere poſſit committi?*

QVod talis ſpoliatio queat precaveri, non eſt dubium: ſed non communione bonorum Platonica; potius exemplum ex ipſa Republ. Hebraica ſumendum eſt. Non video enim, quamobrem, meliora divinis legibus neglectis, inanium hominum errores ſequi debeamus. Nam ex 13. tribubus unam ſibi ſacravit; cui quod ſacrificiorum ac Iuriſdictionis curam dediſſet, prædia præterquam urbana poſſidere non permiſit; ſed frugum omnium ac pecudum decimam à ſingulis accipere. Vnde agrorum diviſio cum omnium regionum diſtributione ſecuta eſt, uti *Ioſ.c.* 15, 16, 18, 19. *&c.* explicatur. Succeſſio quoque hæreditaria conceſſa eſt filiis, de qua *Num.* 27. Iehovæ conſtat deciſio integra.

VI. *An non etiam aliud remedium poteſt applicari, præcautionis ergo?*

IMò hoc maximè prodeſt, ut fænerationes prohibeantur, juxta legem divinam *Deuter.* 23, 19, 20. *&* *Nehem.* 5. quum nemo in dubium vocare poterit, niſi apertè inanibus argutiis oracula divina fallere ſe poſſe putet. Tutius igitur eſt uſurarum non modo radices; ſed etiam fibras omnes amputare: neque id

Digitized by Google

Reipubl. nec corporibus ullis, aut collegiis, ulla utilitatis, aut pietatis ſpecie permittere: quod quum Iure Pontificio factum eſſet, privati quoque ſibi idem licere putarunt. Quis enim quod publicè utile ac honeſtum videatur, privatim turpe eſſe putet? Nulla autem violandæ legis occaſio major eſt, quàm ſi is, qui legem tulerit, eandem ſua lenitate perrumpat. Sed quùm inutilis ſit lex, quæ quid vetat, niſi propoſitam pœnam habeat; Et minæ inanes ſunt, niſi pœnarum executio ſequatur. Qui graviorem uſuram pactus eſſet, quadruplum ex lege duodecim tabul. reſtituere cogebatur. Etiam ordinatio Politica ſuam uſurariis pœnam ſimilem ſtatuit.

V I I. *Quur ita fœnora mulctanda veniunt?*

NOn tantum iniquitatibus obnoxia ſunt, ſed etiam fit inde, ut fœnoris cupiditate mercatura jaceat, opificia negligantur; agricultura ſordeſcat; pecuaria deſeratur; ipſiq; nobiles avorum poſſeſſionibus diſtractis, certare faciant uſuras cum fructibus prædiorum; deinde ſorte diſſoluta, fortunas omnes momento abliguriunt; & illos pecunia primum; deinde fides deficit, rapto vivere, prædari, latrocinari non dubitant: aut, quod extremum eſt, perturbata civium quiete, ſuam inopiam Reipubl. ruina ſarcire non verentur.

V I I I. *Quinam inter fœneratores maximè reperiuntur culpabiles?*

IVxta Bodinum noſtrum, ſacer ordo minus quid veniæ meretur, quùm adeo avariſſimum & ambitioſiſſimum genus ſit, ut non ſolummodo in Occidentis regionibus dignitate cæteris duobus ſuperior eſſe velit; ſed etiam, (licet vix centeſimam populi partem capiat) frugum ac pecudis decimas

(contra

(contra quàm veteribus naſcentis Eccleſiæ decretis cavetur. *Can. futur. Eccleſ. & Can. videntes. 12. quæſt.*) ab omnibus ordinibus exigere; omnia omnium teſtamentis & codicillis legata petere; prædia, inquam, urbana & ruſtica, villas, arces, civitates, Ducum etiam, Comitum, ac Marchionum ampliſſimas poſſeſſiones, ac reditus annuos omnis generis, præter pecuniarum vim infinitam, quæ in ſacrificia & alias erogantur, corradere; nec tamen tot ac tantis opibus auctas hæreditates quocunque Iure deletas cernere; prædia ſibi ex opibus Eccleſiaſticis parere; partas opes collegiis & corporibus Sacri ordinis legare; diſtractionem prædiorum ac rerum Eccleſiaſticarum prohibere; poſtremò immunitatem ac vacationem ab omnibus muneribus, importunis rogationibus, extorquere non dubitet.

IX. *Quomodo autem accurritur huic malo, ne talium opes in infinitum excreſcant, & populus penitus enervetur?*

IN pleriſque civitatibus cautum eſt, ut quæ prædia deinceps Eccleſiaſticis collegiis dono data fuerint, ea vendere cogantur; ut in Eduardi lege; qua etiam Eccleſiaſtica collegia deinceps prædia comparare prohibentur. Eadem lex juſſu Carol. V. promulgata eſt apud Belgas. Sic & Curia Pariſienſis id vetuit: Et apud Gallos lege Aurelia, populo rogante, lata eſt: Sacerdotes excipere teſtamenta, quibus quid eis legatum eſſet, prohibebantur. Quod etiam nuper Venetiani conſtitutum fecerunt lege perpetua: Veiut olim quoque aliarum gentium omnium, exceptis Athenienſibus, una lex erat, ne prædia teſtamento legare liceret, quo minus æquabilis agrorum diviſio turbaretur. Hoc habebant ex lege divina, qua perpetua diſtractio prędiorum omninò prohibebatur, cive

pactis, ſive teſtamentis, ſive Iudicum decretis id fieret. *Num.* 23.

X. *An optimatum locupletiorum familiæ tyrannidem commodius evertere valent?*

NIhil Principi ac potiſſimum tyranno tam metuendum venit, quàm collegiorum & familiarum illuſtrium opes ac potentia. Populare verò imperium maximas paucorum opes, in ſumma plebis inopia ferre nullo modo poteſt. Ideoque id diſpicit, quomodo manus ipſorum opibus inferre poſſit. Sed ne hoc fiat, ita plebs fovenda eſt, ut ſemper in aliqua victus ratione conſervetur. Aliàs optimates nec ſuo in ſtatu ſatis firmi erunt, nedum quod tyrannos valeant ad æquitatem revocare, aut iis ſuum imponere jugum.

XI. *Num etiam neceſſe eſt, ut in Republ. de dotibus certæ habeantur leges?*

NOn certè hoc eſt inconſultum, tum ne dotium magnitudine domus exhauriantur; tum etiam ut dote moderata fœminæ ad pudicitiam & obſequium virorum facilius cogantur. Quibus autem dotes ampliſſimas dari videmus, neceſſe eſt turpiter viris imperare & contra decus ac dignitatem viros uxoribus inſervire. Danda igitur ſunt frena impotenti naturæ, & indomito animali. Nam, ut ſemel paresſeſſe cœperint, extemplo ſuperiores erunt. *Cato cenſ. in orat.*

XII. *An prodeſt ut pauciſſimi opibus effluant?*

STatus Ariſtocraticus magnum incrementum & robur ſe inde accipere putat, ſi legibus connubialibus ſit patritiis egentibus licitum filias plebeiorum locu-

locupletes ſibi deſpondere; nec certè abs re eſt: Sed hoc maxime prodeſt in omni Republ: ut otioſorum ac tenuium hominum multitudo ad continuum exercitium laborum & negotiorum in commerciis provocetur, & induſtria exacuetur. Niſi hoc fiat, peſtis erit Reipublicæ. Reliqua facilè tranſeunt: At durabile eſt laborioſum continuum.

CAPVT III.

I. *Contenta quænam ſunt hujus Capitis?*

PRimaria quæſtio in antecedentibus jam eſt explicata; quùm verò conſequens heic ſit, quod Auctori noſtro ſcrupulum moveat, iſtud quoque in hoc expedire cupit; Quidnam melius ſit, ut proſcriptorum bona propinquis, an verò rectius ipſi Reipublicæ adjudicari debeant? Quum igitur putet, hanc quæſtionem à ſuperiori dependere, eo rectius expeditiuſque poteſt paucis exſolvi.

II. *Num in crimina Civium inquirendum eſt?*

VItium quod virtuti contradicet, ſibimetipſi pœnæ loco eſt, dum animum vitiat & commodum proprium ſui commaculat, alioſque ab eo abhorrere facit, qui addictus malignitati & falſitati vivit. Crimen verò quatenus publicæ ſecuritati incommoda creat, aliiſque hominibus damnum infligit, meritò cenſendum venit Magiſtratui & in hoc animadvertendum ſeriò, præſertim ſi publicum ſit & ſcandalo corrumpat cives. Sed quùm cura principum circa Iudicia ſit triplex. *Primò*, ut curam ſuiipſius habeat in cognoſcendis cauſſis: *Secundò* litigantium; *Tertiò*, & judicum inferiorum; ita judicium cuique præſtabit, ut veritatis oculum

conſervet. Rectius id autem fieri non poterit, ne in affectuum cœcitatem incidat, quàm ut ordinariè id ad ſe perferri ſinat. *Exod.22.9. Deut.* 19.17. & 25. 1. Ideoque admodum operoſe de inquiſitione ICti omnes ſynceriores agere ſolent, quod non pateat ad eam via, niſi diffamatio antecedat. *Clar. in pract. crim. parag. fin. quæſt.* 6. *Rolan. Conſil.* 3. & 12. & 30. *volum.* 3. & Maranta 10. requiſita ſpecificat. *Part.6. num.*17,18,19. *uſque ad* 105. Nec ulla valet, niſi prius à Iudice procedat interpellatio ad offenſos, an velint accuſare, an non? *gloſſ. in c. presbyt.* 2. *q.*5. *l. Senatus. C. qui accuſ. non poſſ. Decian. conſil.*4. *num.*6. *vol.*5. Quod adeò verum, ut ne quidem civiliter poſſit inquiri regulariter. *c. ex luta. de Iudic. Præpoſ. c. de accuſ.* 2. *q.*8. *coll.*22. Sic non permittitur Inquiſitio pro delictis levibus. *Bald. ad Auth. habita. C. ne fil. pro patr.* Nec aliàs procedit, non procedente infamia. *Marſil. conſ.*49. *num.*7. nec valet, ſi de delicto non conſtet. *Id. reg.* 1. ceu nec fieri poteſt ſine citatione partis. *Bald. ad l.*4. *parag.* 1. *ff. de cond. ob. cauſ. c. presbyt.* 2. *quæſt.*5. Nec poteſt inſtitui, ſi teſtes non ſint integri *c. qualiter. de accuſ.* Vnde nec ſine accuſatione eſſe valet, *Decian. conſ.*25. *num.* 7. *vol.*2. aut ſi indicia vel fama publica abſit. *Bart. in l. congruit. ff. de off. præſid.* ne injuria alicui fiat, quùm nec deceat in virum honeſtum inquirere. At fieri poteſt ad denunciationem officialis. *Bart. in l. divus. ff. de cuſtod. reor.*

III. *An delatores in Republ. ſunt conſtituendi?*

DElatores publico exitio repertos eſſe, & pœnis nunquam ſatis coërcitos teſtatur *Tacit. lib.* 4. *Annal.* Vnde & pœnis affecti ſunt publicè in Amphitheatro olim. *Alex. ab Alex. lib.* 4. *Gen. dier. c.* 22. Si verò tempus fortè ſit ſeditioſum & periculis Reſpubl.

Digitized by Google

Reſpubl. ſummis expoſita, tunc admitti poſſe Delatores, Politici ſtatuunt, ſed ea cum cautela, ne ſtatim fides delatoribus habeatur, potiuſque omnia examinentur ad veritatis normam. *Gockl. lib. 6. Pol. cap. 9.*

IV. *Præſtatnè verò bona proſcriptorum Propinquis quàm Reipubl. adjudicari?*

QVùm proſcriptiones bonorum omni civitatum generi pernitioſæ ſint, maximè in unius dominatu cavendæ; quippe ex eo tyrannus facilius, quàm in cæteris exiſtit. Quod ſi quis putet, ab optimo principe nihil metuendum, ut ſuorum exitio ditari cupiat: Ego ſic ſtatuo, nulla re ex bono principe tyrannum facilius quenquam fieri, quàm propoſita proſcriptione damnatorum; eoque magis, ſi tenues ſint principis opes ac fortunæ. Quibus enim principibus nulla diripiendi cauſſa eſt, propoſita bonorum adipiſcendorum ſpe, nec occaſio, nec crimen, nec calumniator, nec improbus Iudex unquam deerit: Ac ſæpè principum uxores dum alienis opibus & prædiis inhiant, maritos ad cædes, ad proſcriptiones, & alia impellunt. An non id cotidie adhuc liceat obſervare? Non tamen eſt æquum privatorum bonis ex proſcriptionibus Rempubl. locupletari. Vnde rectè Imperator legem tulit, qua damnatorum bona fiſco ademit. *Authent. Bona. C. de bonis damnator.* Quapropter meritò paterna avitàque prædia damnatorum propinquis fruenda relinquantur. Quin etiam Achab in pœnam divinam incurrebat, quùm Izabela ipſi nequiter adjudicaret hortum Nabothi, 1. *Reg.* 21. 18, 19.

CAPVT IV.

I. *De quibus rebus in hoc agitur capite?*

QVùm Reſpublicæ omnes duobus his fundamentis, præmio videlicet & pœna, ſtare ac omninò niti videantur; ſi nempe propoſitis bonorum ac malorum finibus, ſupplicia peccatis, præmia rectè factis decernantur; locus hic poſtulat, ut eorum quoq; vim paucis explicentur. Non enim graviores civitatum motus, nec frequentiores Rerumpubl. interitus contigerunt, quàm quùm & impunè ſceleratis peccare licuit, & bonorum ac integrorum fideliumq; virorum præmia nulla fuerunt. Sed de pœnis agere ſupervacaneum heic putat noſter Bodinus, quum omnium ICtorum libri de iis pleni ſint: Proinde de præmiis potius quid monendum arbitratur, quùm vix aliqui ſint, qui hanc tetigerint materiam.

II. *Vbi autem agunt ICti de pœnis?*

INtereſt Reipubl. ne crimina maneant impunita, ait *l. ita vulnerat. ff. ad l. Aquil.* De variis autem pœnarum generibus, pro qualitatibus delictorum imponendis, principaliter agit lex Divina, *Exod.* 22, 5, 1. & 21, 12. & 22, 30. *Num.* 15. 30. *Gen.* 9, 6. *Exod.* 21, 23. *Levit.* 24. *Deut.* 19, 19. & 32, 34. & 25, 1. &c. Deinde *in lib.* 9. *C.* juxta verſus:

Septima multiplici pars crimina lege flagellat,
Pignorat Octava; Crimina Nona premit.

Ac *in ff. novo* habes librum 9. & 10. qui imponunt pœnas pro delictis tam privatis quàm publicis. Eſt quoque *Nemeſis Carol. & Ordinat. Polit. Imper. Rom. Ger.* Item *Inſtit. de noxal. act. & lib. de Publ. Iudic.* ICti autem paſſim, qui commẽtaria in dict. locos Iuris civil-

ris civil. conſcripſerunt, varia de pœnis tradunt. Inprimis eſt *Farinaceus*, qui diffuſiſſimè de hac materia egit. Item *Menochius, Saniverius libr. de pœnis German. Alth. in Dicæol. lib. 1. cap. 98. & 99. 100. &c.* Sed hoc inſigniter heic eſt notandum, quod Criminales Dn. admodum ſint liberales in pœnis irrogandis, ac ſæpius impingant liberaliſſimè. Non verò ita temerè quid de ſanguine humano conſtituendum eſt; quoniam nec à Iudicio Dei abſolvunt quem leges hominum, quùm omnis homo mendax inveniatur, quoties à Verbo Dei ratio deviet procax. Ideoque rectius in his cum Verbo Dei quid conſtituendum manet, quàm quod juſtitiam hominum in his rigoroſis velimus nobis approbatam reddere. Caveant illi heic ſedulò ſibi, qui nimis creduli ſolent eſſe ICtis. Iudicium Iehovæ longe aliud eſt, quod ſe non ſinit cum humano æquiparari; nec humanæ excuſationes quid valent coram tribunali Chriſti. Stultum quoque eſt conſcientiam iis expurgare velle, quaſi impunè ſit licitum juxta leges humanas judicare & quid decidere, quod Iehova aliter conſtituit. Excuſatores vani recurrere ſolent ad Imperatorum ordinationes, quaſi inde ſatis in conſcientia ſint purgati. Sed rectiora intelligens, hoc cavet maximè, ne quid id juſtum dicat, quod Verbo Dei injuſtum eſt. Nobis enim non competit tenebras vocare lucem. Væ illis qui ex die noctem, & ex nocte diem conficiunt, ait *Proph. Eſa. c. 1*. De uſuris quoque heic quid ſit ſtatuendum, in iis conſule *Avenar. q. Nom. Pol.* 134.

III. *Quid autem eſt præmium?*

CErtaminis mercedem dicunt, quam quis præ aliis accipit: Deinde quicquid honoris cauſſa datur pro officio, aut re benè geſta. Varro *in 5. de ling.*

Lat. Præmium à præda, quod ob rectè quid factum conceſſum ſit. Veteres Premium dixere à premo, quia per præmium alii ſoleant premier: vel à præ & emo, quod eſt præ aliis emere; vel à præ & munium, quaſi præmunium, pro officio & munere datam. Papias verò dicit: Præmia, mercedes, dona, emolumenta palmæ, munera victoriæ. Sic & beatorum erunt præmia in altera vita æternitatis ſanctæ.

IV. *Quomodo premium à beneficio & privilegio differt?*

DIfferunt diſtantq; inter ſe plurimum. Beneficium enim ceu à benefaciendo dictum eſt quod ex liberali animo & manu progreditur, etiam immeritis; præmium verò non niſi merẽtibus datur. Tum illud virtutem antecedit, hoc ſequitur; Privilegium autem in utramque partem poteſt accipi: quia eſt lex quaſi de privato homine lata; id eſt, uni alicui ſingillatim attributa, ut non ſit communis: Vnde hodiè privilegium vulgo vocant prærogativam & Principum indultum, quum ſit ordinarii Iuris ſingularis derogatio, ex gratia cuidam attributa. *l.* 16. *ff. de ll.* Hinc Græcis προνομία eſt, quaſi lex ſit, per quam quis quid habet πρὸ ἄλλου, præ alio. In privatos enim homines leges ferri noluerunt niſi centuriatis Comitiis. Inde eſt privilegium. *Cic.* 5. *de ll.* Singillatim non Communiter datum, ut *Gell. lib.* 10. *c.* 20. ait. Quocirca privilegia potius vocari debent; quia veteres *priva* dixerunt, quæ nos ſingula diximus. Privilegiarius inde eſt, cui conceſſum eſt privilegium. Beneficiatius, qui beneficio afficitur. *Feſt.* Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio: è contrario munifices vocabantur, qui non vacabant: ſed munus Reipublicæ faciebant. Vide Senecam de beneficiis, qui integrè de iis ſcripſit. Principem decet ſemper vincere

vincere ſubditos beneficiis, ne majora ſubditorum, quàm ſua in cives extent, quod turpe eſt.

V. *Quot genera præmiorum dantur?*

OMnia præmia vel ad decus, vel ad utilitatem, vel ad utramque comparantur: Alioqui præmium eſſe deſinit, ſi verborum ſubtilitatem, non popularem dicendi morem ſequamur. Nunquam enim debet utilitas à dignitate ſejungi; imò debet maximè pietati includi, ut hæc honeſtatem cum utilitate metiatur: nec ex erroribus & inani opinione jura judiciaque ſæpiſſimè conſtituantur. *l 2. ff. de off. Præt. l.* 3. *ff. de ſuppellect. legat.* Alias enim præmia quo plus habent utilitatis, minus honeſta erunt dicenda; ſiquidem opibus ac pecuniis utilitatem metimur.

VI. *Circa quæ verſantur Præmia?*

QVæ ad verum decus ſpectant, quo ſunt ab utilitate remotiora, eo ſplendidiora judicari debent. Dignitas enim non tam utilitate, quàm pietate verè elevatur. Licet aliàs velint, quod honeſtiſſima præmia verſentur in triumphis, in laudationibus, in ſtatuis, in magiſtratibus, in imperiis, quæ propterea honores appellantur, quibus clarorum virorum privatæ ſæpius opes exhauriuntur: Cætera plus utilitatis quàm dignitatis habent, Sacerdotia, dona militaria, congiaria, vacationes à muneribus publicis, immunitates à vectigalibus, à tributis, à tutelis: Iura civium, natalium reſtitutiones, Iura liberorum, nundinarum, nobilitatis, Equeſtris ordinis & Patritiæ dignitatis. Alia quædam vilia præmia putantur, utilia ſunt tamen, ut Scribarum, viatorum, lectorum, actuariorum, poſtariorum, &c. Quod ſi munus nec utile, nec honeſtum judicetur, non præmium, ſed onus erit *l. munus. ff. de V. S.*

Digitized by Google

VII. *Quæ ratio diſtributionis eſt in præmiis?*

PRout ſtatus eſt Reipubl. ita diſtributio valet: Etenim in ſtatu populari præmia plus habent honoris, quàm utilitatis. Plebs etenim, quæ veræ laudis guſtum nullum habet, aut curat, ſemper utilitates & commoda ſectatur: Honores verò & imperia facilè hominibus ambitioſis tribuit. In Monarchia verò Princeps dona facilius, quàm honores & imperia largitur, ac potiſſimum tyrannus, cui nihil gravius eſt, quàm ſubditos honoribus cumulari; vel quia metuit ne honorum illecebræ civibus occaſionem affectandæ tyrannidis præbeant; vel quia tyrannorum mentes virtutis ſplendor ita perſtringit, ut virum bonum non modo laudari non patiantur, ſed etiam ne intueri quidem ritè valeant.

VIII. *An ſic imperia popularia cæteris clariora ſunt & æquabiliora?*

OMninò. In hoc enim cæteris præſtat, quod virtuti potior ſit locus & liberior, nec facilè via cuiquam ad altiora præcludatur, ac ſe poſſit invidiæ rectius ſubducere aliorum qui virtutem premere ſolent: tum quoq; in ſtatu belli, heic belli ducibus honores & triumphi decernuntur, quos glorioſa ingenia plerumque ambire ſolent: aliis autem, quibus magis arridet pietas, conſcientiæ libertas unicè oblectationi eſt, quùm libera heic ſit illis vita; dum aliis externa virtus honore alitur & ſuſtentatur; ut mirum videri non debeat, ſi in popularibus imperiis plures pietate, & virtute ſancta excellant, quam in reliquis Civitatibus: dum omnium quoque animi ad gloriam incitantur & inflammantur.

IX. *Quid*

IX. *Quid vocas triumphum?*

IVxta Romanum morem erat ſplendida introductionis victorialis pompa, quæ ex decreto populi & Senatus victor feſta fronte coronatus adſcendebat, locum deſtinatum, quem Capitolium dicebant. Ex Græco Latinum eſt factum verbum, ut θρίαμβος, ſit, quaſi θρῖον frons, & ἀμβαίνω adſcendo. Invehebatur triumphans curru exaltato, & quatuor equis albis, ac veſte purpurea, auro intexta utebatur. Hunc ſequebantur hoſtes captivi, ac hoſtium Duces manibus poſt terga revinctis. Senatu præeunte in Capitolio de tauris ſacrificabant, &c. Quæ ſpecies incredibili gloriæ cupiditate juventutem ad ſtudia virtutis ſua ſponte currentem magis inſtigabat. Hinc mortuis quoque laudationes, ludos, & ſtatuas deſignabant.

X. *An etiam honor in contumeliam abire poteſt?*

SÆpius hoc fieri ſolet, præſertim iis in locis, ubi turpiſſima ac pernicioſiſſima honorum ac præmiorum, quæ virtuti debentur, mercatura exercetur: Vel ſi etiam Principes vectigalia ac tributa canibus aulicis ſuis præter merita adjiciant: vel abjectiſſimum & indigniſſimum hominem imperio conſulari ſubornare aut magiſtrum dicere velint: qua ratione dignitatum ordo ac decus honorum penitus conturbatur.

XI. *Vnde ordines dignitatis maximè profluunt?*

VEri ordines conceduntur tantum abeo, qui Iura Majeſtatis habet propterea potiſſimum, ut de Republ. benè mereri ſtudeant, & benevolentia obſequioque majore Principem complecti non deſinant. Sed quùm dignitas quoque indignis tributa,

ſordeſcere & contemni inciperet: coacti ſunt Principes identidem novos honores, novas dignitates, novaque præmia excogitare: Ceu eſt Ordo Equeſtris Anglorum ab Eduardo III. inſtituta, Francorum à Iohanne Rege *Anno* 1351. Philip. II. *Anno* 1429. Ludovici XI. *Anno* 1429. D. Michaeli dicata, & Allobrogum Ducum de Aureo vellere, *&c.*

XII. *Quur verò viri boni & pii Præmiis ut plurimum vacant?*

QVum aulæ & prætoria Principum potius adulatoribus & hirudinibus, quæ Principis ac populi ſanguinem ebibant, oſſiumq; ipſorum medullas aviduſſimè exugant, repleta ſint; fit inde ut pii, probi, juſtique ac qui plurimum de Republ. merentur, à principum conſpectu quam longiſſimè remoti ſint: ſive quod præmia pietati & virtuti debita, quæ ſponte attribui, non peti debent, extorquere à dignitate alienum putent; ſive quod iis petendis ſemper pecunias, ſæpe quoque operam ac ſpem penitus amittant; ſive quod longè ſanctiori animo ſint prædíti, quàm quod mundana in tanto velint habere precio, ut iis ſe ſubmittere turpiter cupiant. Vt in filiis Zebedæi apparet. *Matth.* 20, 21, 23, & *Marc.* 10, 42, 43. Quum mundana hæc omnia tranſeant, & momenti inſtar ſe habeant erga æterna. Nam & Filius hominis venit non ut ſibi miniſtraretur, ſed ut miniſtraret. *Marc.* 10, 45.

XIII. *Quur ad ultionem magis, quàm ad gratitudinem proclives ſumus?*

EA beneficiorum vis eſt, ac natura, ut, qui dedit, non minus, quàm qui accipit obligari videatur: Gratiarum autem actio ingratis hominibus gravis eſt, multo gravior gratitudo: Vltio verò multò gratiſſima,

tiſſima, cujus rei cauſſam Tacitus inquirens: Proniores, inquit, ad vindictam ſumus, quam ad gratiam: quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur. In tantum defecerunt homines à via veritatis, ut vindicta illis potiori ſit recreationi, quàm remiſſio peccati, quum ne quidem cum bona Conſcientia Deum invocare poſſimus irati *Matth.* 5, 23. nec ad ſolis occaſum extendere debeamus iracundiam noſtram, ut monet D. Paul. nedum quod vindictam appetere velimus, quę omninò Soli Deo relinquenda eſt. *Gen.* 15, 14. *Lev.* 19, 18. *Deut.* 32, 35. *Pſalm.* 7, 7, & 9, 13. & 94, 1. *Proverb.* 17, 11, & 20, 22, & 24, 29. *Ierem.* 51, 36. *Ezech.* 25, 12. *Matth.* 6, 14, & 18, 22, 35, & 26, 52. *Marc.* 11, 26. *Luc.* 6, 27, 28, & 9, 55. & 17, 3, 29, & 18, 7. *Rom.* 12, 19, & 1 *Corinth.* 6, 7. *Galat.* 5, 10, & 1 *Theſſ.* 5, 15, & 2 *Tim.* 4, 14. *Hebr.* 10, 30. *Iacob.* 5, 4, 9, & 1 *Pet.* 3, 9. *Apoc.* 6, 10.

XIV. *An melior premiorum diſtributio unquam ſperanda eſt, quàm nunc eſt?*

QVam diu pietas ab aulis exulabit, vix quid ſpei ſupereſſe valet. Quia omnibus ferè principibus in more poſitum eſt, ut mimos, paraſitos, adulatores, meretrices, cinædos, &c. incredibiliter potius ament & colant, quibus omnia largiuntur, quàm quod viris bonis & juſtis quid ſe debere putent. Quin etiam plurimi proceres vanitate ita repleti ſunt, ut licet aliquid promiſerint; tamen pro nutu modò quid ajant, modo quid negent. Ac licet quid tandem virtutis nomine cuiquam concedatur; tamen furibus aulicis magnam partem fructuum in expenſis largiri cogatur: quæ peſtis aulica non aliter, quàm ſectionibus & uſtionibus curari poteſt.

XV. *Quid*

XV. *Quid incommodi ex emptione Magiſtratuum oritur?*

QVi Magiſtratus, Sacerdotia, Imperia venalia eſſe volunt, rem omnium ſacratiſſimam, ſcilicet ſacra ipſa, Iura, Iudicia, leges, ſanguinem innocentium, & quæcunque Rempubl. continent, in commercium omnium fœdiſſimum cadere patiuntur. Iidem ſcientiarum, pietatis ac virtutum omnium præmiis penitus ſublatis, ad furta, rapinas, ſordes, injuriam, inſcitiam, ad omnia denique vitia aditum aperire non dubitant. Tales ſunt mercatores poteſtatum.

XVI. *Quæ eſt potiſſima lex in diſtributione præmiorum & donationum obſervanda?*

VT animo gratiſſimo tribuantur: parcius tamen importunis hominibus, quid largiendum eſt: Vberius autem iis, qui, quùm benè de virtute mereantur, nihil niſi cum verecundia poſtulant, ac interdum oblata recuſant.

XVII. *An res eadem pluribus donari poteſt?*

SVnt plerique Principes tam impudenter avari ac inurbani, tamque tenaces & ſordidi, ut facilius ſibi dentem ex ore excuti, quàm nummum unum ex arca moveri patiantur, aut nihil ſine exprobratione largiri velint; quo nihil ſtultius fieri poteſt. Quia non modo beneficiorum gratia, ſed etiam præmiorum vis tota perit. Deterius tamen, qui rem eandem pluribus donare non dubitat, ac ſummam injuriam pro beneficio conferre. Vnde graves diſcordiæ, lites, & arma donatariis, ac ipſi Principi odium cum invidia exurgit, non ſine ignominiæ macula.

XVIII. *Quæ-*

Digitized by Google

XVIII. *Quomodo igitur affectus eſſe debet donator?*

EGo Principem non ſolum liberalem, verum etiam magnificum eſſe volo; eatenus tamen, ne in prodigum evadet. Quia ex prodigo exactorem, ex hoc tyrannum fieri, ac, quùm ſua penitus effuderit, aliena rapere ac donare, neceſſe eſt. Leges beneficiorum jubent diligenter intueri, cui, quantum, quibus temporibus, quibuſque locis, & ad quem finem donatio fiat. Sed Principem hoc amplius ſpectare oportet, ne ſint præmia donationibus poſteriora; ac prius merenti debita reddat, quam nihil merenti timerè quid largiatur, & utràque tum præmia, tum beneficia ſuis opibus ac facultatibus metiatur.

CAPUT V.

I. *Quænam hujus capitis ſumma eſt?*

EA iterum in quæſtione aliqua conſiſtit, quam heic de belli proviſione interſerit, ac ſimul innectit eam, quàm Machiavellus *lib. 2. diſp. de Republ. 24. & de Princ. cap.* 20. de munitione civitatum & propugnaculis movit, ut ita duabus hæc quæſtio conſtet partibus: Præſtetnè bellicis artibus cives excellere, ac propugnaculis & mœnibus civitates in regno munitas habere, quàm iis vacare?

II. *Quæ eſt ratio hujus connexionis cum ſuperioribus?*

IPſe auctor ita reſpondet, in fine antecedentis Capit. Ridiculum ſit, inquit, Pontifices Imperatorio muneri, milites innocentes conquirere, ac religionibus curandis adhibere. Et quoniam verſamur in diſputatione de præmiis, triumphis, de honoribus, de Impe-

Imperiis, quæ ex maxima parte militaribus hominibus tribuuntur, Conſequens eſſe videtur, ut quæramus, An commodius ſit bellicis artibus cives exerceri, quàm imbellis eſſe?

III. *In quonam Robur civitatis propriè poſitum eſt?*

NOn certè in mutis lapidibus, ſed in præſtanti fortiſſimorum civium virtute, qui pro aris, pro liberis, pro libertate, pro civitate, pro fama, pro vita tantiſper dimicabunt, quamdiu nullam in fuga, nullam in latebris ſpem poſuerint fortunarum ſuarum. Strenui enim juxta mundi Iudicium non ſunt, qui murorum præſidia quærunt, unde nec militaribus diſciplinis egent, qui munitiſſimis oppidis cinguntur, ut optimo cuique Imperatori inutilia propugnacula judicentur, qui hoſtium impetus non metuat. Sed quid heîc reſpondet Salomon. *Proverb.* 18, 20. Turris fortiſſima, ait, eſt nomen Iehovæ, quo accurrens Iuſtus, in edito collocatur. Sic etiam David, omnem firmitatem munitionum, non mortali brachio aut munitioni labili adſcribit; ſed toto animæ Spiritu, quùm Iehova illum ex manu inimicorum eripuiſſet, exclamabat: Ex intimis viſceribus diligam te, Iehova, Firmitas mea; Iehova, Petra mea, & Propugnaculum meum, & Liberator meus: Deus fortis meus, Rupes mea, ad quem me recipiam, Clypeus meus, & Cornu ſalutis meæ, Editus locus meus. *Pſalm.* 18, 2, 3. Iehova, de Robore tuo lætatur Rex, & de ſalute tua, quàm exultat valde! *Pſalm.* 21, 1. Iehova Robur meum, & Scutum meum, cui confidente animo meo adjuvor. *Pſal.* 28, 7. Iehova Robur iſtis, & Robur maximè ſalutare eſt Chriſtus illius. *verſ.* 8. Non eſt Rex, qui ſervetur multitudine copiarum, potens non eripitur multitudine Virium.

Digitized by Google

rium. Mendax eſt equus ad ſalutem, & multitudine Roboris ſui non liberat. *Pſalm.* 33, 16, 17. Non gladio ſuo hæreditario jure poſſederunt terram, & brachium eorum non dedit ſalutem eis; ſed dextera tua, Brachiumque tuum, & Lux faciei tuæ, *&c.*

Per te hoſtes noſtros Cornu feriemus: per Nomen tuum conculcabimus inſurgentes in nos. Nam Arcui meo non confido, aut Gladius meus non eſt ſervaturus me. *Pſalm.* 44, 4, 6. Deus eſt nobis Receptus & Robur: Auxilium in anguſtiis præſentiſſimum. *Pſalm.* 46,2. Per Te hoſtes noſtros Cornu feriemus, per Nomen tuum conculcabimus inſurgentes in nos. Nam Arcui meo non confido, aut gladius meus non eſt ſervaturus me. *Ibidem v.* 6, 7. Sagittis tuis acutis, populi concident ſub te. *Pſalm.* 45, 6. Agite, videte opera Iehovæ, ut ille diſponat deſolationes in terra. Qui facit, ut ceſſent bella in terra uſque ad extremitatem ejus: arcus ille perfringit, & truncat haſtas, curruſque comburit igne. *Pſalm.* 46, 9, 10. Ab eo ſalus eſt mea: Tantummodò ipſe Rupes mea eſt, & Salus mea; locus editus meus: non dimovebor. *Pſalm.*62,3,7. Stabiliens montes Virtute ſua, accinctus Potentia. *Pſal.* 65, 7. Curruum Dei duæ ſunt myriades, millia multiplicia. *Pſal.* 68, 18. Illuſtris & magnificus eſt in montibus direptionis. *Pſalm.* 76, 5. Tu conteris confoſſum Aegyptium: brachio roboris tui conteris inimicos tuos. Tibi brachium eſt cum potentia; robuſta eſt manus tua; elata eſt dextera tua. *Pſalm.*89,11,14. Tu diſrumpis omnes macerias ejus; exponis munitiones ejus contritioni. *ibidem* 41. Montes ut cera liqueſiunt à præſentia Iehovæ. *Pſalm.*97,5. Robur meum & Carmen Iehova eſt: Is eſt mihi ſaluti. Dextera Iehovæ elata; Dextera Iehovæ victoriam agit. *Pſalm.*118,14,16.

Niſi

Niſi Iehova ædificet domum, fruſtra laborant ædificatores ejus: niſi Iehova cuſtodiat civitatem, fruſtra vigilantiam adhibeat cuſtos. *Pſalm.* 127, 1, 2. Quodcunque ille vult, hoc perficit, in cœlo, in terra, in mari, & omnibus undiquaque profunditatibus. Qui percuſſit gentes amplas, & interfecit Reges robuſtos. *Pſal.* 35, 7, 11.

Benedictus Iehova Rupes mea, qui docet manus meas prælium, digitos meos bellum. Benignitas mea, & propugnaculum meum; editus locus meus & Liberator meus; adſiſtens mihi; Scutum meum, ad quem me recipio: qui ſubſternit populum meum mihi. *Pſalm.* 144, 1, 2, *&c.* Beatus, cui auxilio eſt Deus fortis Iacobi. *Pſalm.* 146, 5. Is enim Deus exercituum eſt ſolus. *Eſai.* 1, 24, *&* 2, 12, *&* 3, 1, 15, *&* 5, 9, 16. *&* 8, 13, *&* 9, 7, *&* 10, 16, 23, 24, *&* 13, 4, *&* 14, 22, 23, 24, 27, *&* 19, 4, 12, 16, *&c.* *Ierem.* 2, 19, *&* 3, 19, *&* 5, 14, *&* 6, 6, 9. *&* 7. 3, 21, *&* 8, 3, *&* 9, 7, 15, 17, *&* 10, 16, *&* 11, 17, 22, *&* 19. 3, 11, *&* 20, 12, *&c.* *Ezech.* 14, 11, *&* 17, 17, *&* 27, 10, 11, *&* 29, 18, 19, *&* 30, 6, *&* 32, 29, *&c.*

Quum igitur hoc clarum ſit undique ex Verbo Dei, quod munitio nulla ſit carni mortalium concredenda, hoc maturè agendum eſt, ut eam certitudinem roboris ſui omnes & Principes & populi non tantum noſcant, ſed in eo confidere penitus diſcant. Si quid diruatur apud mortales, aut ſi ſeriori impetu populus à populo obruatur, inde eſt, quod fortitudinem & robur ejus non curent, qui omnis roboris fundamentum eſt, & potius in ſe recurrant, ac ſui potius in brachio carnali Dii velint eſſe ſibi.

IV. An

IV. *An non poteſtati carnali & hominum quid eſt credendum?*

EXpreſſum eſt Iehovæ verbum *Jerem.* 17, 5. Sic ait Iehova, maledictus vir ille, qui fiduciam habet in homine, & ſtatuit carnem brachium ſuum; à Iehova autem recedit animus ejus. Etenim imbecillitatis humanæ ratio nil aliud poteſt, quàm potius ſibi ſuiſque viribus quid credere, quam Deo Creatori, à quo proficiſcitur, & omnia accepit vitæ dona. Ideoque maximam & ſummam in eo committit Idololatriam, quàm Iehova nullatenus perpeti valet. Vnde etiam primarium hoc dedit præceptum æternæ legis ſuæ, quod nolit ſecum quempiam Deum ſecum in corde hominis perpeti. *Exod.* 20, 3. Prætereà ſi urbes excelſis mœnibus ac propugnaculis muniantur, verendum ut hoſtes, captis oppidis, ea pertinaciter retinere, ac regione univerſa potiri velint; quam populatis agris, ac direpta ſupellectile, ſi nullæ ſuperſint arces, deſerere cogantur. Si quid tamen pro arce aliqua inter mortales habendum poſt Iehovam, illud optimum eſt, in quod Iehova ipſe conſentit, & quod toties ipſe Chriſtus jubet, ut mutua dilectio tutiſſimum maneat vinculum; ſic ſubditorum benevolentia arcem ſatis firmam ex Dei favore concedet ſuo Magiſtratui. Alias arces quoque hoc habent incommodi, ut potentioribus ut plurimum tyrannidis occaſionem, & inde ſubditis anſam defectionis præbere queant. Nam propterea populi Nidos tyrannidis arces appellare ſolent: Tyranni verò eas Iuga populorum. Hinc ferè fit ut oppida, quò debiliora ſunt, eò facilius ac citius, ſine ullo metu ignominiæ paciſcantur: & ſic ea ignominia ſequitur eos, qui locorum propugnaculis tecti, obſidionem ferre recuſant. Nec rarò accidit, ut munitis urbibus ſuis cives ita confidant,

dant, ut quoque inde inſolentiam ſibi, inde ſecuritatem & tandem ignaviam concilient, & mortalium neminem curent; quorum exempla fermè undiq; in promptu ſunt. *Vide Reuſn. in Coron.* 6. *cap.* 11. Eſaias ait: Confidite Iehovæ uſque in æternum: Nam Iehova Deus rupes eſt in æternum. *cap.* 26, 4.

V. *An non ergo fas eſt, ut urbes mœnibus ſint obvallatæ?*

QVis negaret, heîc multa objici poſſe? Scilicet urbes ſine mœnibus omnium direptionibus ac latrociniis; libertatem verò civium vitamque hoſtium libidini patuiſſe ſemper. Quin etiam nudata muris civitas, ejus invadendæ ac diripiendæ illecebra quædam eſt perverſis; qua ſublata, nemo facilè id auſurus eſt; nec, ſi velit, poſſit: modo rebus quoque ad obſidionem neceſſariis muniantur, ut, qui inermes iter ingrediuntur, ad ſe invadendum ultrò latrones invitant, qui ſeſe hoſtes voluntarios exarmatis hominibus profiteri non dubitabunt; quos, ſi armati fuiſſent, contueri non auderent. At prima quoque ſociandorum hominum occaſio inde nata eſt; ut non modo ſingulorum; ſed etiam univerſorum fortunæ, bona, uxores, liberi, pecuniæ, poſſeſſiones, ab hoſtiū incurſionibus tutiores eſſent, quæ ſine mœnibus ſalva eſſe non poſſunt. Quodque hoc verum ſit, id oculari demonſtratione turbulenta hæc tempora nobis exponunt, ubi quiſque ſuorum conſervationem civitatibus munitis concredit, refugiumque ibidem quærit. Igitur ſinguli demonſtrant, quàm procul à Deo abſint. Neque verò ab ullis magiſtris accepimus & didicimus; ſed ab ipſa natura hauſimus & expreſſimus, ut cædes, incendia, rapinas, libidinem, à vita, fortunis, corporibus arceamus. Ac Deus ipſe jubet à templis ſacrilegia, ab oppidis direptionem, ab agris vaſtitatem

tatem depelli, & omni ratione ſalutem noſtram expediri: neque id tantum; ſed etiam hoſtes & latrones conſectari ac perdere. Quare, quùm talia ſint naturalis defenſionis, neceſſum quoque eſt, ut tutum ſit illud receptaculum, in quo hæc cuncta adornari & præparari queant: Præſertim, quum ipſi Iudæi varias ita ædificarint urbes, uti paſſim id S. Scriptura docet. Interim tamen omnia eſſe imbecillitatis humanæ ſigna & indicia quis velit vel auſit negare? Vnde etiam nullæ urbes adeò munitæ ſunt, quæ his potiſſimum temporibus, quibus tormentorum bellicorum vis & impetus tantus eſt, non queant ſubverti, quùm quoque montes iis excutiantur, & in ruinam detrudi poſſint. Sed quod conſuetudo potiori uſu obtinuit, id ſequuntur homines, maximè in regni finibus, ut ibi ſint tuti. *Vide Avenar. in Quæſt. Nom. Pol.* III.

VI. *An non prodeſt civitatibus militaris diſciplina?*

CIves mutua benevolentia inter ſe & cum Republ. conjunguntur, ut tranquilla pace & quiete ſuaviſſima perfrui poſſint. Profectò autem hanc felicitatem & quietem animorum bellicæ res oppugnant; ac milites ipſi hoc vitæ genus ſæpius execrantur. Neque enim fieri poteſt, ut civitas, religione, juſtitia, pietate, integritate, liberalibus diſciplinis, agricultura, pecuaria, opificiorum varietate floreat; niſi parta pace ac tranquillitate vitæ: quam militares homines perturbare propterea ſolent, quod pax inimica bello ſemper fuerit, & militum virtus pacata civitate, contempta jaceat. Quid enim furioſo militi tàm inimicum, quam qui otium, qui agrum, qui pietatem, qui Sapientiam, qui Deum & Chriſtum cum virtutibus ſuis colit? Nam milites ſummæ laudi ac voluptati ducunt agros vallare, agricolas ſpolia-

re, vicos incendere, urbes obſidere, obſeſſos expugnare, expugnatas diripere, direptas inflammare, ſtupra cædibus, & cædes ſtupris accumulare, pueros captivare, quævis latrocinia pro nihilo ducere; omnia denique humana extremè confundere, ac nuſpiam ad pietatis officia reſpicere. Hæ ſunt utilitates, hæc Iura belli antiquiſſimis ſcilicet omnium gentium moribus prodita; hi militiæ fructus, bonis omnibus deteſtabiles; militibus tamen ſuaves ac jucundi. Quid enim exemplis in re tam perſpicua opus eſt? Aut quis ea recordari ſine horrore, vel ſine gemitu audire poſſit? Quis etiamnum agricolarum vulnera neſcit? Quis non videt calamitates? Quis non expertus eſt ſpolia? Quis tot direptionum rudera non agnoſcit? An non omnium agri, pecora, fruges, quibus ſpiritum ducimus, & omnia ſunt in poteſtate militum, ſive prædonum? Quem non eorum avaritia ad prædam, vel libido ad voluptatem, vel crapula ad ingluviem, vel furor ad crudelitatem avocat? Quæ quum ita ſint, non video, quamobrem ad hoc crudeliſſimum genus cives inſtituere, aut armare, niſi ad extrema vitæ pericula debeamus. Nam qui belli ſemina conquirunt, ut ſtrenui videantur, hi muſcas imitari ſtudent, qui non niſi ſcabris in locis conſiſtere poſſunt; ſpecula polita oderunt, & inde commaculant.

VII. *Sed nonnè militaris diſciplina rectiori modo poßit inſtitui & ad pietatem revocari?*

NOx & dies quomodo conveniunt? Vis & pietas quid habent communionis? An lux poteſt recipere tenebras? Quomodo ignis excipit aquam? Quales expetit diſcipulos Chriſtus? Diſcite ex me ait *Matth.* 11. quia ego ſum humilis, & ex corde

manſue

manſuetus. Qui verè in Chriſto eſt renatus & carni mortificatus ſuæ; neminem novit hoſtem, niſi ſemetipſum, nec poteſt aliud præſtare, quàm proximum ſuum quemque diligere. Qui verò animo ad bellum exſuſcitatur, quomodo manſuetudinem is colat? humilem ſe præbeat? Charitatem exerceat in fide ſancta? Quin potius omnes belligerandi occaſionem ad opes, ad copias, ad fines proferendos ſuſcipiunt. Hinc næ illi miſerrimam ducunt vitam, qui habendi cupiditatem, quæ modum prorſus neſcit ullum, laxatis habenis regere ſe poſſe confidunt. Servus enim vinctus id tantum poſtulat, ut vincula ipſi diſſolvantur; ſolutus, libertatem petit: liber factus, civitatem; civitatem adeptus, magiſtratum; hinc ad ſummos honorum gradus conſcendere affectat; quouſque regnum conſequatur; nec eo contentus, ſolum ſe Monarcham fore confidit: poſtremò humanæ conditionis oblitus divinos honores & cultus ambit. Hæc omnia inſunt bello. Væ illis, qui cauſſam talibus talia cogitantibus præbent? Annon egregius ille informator cum informatorio ſuo concidat?

VIII. *Num bellum juſtum eſt, quod geritur ob res repetendas, aut denunciatum non eſt?*

Ethnica eſt locutio, quam *Cicer. lib.* 1. *off.* habet. Ideoque non ſufficit heic reſpondere, quod denunciatio non ſit de eſſentia belli, & quod belli cauſſa non ſaltem probabilis, ſed neceſſaria etiam ſubeſſe debeat. Etenim illud neceſſarium eo uſque, non eſt extendendum, ut vindictam in ſe contineat, quum nec juſta cauſſa ulla ſit, quam quis pro ſua, deinde pro innocentium vita tuenda fovere ſe putat. Quippe omne bellũ contra Ius naturæ eſt & omnem

Digitized by Google

Chriſtianam pietatem expugnat, niſi mandatum Iehovæ ſecum importet, à quo ſolummodo legitimationem ſuam accipit, alias eſt & manet injuſtum, licet totum regnum mundi heic ſe Dei præceptis opponendo atrociſſimè obganniat & oblatrare non deſinat. Stulta eſt & blaſphema ſimul reſponſio, qua effugium hoc quærunt naſutuli; quaſi Chriſto non fuerit propoſitum in Euangelio Politiam informare, quàm ſolummodo Spirituale regnum inſtruere voluerit. Quid audio? An non omnes mortales tenentur ad voluntatem Dei explendam? *Matth*. 6, 11. An non omnes contra Chriſtum ſunt, qui non ſunt cum eo? *Matth*. 12, 30.

An poteſt unquam vera Politia eſſe aut dari, quæ non inſerviat Regno Chriſti? An non Regnum Chriſti centrum omnium Rerumpubl. continet? Quæ igitur ad hoc centrum non directò refertur Reſpubl. non certè eſt vera, ſed prorſus falſa. Nec enim in mundo vivimus, ut vivamus mundo, ſed ut vivamus Chriſto, & in Chriſto voluntatem Patris exprimamus; aliàs non ſumus Chriſtiani, ſed prorſus Chriſti nomine indigni & Gomorrhæis pejores. Mundo enim vivere per ſe mors eſt; at Chriſto vivere, vita ipſa. Ideoque hæc vita ſaltem tranſitus & porta nobis eſſe debet ad vitam æternitatis veram.

Sic longè abſurdius eſt, quod quidem bello ſufflatores concedant tandem, bellum non eſſe ex Iure naturali per ſe, ſed ſecundariò ſaltem & ex Iure gentium ortum. Quis dedit gentibus poteſtatem, ut præjudicare auſint Iuri ei, quod ipſi naturæ inſcriptum eſt? An non ipſæ quoque in natura vivunt & ex regulis naturæ conſtant? Quia igitur naturæ hoſtes in eo ſunt, cui potius, an Chriſto, naturæque potius, quàm errantibus gentibus credam & fidem habeam. Omnis certè homo mendax; at Verbum

Verbum Dei in æternum verax. Verbum tuum eſt Veritas æterna, ait David. *Pſalm.* 33, 4, & 119. Sicut nomen tuum, ô Iehova, ſic laus tua viget uſque in extremitates terræ: dextera tua plena eſt Iuſtitiæ. *Pſal.* 48, 11, & 43, 3.

IX. *An bellis externis implicari oportet, ut pace domi fruamur?*

HOc unum adverſus improborum civium conjurationes ac ſeditioſos cœtus remedium ſalutare Romani; & non modo utile, ſed etiam neceſſarium eſſe duxerunt, qui ut minimum ab externis bellis quievisſent, civilibus premebantur. Ideoque noluerunt materiam belli honeſtam ſibi deeſſe in ſociis ac fœderatis quoque ſuccurrendis, ne inertia cives ac deſidia diffluerent, aut ſibi ipſis bellum inferrent. Sed num ſalutare ſit ſatis remedium, id dijudicet D. Paulus, qui ait, quod malum non ſit faciendum, ut inde eveniat bonum. An non etiam inter arma undique ſilent leges? An non talium damnatio juſta eſt. *Rom.* 3, 8.

X. *An non datur belli quædam utilitas, vel diſciplinæ militaris?*

QVibus animus ita eſt bellicoſus, ut ſemper ſanguinem ſpitent, ex omnibus angulis ſibi rationes perſuaſorias confingere ſolent, ut etiam cum Vogetio lib. 1. cap. 14. affirmare auſint, nil firmius, felicius & laudabilius in Republica eſſe, quàm ſi in ea abundent milites eruditi. Egregia certè eruditio, quæ doctrina & manſuetudine luceque Chriſti caret. Ita inter utilitates alias maximam eam clamant, quod nulla tàm ſancta ſit civitas, quæ multitudine hominum improborum carere posſit; qui, quum ociosè vivere nequeant, furtis, rapi-

Digitized by Google

nis, luxu, voluptatibus, alea, ſtupris, vitam turpiter traducunt, ac bonorum cœtus labefactant; nec tamen ll. ullis aut imperiis Magiſtratuum coerceri poſſunt. Præfertim militaris diſciplina Romanorum, quæ omnium communis eſſe debet, ex ignavo cive fortem, ex intemperato moderatum; è deſidioſo ſtrenuum, è luxurioſo frugalem; è libidinoſo continentem efficiebat.

Neque enim ſolum bellandi virtus in Imperatore ac milite quæritur; ſed multæ ſunt artes eximiæ hujus adminiſtræ comiteſque virtutis: Scilicet labor in negotiis, fortitudo in periculis, temperantia in cupiditatibus, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in providendo. Quæ naturæ diſciplina omnibus divinis & humanis legibus confirmatur. Ex quo illud conſequens eſt, non modo clypeos & oppida præſidiis omnibus ad bonorum tutelam & ſalutem obvallata, verum etiam ad improborum & latronum offenſionem & exitium, tela, gladios, haſtas comparari, unde opificum numerus accreſcit, artes excoluntur, & commercium variis modis augetur. Præterea, quid cives ad omnia vitæ officia promptiores efficit, quàm hoſtium ac belli metus? Hinc rectè Manlius Capitolinus: Oſtendite, inquit, modo bellum, pacem habebitis: Videant vos paratos ad vim, Ius ipſi remittent; quum nec hoſtium libidini ac rapinis Reipublicæ ſalutem exponi poſſe ſit perferendum.

Sed Chriſtus ſimpliciter reſpondet; quod arbor mala bonos edere fructus nequeat; quocunque labore & colore hanc afficere gaudeas. Ideoque malum omne fugiendum S. Scriptura dicit, *Pſalm.* 34. 15, & 37, 27, & 119, 101, 128. *Proverb.* 3, 37. *Eſai.* 1, 16. *Ezech.* 18, 21. *Amos* 5, 15. *Rom.* 12, 9. & 1

& 1 *Iohan.* 3, 4, *&* 3 *Ioh. verſ.* 11. Imo qui & malum bonum dicat, punietur. *Eſai.* 5, 20. *Malach.* 2, 17. *Proverb.* 24, 24. Nec malum pro malo reddendum. *Proverb.* 17, 13. *&* 20, 22, *&* 24, 29. *Rom.* 12, 14, 17, *&* 1 *Corinth.* 4, 12, *&* 1 *Theſſal.* 5, 15, *&* 1 *Petr.* 3, 9. Malum bono vincendum. *Rom.* 12, 20. A malo ita abſtinendum, ut quod bonum eſt facias ubique, *Pſalm.* 34, 15. *&* 37, 27. *Eſai.* 1, 16, 17. *&* 55, 7. *Epheſ.* 4, 28, *&* 1 *Petr.* 3, 11. In pluribus cognoſce aureum libellum Eraſmi Roterodami, de Querela Pacis, hiſce temporibus optimè accommodatum, velut & ejus Bellum infra in calce hujus poſitum invenies.

XI. *An oportet Magnanimum Principem nec pacem petere nec bellum?*

PRincipem Copiis, Opibus, Societatibus, propinquitatibus florentem, ad pacis actionem, accepta injuria, delabi turpe putant, quod Reipubl. dignitati, & in poſterum ſecuritati non proſpiciatur. Nam qui ab hoſtibus injuriam impunè accepit, ab iiſdem leges accepturus, ac poſtremò ſervitutem paſſurus eſt. Quamobrem magni Principis eſſe volunt, ſalva Republ. nec bellum appetere, nec, ſi laceſſitus, pacem precari; nec prælium conſerere, niſi plus utilitatis in adepta victoria laturus eſt, quàm detrimenti, ſi vinceretur. Nimirum argutatio hæc eſt hominum, quibus ambitioſus animus plus eſt pace, unde non exigua imò & potiſſima calamitas mundo & Rebuſpubl. in nimia ſui arrogatione adjicitur. At Chriſtus ait; Ne ſuſpenſo animo eſtote. Hæc enim omnia gentes mundi requirunt. *Luc.* 12, 30. Quur autem per voſmetipſos non diſcernitis, quod juſtum eſt? Enimverò dum abis cum adverſario tuo ad magiſtratum, da operam in via, ut libereris ab eo.

Luc. 12, 57, 58. An ſuperbia & proprii elatio animi potior ſit magiſtratu? Si prima quæque via liberationis appetenda, quur ſuperbia animi reſiſtat apud quenquam? An hoc eſt humilitatem debitam cuivis proximo exercere? Quis rex proficiſcens, ut committat prælium adverſus alterum regem, non prius conſultat conſidens, an poſſit cum decem millibus occurrere illi, qui cum 2 mil. venit adverſus ipſum? Alioquin quum adhuc ille procul eſt, legatione miſſa, rogat ea quæ ad pacem ſpectant. *Lucæ* 14, 31, 32. Vel natura quoque talia docet: quid igitur ſuperbiæ cauſſa ſibi ſit remoræ, in pace ineunda? Stultum ſanè. Et nonnè opes ſunt fluxæ, copiæ fragiles, ſocietates & fœdera inconſtantes ac dubiæ, quas pro commodo & utilitate ſua expirare cernimus cotidie? Tum quoque maledictus eſt Iehovæ, qui carnem pro brachio ſtatuit ſuo. *Ieremiæ* 17, 15. ut ſupra heic *quæſtion.* 4. explicatum eſt.

XII. *An non urbem aut propugnaculum præſidiis obſirmare opus eſt?*

PRo diverſitate ſtatus in regimine id benè obſervandum putant. Quæ enim imperia regionibus ac provinciis latiſſimè patent, ut unius dominatu teneantur, nec urbes valdè munitas, nec arces ædificare, præterquam in ipſis regni finibus; neceſſe eſt, ut regnum & adverſus hoſtes, & contra civiles motus facilius tueri poſſint. Arces autem præſidiis obfirmatas habere periculoſum eſt libertatem popularem amantibus, præter urbem ipſam, in qua ſedes ac domicilium popularis imperii collocatum ſit; ne quis hoſtium vel etiam civium ac domeſticorum imperandi cupiditate inflammatus, arces occupare, eaſque præſidiis obfirmare poſſit, unde

unde Reipublicæ converſio ſequatur. Sic tutius eſt in optimatum quoque imperio, ubi diffidentia & ſuſpicio cum æmulatione facillimum invenit locum, arces ab urbe metropoli, in qua domicilium imperii conſtituatur, amovere; ne quis ex optimatibus arcem unà cum imperio invadere ſe poſſe, confidat.

Sed Chriſtus ſimpliciter reſpondet; Quum validus quiſquam armatus cuſtodit palatium ſuum, in pace ſunt, quæ ipſi ſunt. Poſtquam verò quiſpiam eo validior ſuperveniens vicerit eum, totam armaturam ejus tollit, qua NB. confidebat, & ſpolia ejus diſtribuit. *Luc.* 11. 21, 22. Sic mundi vanitas in ſui ruinam relabaſcit, ex ſemetipſa & culpa propria; ſi Deus non ſit protectorio.

XIII. *Num pia quoque arma dantur?*

IVſtum eſt bellum, inquit ille ad Samnites, quibus neceſſarium; & pia arma, quibus nulla niſi in armis ſpes relinquitur. Etenim invicta vis eſt neceſſitatis. Sed illud neceſſarium non ultra terminos ſuos eſt extendendum, ceu vulgo fieri ſolet & ab iis, qui religionem armis aut defendendam aut propagandam ſtatuunt. Si Iehova imperet arma, meritò pia dicas. Tunc enim Iehova Deus tuus, ait Moyſes, indeſinenter ambulat in medio caſtrorum tuorum eripiendo te, & exponendo inimicos tuos tibi, ut ſancta ſint caſtra tua. & *Deuter.* 23, 14. Si ſancta caſtra, ab iis pietas abeſſe non debet, ne ſe avertat Deus. At ſpem in armis fovere, impium, blaſphemum & Idololatricum eſt: Sic & ubi nunc in novo Chriſti fœdere & Teſtamento bella conceduntur? Vbi omnia ſunt nova facta in Chriſti ſanguine per dilectionem, & typi penitus ſublati, quum Chriſtus hæreditatem ſuam adierit & per

Digitized by Google

proprium ſanguinem intrarit ſanctuarium illud. *Hebræ.* 9, 12, & 10, 19. in quo juſtificati habitemus. *Roman.* 3, 24, 25, & 5, 9. ubi omnia Paci ſunt reddita. *Coloſſ.* 1, 20. Hinc arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia amplius, ſed divinitus valida, 2 *Corinth.* 10, 4. *Epheſ.* 6, 13, & 1 *Iohan.* 3, 9. *Vid. Aven. in Nom. Pol. q.* 102. Quin ipſe Chriſtus bellum omne inter prodigia mundi refert. *Matth.* 24, 6, 7. ut pateat quo loco ſit cenſendum hoc monſtrum crudeliſſimum, in quo per fidem quiſque vivit.

XIV. *Numquid præſentia principis in bello adjumentum affert?*

PLerique, ait Bodinus, eum Principem, in quo ſumma Reipublicæ poteſtas eſt, prælio intereſſe oportere negant: eoque minus ſi hoſtes in intimos imperii receſſus penetraverint. Illud quidem facilè adſentior, ſi Princeps ignavus & abjecti animi fuerit; ſin magnanimus eſt ac ſtrenuus, procul dubio militibus animum incredibilem addit, vireſque duplicat, eoque magis, ſi exercitui carus ſit, ac ſingulorum virtutem interpellare velit, &c. Aſt hæc meæ concluſionis (inquit porro) ſumma eſt; principem dubitantem, an hoſtes in ejus imperium invadere velint, nec ne? Arces & oppida finitima præſidio militari accuratè munire, ac bellum extra fines imperii, quantum quidem fieri poterit, gerere oportere: aut ſi fines ſui imperii pervaſerit hoſtis, non temerè prælium committendum, ac multò minus vitam hoſtibus opponendam eſſe, ſi cum bellicoſiſſimis ac deſperatis hominibus bellum geritur, qui quùm nullam, ſi vincantur, ſalutis aut præſidii ſpem habent, diſperatione victoriam ſæpiſſimè adipiſcuntur. Ita nihil periculoſius eſt in eo caſu, quàm cum deſperatis hominibus prælium commit-

committere & Caſus quidem obſervandos eſſe, nemo negabit: Sed tamen non ſemper ignavia Principi imputanda eſt, ſi abeſſe velit ſuas ob rationes, quùm ſæpius quoque periculi plena ſit res, ſi adſit. Etenim quantum ſit in auctoritate Regis etiam abſentis ſitum, id populus Iudaicus ipſe teſtatur, qui potius in fugam omnes converti, & ad dimidium uſque mori expetebant, quàm ut ipſis Rex adeſſet. 2 *Sam.* 18, 1, 2, 3, 4.

XV. *An ſociorum & confœderatorum auxilia in bello admittenda?*

SOciorum auxilia non repudianda ſtatuo, *ait Bodin.* ut quibuſdam videtur. Nullum enim magnum imperium ſine auxiliaribus Sociorum copiis & opibus augeri, ac ne diu quidem hoſtium impetus ſuſtinere, aut paulo momento ſtare potuiſſe certum habetur. Sed ea ſociorum auxilia probo, ait, quæ æquis fœderibus ac legibus conſociantur, ut æquabiles leges utriſque communes ſint, ut civitates Helvetiorum inter ſe colunt. Alias enim eſt & manet hoc veriſſimum; Auxiliatores eſſe devoratores. *Reuſn. in Coron. Virtut. libr.* 6. *capit.* 9. & quod *Machiavellus lib. de Princip. cap.* 3. habet: Authorem alienæ potentiæ, ſe ipſum perdere. Ideoque hoc in omni extrema neceſſitate agendum, ne ſociorum copiæ ſint domeſticis majores; nec ſpem in alienis opibus eſſe collocandam aut viribus, ipſa natura dictitat. Nimium heic credere, ipſum certè perire eſt, quum potentiori nunquam imperandi cupiditas deſit. Quod etiam prudentiſſimè nuper in hoc tumultu Germaniæ ſeditioſiſſimo obſervavit modernus & inclytus *Elector Saxon.* quùm nollet Regi Sueciæ *Guſtavo Adolpho* omnem poteſtatis militaris vim concredere, ut

Digitized by Google

ſolus Imperatorem ageret per Germaniam, licet etiam per illuſtres perſonas hoc Rex ab *Electore Sagaciſſimo* toties poſtulare non vereretur, ac alii incautiores id malè interpretarentur. Nec res fuit abſque evidenti ſuſpicione. Quod ſi providendum eſt, ne ſocialis exercitus domeſticis copiis robuſtior ſit, quantò magis cavendum eſt ab exercitu peregrinorum, quibuſcum nobis nulla ſocietas, nullum fœdus, nullæ rationes; ne ſe ſub ſpecie aliqua recti, aut fidei, aut religionis, aut vicinitatis inſinuent, aut mercede contrahantur? Neque enim dubium eſt, quin ſuæ potius & utilitati & ſaluti, quàm alienæ inſerviant; ac premente hoſtium metu, aut victoriæ laudem prædamque ſibi tribuant; aut fugæ latebras quærant: NB. quùm tamen alienis ſtipendiis bello adſueſcant, & parent opes, quibus imperium alienum adipiſcantur. Quid exemplis opus eſt? Experientia recentiſſima ante oculos eſt omnium, qui cum ratione inſanire nolint.

XVI. *An verò nullum magnum imperium ſine fœderibus auxiliaribuſvè copiis diu ſtare poteſt?*

DE fœderum humanorum natura communi quàm labilis, quàm fragilis, mutabilis & inconſtans in pactionibus ſuis ſit, & potius corruptiones deterrimas omni bono Reipublicæ ſtatui inducat, ut potius ad converſionem imperii, quàm confirmationem aut fundationem diuturnam faciat, id alibi in *Rebuspublicis noſtris Hanſeat.* eſt declaratum, & poſtea paucis poterit expediri. Et quùm plenius hoc quoque inclytus modernus *Elector Saxoniæ* in ſecunda Propoſitione Francofurtenſi 2. *Iun. h. Ann.* 1634. conſeſſui legat. univerſo.

verſo exhibita explicet, in fine huic libro annectere volui; ubi ea cognoſcatur.

XVII. *Quænam heîc cautela obſervanda venit in caſu militari?*

LIcet omni civitatum generi, ait Bodin. noſter, arces aliquot, urbesvè munitiſſimas, in finibus imperii, neceſſarias eſſe ducam, in quibus præſidia militaria conſtituantur, ac bellicis artibus exerceantur; tamen illud accuratè cavendum erit, ne cui præter eos, qui conſcripti fuerint milites, aut militaribus diſciplinis adſiduè inſtructos, arma capere, ac militię ſtudia ſectari liceat, ne vel urbani cives bellis adſueti otium ac pacem abhorreant; agricolæ verò armorum fiducia latrocinari, quàm agros colere malint; quùm aliàs nihil periculoſius ſit, quam ex agricolis tyronibus exercitum conſcribere, & hoſtibus eos opponere. De diſciplina militari quid ſentiat olim meus, quum adhuc in vivis eſſet, amicus Michael Piccart. vide *Dec. Obſ. Pol. 3. c. 3.*

CAPVT VI.

I. *De quibus rebus in hoc agitur loco?*

QVum nulla re Principes ac populi gravius periclitentur, quàm in pace cum hoſtibus ſancienda, aut in fœderibus feriendis, aut in coeunda civitate, ſeu cum peregrinis, ſeu cum civibus, ſeceſſione aliqua, aut bello civili ab unione mutua diſtractis, agatur; nec tamen *ICti* aut *Politici* antehac de eo genere plenè quid ſcripſerint; de iis, quæ Iura fecialia vocat, clàrius jam quid in hoc capite determinare voluit.

Digitized by Google

II. *Ius feciale igitur unde dicitur & cum fœdere, ſponſione & pacto quid habet commune, aut differunt?*

NOmen *Feciale* etiam *Fæciale* & *Fetiale* idque potiſſimum ita ſcribitur juxta Varronem & alios. Inde ſic dictum is vult, quod Fetialium munus (qui à Numa Pompilio in Sacerdotali ordine ita conſtituti erant) eſſet, Fidei publicæ inter populos præeſſe, ut eſſet ita firma confidentia amicitiæ eorum, qui publico fœdere coïerant. Proinde per hos fiebat, ut juſtum (juxta eorum mentem) conciperetur bellum, & ut fœdere fides pacis conſtitueretur. Mittebantur igitur ex horum numero aut collegio ſacro, qui res repetebant in ſolemni forma & habitu, quod ſi negaretur iis, 30 diebus annunciatis pro belli termino, definiebãt, ut haberentur pro hoſtibus.

Alii à *Fando Fatiales* faciunt, quia ſacri oratores erant & legati, ut ait *Varr. lib. 2. de vit. popul. Rom.* At *Feſt.* cum *Perott.* à *fero Feciales* vult dictos, quod apud eos, belli paciſque ferendæ Ius erat. Sunt tamen qui *Feciales* à *faciendo* vocatos exiſtimant, quod belli paciſque faciendæ Ius tenerent. *Dionyſ. Halic. lib. 2. Rom. antiq. & Roſ. de ant. Rom. lib. 3. c. 21. & lib. 10. c. 1.* Plutarch. Græcè Φητιαλεῖς, Φητιάλιοι, Φιτιαλεῖς & Φιδιάλιοι ſunt, alias quoque σπονδοφόροι, κήρυκες, εἰρηνοδίκαι, vel Φατοὶ, id eſt celebres; ceu etiam *Fitialis*, vir eloquens, lepidus & urbanus dicebatur. Sæpe enim hi ad eos ibant, qui injuriam Romanis inferrent, illiſque ſuadebant, ut ſe beneficè & amicè gererent, ne in bellũ cum Romanis inciderent. Inter eos à *Fæcialibus* creabatur, qui in fœdere ſanciendo præeſſet; hunc Patrem Patratum, à patrando & faciendo fœdere, vocabant. *Pomp. Læt. de Sacerd.*

Fœdus autem, quod & *Fidus* ab Ennio dictum fuiſſe

fuiſſe ſcribit Varro, eſt publica populorum principumvè inter ipſos conventio in perpetuum aut ad tempus certum æquali conſociatione concepta.

Sponſio autem à *ſpondendo* eſt Ducum legatorumvè pactum conventum ſine populi juſſu, cujus exitus & conditiones à principibus, ſive populis pendent, ut rata irritavè ſint promiſſa.

Pactio verò principum populive conventio temporaria, quæ ſæpius Magiſtratuum, aut Ducum poteſtati permittitur, qui ad breve tempus differre, aut pactis aliquot dierum induciis ſuſtinere bella ſuo Iure poſſint.

Licet ex his diſcrimen ſatis manifeſtè appareat: tamen in ſolemnitate ſubſcriptionis quoque erat differentia, ut in Fœderibus antiquis præter nomina fœcialium utriuſque populi nulla alia eſſent inſcripta. In ſponſionibus nomina Ducum & legatorum inſerebantur: In Pactionibus Principales. Hodiè tamen ſolemnitates hæ non obſervantur.

III. *Quot ſunt genera Fœderum?*

TRia, ratione objecti: Aut enim cum amicis, aut cum hoſtibus fœdus eſt; aut cum iis, qui nec hoſtes nec amici ſunt. Cum hoſtibus rurſus paciſcimur aût diuturnas inducias, aut pacem, aut amicitiam. Induciæ nil aliud ſunt, quàm ceſſatio à bello ad tempus exiguum, utrinque ab hoſtibus pacta, ut ſint quaſi in dies aliquot nominatos otia, vel pax interimiſtica, manente bello. Græci, quod eo tempore non pugnetur & manuum conſertio cohibeatur *ἐκεχειρίαν* appellarunt. Indutias ſic dictas arbitrantur, quaſi tu dicas *inde, uti jam*. Quaſi ſit pactum, ut ex eo die non pugnetur, ſed poſteà *uti jam* omnia belli jure agantur.

IV. *Sunt-*

IV. *Suntne aliæ quoque diſtinctiones fœderum?*

SVnt. Diſtinguuntur enim à Politicis quoque aut ratione finis, formæ, ſubjecti, aut adjuncti, &c. Sic ratione finis duo ſunt genera: alterum eorum, qui auxilia mutua paſciſcuntur, ſi ab hoſtibus laceſſiti fuerint: alterum eorum qui etiam mutuas opes & copias ad ſociorum hoſtes invadendos promittunt; idq; exceptis quibuſdam, vel ſine exceptione. Omnium autem arctiſſima eſt ſocietas, quùm eoſdem hoſtes, & eoſdem cum ſociis amicos habemus. Ratione formæ contrahitur amicitia vel æquo fœdere vel iniquo: idq; dupliciter: uno modo cum alter populus alterius majeſtatem obſervare ac ſuperiorem confiteri, ſeſeque in ejus clientelam, & quaſi in tutelam tradere profitetur, quod Patrocinium dicitur: aut ſuperiorem quidem agnoſcit, & comiter majeſtatem ejus obſervare promittit, non tamen in ejus clientelam concedit. Qui autem in fœdere ſuperiorem agnoſcunt, ii vel tributum indictum penſionemvè dependere ſolent, vel ab omni penſione tributovè immunes ſunt.

V. *An non per ſuperioritatis Iûs fœderis natura infringitur?*

HOc veriſſimum eſt, quod omnis vera confœderatio in ſociorum paritate conſiſtat; & ubi non ſint ſocii, ſed ſubjectio fiat, ibi quoque deſinat fœdus eſſe, quod eſt in ſua natura. Ideoque qui ſponte aut coacti deditionem faciunt, in fidem quidem, ſed non in fœdus veniunt, & à ſubditis nihil differunt; diſcriminis tamen quid eſt in Iure clientelari. Vnde fœdus tale non propriè ita dici valet, niſi per abuſum. Qui verò eo pacto conjunguntur æqualitatis, ut ſuæ majeſtatis dignitatem nulla ſui parte diminutam

tam retineant, ii verè fœdera contrahunt; quia nec alter alterum uti ſuperiorem obſervare, nec alter alteri in honorum prærogativa cedere tenetur, etiamſi alius alio plus minusvè ad auxilia mutua conferre promiſerit. Namque omnibus fœderatis principibus populiſque communis ſocietas eſt, amicitia, jus hoſpitii, commerciorum, ut liceat in ſociorum fines ire, agere, negotiari, contrahere, & liberè mercaturam ultro citroque exercere, vel abſque vectigalis ſolutione, aut certo modo pacti.

VI. *Quæ fœdera ſunt ratione ſubjecti aut adjuncti?*

FOedus heîc fit ratione ſubjecti vel in cauſſâ propria, vel in cauſſâ communi. Rurſus ratione temporis fœdera aut ſunt perpetua, aut tempore definita, aut tam diu vim habitura, quam diu ſocii principes vixerint. Tum ratione circumſtantiarum alia licita, alia illicita dicuntur fœdera; Quid vero in univerſum illis credendum, vide apud *Reusn. in Coron. virt. lib. 6. cap.* 10.

VII. *Vt autem fœdera ſint firma, quomodo præſtari heîc poterit cautio?*

LIcet Feſt. fœdus velit appellatum ab eo, quod in paciſcendo fœdere hoſtia necaretur, & fieret à Fecialibus, quùm per illos fœdera conſociarentur; atq; ſic res ſacra & minus fœda eſſet; tamen rectius à fide dicitur, quia propter hoc initur, ut inter partes fides certa conſtet. Ita igitur inter bonos velut amicos certos data fides & accepta viciſſim, ad mutua principum inter ipſos pacta conventa, ſatis habere momenti quidem deberet. Sed quum proh dolor mortalium fides fluxa ſit, & proprii commodi reſpectus omnem pietatem è mundo fermè excluſerit,

ſerit,ſi cum hoſtibus agatur, obſidibus caveri ſolet: vel alio quodam pacto. Sunt qui oppida arceſve ſibi dedi, aut omnino dirui velint. Interdum quoque victi exarmantur, quo minus fidem, ſi velint, fallere queant. Omnium cautionum maxima putatur, ſi fœdera affinitate convinculari poſſint. Vt tamen cuique tutiſſimè caveatur, pro qualitate perſonarum, conditiones æquiſſimas eſſe oportet.

VIII. *An licet Patrono ſpecie patrocinii clientibus libertatem eripere?*

LIbertas res inæſtimabilis eſt, quam omnes unicè ambiunt. Ideo nemini eripienda eſt quocunque ſub prætextu. Quod enim tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Si verò cliens fidem fregerit, coërcendus eſt mulcta potius, quàm libertate ſpoliandus, niſi extrema ſubſint.

IX. *Quid differunt penſio & tributum?*

TRibutum, à tribuendo ſic dictum, quod ex privato in publicũ tribuatur, à ſubditis, aut ab iis, qui potentiorum vi coacti, ut libertate ac pace fruerentur, pecuniam victoribus ſe daturos ſpoponderunt. Penſio autem eſt libera, ſeu à cliente aut ab iis, qui æquo fœdere ſocietatem & amicitiam cum iis inierunt, qui ſe cum hoſtibus conjunxerint, diſſolvatur: etiam datur iis, à quibus auxiliares copias urgente populo acceperint.

X. *Quomodo Clientibus cautio præſtanda?*

CLientelare fœdus omnium ſanè periculoſiſſimum eſt, niſi benè accurateq; clientum libertati caveatur. Omnium autem cautionum maxima eſt, ſi alia ratione nequeat obtineri, ne patroni arces vel oppida præſidio militari teneant.

XI. *An*

Digitized by Google

XI. *An licet clientelam mutare?*

SI non ſubſit tyrannidis & injuſtitiæ metus, Princeps injuria afficitur, quum ſubditi ſeſe ab ejus obedientia divellunt, ut patrocinii ſpecie propoſita libertatem adipiſcantur; eoque magis ſi cliens nullo fiduciarii prædii jure teneatur. Bellorum materia non levis hinc exoriri ſolet. Si verò vicini Principes inter ſe bella gerant, neutrarum eſſe partium malint, quam patroni hoſti ſuperiori ſe dedere.

XII. *Quæ verò eſt tuta cautio neutrarum partium?*

VNa hæc cautio eſt maximè tuta, ut ſcilicet finitimorum principum mutua conſenſione imperium per ſeſe tueantur, & à bellis ſociorum abſtineant in univerſum nulli conniventes, ne clam quid facis ſuppeditent ad bellum inflammandum, aliàs in longe deterius incident malum, præſertim ſi pax fiat, & innoteſcant clancularia: tum vero pernicies imminet ab utriſque, mutua concordia conciliatis. Tutius eſt igitur eos, qui neutrarum ſunt partium, ab iis fraudibus abſtinere, ac potius bellis implicatos ad pacem revocare; aut certè ſimulare aliquo uſque, licet nec hanc perſonam diu ferre quis poſſit ac debeat: vel etiam alios extimulent, qui bella componant.

XIII. *Poſſuntne aliæ cautiones in fœderibus dari?*

VT juramento confirmentur pacta, quum perjurium atheiſmo ipſo ſit deteſtabilius. Quin etiam proſit hoc in concipiendis fœderibus, aliquem potentia vel auctoritate preſtantem populum vel Principem excipere, qui ſociorum ac fœderatorum arbiter ſit futurus, ne aut bellum temerè inferatur, aut illatum

illatum non facilè exitum reperire poſſit. Et quidem utiliſſimum eſt, loco cautionis, omnes inter ſe principes, qui ſocietati conjuncti ſunt conſpirantibus animis hoc agere, ne cujuſquam opes ac potentia tanta ſit, ut, ſi velit, infimos armis ac imperio frangere poſſit: aut etiam tenuibus illatum bellum modis omnibus, ante partam victoriam componere oportebit, vel, juſtas conditiones recuſanti bellum indicere. Quæ autem injuſta ſunt natura, nec promittere quenquam, nec ab aliis promiſſa exigere fas eſt.

XIV. *An quis poteſt à Iuramento abſolvi fide non ſervata?*

QVi fraudes, dolos, inſidias permittunt, tunc maximè quum publicus uſus, ſaluſque poſtulet, quid aliud agunt, quàm ut militiæ omni feneſtras & portas omnes in mundo malignis aperiant. Chriſtus ait, Verbum veſtrum aut ita aut non ſit, quod ſupra hæc redundat, ab illo impio emanat. *Matth.* 5, 37. Qua igitur fide ſe ab ipſo exolvet juramento? Proinde qui Pontificem Romanum (uti rectè loquitur Bodinus) non ſeipſum modo, ſed etiam alios jusjurandi religione ſolvere poſſe tradunt, uti eſt *Petr. Ancharan. in c. venerabilem de elect.* eos ego ſumma impietate obligari judico: quanquam ab ipſis Pontificii Iuris interpretibus ſatis refelluntur. *Ioh. Imol. & Ant. Butrio. in c.* 1. *de conſtit.* Ac ne Iulius quidem II Pontif. Max. tantę impudentiæ fuit, ut ſibi fidem violare licuiſſe diceret.

XV. *An vero infideli ſervanda eſt fides?*

FIdem juſtitiæ fundamentum eſſe, etiam impii confitentur, quia veritas promiſſorum in ea conſiſtit. *Pſalm.* 25, 10. & 86, 15. *Roman.* 3, 3. Tum etiam

etiam affirmant, quod hoſti ſit, *c. noli. 23. quæſt. 1. Cic. lib. 3. off. & in orat. pro Rabir.* Quur tamen panormit. Sigiſmund. Imper. in combuſtione Huſſii auſus eſt hoc ſuggerere malitioſum conſiliũ, quod Fides infideli inutiliter detur, nec inde datam oportere ſervari? Nec enim Imperatori nec Patribus in eos ullum jus eſt, qui conſcientia ſua nituntur in religionis cauſſa. Ideoque eò deteſtabilior eſt eorum hominum immanitas, qui talibus nequitioſis argumentis ex *Bart. in l. convent. ff. de pact.* ipſiſſimum juſtitiæ fundamentum ſubvertere non verentur. Funditus ipſi potius ſunt delendi, quam crudelitati ſuum addere conſenſum. *Vid. Avenar. in Nom. Pol. quæſt.* 36.

XVI. *An cum infidelibus eſt fœdus pangendum, nec ne?*

MAgnum certe heic oritur dubium, quinam verè ſint impii. Hominum enim judicium adeo fallax eſt, ut etiam iis maximam adſcribit impietatem, qui ſæpe ſunt piiſſimi. Ita ipſe vir Dei Elias Baalitas putabat omnes, quos cupiebat deſerere. Sed quid dicit ei divinum reſponſum? Feci, ut mihi remanſerint ſeptem millia virorum, qui non flexerunt genua imagini Baalis. 1. *Regum* 19. 18. *Rom.* 11, 4. An non inter ethnicos inveniuntur probiores, præ illis, qui ſe Chriſtianos vocitant? Inde condemnatiores erunt præ illis: *Luc.* 12. 47, 48. Ideoque heic bene diſtinguendum etiam inter ipſos Chriſtianos, conſule heic *Aven. in Nom. Pol. quæſt.* 115. Aliàs expreſſè fœdus inire prohibemur cum impiis, *Oſe.* 12, 1. quùm etiam à conſortio eorum deterreamur. *Exod.* 23, 33. & 34. 12, 15. *Deuter.* 7, 2. *Pſalm.* 1, 1. & 26, 4. & 119. 115. & 141, 4. *Proverb.* 1, 10, 15. & 3, 31. & 13, 20. & 16, 19. & 22.

24. *Ierem.* 15, 17. *Actor.* 2, 40. & 1. *Corinth.* 5, 6, 9, 13. & 2. *Corinth.* 6, 14. 17. *Epheſ.* 5, 7, 11. & 2. *Theſſ.* 3, 6, 14. *Apocal.* 18, 4. Pœna eorum quoque nominatur, qui cum impiis fœdus pangunt. 2. *Paralip.* 20, 37. *Iud.* 1, 24, 27. & 3, 5. & 1. *Regum* 20, 34. 41.

XVII. *An verò perjurio tenetur, qui fœdifragis non ſervat fidem?*

OMnibus ita perſpicuum eſſe, *ait Bodinus*, quod non ſit perjurus: ſed interpretatione res eſt temperanda. Nam cui rupta fides erit, vel uno capite fœderis, Iurisjurandi religione ſolutus eſt, ita ut nullo fœderis capite teneatur: non tamen, ſi nova fœdera iiſdem, quibus antè, aut diverſis legibus feriantur, perjuria præterita repetere liceat: alioqui nullus fidei, nullus religioni locus ſit, nec perjuria ullos exitus inveniant. *l. ſi quis paragr. non ſol. ff. de adimend. legat. & ibi Bartol.* Quod ſi fraus fraude, ac perjuria perjuriis ante novum fœdus rependantur, non eſt, quod quis conqueratur. *l. ſi convener. ff. pro ſocio. l. viro. ff. ſolut. matrimon.*

XVIII. *An licet ambiguis uti verbis in confœderatione?*

VEteratoria hæc eſt calliditas, qua quis in utramque partem fallere quid tentat. Sed præterquam quod in ipſo limine fidei fractores ſint hac duplicitate, exitium ſibi conſueverunt procurare dignum.

XIX. *An ſocietas deſeri poteſt metu potentiorum, qui victoriam adepti ſunt?*

QVæ excuſatio eorum eſſe poteſt, qui ad fœdus perfidiam cogitatam afferunt? Metus enim ab

auxilio

auxilio ferendo ignavos homines, à perjurio tamen neminem excuſat.

XX. *An quid cum legatis ſine mandato de fœdere agendum eſt?*

NIhil rectè, nihil tutò ſic geri poteſt. Fit enim hoc; ut Princeps, qui quid alterius legato promiſit, ipſe quidem teneatur: is verò, cujus nomine ac fide legatus ſpopondit, nulla obligatione conſtrictus ſit, quouſque princeps alter ratum habuerit: Atque interim cauſſæ incidunt, quæ obſtant, quo minus pacta rata habeantur. Tutius igitur eſt, ſemper ſingularia proferre mandata, priuſquam quid definiatur.

XXI. *Quod ſi ex tribus ſociis inter ſe fœderatis, unus alterius opem imploret, contra vim tertio allatam, cui opitulatio ferenda eſt?*

SI amicitia tantum contracta ſit, auxilia non debentur: ſi ex fœdere auxilium debetur, antiquiori ſocio ſuccurri oportet. Si verò iiſdem temporibus contracta ſit ſocietas, ei opem ferre neceſſe eſt, qui arctiſſimo fœdere conjunctus erit, id eſt, qui hoſtes eoſdem & amicos cum ſocio habiturum ſe ſpopondit. Sin uterque par eſt, neutri auxilia debentur: Sed utrique utrumque conciliare oportet, quibuſvis mediis.

XXII. *An rumpitur fides, ſi ſocii patrem fratreſvè, fœderibus non comprehenſos, violaveris?*

SI ſubditi fuerint, dubitari non poteſt: ſi non fuerint ſubditi, ſed ſui Iuris, dubitari valet, quum eadem patris ac filii perſona videatur *l.1.2.3 ff. de liber. cauſ.* Ego verò, nihil contra fœdus factum eſſe, judico.

Digitized by Google

dico. *arg l. ſi unus parag. ante. ff. de pact. Bart. in l. ſi ita. paragr. Chryſog. ff. de V. O.* niſi patris perſona fœderibus excepta ſit. Ac tametſi pater injuriam, filio illatam, actione perſequi, *l. 1. & 2. ff. de injur. l. lex. t. eod.* non tamen jure feciali pro filio, extra patris imperium conſtituto, nec ſœderibus excepto, ſi violatus ſit à ſocio, arma capere licet, etiamſi non fuerit emancipatus: quia patria poteſtas nihil habet cum Iure *feciali*, aut cum Iure majeſtatis commune. Hæc Bodini quidem ſententia. Sed Ius naturæ inverti non debet, ac ne quidem per hominum Iura inverti poteſt; ſed quoties fit, conſcientia ipſa violatur.

XXIII. *Num fœdera perpetua poſſunt aut debent reſcindi, ſi iniquitas ſubſit?*

NIhil pernicioſius eſt, quam fœdera perpetua conſtituere: neceſſe tamen eſt, aliquo temporis intervallo definiri, aut certè ſæpius renovari, ne temporis diuturnitate ac reticentia amicitiæ refrigeſcant, aut paullatim intermoriantur. Velut & ipſa natura fœderis id exigit, ut non ſine conſenſu alterius, cum quoquam alio ineatur fœdus, ubi tunc de neceſſitate agendum eſt, & mutatione qualibet.

XXIV. *Quid ſi ex ſociis perpetuo & capitali odio cum ſociis diſſentientibus certare velit?*

CÆteros odio quoque implacabile ac ſempiterno bello implicari oportebit; ſi ſocietas ſit ſempiterna.

XXV. *Quomodo ſe gerat Legatus; ſi quis princeps fœderi atrociter renunciet?*

HEic admonendi ſunt legati, ne ſecuritate publica legationis ſpecie abutantur: nevè majeſtatem

tem alterius arrogantia verborum violare, ſibi fas eſſe putent: Sed ea, quæ in mandatis acerbiora videbuntur, oratione lenire oportebit. In his enim impunè eſt excedere mandata; in illis capitale. Ac tametſi legatos ſuorum majeſtatem tueri decet; id tamen ejus, ad quem miſſi ſunt, illæſa majeſtate fieri decet.

Notetur illud Poetæ:

Innumerabilibus potior Pax una triumphis:
Fœdera dum pangis, frangis amanda domi.

I.

IEHOVA SALVS MEA.

Paraphr. Pſalm. 62.

I. *Mea in Iehovâ vis animæ ſilens*
Tota acquieſcit firmiter: unicè
Qui ſolus ac unus roganti
Auxilium mihi præſtat omne.

II. *Namque ille Rupes certa mihi eſt mea,*
Meum Iuvamen, Præſidium meum,
Nec inde me, ſit quantacunq;,
Præcipitem rapiet ruina.

III. *Quouſq; technis unius in caput*
Doles ſtructis, funere nequiter,
Ut obruatis mole ſenſus
Murus ut eſt parieſq; ſtratus.

IV. *Hoc cogitant, eſtq; hic labor omnibus:*
Hunc ut retundant, vaniloqui ſtudent
Mendaciis, & verba fingunt
Dulcia, corde fremendo diras.

V. *At cor ſilenti pectoris in Fide*
Spirat Iehovam perpetuo mihi:
Is namq; ſolus vivit idem
Spes mea certa mihi ſalutis.

VI. *Eſt ille Rupes firma mihi mea,*
Meum Iuramen, Præſidium meum,
Ne lapſus ullus me retortum
Præcipiti rapiat ruinâ.

VII. *En, in Iehovâ vera ſalus mihi,*
Meum Decus, tùm roboris eſt mei
Arx, Petra, Tutamenq; cuncti
Subſidii viget in Iehovâ.

VIII. *Hunc quæſo, gens ô grata fidelium*
Sperate ſemper, votaq; pectoris
Effundite huic, noſtram ſubinde
Ihova manet Columen ſalutis.

IX. *At funditus quàm ſunt homines nihil,*
Et quiſq; magnus vanior undiq;
Nugis, & omnes, quotquot extant,
Sunt nihili vice vaniores.

X. *Non quid, protervi, fidite fraudibus,*
Nec vanitati credite plurimum;
In vos opum ſi quid redundet
Cor minus hæc capiant revinctum.

XI. *Certum locutus voce ſuâ eſt DEUS*
Verbum, quòd audivi heîc toties mihi,
Quod ille ſolus præpotenti
Numine cuncta regat Iehova.

XII. *Tu ritè clemens, mitis & es bonus,*
Iehova, nec non Iuſtitia potens,
Ac cuiq; cunctis digna factis
Præmia, ceu meruit, rependis.

II.

Cæleſtis liberatio verum triumphum parit.

Paraphr. Pſal. 44.

I. A*Uribus ô bone Ihova, hoc nos excepimus ipſis,*
Et patres nobis retulerunt tempore priſco
Miranda quæ perfeceris.

II. *Gentibus extruſis, ceſſiſti patribus illas*
Sedes, & noſtros numeroſa prole beaſti,
Longè fugatis ethnicis.

III. Non

III. *Non gladio quidquam, nec adepti robore terras,*
Sed tua dextra, tuiq; fuit lux ſplendida vultus,
His grat am qua præſtitit.

IV. *Sic tu Ihova DEUS, tu nobis eſq; maneſq;*
Et mihi Rex ibidem, tua qui promiſſa Iacobi
Servare pergis poſteris.

V. *Hoſtes per te, Ihova, tuos trudemus ad ima,*
Perq; tuum nomen pedibus calcabimus omnes,
Qui ſe feroces exerunt.

VI. *Arcus namq; mei non quid confido ſagittis,*
Nec mihi vel gladii mucrone theatrica ſigna,
Vel quid triumphi deſtino.

VII. *Sed tu nos ſolus defendis ab hoſte cruento,*
Atq; ignominiâ probris quoq; deſtruis, agrum
Odiſſe qui non deſinunt.

VIII. *Hinc tibi cotidiè merita præconia laudis*
Solvemus, Nomenq; tuum tollemus ad aſtra,
Noſtræ ſalutis gloriam.

IX. *At quur nunc adeò prorſus nos abjicis, omni*
Afficiens damno? Quid carum deſeris agmen
In præliis tot hoſtium?

X. *En modo, tu facis; atq; tua eſt permiſſio, tanta*
Quod nos uſq; fuga premat hoſtis, & undiq; præda
Loco latrones occupent.

XI. *En quoque, tu facis, atque tua eſt permiſſio, quivis*
Quod nos ſicut oves mactando devoret, inter
Et diſſipemur Ethnicos.

XII. *Ipſe Iehova tuos, ceu noſtri nulla ſubiret*
Te cura, exili precio non vendere gaudes.
Nauci nec inde pendimur.

XIII. *Tu facis, opprobrio quod ſic extemus iniquis,*
Viciniq; malis inſultent undiq; ſævis
Damna implicando ſcommatis.

XIV. *Tu facis, inſipidis quod paſſim fabula vulgo*
Iactemur; tum quiſque caput movet, acribus omnes
Taxando clades riſibus.

XV. *O quot cotidiè totus circumſonat æther*
Me circumprobris, ut tot convicia vultum
Pudore prorſus obruant.

XVI. Scilicet auctores ſcelerum, collegia tota
Obtrectatorum, blateronum, atque hoc genus omne
Anguſtias exaſperat.

XVII. Huic adeò expoſiti damnorum vivimus imbri,
Nec tamen immemores nos Verbi oblivia ſancti
Tenuit; tui ſeu fœderis.

XVIII. Cor noſtrum ſolitâ non de ſtatione receſſit,
Nec pes vel quoquam flexit veſtigia dia
A veritatis orbitâ:

XIX. Quod miſeros adeò flagris & verbere duro
Concutias, urgens, ſævos interq; dracones
Denſis tenebris occulas.

XX. Si deleta forent tua forſan Nomina mecum,
Ad fictumvè manus extendere quiſque deaſtrum
Cuperet, mali tanti artifex.

XXI. Id, DEUS, id meritò punires vindice pœnâ,
Quem ſecreta patent penetralia cordis, & imo
Excogitata pectore.

XXII. Ah te cotidie, te propter, Ihova, ſubinde
Mactamur miſeri crudeliter, atque bidentum
Inſtar necamur perpetim.

XXIII. O Deus, evigilans vigila; expergiſcere tandem:
Surge ſopore tuo; ſurgendo cerne, nec à te
Ita derelictos rejice.

XXIV. Quur vultus radios condis? quur ſubtegis ora?
Qurq; fidem retrahens extremo in turbine rerum
Nos perditos ſic præteris?

XXV. En anima vires quaſi pridem pulvere tectas,
Vivimus affixi terra cum corpore toto,
Fracti malorum pondere.

XXVI. Surge, ô ſurge, DEUS; facilem te redde ſalutis
Auctorem nobis: ope jam ſis præſto, tuaq;
Largire cuncta hæc gratia.

III.

Firmator Regni & Pacis veræ Iehova.

Pſal. 44. Paraphr. B. Ar. Mont.

I. PRotector eſt, & Præſidium Deus
Nobis probatus: quamlibet aſperis
Hoc experiri ſemper almum
Caſibus auxilium valemus.

II. Mutetur

II. *Mutetur ergo ſedibus infimis*
Convulſa tellus; ſorbeat & mare
Monteis recedentes profundum;
Nos tamen impavidi hæc feremus.

III. *Unda frementes fluctibus algidis*
Tollentur alto præcipites ſalo,
Quarum ſuperba vi trementes
Uſq; ſonent, trepidentq; montes.

IV. *Rivi ſacrati fluminis hi Dei*
Urbi quietam lætitiam ferent,
Quà ſancta dilatatur ædes
Principis hoſpitium Iehovæ.

V. *Hanc, dum foventis præſidio Dei*
Inſtructa conſtat, nil moveat loco:
Succurret huic Princeps in ipſis
Manè citò properans periclis.

VI. *Percuſſa magnis regna tumultibus*
Nutent, ruentum murmure gentium,
Et voce concurſus tremenda
Diſpereat liquefacta tellus.

VII. *Iehova firmo robore vindicis*
Noſtrum tuetur perpetuò genus;
Patronus & Dux eſt Iacobo
Arx valida, auxiliumque nobis.

VIII. *Venite, facta geſtaque cernite*
Ihova, valentis vertere funditus
Terras, & extinxiſſe toto
Bella nimis furioſa in orbe.

IX. *Arcum refringit, fruſtaque lanceæ*
Diſcindit: atris ignibus & citas
Urit quadrigas, hoſtiumque
Diripit arma, furore juſto.

X. *Gentes per omnes ergo quieſcite*
Vos uſque ſtulti: Cernite, quod Deus
Hic ſolus extem, gloriamque hanc
Terra mihi populique cedent.

XI. *Iehova firmo robore vindicis*
Noſtrum tuetur perpetuo genus;
Patronus & Dux eſt Iacobo,
Arx valida auxiliumque nobis.

I V.

Conſtantia Fidei victrix in Dei Verbo.

ARdens Iehovæ cultor, & appetens
Cæleſtioris qui ſapientia eſt,
Immotus adſtat, nec retrorſum
Vela dare, atque iterare culpas
Tentat pudendas. Namque Deus nova
Igni ſacrato pectora roborans
Suſtentat, & per ſe labantes
Firmat opes, volucremque ſenſum.
Quid bruta pubes, & mala cæcitas,
Quid ſtyx & inviſi horrida tartari
Sedes; quid, immanis tyranne,
Concuteris? valet ille ſumma
Mutare, Regeſque attenuat Deus,
Abjecta tollens, & diademata
Quæ jam Monarchis mole magna
Abſtulit, his tribuiſſe gaudet.

Finis Lib. V.

Iohan-

Digitized by Google

Iohannis Angelii Werdenhagen I.C.C.

SYNOPSIS IN Lib. VI. IOHAN. BODINI ANDEG. De REPUBLICA.

CAPUT I.

I. *De quibus rebus heic nunc agitur?*

REumpubl. origenes, progreſſus, incrementa, ſtatus Converſiones, Iura Majeſtatis, Magiſtratuum deſcriptionem, ordines civium, quibuſque artibus civitates coaleſcunt, Iuraque fecialia ſatis ſe aperuiſſe, ſibi non immeritò perſuaſum habet Auctor. Ne quid verò in hoc genere relinquat, quod ad ſuſtentationem & conſervationem Reip. faciat, ideò ſe dehinc ad fulcra nutrimentavè potius convertit, quibus ſtatus communis poſſit in ærario augendo promoveri, ut fomenta ſua rite obtineat. Et quùm ad ærarium publicum tàm agri communes, loca publica, vectigalia, nummorum poteſtas, Iura, leges, juriſque dictiones, quàm etiam ſingulorum inſpectiones & taxationes faciant, de ejuſmodi cenſura heic jam inprimis agit.

II. *Quid eſt Cenſere aut Cenſuram agere?*

AFfinia ſunt cenſeo & conſulo, quùm cenſere quoq; ſit apud Græcos συμβουλεύειν, id eſt, conſulere;

ſulere; Κίνσαι eſt exſtimulare, hortari: Vnde & cenſere eſt arbitrari, ſive ſententiam dicere, alio hortante: Interdum quoque idem, quod arguere, corripere eſt. Nunc etiam ſuadere, nunc putare, nunc decernere. Heic verò eſt æſtimare, precium ſtatuere, ex aggeratione quid colligere. Vnde cenſus quoq; actum cenſendi in bonorum ęſtimatione, ſecundum quam tributa pendebantur, denotat. In quo adeò accurati erant Romani, ut quiſq; tanti rem ſuam æſtimare teneretur, quanti Cenſores cenſuiſſent. Nam profeſſio bonorum, à privatis ſubſignabatur, & ad ærarium deferebatur. Ideò ad hoc cenſura inventa eſt, & Cenſoribus munus ſuum attributum; non ad morum caſtigationem initio creati fuêre, ut volunt alii.

III. *Quale igitur munus eſt Cenſorum?*

CEnſor eſt nomen dignitatis, ait Feſtus. Cenſere enim judicare eſt. Item Cenſores ſunt patrimoniorum Iudices, à cenſu æris. Hinc rectè *Cic. lib. 3. de ll.* Cenſorum munus ita deſcribit: Cenſores, inquit, populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniaſq; cenſento: Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populique partes in tribus diſtribuunto: exin pecunias, ævitates, ordines partiunto: equitum peditumque prolem deſcribunto: cœlibes eſſe prohibento: mores populi regunto: probrum in ſenatu ne relinquunto: Bini ſunto: Magiſtratum quinquennium habento; reliqui magiſtratus annui ſunto. *Iſaa. Caſ. ad ann. Baron. exercit.* 16. ait: Olim muneris Cenſorii pars erat, habere & ordinare cenſus: ſed poſtea, Cenſoribus ſublatis, miſſi ſunt per Provincias, quos vocabant Cenſitores, qui modum agrorum, quem quiſque poſſidebat, metiebantur, & in tabulas referebant; ex quibus tributi pro ſua virili cuiq; præſtandi

ratio

ratio conſtabat. Ex quibus patet quanta amplitudo iſtius muneris fuerit, quo vix majus affulget.

IV. *Num munus hoc Reipubl. ita neceſſarium eſt?*

NEceſſitas ejus ex utilitatis ratione dependet quæ tanta putatur, ut vix ulla major ſit, ſive ad deſcriptionem, ætatem, numerum, ordinem, conditionem: ſive ad fortunarum omnium & facultatum æſtimationem; ſive, quod præcipuum eſt; ad morum conformationem quis reſpiciat; quamvis poſtea Magiſtri morum, & Magiſtri cenſus diſtinguerentur, ut illi debita ſeveritate vitia caſtigarent; hi cenſus rationem tenerent. Iam verò dignitas priorum penitus antiquata eſt, & cenſuræ poſterioris dignitas ſupra modum viget; unde adeò virtutibus & pietate caſſæ ſunt Reſpubl. & deſperato modo paſſim vivitur.

V. *Quænam igitur utilitates ex cenſura Reipubl. hauriuntur?*

VAriæ ſunt adeò, ut vix ſingulas quis complecti poſſit. 1. Namque Aetas civium ex cenſu haberi poteſt. 2. Deinde ex ea ſtatus civium dignoſcitur. 3. Nec minus eorum ordo, & quinam pro ſervis habeantur, inde conſtat. 4. Scelerati atque flagitioſi cives hinc deſignari poterunt. 5. Item certus quotannis numerus ex ea ſupputari poteſt, ſi tabulę morientium & viventium abſque litura rectè obſerventur. Romæ, ſicuti juxta Florum, cenſa fuerũt civium 313 mil. capitum, præter pupillos & viduas. 6. Tributum & collectæ rectè in ſummam conjici poterunt. 7. Diviſio agrorum quoq; ſic ritè examinari & in conſpectu haberi valet; & quot ac quanta commoda ex eorum deſcriptione ſint proventura. 8. Sic proſpici quoq; poteſt inopiæ, ac juſtiſſimis tenuium,

Digitized by Google

potiſſimumque agricolarum querelis. 9. Incommoda & damna averti, lites amputari; 10. Fraudes item & rapinæ aut ſuppilationes peræquatorum, qui gratia vel odio imperata tributa iniquiſſimè diſpertiri ſolent, latere poſſunt neminem. 11. Improborum veteratoriæ fraudes, quæ in venditionibus, emptionibus, matrimoniis, donationibus, cæteriſque rebus ac rationibus diſtrahendis fieri ſolent, hinc optime patebunt. 12. Heîc omitto, quàm multæ de finibus regundis, deq; hæreditatibus controverſiæ, & jure pignorum hypothecarumque & creditorum prioritate controverſiæ præſcindi, ac fœneratores notari queant, &c.

V I. *An non verò ſic ex ſenſus ac bonorum deſcriptione tenuibus contemptus, & locupletibus invidia conflatur?*

QVi publicas opes depeculantur, qui privatorum fortunas libenter diripiunt, qui fœnoribus tenuium ſanguinem exſorbent, aut aliis malis artibus & falſatione commerciorum diteſcunt, hoc toties opponere ſolent ordinationi bonæ. At quum bonum publicum præferri debeat privato agrorum cenſui, & perſonarum deſcriptioni tale judicium obſtat. Quin etiam cauta ſatis adhiberi poteſt prudentia.

V I I. *Sed nonnè eſt contra decus Reipubl. Cenſura aperta?*

QVi hoc prætendunt, eo ipſo declarant, ſe potius ſua ſcelera, furta, rapinas, fraudis fœnerationes iniquas occultare velle, quàm quod privatorum opes, & inopia, mercatorum item debita, credita, ac familiarum occulta negotia, pacta conventa, magiſtratui innoteſcant. Verùm uti quiſq; cæteris vitæ integritate præſtat; ita quoq; ſua facta, geſta, voces, mentiſq; cogitata ab omnibus ſciri gaudet.

VIII. *Non-*

Digitized by Google

VIII. *Nonnè bonorum patefactio ex cenſu, tyrannis præbet occaſionem invadendi aliorum opes?*

SI. Tyrannus frontem adeò perfricuit, ut hoc expectat, eodem precio & locupletum & egentium habebit, nil curans, cenſuram. Vnde etiam maximè abhorrere ſolent eam, quàm aliæ Respubl. ſedulò colunt.

IX. *Sed an non contra pietatis eſt officium Cenſorem agere?*

TAntum abeſt, ut etiam ipſe Iehova *Exod.* 30,12, 13,14,15,16, mandarit Moyſi, ut non ſaltem capita à 20 annis numeraret Iſraelitarum, ſed etiam impoſuerit ipſis ad offerendum Ihovæ dimidium ſicli pro contributione capitis. Reliquorum tamen qui annum 20, inter advenas ſervoſque, non attigiſſent nulla fiebat taxatio; veluti etiam fœminæ non cenſebantur. *Num. c. 1. & 26. l. hæred. ff. ad l. Falcid.* ſic de cenſu Salom. 1. *Reg.* 10,14. *Matth.* 17,24. & 22,17. *Rom.* 13,7. agitur.

X. *Quinam Cenſuræ ſunt præficiendi?*

CEnſores fiant ii, quorum vita non tantum à rapinis; ſed à vitiis pœnè omnibus libera ſit ac vacua; quiq; cæteris omnibus integritate & prudentia præſtent: qualium hominum delectum veteres Rom. accuratiſſimum habere ſolebant; ut Cenſores omnibus civibus ſeipſos quaſi normam benè temperanterque vivendi, & ad intuendum, & ad imitandum præſtarent; omniumque mores ad virtutem & ad verum decus conformarent. Quare integritati ita ſtudeant ut non dicantur plus invigilare ſubditorum evacuandis marſupiis, quàm vitiis exſtirpandis, ut ait *D. Bernh. Serm.* 77. *in Cantic.*

XI. *An non Magiſtri morum præjudicant Magiſtratui in cenſura tali?*

NOn publicorum aut privatorum criminum cognitionem ſuſcipiunt Cenſores, quæ magiſtratuum decretis finiuntur: ſed omnis animadverſio eorum vitiorum eſſe debet, quæ nec legibus, nec magiſtratuum judiciis vindicantur; ut ſunt irreligioſitates, pejerationes, blaſphemiæ, calumniæ, mendacia, impietates, fœnerationes, diſſoluta vita, inobedientia mutua ſervorum & filiorum, contemptus ſacrorum *Deut. cap.* 16. levitates hiſtrionicas, ſaltationes Satyricæ & ſalaces, ſpectacula ſcandaloſa, turpitudines craſſæ, commeſſationes, ebrietates, crapulæ, luxus, alea, perfidia, ſcortationes, &c. Vnde quis rectè cenſuram talem dicat civitatum gubernatricem, virtutum omnium effectricem, bonorum & piorum civium procreatricem, improborum expultricem, & pietatis omnis nutricem; quùm ea non modo flagitiorum & improbitatum robuſtiorum radicem circumcidere, verum etiam vitiorum fibras evellere, ſtirpes elidere, ſemina extinguere ſola poſſe videatur.

XII. *Nonnè etiam ad hos cura educationis referri debet?*

VEluti Pietas vera & non fucata omni Magiſtratui tàm majori quàm minori, imo & omni mortalium generi ante omnia in hac vita competit; ita etiam quemvis oportet ſtatim primo loco ſollicitum eſſe, qui Patremfamilias domi ſuæ, aut Magiſtratum in Republ. determinat, de ſuorum pia, ſancta, & prudenti educatione ac informatione. Etenim in eâ maxima & hujus & futuræ vitæ ſalus ac beatitudo conſiſtit, quùm à teneris ad Dei amorem

rem & timorem rectè exſuſcitari & adſuefieri tanti ſit, ut etiam nova quaſi naturæ ſanctitate induat & perfundat hominem, Angelorumque conſortio perpetuo inſerat, uti Chriſtus ipſe hoc innuit. *Matt.* 18. 10. Ideoque tam ſeriò præcipit ne quid parvulis ſit ſcandalo in verbis aut factis, nedum quod eos quiſpiam ad ethniciſmum abripere, & in ejus cognitione adſidua hos ſeducere velit. Potius eſſe dicit omnibus, ut in profunditate maris, molâ aſinariâ in collo talium appensâ, ſubmergantur. *ibid. v.* 6. An poteſt ullum judicium ſeverius pronunciari à Iudice ſummo mortalium? An putet quis fruſtra hoc pronunciatum? Citius præteribit cælum & terra, quàm Iota unum aut apex unus prætereat. *Matt.* 5, 18. Vſque verax eſt effator Verbi iſte ſui: quia elocutus eſt nobis omnia, ſicut Parens Iehova juſſit eum.

Ac ne quid dubii iterum ſubmiſceat quis malignus interpres, Iehova vult ab omnibus ita edoceri. *Num.* 15, 38, 39, 40. *&* Moyſes ait: *Deut.* 6, 6. Et erunt verba iſta, quæ ego præcipio tibi hodiè, in corde tuo: Eaque acutè ingeres filiis tuis, ac loquêre de iis domi tuæ, ac quùm ambulas per viam, quùm cubas, & quùm ſurgis: Etiam alligabis ea in ſignum manui tuæ, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos. Sic & *Deut.* 4, 6. Obſervabitis igitur id atque facietis. Nam hæc eſt ſapientia veſtra & prudentia veſtra ante oculos populorum. Non alia datur ſapientia vera, niſi quæ ex ejus ore & fonte profluit, qui ejus & omnium rerum unicus Dator eſt. Proinde etiam David vult omnes nocte dieq; in ea eſſe adſiduos. *Pſal.* 1, 2. *&* *Pſal.* 78, 4. filiis & nepotibus ait explicandum eſſe Verbum Dei ad juſſum Iehovæ. *v.* 5, 6. Quod etiam Salomon toties nobis filiiſque noſtris vult inculcatum. *Prov.* 2. 1, 10. *&* 3. 1, 13. *&* 4. 1, 2, 20. *&* 5, 1. *&* 6, 20. *&* 7. 1, 3, 4, 5. *Syr.* 2, 18. *&* 6,

dico. *arg. l. ſi unus parag. ante. ff. de pact. Bart. in l. ſi ita. paragr. Chryſog. ff. de V.O.* niſi patris perſona fœderibus excepta ſit. Ac tametſi pater injuriam, filio illatam, actione perſequi, *l. 1. & 2. ff. de injur. l. lex. t. eod.* non tamen jure feciali pro filio, extra patris imperium conſtituto, nec ſœderibus excepto, ſi violatus ſit à ſocio, arma capere licet, etiamſi non fuerit emancipatus: quia patria poteſtas nihil habet cum Iure *feciali*, aut cum Iure majeſtatis commune. Hæc Bodini quidem ſententia. Sed Ius naturæ inverti non debet, ac ne quidem per hominum Iura inverti poteſt; ſed quoties fit, conſcientia ipſa violatur.

XXIII. *Num fœdera perpetua poſſunt aut debent reſcindi, ſi iniquitas ſubſit?*

NIhil pernicioſius eſt, quam fœdera perpetua conſtituere: neceſſe tamen eſt, aliquo temporis intervallo definiri, aut certè ſæpius renovari, ne temporis diuturnitate ac reticentia amicitiæ refrigeſcant, aut paullatim intermoriantur. Velut & ipſa natura fœderis id exigit, ut non ſine conſenſu alterius, cum quoquam alio ineatur fœdus, ubi tunc de neceſſitate agendum eſt, & mutatione qualibet.

XXIV. *Quid ſi ex ſociis perpetuo & capitali odio cum ſociis diſſentientibus certare velit?*

CÆteros odio quoque implacabile ac ſempiterno bello implicari oportebit; ſi ſocietas ſit ſempiterna.

XXV. *Quomodo ſe gerat Legatus; ſi quis princeps fæderi atrociter renunciet?*

HEic admonendi ſunt legati, ne ſecuritate publica legationis ſpecie abutantur: nevè majeſtatem

tem alterius arrogantia verborum violare, ſibi fas eſſe putent: Sed ea, quæ in mandatis acerbiora videbuntur, oratione lenire oportebit. In his enim impunè eſt excedere mandata; in illis capitale. Ac tametſi legatos ſuorum majeſtatem tueri decet; id tamen ejus, ad quem miſſi ſunt, illæſa majeſtate fieri decet.

Notetur illud Poetæ:

Innumerabilibus potior Pax una triumphis:
Fœdera dum pangis, frangis amanda domi.

I.

IEHOVA SALVS MEA.

Paraphr. Pſalm. 62.

I. *Mea in Iehovâ vis animæ ſilens*
Tota acquieſcit firmiter: unicè
Qui ſolus ac unus roganti
Auxilium mihi præſtat omne.

II. *Namque ille Rupes certa mihi eſt mea,*
Meum Iuvamen, Præſidium meum,
Nec inde me, ſit quantacunq;,
Præcipitem rapiet ruina.

III. *Quouſq; technis unius in caput*
Doles ſtructis, funere nequiter,
Ut obruatis mole ſenſus
Murus ut eſt parieſq; ſtratus.

IV. *Hoc cogitant, eſtq; hic labor omnibus:*
Hunc ut retundant, vaniloqui ſtudent
Mendaciis, & verba fingunt
Dulcia, corde fremendo diras.

V. *At cor ſilenti pectoris in Fide*
Spirat Iehovam perpetuo mihi:
Is namq; ſolus vivit idem
Spes mea certa mihi ſalutis.

Digitized by Google

VI. *Eſt ille Rupes firma mihi mea,*
Meum Iuramen, Præſidium meum,
Ne lapſus ullus me retortum
Præcipiti rapiat ruinâ.

VII. *En, in Iehovâ vera ſalus mihi,*
Meum Decus, tùm roboris eſt mei
Arx, Petra, Tutamenq; cuncti
Subſidii viget in Iehovâ.

VIII. *Hunc quæſo, gens ô grata fidelium*
Sperate ſemper, votaq; pectoris
Effundite huic, noſtram ſubinde
Ihova manet Columen ſalutis.

IX. *At funditus quàm ſunt homines nihil,*
Et quiſq; magnus vanior undiq;
Nugis, & omnes, quotquot extant,
Sunt nihili vice vaniores.

X. *Non quid, protervi, fidite fraudibus,*
Nec vanitati credite plurimum;
In vos opum ſi quid redundet
Cor minus hac capiant revinctum.

XI. *Certum locutus voce ſuâ eſt DEUS*
Verbum, quòd audivi hèic toties mihi,
Quod ille ſolus præpotenti
Numine cuncta regat Iehova.

XII. *Tu ritè clemens, mitis & es bonus,*
Iehova, nec non Iuſtitia potens,
Ac cuiq; cunctis digna factis
Præmia, ceu meruit, rependis.

II.

Cæleſtis liberatio verum triumphum parit.

Paraphr. Pſal. 44.

I. A*Vribus ô bone Ihova, hoc nos excepimus ipſis,*
Et patres nobis retulerunt tempore priſco
Miranda quæ perfeceris.

II. *Gentibus extruſis, ceſſiſti patribus illas*
Sedes, & noſtros numeroſa prole beaſti,
Longè fugatis ethnicis.

III. Non

Digitized by Google

III. *Non gladio quidquam, nec adepti robore terras,*
Sed tua dextra, tuiq; fuit lux ſplendida vultus,
His grat am quæ præſtitit.

IV. *Sic tu Ihova DEVS, tu nobis eſq; maneſq;*
Et mihi Rex ibidem, tua qui promiſſa Iacobi
Servare pergis poſteris.

V. *Hoſtes per te, Ihova, tuos trudemus ad ima,*
Perq; tuum nomen pedibus calcabimus omnes,
Qui ſe feroces exerunt.

VI. *Arcus namq; mei non quid confido ſagittis,*
Nec mihi vel gladii mucrone theatrica ſigna,
Vel quid triumphi deſtino.

VII. *Sed tu nos ſolus defendis ab hoſte cruento,*
Atq; ignominiâ probris quoq; deſtruis, agrum
Odiſſe qui non deſinunt.

VIII. *Hinc tibi cotidiè merita præconia laudis*
Solvemus, Nomenq; tuum tollemus ad aſtra,
Noſtræ ſalutis gloriam.

IX. *At quur nunc adeò prorſus nos abjicis, omni*
Afficiens damno? Quid carum deſeris agmen
In prœliis tot hoſtium?

X. *En modo, tu facis; atq; tua eſt permiſſio, tanta*
Quod nos uſq; fuga premat hoſtis, & undiq; prædæ
Loco latrones occupent.

XI. *En quoque, tu facis, atque tua eſt permiſſio, quivis*
Quod nos ſicut oves mactando devoret, inter
Et diſſipemur Ethnicos.

XII. *Ipſe Iehova tuos, ceu noſtri nulla ſubiret*
Te cura, exili precio non vendere gaudes,
Nauci nec inde pendimur.

XIII. *Tu facis, opprobrio quod ſic extemus iniquis,*
Viciniq; malis inſultent undiq; ſævis
Damna implicando ſcommatis.

XIV. *Tu facis, inſipido quod paſſim fabula vulgo*
Iactemur; tum quiſque caput movet, acribus omnes
Taxando clades riſibus.

XV. *O quot cotidiè totus circumſonat æther*
Me circumprobris, ut tot convicia vultum
Pudore prorſus obruant.

 XVI. Scili-

XVI. *Scilicet auctores ſcelerum, collegia tota*
Obtrectatorum, blateronum, atque hoc genus omne
Anguſtias exaſperat.

XVII. *Huic adeò expoſiti damnorum vivimus imbri,*
Nec tamen immemores nos Verbi oblivia ſancti
Tenuit; tui ſeu fœderis.

XVIII. *Cor noſtrum ſolitâ non de ſtatione receſſit,*
Nec pes vel quoquam flexit veſtigia dia
A veritatis orbitâ:

XIX. *Quod miſeros adeò flagris & verbere duro*
Concutias, urgens, ſævos interq; dracones
Denſis tenebris occulas.

XX. *Si deleta forent tua forſan Nomina mecum,*
Ad fictumvè manus extendere quiſque deaſtrum
Cuperet, mali tanti artifex.

XXI. *Id, DEUS, id meritò punires vindice pœnâ,*
Quem ſecreta patent penetralia cordis, & imo
Excogitata pectore.

XXII. *Ah te cotidiè, te propter, Ihova, ſubinde*
Mactamur miſeri crudeliter, atque bidentum
Inſtar necamur perpetim.

XXIII. *O Deus, evigilans vigila; expergiſcere tandem:*
Surge ſopore tuo; ſurgendo cerne, nec à te
Ita derelictos rejice.

XXIV. *Quur vultus radios condis? quur ſubtegis ora?*
Quurq; fidem retrahens extremo in turbine rerum
Nos perditos ſic prateris?

XXV. *En anima vires quaſi pridem pulvere tectas,*
Vivimus affixi terra cum corpore toto,
Fracti malorum pondere.

XXVI. *Surge, ô ſurge, DEUS; facilem te redde ſalutis*
Auctorem nobis: ope jam ſis praſto, tuaq;
Largire cuncta hac gratia.

III.

Firmator Regni & Pacis veræ Iehova.

Pſal. 44. Paraphr. B. Ar. Mont.

I. *PRotector eſt, & Præſidium Deus*
Nobis probatus: quamlibet aſperis
Hoc experiri ſemper almum
Caſibus auxilium valemus.

II. Mutetur

Digitized by Google

II. *Mutetur ergo ſedibus infimis*
Convulſa tellus; ſorbeat & mare
Monteis recedentes profundum;
Nos tamen impavidi hæc feremus.

III. *Unda frementes fluctibus algidis*
Tollentur alto præcipites ſalo,
Quarum ſuperba vi trementes
Uſq; ſonent, trepidentq; montes.

IV. *Rivi ſacrati fluminis hi Dei*
Urbi quietam lætitiam ferent,
Quà ſancta dilatatur ædes
Principis hoſpitium Iehovæ.

V. *Hanc, dum foventis præſidio Dei*
Inſtructa conſtat, nil moveat loco:
Succurret huic Princeps in ipſis
Manè citò properans periclis.

VI. *Percuſſa magnis regna tumultibus*
Nutent, ruentum murmure gentium,
Et voce concurſus tremenda
Diſpereat liquefacta tellus.

VII. *Iehova firmo robore vindicis*
Noſtrum tuetur perpetuò genus;
Patronus & Dux eſt Iacobo
Arx valida, auxiliumque nobis.

VIII. *Venite, facta geſtaque cernite*
Ihova, valentis vertere funditus
Terras, & extinxiſſe toto
Bella nimis furioſa in orbe.

IX. *Arcum refringit, fruſtaque lanceæ*
Diſcindit: atris ignibus & citus
Urit quadrigas, hoſtiumque
Diripit arma, furore juſto.

X. *Gentes per omnes ergo quieſcite*
Vos uſque ſtulti: Cernite, quod Deus
Hic ſolus extem, gloriamque hanc
Terra mihi populique cedent.

XI. *Iehova firmo robore vindicis*
Noſtrum tuetur perpetuo genus;
Patronus & Dux eſt Iacobo.
Arx valida auxiliumque nobis.

I V.

Conſtantia Fidei victrix in Dei Verbo.

ARdens Iehovæ cultor, & appetens
Cæleſtioris qui ſapientia eſt,
Immotus adſtat, nec retrorſum
Vela dare, atque iterare culpas
Tentat pudendas. Namque Deus nova
Igni ſacrato pectora roborans
Suſtentat, & per ſe labantes
Firmat opes, volucremque ſenſum.
Quid bruta pubes, & mala cæcitas,
Quid ſtyx & inviſi horrida tartari
Sedes; quid, immanis tyranne,
Concuteris? valet ille ſumma
Mutare, Regeſque attenuat Deus,
Abjecta tollens, & diademata
Quæ jam Monarchis mole magna
Abſtulit, his tribuiſſe gaudet.

Finis Lib. V.

Iohan-

Iohannis Angelii Werdenhagen I.C.C.

SYNOPSIS IN Lib. VI. IOHAN. BODINI ANDEG. De REPVBLICA.

CAPVT I.

I. *De quibus rebus heic nunc agitur?*

RErumpubl. origenes, progreſſus, incrementa, ſtatus Converſiones, Iura Majeſtatis, Magiſtratuum deſcriptionem, ordines civium, quibuſque artibus civitates coaleſcunt, Iuraque fecialia ſatis ſe aperuiſſe, ſibi non immeritò perſuaſum habet Auctor. Ne quid verò in hoc genere relinquat, quod ad ſuſtentationem & conſervationem Reip. faciat, ideò ſe dehinc ad fulcra nutrimentavè potius convertit, quibus ſtatus communis poſſit in ærario augendo promoveri, ut fomenta ſua rite obtineat. Et quùm ad ærarium publicum tàm agri communes, loca publica, vectigalia, nummorum poteſtas, Iura, leges, juriſque dictiones, quàm etiam ſingulorum inſpectiones & taxationes faciant, de ejuſmodi cenſura heîc jam inprimis agit.

II. *Quid eſt Cenſere aut Cenſuram agere?*

AFfinia ſunt cenſeo & conſulo, quùm cenſere quoq; ſit apud Græcos συμβουλεύειν, id eſt, conſulere;

ſulere ; Κίνυαι eſt exſtimulare, hortari: Vnde & cenſere eſt arbitrari, ſive ſententiam dicere, alio hortante: Interdum quoque idem, quod arguere, corripere eſt. Nunc etiam ſuadere, nunc putare, nunc decernere. Heic verò eſt æſtimare, precium ſtatuere, ex aggeratione quid colligere. Vnde cenſus quoq; actum cenſendi in bonorum ęſtimatione, ſecundum quam tributa pendebantur, denotat. In quo adeò accurati erant Romani, ut quiſq; tanti rem ſuam æſtimare teneretur, quanti Cenſores cenſuiſſent. Nam profeſſio bonorum, à privatis ſubſignabatur, & ad ærarium deferebatur. Ideò ad hoc cenſura inventa eſt, & Cenſoribus munus ſuum attributum; non ad morum caſtigationem initio creati fuêre, ut volunt alii.

III. *Quale igitur munus eſt Cenſorum?*

CEnſor eſt nomen dignitatis, ait Feſtus. Cenſere enim judicare eſt. Item Cenſores ſunt patrimoniorum Iudices, à cenſu æris. Hinc rectè *Cic. lib. 3. de ll.* Cenſorum munus ita deſcribit: Cenſores, inquit, populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniaſq; cenſento: Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populique partes in tribus diſtribuunto: exin pecunias, ævitates, ordines partiunto: equitum peditumque prolem deſcribunto: cœlibes eſſe prohibento: mores populi regunto: probrum in ſenatu ne relinquunto: Bini ſunto: Magiſtratum quinquennium habento; reliqui magiſtratus annui ſunto. *Iſaa. Caſ. ad ann. Baron. exercit.* 16. ait: Olim muneris Cenſorii pars erat, habere & ordinare cenſus: ſed poſtea, Cenſoribus ſublatis, miſſi ſunt per Provincias, quos vocabant Cenſitores, qui modum agrorum, quem quiſque poſſidebat, metiebantur, & in tabulas referebant; ex quibus tributi pro ſua virili cuiq; præſtandi ratio

Digitized by Google

ratio conſtabat. Ex quibus patet quanta amplitudo iſtius muneris fuerit, quo vix majus affulget.

IV. *Num munus hoc Reipubl. ita neceſſarium eſt?*

NEceſſitas ejus ex utilitatis ratione dependet quæ tanta putatur, ut vix ulla major ſit, ſive ad deſcriptionem, ætatem, numerum, ordinem, conditionem: ſive ad fortunarum omnium & facultatum æſtimationem; ſive, quod præcipuum eſt, ad morum conformationem quis reſpiciat; quamvis poſtea Magiſtri morum, & Magiſtri cenſus diſtinguerentur, ut illi debita ſeveritate vitia caſtigarent; hi cenſus rationem tenerent. Iam verò dignitas priorum penitus antiquata eſt, & cenſuræ poſterioris dignitas ſupra modum viget; unde adeò virtutibus & pietate caſſæ ſunt Reſpubl. & deſperato modo paſſim vivitur.

V. *Quænam igitur utilitates ex cenſura Reipubl. hauriuntur?*

VAriæ ſunt adeò, ut vix ſingulas quis complecti poſſit. 1. Namque Aetas civium ex cenſu haberi poteſt. 2. Deinde ex ea ſtatus civium dignoſcitur. 3. Nec minus eorum ordo, & quinam pro ſervis habeantur, inde conſtat. 4. Scelerati atque flagitioſi cives hinc deſignari poterunt. 5. Item certus quotannis numerus ex ea ſupputari poteſt, ſi tabulę morientium & viventium abſque litura rectè obſerventur. Romæ, ſicuti juxta Florum, cenſa fuerũt civium 313 mil. capitum, præter pupillos & viduas. 6. Tributum & collectæ rectè in ſummam conjici poterunt. 7. Diviſio agrorum quoq; ſic ritè examinari & in conſpectu haberi valet; & quot ac quanta commoda ex eorum deſcriptione ſint proventura. 8. Sic proſpici quoq; poteſt inopiæ, ac juſtiſſimis tenuium

Digitized by Google

potiſſimumque agricolarum querelis. 9. Incommoda & damna averti, lites amputari; 10. Fraudes item & rapinæ aut ſuppilationes peræquatorum, qui gratia vel odio imperata tributa iniquiſſimè diſpertiri ſolent, latere poſſunt neminem. 11. Improborum veteratoriæ fraudes, quæ in venditionibus, emptionibus, matrimoniis, donationibus, cæteriſque rebus ac rationibus diſtrahendis fieri ſolent, hinc optime patebunt. 12. Heîc omitto, quàm multæ de finibus regundis, deq; hæreditatibus controverſiæ, & jure pignorum hypothecarumque & creditorum prioritate controverſiæ præſcindi, ac fœneratores notari queant, &c.

V I. *An non verò ſic ex ſenſus ac bonorum deſcriptione tenuibus contemptus, & locupletibus invidia conflatur?*

QVi publicas opes depeculantur, qui privatorum fortunas libenter diripiunt, qui fœnoribus tenuium ſanguinem exſorbent, aut aliis malis artibus & falſatione commerciorum diteſcunt, hoc toties opponere ſolent ordinationi bonæ. At quum bonum publicum præferri debeat privato agrorum cenſui, & perſonarum deſcriptioni tale judicium obſtat. Quin etiam cauta ſatis adhiberi poteſt prudentia.

V I I. *Sed nonnè eſt contra decus Reipubl. Cenſura aperta?*

QVi hoc prætendunt, eo ipſo declarant, ſe potius ſua ſcelera, furta, rapinas, fraudis fœnerationes iniquas occultare velle, quàm quod privatorum opes, & inopia, mercatorum item debita, credita, ac familiarum occulta negotia, pacta conventa, magiſtratui innoteſcant. Verùm uti quiſq; cæteris vitæ integritate præſtat; ita quoq; ſua facta, geſta, voces, mentiſq; cogitata ab omnibus ſciri gaudet.

VIII. *Non-*

Digitized by Google

VIII. *Nonnè bonorum patefactio ex cenſu, tyrannis præbet occaſionem invadendi aliorum opes?*

SI Tyrannus frontem adeò perfricuit, ut hoc expetat, eodem precio & locupletum & egentium habebit, nil curans, cenſuram. Vnde etiam maximè abhorrere ſolent eam, quàm aliæ Reſpubl. ſedulò colunt.

IX. *Sed an non contra pietatis eſt officium Cenſorem agere?*

TAntum abeſt, ut etiam ipſe Iehova *Exod.* 30, 12, 13, 14, 15, 16. mandarit Moyſi, ut non ſaltem capita à 20 annis numeraret Iſraelitarum, ſed etiam impoſuerit ipſis ad offerendum Ihovæ dimidium ſicli pro contributione capitis. Reliquorum tamen qui annum 20, inter advenas ſervoſque, non attigiſſent nulla fiebat taxatio; veluti etiam fœminæ non cenſebantur. *Num. c.* 1. *&* 26. *l. hæred. ff. ad l. Falcid.* ſic de cenſu Salom. 1. *Reg.* 10, 14. *Matth.* 17, 24. *&* 22, 17. *Rom.* 13, 7. agitur.

X. *Quinam Cenſuræ ſunt præficiendi?*

CEnſores fiant ii, quorum vita non tantum à rapinis; ſed à vitiis pœnè omnibus libera ſit ac vacua; quiq; cæteris omnibus integritate & prudentia præſtent: qualium hominum delectum veteres Rom. accuratiſſimum habere ſolebant; ut Cenſores omnibus civibus ſeipſos quaſi normam benè temperanterque vivendi, & ad intuendum, & ad imitandum præſtarent; omniumque mores ad virtutem & ad verum decus conformarent. Quare integritati ita ſtudeant ut non dicantur plus invigilare ſubditorum evacuandis marſupiis, quàm vitiis exſtirpandis, ut ait *D. Bernh. Serm.* 77. *in Cantic.*

Digitized by Google

XI. *An non Magiſtri morum præjudicant Magiſtratui in cenſura tali?*

NOn publicorum aut privatorum criminum cognitionem ſuſcipiunt Cenſores, quæ magiſtratuum decretis finiuntur: ſed omnis animadverſio eorum vitiorum eſſe debet, quæ nec legibus, nec magiſtratuum judiciis vindicantur; ut ſunt irreligioſitates, pejerationes, blaſphemiæ, calumniæ, mendacia, impietates, fœnerationes, diſſoluta vita, inobedientia mutua ſervorum & filiorum, contemptus ſacrorum *Deut. cap.* 16. levitates hiſtrionicas, ſaltationes Satyricæ & ſalaces, ſpectacula ſcandaloſa, turpitudines craſſæ, commeſſationes, ebrietates, crapulæ, luxus, alea, perfidia, ſcortationes, &c. Vnde quis rectè cenſuram talem dicat civitatum gubernatricem, virtutum omnium effectricem, bonorum & piorum civium procreatricem, improborum expultricem, & pietatis omnis nutricem; quùm ea non modò flagitiorum & improbitatum robuſtiorum radicem circumcidere, verum etiam vitiorum fibras evellere, ſtirpes elidere, ſemina extinguere ſola poſſe videatur.

XII. *Nonnè etiam ad hos cura educationis referri debet?*

VEluti Pietas vera & non fucata omni Magiſtratui tàm majori quàm minori, imo & omni mortalium generi ante omnia in hac vita competit; ita etiam quemvis oportet ſtatim primo loco ſollicitum eſſe, qui Patremfamilias domi ſuæ, aut Magiſtratum in Republ. determinat, de ſuorum pia, ſancta, & prudenti educatione ac informatione. Etenim in eâ maxima & hujus & futuræ vitæ ſalus ac beatitudo conſiſtit, quùm à teneris ad Dei amorem

rem & timorem rectè exſuſcitari & adſuefieri tanti ſit, ut etiam nova quaſi naturæ ſanctitate induat & perfundat hominem, Angelorumque conſortio perpetuo inſerat, uti Chriſtus ipſe hoc innuit. *Matt.* 18. 10. Ideoque tam ſeriò præcipit ne quid parvulis ſit ſcandalo in verbis aut factis, nedum quod eos quiſpiam ad ethniciſmum abripere, & in ejus cognitione adſidua hos ſeducere velit. Potius eſſe dicit omnibus, ut in profunditate maris, molâ aſinariâ in collo talium appensâ, ſubmergantur. *ibid. v.* 6. An poteſt ullum judicium ſeverius pronunciari à Iudice ſummo mortalium? An putet quis fruſtra hoc pronunciatum? Citius præteribit cælum & terra, quàm Iota unum aut apex unus prætereat. *Matt.* 5, 18. Vſque verax eſt effator Verbi iſte ſui: quia elocutus eſt nobis omnia, ſicut Parens Iehova juſſit eum.

Ac ne quid dubii iterum ſubmiſceat quis malignus interpres, Iehova vult ab omnibus ita edoceri. *Num.* 15, 38, 39, 40. *&* Moyſes ait: *Deut.* 6, 6. Et erunt verba iſta, quæ ego præcipio tibi hodiè, in corde tuo: Eaque acutè ingeres filiis tuis, ac loquêre de iis domi tuæ, ac quùm ambulas per viam, quùm cubas, & quùm ſurgis: Etiam alligabis ea in ſignum manui tuæ, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos. Sic & *Deut.* 4, 6. Obſervabitis igitur id atque facietis. Nam hæc eſt ſapientia veſtra & prudentia veſtra ante oculos populorum. Non alia datur ſapientia vera, niſi quæ ex ejus ore & fonte profluit, qui ejus & omnium rerum unicus Dator eſt. Proinde etiam David vult omnes nocte dieq; in ea eſſe adſiduos. *Pſal.* 1, 2. *&* *Pſal.* 78, 4. filiis & nepotibus ait explicandum eſſe Verbum Dei ad juſſum Iehovæ. *v.* 5, 6. Quod etiam Salomon toties nobis filiiſque noſtris vult inculcatum. *Prov.* 2. 1, 10. *&* 3. 1, 13. *&* 4. 1, 2, 20. *&* 5, 1. *&* 6, 20. *&* 7. 1, 3, 4, 5. *Syr.* 2, 18. *&* 6,

[illegible] A quo etiam nuſpiam [illegible] 28,14. *Ioſ.*1, [illegible] Verbum Dei enim [illegible] ſed etiam [illegible] eſt factis. *Deu.* [illegible] 28, 14. *Ezech.*33, 31 [illegible] *Luc.*6,47. [illegible] *Iac.*1,22. Velut [illegible] Noa, *Gen.*9,23. Lothus [illegible] 42, 1, 2 &c. Præ[illegible] in Chriſtianiſmo noſtro [illegible] noſtros in eo educare, qua[illegible] Nec alia fuit ſapientia o[illegible] à Ioſepho ipſis fuit pro[illegible] in qua educatus eſt [illegible]

[illegible] lacunas [illegible] in quibus nos [illegible] Iam hæc perni[illegible] Chriſtianiſmum, ut certè [illegible] habendi eſſent, [illegible] tam vaſtis mendaciorum [illegible] habitu æſtifica [illegible] liberarent & [illegible] in ſanitate vi[illegible] Quum verò non id fiat, & [illegible] obvoluti[illegible] tanta ſui [illegible] Hinc tot poe[illegible] adau[illegible] eſt 3. *Reg.*13,4. [illegible] 28, 1. *Eſa.*28, [illegible] *Ier.*2,5 & 5. 12,20. [illegible] *Ezech.*33,30. *Amos* 6, [illegible] igitur tantopere

ſapimus,

ſapimus, unde tot ſectarum exurgunt cumuli, etiam ethnicis deteriores facti duplici pœna majori omnium ethnicorum plagis afficimur, præſertim quùm nec cenſores tales inveniantur, qui propter confractionẽ Ioſephi ægritudine affici velint. *Amos* 6,6. Competit enim omninò hoc officium Chriſtiano Magiſtratui, ut reformet ſcholas in vera doctrina Chriſti abſque mixtura ethniciſmi, unde meræ corruptelæ oriuntur, quæ nunc tot diſtractionum ſectis flagellant orbem Chriſtianum; & unde hoc regnum mundanum tam ſtrenuè Chriſti opprimit regnum.

Sed quùm de educatione vera fermè nihili egerit Bodinus, nec ſint alii, qui ejus rationem rectè explicarint præter *Stat. Buſch. & Georg. Paſorem*, amicos meos ſummos, eorum paræneticas epiſtolas ſubnectere in fine hujus, cum aliis ſupradictis, fas erit.

XIII. *Sed competitne Iuriſdictio quædam Cenſoribus?*

ALiud quidem eſt Iudicium, aliud Cenſura: Nihilominus Cenſores Romanos aliquid imperii habuiſſe videmus. Non enim tantum populi concionem vocabant, exercitum urbanum cogebant, luſtrũ faciebant, ad cenſum quemque vocabant, quod ſine edictis fieri non poterat (edicere enim, vocare, cogere, qui imperio careret, nemo poterat, niſi alterius opem & imperium imploraſſet, aut ejus commiſſionẽ perficeret) ſed etiam notare ignominia civem quemcunque; Senatorem loco movere, & Equiti adimere equum, & annulum, ſi quid in ejus vita inhoneſtum deprehendiſſent, tollere quoq; omnia poterant, quæ probitati morum peſtem ac perniciem illatura videbantur: nec etiam agri derelictor aut veſtator ſine pœna erat, *ut ait Gell. lib.* 4, *c.* 14. Etiam ſtatuas indecoras

coras ſubvertebant tollendo. *Plin. lib. 34. cap. 6. & lib. 35. 17. vid. Roſ. de ant. Rom. lib. 7. c. 10.*

XIV. *An vero quis è Senatu Cenſoris nota ejectus, poterat reſtitui?*

MAximè. Non enim propterea fuit dejectus, ut infamis per omnem vitam à reditu ad honores eſſet excluſus, uti *Val. lib. 2. c. 9.* monſtrat. Tum ſi rogatio ad populum tuliſſet quis, ſæpiſſimè reſtituebatur. At ſi quem populus cenſoria nota compunctum damnaret, non tantum ignominioſus, ſed & infamis dicebatur. *l. 2. ff. de Senator. l. cognition. ff. de variis & extra.*

XV. *Sed num etiam Religio in Cenſuram hanc juſtè venit?*

DIvinarum legum metu ſublato, humana quoq; Iura, ac deinde magiſtratus omnes peſſum ire, ac poſtremo flagitioſos homines effrænata quadam licentia latrocinari, venenis proximos occidere, omnibus flagitiis omnia complere, plerumq; ſequitur. Nam queî ullis legibus aut pœnarum metu coerceantur, qui Dei metum omnem abiecerunt, & prorſus ad facinoroſam conceſſerunt vitam? Tamen ait rectè Lactant. poſſunt leges delicta punire, conſcientiã munire non poſſunt. Ideoque hoc obſervari valet, quod ipſe Iehova præcipit *Deut. 17.* ut conciones non omittantur, modo verus fuerit Verbi Dei uſus, & minus ſuperſtitionis quid ſubrepat, ut avertatur ſcandalum publicum.

XVI. *An verò hac Iurisdictio non miniſtris Verbi aut Pontifici competit?*

MAgna quidem in veteri & novo Teſtamento extãt elogia miniſtrorum, ut lux mundi. *Matt. 5. 14.*

Digitized by Google

5.14. fermentum *Matth.*13,33.*Luc.*13,21. Rigatores. 1.*Cor.*3,6.Diſpenſatores Myſteriorum Dei. 1.*Corinth.*4,1. *Tit.*1,7.Doctores,*Epheſ.*4,11. Epiſcopi.1.*Tim.*3,1. Paſtores.*Eph.*4,11.*&c.*vocentur.Sed Chriſtus omnes ad fraternitatem non tantum eos mutuam remittit, ſed etiam vult, ut maximus eorum ſit miniſter.*Matt.*23,8,11. Veri igitur miniſtri ejus,in præſcriptis terminis ſe conſervant,reliqui Anti-chriſtum repræſentāt,ſi ulterius ſibi quid poſtulent,quàm Chriſtus illis attribuerit. Quiſq; fratri ſuo condonet peccata, & ſi quis ſua deprecetur Deo,remiſſionem accipit.*Matth.*5,24.*&* 6,12.*&* 18,22,35.*Luc.*11,4. *&* 17,3,4.*Eph.*4,32.*Coloſ.*3.13.*Exod.*34.*Pſal.*19,13. *&* 32,5.*&* 103,12.*Eſa.*43,25.*&* 44,22.*Ier.*31,34.*&* 33,8.*Mich.*7,18.*Matt.*9,2.*Marc.*2,5.*Luc.*5,24.*&* 7,48. Tribuitur etiam verbi miniſtro id, tanquam inſtrumento, ſed non alii,quàm qui ſit in Chriſto vividè renatus, & ex Spiritu Dei doceat. Ideoq; notabilia ſunt *Taut.* verba *in lib.de* 3.*vit. cap.*11.

Sunt qui Sophiſtis potentiam remittendi peccata adſcribant. Verum qui Sophiſta eſt, & hanc ſibi ſumit poteſtatem,abſque voluntate Dei,nec ipſe ingrediatur Dei voluntatem, Anti-Chriſtum agit & ejus paſtorem, eſtque hypocrita, qui ex hiſtoria ſaltem nudè dependet, ſcientiam litteralem ac habitualem pro fide habens.Sed audi,*mi Fritzi*,ex vera & vivida Fide cordis renati ſequitur Iuſtitia & veritas,&c. Tu putas,rem ſe ita habere,velut ad Principem regionis tuum accedis,& ipſi mortis ſuppliciū deprecaris,atq; ille ex gratia id remittit,tunc ab ea pœna te exolviſti. Sed audi, peccata te tua heic in conſcientia adhuc convincunt, & cor tuum te reum agit ipſum, quod pœna digniſſimus adhuc ſis,nec valet ita ſimpliciter expiari.An ita ad Deum accedas? Ea opinione multi gignuntur hypocritæ. Tu putas quod Deus ita quoque

quoque à te auferat peccata? An verò haud noſti, quod Verbum Dei dicat, quod omnia opera noſtra nos ſequantur? Quod ſi ita ſe res haberet, cogeretur Deus, ut ad cujuſque invocatoris voluntatem ſe moveret, ad abjiciendum ejus peccata; quum tamen Iehova non niſi bis ſe motu elevarit ſuo; nempe in creatione mundi & omnium creaturarum; & ſecundò in nativitate Chriſti ſui, ubi ſe totum cor Iehovæ motu hoc elevavit &c. Si poſſibile fuiſſet, quod Iehova hoc modo ſua Adamo remittere potuiſſet peccata aut auferre, non factus eſſet Deus homo, & ita in Deum nos reduxiſſet. Condonaſſet Adamo peccata ſicut Princeps latroni maleficii ſui pœnam remittit.

Audi tu, ex domo peccati egredi ipſum te oportet, & realiter ingredi novo homine in voluntatem Dei per Chriſtum. Regeneratus heic eſſe teneris imitator Chriſti, & in ejus vivere Spiritu. Namque Iehova non heic quaſi Rex corporalis adſtat, & verbis à te aufert peccata. Potentia eſſe cogitur: ex igne in lucem prodire te elevando debes. Fratrem nullo modo redimere quiſquam poteſt; non dare Deo redempturam ejus: Eſt enim nimis cara redemptio vitæ ejus, ut ceſſet ab eo in ſeculum, ait David, *Pſalm.* 49, 8, 9. Iehova non eſt, quaſi imago, ad cujus adſpectum genua flectamus, & blanda verba ipſi effundamus: Sed ille eſt Spiritus ipſe, & penetrat cor atque renes, id eſt animam & ſpiritum. Ille eſt amoris ignis, & centrum ejus Naturæ & Iræ ignis. Ita ex uno tenebricoſo principio in lucis principium tranſponi debes. Si ex ira ejus realiter excedas, tunc ingredieris amorem Dei in æternam libertatem ex vinculis tenebrarum & pœnæ, &c. Heic verò non diſputo, *ait Bodinus*, quàm utilis, quamque neceſſaria ſit Pontificio Iuriſdictio;

Sed

Sed illud tantum, verendum eſſe, quod pontifices ſuæ commiſſionis ac mandatarii fines egredi conentur, quum quidvis non in condemnationem temere abripiant. Omitto leviores cauſſas, quæ fere ſunt quadraginta, quibus interdictio, ſuſpenſio, excommunicatio decerni fruſtra conſuerat. Hinc eadem execratione ſine ordinis reſpectu, retunditur. Quia Chriſtus eſt & manet caput Eccleſiæ ſuæ uſque ad conſummationem ſeculi *Matth. ultimo, verſ. ult.*

XVII. *Sed an non Pontifices ſunt religionis Cenſores ac Iudices?*

CHriſto omnis poteſtas eſt tradita in cœlo & in terra, *Matth.* 28.18. qui authoritatem ſuam & dominium non dat alteri; unde nec D. Paulus dominari cupit alterius fidei, 2. *Corinth.* 2, 24. nec quid jubet, 2. *Cor.* 8, 8. Tamen Pontifices religionum ſeſe Iudices ac Cenſores morum tulerunt. Verum magiſtratus ac leges ea, quæ foràs erumpunt ad civium perturbationem vindicare debent. Monere & ædificare decet miniſtros Verbi Dei, ac plantare; benedictionem autem largitur Deus. 1. *Corinth.* 3, 6, 7, 8. *Epheſ.* 4, 11, 12. Filius hominis eſt Dominus, etiam ſabbathi. *Matth.* 12, 8. Is quoque ſibi ſoli omnem Cenſuram ac Iudicium reſervavit. *Matt.* 13, 30. Vnde cunctis prohibet poteſtatem judicandi. *Matth.* 7, 1, 2.

XVIII. *An bona eccleſiaſtica quoque in Cenſuram veniunt?*

REſpiciendum eſt ad eorum uſum & abuſum. Si abuſui ſint obnoxia, immunitatum ratio non poterit obſervari, quùm ex hominum profanitate fiat rei corruptio. Quippe homo utens debet eſſe ſacer & re-

& renatus in Chriſti imitatione ſancta vivere ; aliàs indignus fruitur iis bonis, quæ pietati ſunt deſtinata. De quibus aliàs alibi actum eſt ſatis.

XIX. *Num verò licitum eſt, bona uſibus ſacris legata, in uſus profanos transferre ?*

VAlde vexata eſt quæſtio, & jam ante aliquot tempora in regnis Septentrionalibus, nec non in Germania ipſa alio modo in praxin abrepta ſuam; Sed num licitè aut illicitè, id antehac examinatum eſt. Omnino tamen hoc exuperat Cenſorum munus, quùm longe altioris ſit poteſtatis, quæ vota defunctorum, & teſtamenta ſubvertere queat aut velit. Quæ idolis immolantur, non juxta eſcam nos Deo commendant, ſed juxta eſum, ait D. Paulus 1. *Corinth.* 8, 1, 8, 9. Interim poterit cognoſci *Avenar. in Nomico Pol. Seſq. Cent. quæſt.* 46. & *Velſt. Cent.* 6. *quæſt. Eth.* 9.

XX. *An non etiam ad luxum leges veſtiariæ ſpectant ?*

MAximè hæ veniunt approbandæ; & rectè eſt pridem factum, quod in *Maxim. Imper. Ordin. Polit.* tam accuratè de veſtitu ſit actum. Vtinam ejus praxis quoque reduceretur. *vide Aven. d. lib. Nom. Pol. q.* 70.

XXI. *An conſuetudo inveterata quoque cenſuræ ſubjacet ?*

ALia eſt conſuetudo fundamento naturæ nitens, alia adſumpta utilitatis aut commodi cauſſa, vel etiam ex mera opinione in aſſuefactionem deducta. Proinde ſi cum legibus bonis pugnet, nequaquam obligatoriè ſunt opiniones vulgi, & meritò abrogantur à Cenſoribus. Nihil enim pietati & ho-

Digitized by Google

& honeſtati contrarium iis præjudicari debet, præſertim quùm privatorum hominum habitum arguat, qui neq; quid juſtum, pium, aut quid è re civium & utilitate publica ſit, conſiderat. *vid. Avenar. Pol. quæſt. 73.*

CAPVT II.

I. *Quam materiam hoc Caput examinat?*

QVam ipſa Cenſorum natura & officii potiſſima ratio largitur, nimirum, unde nervus Reipubl. exurgat, & in qua vis efficax rerum gerendarum lateat. Proinde ut hoc, quicquid de civitatis ærario profertur, ordine percipiatur; principio omnem honeſtam ærarii conficiendi rationem explicat; deinde quomodo publicæ opes utilitati ac dignitati inſerviant: poſtremò, ut caveatur, ne publicis largitionibus, exhauſto ærario, repentina calamitate Reſpubl. deſeratur. Quæ tria diſputationis capita ordine quæque ſuo perſequitur.

II. *Quid eſt Aerarium?*

AB ære ſic dictum eſſe conſtat. Rationem autem, quùr æs pro pecunia accipiatur, *Iſid. Hiſp. lib. 16, Etym. c. 17.* monſtrare ita cupit, quaſi ære uſi fuerint antiquiſſimi, auro argentoque nondum invento. Quam verò & cujus loci antiquitatē heîc deſignare voluerit, non ſatis percipi poteſt. Etenim monetam Argenteam apud Regē Gerarienſem Abimocum in uſu fuiſſe, teſtatur ipſa S. Scriptura. *Gen. 20, 16.* ubi Saræ Abrahami conjugi pro ſororis nomine, quod tegumēti cauſſa marito in abnegatione ejus objecerat, 1000 ſiclos argenteos dono dedit, quę juxta noſtri numiſmatis valorem 250 Imperiales conficiunt. Sic & Abraham pro loco ſepulturæ, ut ibi Sara quieſce-

quieſceret defuncta, Regi Hephroni, quadringentos ſiclos argenti ſolvit, id eſt centum Imperiales. Simili modo Abrahami famulus Rebeccæ monile aureum, cujus precium erat dimidii ſicli aurei, id eſt, unius Hungarici, & dicas armillas decem aureorum dono obtulit. *Gen.* 23, 22. id eſt 20 Hungaricorum florenorum in pondere. Ita & Ioſephus Iſmaelitis eſt à fratribus exili admodum precio venditus, nempe 20 ſiclis argenteis, id eſt, 5. Imperialibus, quum ſiclum argenteum quartam partem Imperialis conſtituat. *Geneſ.* 37, 28. Merx enim hæc illis nauſeam pepererat, ut eò citius poſſet tàm vili precio extrudi. Sara autem mortua eſt Abrahamo *in* 127 ætatis anno atque ſic 1858 annos ante nativitatem Chriſti. Ioſephus ann. 17. ætatis venditus eſt, ante Chriſtum natum anno 1744. Ex quibus facilè colligitur etiam antiquiſſimis temporibus aurum & argentum in pleno fuiſſe uſu. Imò *Geneſ.* 4, 22. inventor metalli omnis expreſſe nominatur *Thubal-Kainus*, qui omnem fabrum ærarium & ferrarium erudierit.

Quinam igitur natura metallorum illis abſcondita fuerit, qui longè ſapientiſſimi fuerunt mortalium, & vera Philoſophia, non illa fucata & tenebricoſa, quæ jam per tot ſecula obcœcatos in compactis habituum litteris homines tenuit, uſi ſunt, quam etiam ipſe Ioſephus ad Aegyptios tranſtulit ex hac proditoria venditione fratrum? Ideoque longè rectius ſentiunt, qui æris nomen omnibus metallis commune volunt, uti etiam armis & clypeis applicatur, imo & ſtatuis, *uti Cic. in L. A.* habet: Statua pedeſtris ex ære. Item leges in æs inciſas denotat, ut loquitur *Cicero Epiſt.* 183. Hinc pro ſingulari uſu loquendi ad monetam & numiſma transfertur, ut mutare quid ære, nil aliud ſit, quam

quam emere; etiam pro debito accipitur; contrahere æs alienum, diſſolvere æs alienum, minuere æs alienum &c. id eſt, debito ſatisfacere, quod argento vel auro fiebat, uti rectè Vlpianus ſcribit, quod æris appellatione etiam aurum contineatur. Velut & proverbii loco id habetur: Aëris alieni atque litis comes, miſeria eſt.

E contrariò verò qui multum æris, id eſt, theſauri terreſtris, ex metallis precioſis confecti, poſſidet, divitis nomen meretur mortalibus. Velut autem quiſque ſuum theſaurum ſecum conſervat, quo tempore neceſſitatis, vel ad quemvis uſum paratus apparere queat, pro conſervatione & ſuſtentatione rei familiaris: Ita etiam quod uſui publico deſtinatum fuit, tam adſervationis locum, quàm ipſam erogationis rem & pecuniam determinat. Ærarium hinc dictum eſt, quum æs eſſet rerum omnium pretium. Videtur autem eadem eſſe auri & æris origo, nempe à *ſplendore*, ab *αὔω* *ſplendeo*. Hinc auri aura refulſit. Feſt. Adjicit hoc Scal. *αὖρον* priſcum vocabulum Græcum, & ab eo *θησαυρὸς*, *αὐρὸς* dives, potens; & aurum dictum; quia præcipuè cuſtoditur. Græce enim *cuſtodire* eſt *ὠρεῖν*. Dici itaque Ærarium poteſt, pecuniæ publicæ adſervatorium theſaurum hunc communi uſui deſtinatum habens. Sic Ioſephus Conſiliarius intimus (*Tzophathpahaneach Gen.* 41, 45.) regis, collegit totam pecuniam, quæ inveniebatur in terra Aegypti & in regione Cenahanis, pro annona, quam illi comparaverant: Intulitque Ioſeph in ærarium Regis, *Geneſ.* 47, 14. Ita Ioſua quoque totum argentum & aurum, & inſtrumenta ærea Hierichuntis, & ferrea in ærarium ſive theſaurum Iehovæ deponebat. *Ioſ.* 6, 22, 27. Aerarii autem præfecti, the-

ſaurarii

potiſſimumque agricolarum querelis. 9.Incommoda & damna averti,lites amputari; 10.Fraudes item & rapinæ aut ſuppilationes peræquatorum, qui gratia vel odio imperata tributa iniquiſſimè diſpertiri ſolent,latere poſſunt neminem.11.Improborum veteratoriæ fraudes, quæ in venditionibus, emptionibus,matrimoniis,donationibus,cæteriſque rebus ac rationibus diſtrahendis fieri ſolent, hinc optime patebunt. 12. Heîc omitto,quàm multæ de finibus regundis,deq; hæreditatibus controverſiæ, & jure pignorum hypothecarumque & creditorum prioritate controverſiæ præſcindi, ac fœneratores notari queant, &c.

V I. *An non verò ſic ex ſenſus ac bonorum deſcriptione tenuibus contemptus, & locupletibus invidia conflatur?*

QVi publicas opes depeculantur,qui privatorum fortunas libenter diripiunt, qui fœnoribus tenuium ſanguinem exſorbent, aut aliis malis artibus & falſatione commerciorum diteſcunt, hoc toties opponere ſolent ordinationi bonæ.At quum bonum publicum præferri debeat privato agrorum cenſui, & perſonarum deſcriptioni tale judicium obſtat. Quin etiam cauta ſatis adhiberi poteſt prudentia.

V I I. *Sed nonnè eſt contra decus Reipubl. Cenſura aperta?*

QVi hoc prætendunt, eo ipſo declarant,ſe potius ſua ſcelera, furta, rapinas, fraudis fœnerationes iniquas occultare velle, quàm quod privatorum opes, & inopia,mercatorum item debita, credita, ac familiarum occulta negotia, pacta conventa, magiſtratui innoteſcant. Verùm uti quiſq; cæteris vitæ integritate præſtat; ita quoq; ſua facta, geſta,voces, mentiſq; cogitata ab omnibus ſciri gaudet.

VIII. *Non-*

Digitized by Google

VIII. *Nonnè bonorum patefactio ex cenſu, tyrannis præbet occaſionem invadendi aliorum opes?*

SI Tyrannus frontem adeò perfricuit, ut hoc expectat, eodem precio & locupletum & egentium habebit, nil curans, cenſuram. Vnde etiam maximè abhorrere ſolent eam, quàm aliæ Reſpubl. ſedulò colunt.

IX. *Sed an non contra pietatis eſt officium Cenſorem agere?*

TAntum abeſt, ut etiam ipſe Iehova *Exod.* 30, 12, 13, 14, 15, 16. mandarit Moyſi, ut non ſaltem capita à 20 annis numeraret Iſraelitarum, ſed etiam impoſuerit ipſis ad offerendum Ihovæ dimidium ſicli pro contributione capitis. Reliquorum tamen qui annum 20, inter advenas ſervoſque, non attigiſſent nulla fiebat taxatio; veluti etiam fœminæ non cenſebantur. *Num. c.* 1. *&* 26. *l. hæred. ff. ad l. Falcid.* ſic de cenſu Salom. 1. *Reg.* 10, 14. *Matth.* 17, 24. *&* 22, 17. *Rom.* 13, 7. agitur.

X. *Quinam Cenſuræ ſunt præficiendi?*

CEnſores fiant ii, quorum vita non tantum à rapinis; ſed à vitiis pœnè omnibus libera ſit ac vacua; quiq; cæteris omnibus integritate & prudentia præſtent: qualium hominum delectum veteres Rom. accuratiſſimum habere ſolebant; ut Cenſores omnibus civibus ſeipſos quaſi normam benè temperanterque vivendi, & ad intuendum, & ad imitandum præſtarent; omniumque mores ad virtutem & ad verum decus conformarent. Quare integritati ita ſtudeant ut non dicantur plus invigilare ſubditorum evacuandis marſupiis, quàm vitiis exſtirpandis, ut ait *D. Bernh. Serm.* 77. *in Cantic.*

Digitized by Google

XI. *An non Magiſtri morum præjudicant Magiſtratui in cenſura tali?*

NOn publicorum aut privatorum criminum cognitionem ſuſcipiunt Cenſores, quæ magiſtratuum decretis finiuntur: ſed omnis animadverſio eorum vitiorum eſſe debet, quæ nec legibus, nec magiſtratuum judiciis vindicantur; ut ſunt irreligioſitates, pejerationes, blaſphemiæ, calumniæ, mendacia, impietates, fœnerationes, diſſoluta vita, inobedientia mutua ſervorum & filiorum, contemptus ſacrorum *Deut. cap.* 16. levitates hiſtrionicas, ſaltationes Satyricæ & ſalaces, ſpectacula ſcandaloſa, turpitudines craſſæ, commeſſationes, ebrietates, crapulæ, luxus, alea, perfidia, ſcortationes, &c. Vnde quis rectè cenſuram talem dicat civitatum gubernatricem, virtutum omnium effectricem, bonorum & piorum civium procreatricem, improborum expultricem, & pietatis omnis nutricem; quùm ea non modo flagitiorum & improbitatum robuſtiorum radicem circumcidere, verum etiam vitiorum fibras evellere, ſtirpes elidere, ſemina extinguere ſola poſſe videatur.

XII. *Nonnè etiam ad hos cura educationis referri debet?*

VEluti Pietas vera & non fucata omni Magiſtratui tàm majori quàm minori, imo & omni mortalium generi ante omnia in hac vita competit; ita etiam quemvis oportet ſtatim primo loco ſollicitum eſſe, qui Patremfamilias domi ſuæ, aut Magiſtratum in Republ. determinat, de ſuorum pia, ſancta, & prudenti educatione ac informatione. Etenim in eâ maxima & hujus & futuræ vitæ ſalus ac beatitudo conſiſtit, quùm à teneris ad Dei amorem

rem

rem & timorem rectè exſuſcitari & adſuefieri tanti ſit,ut etiam nova quaſi naturæ ſanctitate induat & perſundat hominem, Angelorumque conſortio perpetuo inſerat, uti Chriſtus ipſe hoc innuit. *Matt.* 18. 10. Ideoque tam ſeriò præcipit ne quid parvulis ſit ſcandalo in verbis aut factis, nedum quod eos quiſpiam ad ethniciſmum abripere, & in ejus cognitione adſidua hos ſeducere velit. Potius eſſe dicit omnibus,ut in profunditate maris, molâ aſinariâ in collo talium appensâ, ſubmergantur. *ibid. v.* 6. An poteſt ullum judicium ſeverius pronunciari à Iudice ſummo mortalium? An putet quis fruſtra hoc pronunciatum? Citius præteribit cælum & terra, quàm Iota unum aut apex unus prætereat. *Matt.* 5, 18. Vſque verax eſt effator Verbi iſte ſui: quia elocutus eſt nobis omnia,ſicut Parens Iehova juſſit eum.

Ac ne quid dubii iterum ſubmiſceat quis malignus interpres, Iehova vult ab omnibus ita edoceri. *Num.* 15, 38, 39, 40. *&* Moyſes ait: *Deut.* 6, 6. Et erunt verba iſta, quæ ego præcipio tibi hodiè,in corde tuo: Eaque acutè ingeres filiis tuis, ac loquêre de iis domi tuæ,ac quùm ambulas per viam, quùm cubas, & quùm ſurgis: Etiam alligabis ea in ſignum manui tuæ,& erunt pro frontalibus inter oculos tuos. Sic & *Deut.* 4, 6. Obſervabitis igitur id atque facietis. Nam hæc eſt ſapientia veſtra & prudentia veſtra ante oculos populorum. Non alia datur ſapientia vera, niſi quæ ex ejus ore & fonte profluit, qui ejus & omnium rerum unicus Dator eſt. Proinde etiam David vult omnes nocte dieq; in ea eſſe adſiduos. *Pſal.* 1, 2. *&* *Pſal.* 78, 4. filiis & nepotibus ait explicandum eſſe Verbum Dei ad juſſum Iehovæ. *v.* 5, 6. Quod etiam Salomon toties nobis filiiſque noſtris vult inculcatum. *Prov.* 2. 1, 10. *&* 3. 1, 13. *&* 4. 1, 2, 20. *&* 5, 1. *&* 6, 20. *&* 7. 1, 3, 4, 5. *Syr.* 2, 18. *&* 6,

37. & 14.22,23. & 32.19,20. A quo etiam nuſpiam eſt deviandum. *Deut.* 4,2. & 5,32. & 28,14. *Ioſ.* 1,7. & 23,6. *Prov.* 4,27. *Eſa.* 30,31. Verbum Dei enim non ſolum audiendum & loquendum, ſed etiam cordi inſcribendum, ac præſtandum eſt factis. *Deut.* 5,1,27. & 6,1. & 31,12. *Ieſa.* 28, 14. *Ezeh.* 33, 31. *Matt.* 5,22. & 7,24. & 15,8. & 28,20. *Luc.* 6,47. & 11,28. & 12,47. *Ioh.* 13,7. *Hebr.* 4,2. *Iac.* 1,22. Velut etiam in exemplo fuerunt Noha, *Gen.* 9,23. Lothus, *Gen.* 19,16. Iacob, *Gen.* 37.10,24. & 42,1,2. &c. Præſertim aliter nos non decet in Chriſtianiſmo noſtro, quàm ea ſapere & filios noſtros in eo educare, quæ unicè Chriſtus mandavit. Nec alia fuit ſapientia olim Ægyptiorum, quàm quę à Ioſepho ipſis fuit propoſita & tradita *Pſalm.* 105,22. in qua educatus eſt Moyſes. *Act.* 7,22.

Quid igitur nos ſtulti ab ethnicis petimus lacunas ſorditierum & falſitatum omnium, in quibus nos tam alta ſapere nobis ſomniamus? Iam hæc pernities tanta totum obruit Chriſtianiſmum, ut certè nulli alii Cenſores in potiori pretio habendi eſſent, quàm qui ſcholas omnes à tam vaſtis mendaciorum fabulis ac ſapientia mundi inani atq; habitualiſtica litterali opinionum phantaſiâ nobis liberarent & purgarent; Verboq; Dei ſuum priſcum in ſanitate vitæ reſtituerent nitorem. Quùm verò non id fiat, & Magiſtratus in tantis maneat tenebricoſis obvolutionibus, meritò Iehova pergit fortitudine tanta ſui Verbi & Nominis vindicare gloriam. Hinc tot pœnæ & tot tempeſtatum calamitates cotidiè adaugentur, ut Deus toties eas minitatus eſt. 3. *Reg.* 13,4. & 4. *Reg.* 17.14,19. *Prov.* 1,24,28. & 28,1. *Eſa.* 28, 14. & 30.9,14. & 65,10. & 66,4 *Ier.* 2,5. & 5.12,20. & 7,13. & 16.9,19. & 25,4 *Ezech.* 33,30. *Amos* 6, 7,9,10. *Matt.* 10,14. Dum ethnica igitur tantopere

ſapimus,

ſapimus, unde tot ſectarum exurgunt cumuli, etiam ethnicis deteriores facti duplici pœna majori omnium ethnicorum plagis afficimur, præſertim quùm nec cenſores tales inveniantur, qui propter confractionẽ Ioſephi ægritudine affici velint. *Amos* 6,6. Competit enim omninò hoc officium Chriſtiano Magiſtratui, ut reformet ſcholas in vera doctrina Chriſti abſque mixtura ethniciſmi, unde meræ corruptelæ oriuntur, quæ nunc tot diſtractionum ſectis flagellant orbem Chriſtianum; & unde hoc regnum mundanum tam ſtrenuè Chriſti opprimit regnum.

Sed quùm de educatione vera fermè nihili egerit Bodinus, nec ſint alii, qui ejus rationem rectè explicarint præter *Stat. Buſch. & Georg. Paſorem*, amicos meos ſummos, eorum paræneticas epiſtolas ſubnectere in fine hujus, cum aliis ſupradictis, fas erit.

XIII. *Sed competitne Iuriſdictio quædam Cenſoribus?*

ALiud quidem eſt Iudicium, aliud Cenſura: Nihilominus Cenſores Romanos aliquid imperii habuiſſe videmus. Non enim tantum populi concionem vocabant, exercitum urbanum cogebant, luſtrũ faciebant, ad cenſum quemque vocabant, quod ſine edictis fieri non poterat (edicere enim, vocare, cogere, qui imperio careret, nemo poterat, niſi alterius opem & imperium imploraſſet, aut ejus commiſſionẽ perficeret) ſed etiam notare ignominia civem quemcunque; Senatorem loco movere, & Equiti adimere equum, & annulum, ſi quid in ejus vita inhoneſtum deprehendiſſent, tollere quoq; omnia poterant, quæ probitati morum peſtem ac perniciem illatura videbantur: nec etiam agri derelictor aut veſtator ſine pœna erat, *ut ait Gell. lib.* 4, *c.* 14, Etiam ſtatuas indecoras

coras ſubvertebant tollendo. *Plin. lib. 34. cap. 6. & lib. 35. 17. vid. Roſ. de ant. Rom. lib. 7. c. 10.*

XIV. *An vero quis è Senatu Cenſoris nota ejectus, poterat reſtitui?*

MAximè. Non enim propterea fuit dejectus, ut infamis per omnem vitam à reditu ad honores eſſet excluſus, uti *Val. lib. 2. c. 9.* monſtrat. Tum ſi rogatio ad populum tuliſſet quis, ſæpiſſimè reſtituebatur. At ſi quem populus cenſoria nota compunctum damnaret, non tantum ignominioſus, ſed & infamis dicebatur. *l. 2. ff. de Senator. l. cognition. ff. de variis & extra.*

XV. *Sed num etiam Religio in Cenſuram hanc juſtè venit?*

DIvinarum legum metu ſublato, humana quoq; Iura, ac deinde magiſtratus omnes peſſum ire, ac poſtremo flagitioſos homines effrænata quadam licentia latrocinari, venenis proximos occidere, omnibus flagitiis omnia complere, plerumq; ſequitur. Nam quei ullis legibus aut pœnarum metu coerceantur, qui Dei metum omnem abiecerunt, & prorſus ad facinoroſam conceſſerunt vitam? Tamen ait rectè Lactant. poſſunt leges delicta punire, conſcientiā munire non poſſunt. Ideoque hoc obſervari valet, quod ipſe Iehova præcipit *Deut. 17.* ut conciones non omittantur, modo verus fuerit Verbi Dei uſus, & minus ſuperſtitionis quid ſubrepat, ut avertatur ſcandalum publicum.

XVI. *An verò hæc Iuriſdictio non miniſtris Verbi aut Pontifici competit?*

MAgna quidem in veteri & novo Teſtamento extāt elogia miniſtrorum, ut lux mundi *Matt.*

5. 14.

5.14. fermentum *Matth.* 13,33. *Luc.* 13,21. Rigatores. 1. *Cor.* 3,6. Diſpenſatores Myſteriorum Dei. 1. *Corinth.* 4,1. *Tit.* 1,7. Doctores, *Epheſ.* 4,11. Epiſcopi. 1. *Tim.* 3,1. Paſtores. *Eph.* 4,11. *&c.* vocentur. Sed Chriſtus omnes ad fraternitatem non tantum eos mutuam remittit, ſed etiam vult, ut maximus eorum ſit miniſter. *Matt.* 23,8,11. Veri igitur miniſtri ejus, in præſcriptis terminis ſe conſervant, reliqui Anti-chriſtum repræſentāt, ſi ulterius ſibi quid poſtulent, quàm Chriſtus illis attribuerit. Quiſq; fratri ſuo condonet peccata, & ſi quis ſua deprecetur Deo, remiſſionem accipit. *Matth.* 5,24. *&* 6,12. *&* 18,22,35. *Luc.* 11,4. *&* 17,3,4. *Eph.* 4,32. *Coloſ.* 3,13. *Exod.* 34. *Pſal.* 19,13. *&* 32,5. *&* 103,12. *Eſa.* 43,25. *&* 44,22. *Ier.* 31,34. *&* 33,8. *Mich.* 7,18. *Matt.* 9,2. *Marc.* 2,5. *Luc.* 5,24. *&* 7,48. Tribuitur etiam verbi miniſtro id, tanquam inſtrumento, ſed non alii, quàm qui ſit in Chriſto vividè renatus, & ex Spiritu Dei doceat. Ideoq; notabilia ſunt *Teut.* verba *in lib. de* 3. *vit. cap.* 11.

Sunt qui Sophiſtis potentiam remittendi peccata adſcribant. Verum qui Sophiſta eſt, & hanc ſibi ſumit poteſtatem, abſque voluntate Dei, nec ipſe ingrediatur Dei voluntatem. Anti-Chriſtum agit & ejus paſtorem, eſtque hypocrita, qui ex hiſtoria ſaltem nudè dependet, ſcientiam litteralem ac habitualem pro fide habens. Sed audi, *mi Fritzi*, ex vera & vivida Fide cordis renati ſequitur Iuſtitia & veritas, &c. Tu putas, rem ſe ita habere, velut ad Principem regionis tuum accedis, & ipſi mortis ſuppliciū deprecaris, atq; ille ex gratia id remittit, tunc ab ea pœna te exolviſti. Sed audi, peccata te tua heic in conſcientia adhuc convincunt, & cor tuum te reum agit ipſum, quod pœna digniſſimus adhuc ſis, nec valet ita ſimpliciter expiari. An ita ad Deum accedas? Ea opinione multi gignuntur hypocritæ. Tu putas quod Deus ita

quoque

quoque à te auferat peccata ? An verò haud noſti, quod Verbum Dei dicat, quod omnia opera noſtra nos ſequantur ? Quod ſi ita ſe res haberet, cogeretur Deus, ut ad cujuſque invocatoris voluntatem ſe moveret, ad abjiciendum ejus peccata; quum tamen Iehova non niſi bis ſe motu elevarit ſuo; nempe in creatione mundi & omnium creaturarum; & ſecundò in nativitate Chriſti ſui, ubi ſe totum cor Iehovæ motu hoc elevavit &c. Si poſſibile fuiſſet, quod Iehova hoc modo ſua Adamo remittere potuiſſet peccata aut auferre, non factus eſſet Deus homo, & ita in Deum nos reduxiſſet. Condonaſſet Adamo peccata ſicut Princeps latroni maleficii ſui pœnam remittit.

Audi tu, ex domo peccati egredi ipſum te oportet, & realiter ingredi novo homine in voluntatem Dei per Chriſtum. Regeneratus heic eſſe teneris imitator Chriſti, & in ejus vivere Spiritu. Namque Iehova non heic quaſi Rex corporalis adſtat, & verbis à te aufert peccata. Potentia eſſe cogitur: ex igne in lucem prodire te elevando debes. Fratrem nullo modo redimere quiſquam poteſt; non dare Deo redempturam ejus: Eſt enim nimis cara redemptio vitæ ejus, ut ceſſet ab eo in ſeculum, ait David, *Pſalm.* 49, 8, 9. Iehova non eſt, quaſi imago, ad cujus adſpectum genua flectamus, & blanda verba ipſi effundamus: Sed ille eſt Spiritus ipſe, & penetrat cor atque renes, id eſt animam & ſpiritum. Ille eſt amoris ignis, & centrum ejus Naturæ & Iræ ignis. Ita ex uno tenebricoſo principio in lucis principium tranſponi debes. Si ex ira ejus realiter excedas, tunc ingredieris amorem Dei in æternam libertatem ex vinculis tenebrarum & pœnæ, &c. Heic verò non diſputo, *ait Bodinus*, quàm utilis, quamque neceſſaria ſit Pontificio Iuriſdictio; Sed

Sed illud tantum, verendum eſſe, quod pontifices ſuæ commiſſionis ac mandatarii fines egredi conentur, quum quidvis non in condemnationem temere abripiant. Omitto leviores cauſſas, quæ fere ſunt quadraginta, quibus interdictio, ſuſpenſio, excommunicatio decerni fruſtra conſuerat. Hinc eadem execratione ſine ordinis reſpectu, retunditur. Quia Chriſtus eſt & manet caput Eccleſiæ ſuæ uſque ad conſummationem ſeculi *Matth. ultimo, verſ. ult.*

XVII. *Sed an non Pontifices ſunt religionis Cenſores ac Iudices?*

CHriſto omnis poteſtas eſt tradita in cœlo & in terra, *Matth.* 28. 18. qui authoritatem ſuam & dominium non dat alteri; unde nec D. Paulus dominari cupit alterius fidei, 2. *Corinth.* 2, 24. nec quid jubet, 2. *Cor.* 8, 8. Tamen Pontifices religionum ſeſe Judices ac Cenſores morum tulerunt. Verum magiſtratus ac leges ea, quæ foràs erumpunt ad civium perturbationem vindicare debent. Monere & ædificare decet miniſtros Verbi Dei, ac plantare; benedictionem autem largitur Deus. 1. *Corinth.* 3, 6, 7, 8. *Ephes.* 4, 11, 12. Filius hominis eſt Dominus, etiam ſabbathi. *Matth.* 12, 8. Is quoque ſibi ſoli omnem Cenſuram ac Iudicium reſervavit. *Matt.* 13, 30. Unde cunctis prohibet poteſtatem judicandi. *Matth.* 7, 1, 2.

XVIII. *An bona eccleſiaſtica quoque in Cenſuram veniunt?*

REſpiciendum eſt ad eorum uſum & abuſum. Si abuſui ſint obnoxia, immunitatum ratio non poterit obſervari, quùm ex hominum profanitate fiat rei corruptio. Quippe homo utens debet eſſe ſacer & re-

& renatus in Chriſti imitatione ſancta vivere; aliàs indignus fruitur iis bonis, quæ pietati ſunt deſtinata. De quibus aliàs alibi actum eſt ſatis.

XIX. *Num verò licitum eſt, bona uſibus ſacris legata, in uſus profanos transferre?*

VAlde vexata eſt quæſtio, & jam ante aliquot tempora in regnis Septentrionalibus, nec non in Germania ipſa alio modo in praxin abrepta ſuam; Sed num licitè aut illicitè, id antehac examinatum eſt. Omnino tamen hoc exuperat Cenſorum munus, quùm longe altioris ſit poteſtatis, quæ vota defunctorum, & teſtamenta ſubvertere queat aut velit. Quæ idolis immolantur, non juxta eſcam nos Deo commendant, ſed juxta eſum, ait D. Paulus 1. *Corinth.* 8, 1, 8, 9. Interim poterit cognoſci *Avenar. in Nomico Pol. Seſq. Cent. quæſt.* 46. *&* *Velſt. Cent.* 6. *quæſt. Eth.* 9.

XX. *An non etiam ad luxum leges veſtiariæ ſpectant?*

MAximè hæ veniunt approbandæ; & rectè eſt pridem factum, quod in *Maxim. Imper. Ordin. Polit.* tam accuratè de veſtitu ſit actum. Vtinam ejus praxis quoque reduceretur. *vide Aven. d. lib. Nom. Pol. q.* 70.

XXI. *An conſuetudo inveterata quoque cenſuræ ſubjacet?*

ALia eſt conſuetudo fundamento naturæ nitens, alia adſumpta utilitatis aut commodi cauſſa, vel etiam ex mera opinione in aſſuefactionem deducta. Proinde ſi cum legibus bonis pugnet, nequaquam obligatorię ſunt opiniones vulgi, & meritò abrogantur à Cenſoribus. Nihil enim pietati & ho-

& honeſtati contrarium iis præjudicari debet, præſertim quùm privatorum hominum habitum arguat, qui neq; quid juſtum, pium, aut quid è re civium & utilitate publica ſit, conſiderat. *vid. Avenar. Pol. quæſt.* 73.

CAPVT II.

I. *Quam materiam hoc Caput examinat?*

QVam ipſa Cenſorum natura & officii potiſſima ratio largitur, nimirum, unde nervus Reipubl. exurgat, & in qua vis efficax rerum gerendarum lateat. Proinde ut hoc, quicquid de civitatis ærario profertur, ordine percipiatur; principio omnem honeſtam ærarii conficiendi rationem explicat; deinde quomodò publicæ opes utilitati ac dignitati inſerviant: poſtremò, ut caveatur, ne publicis largitionibus, exhauſto ærario, repentina calamitate Reſpubl. deſeratur. Quæ tria diſputationis capita ordine quæque ſuo perſequitur.

II. *Quid eſt Aerarium?*

AB ære ſic dictum eſſe conſtat. Rationem autem, quùr æs pro pecunia accipiatur, *Iſid. Hiſp. lib.* 16, *Etym. c.* 17. monſtrare ita cupit, quaſi ære uſi fuerint antiquiſſimi, auro argentoque nondum invento. Quam verò & cujus loci antiquitatẽ heîc deſignare voluerit, non ſatis percipi poteſt. Etenim monetam Argenteam apud Regẽ Gerarienſem Abimocum in uſu fuiſſe, teſtatur ipſa S. Scriptura. *Gen.* 20, 16. ubi Saræ Abrahami conjugi pro ſororis nomine, quod tegumẽti cauſſa marito in abnegatione ejus objecerat, 1000 ſiclos argenteos dono dedit, quę juxta noſtri numiſmatis valorem 250 Imperiales conficiunt. Sic & Abraham pro loco ſepulturæ, ut ibi Sara quieſce-

Digitized by Google

quieſceret defuncta, Regi Hephroni, quadringentos ſiclos argenti ſolvit, id eſt centum Imperiales. Simili modo Abrahami famulus Rebeccæ monile aureum, cujus precium erat dimidii ſicli aurei, id eſt, unius Hungarici, & dicas armillas decem aureorum dono obtulit. *Gen.* 23, 22. id eſt 20 Hungaricorum florenorum in pondere. Ita & Ioſephus Iſmaelitis eſt à fratribus exili admodum precio venditus, nempe 20 ſiclis argenteis, id eſt, 5. Imperialibus, quum ſiclum argenteum quartam partem Imperialis conſtituat. *Geneſ.* 37, 28. Merx enim hæc illis nauſeam pepererat, ut eò citius poſſet tàm vili precio extrudi. Sara autem mortua eſt Abrahamo *in* 127 ætatis anno atque ſic 1858 annos ante nativitatem Chriſti. Ioſephus ann. 17. ætatis venditus eſt, ante Chriſtum natum anno 1744. Ex quibus facilè colligitur etiam antiquiſſimis temporibus aurum & argentum in pleno fuiſſe uſu. Imò *Geneſ.* 4, 22. inventor metalli omnis expreſſe nominatur *Thubal-Kainus*, qui omnem fabrum ærarium & ferrarium erudierit.

Quinam igitur natura metallorum illis abſcondita fuerit, qui longè ſapientiſſimi fuerunt mortalium, & vera Philoſophia, non illa fucata & tenebricoſa, quæ jam per tot ſecula obcœcatos in compactis habituum litteris homines tenuit, uſi ſunt, quam etiam ipſe Ioſephus ad Aegyptios tranſtulit ex hac proditoria venditione fratrum? Ideoque longè rectius ſentiunt, qui æris nomen omnibus metallis commune volunt, uti etiam armis & clypeis applicatur, imo & ſtatuis, *uti Cic. in L. A.* habet: Statua pedeſtris ex ære. Item leges in æs inciſas denotat, ut loquitur *Cicero Epiſt.* 183. Hinc pro ſingulari uſu loquendi ad monetam & numiſma transfertur, ut mutare quid ære, nil aliud ſit, quam

quam emere; etiam pro debito accipitur; contrahere æs alienum, diſſolvere æs alienum, minuere æs alienum &c. id eſt, debito ſatisfacere, quod argento vel auro fiebat, uti rectè Vlpianus ſcribit, quod æris appellatione etiam aurum contineatur. Velut & proverbii loco id habetur: Aëris alieni atque litis comes, miſeria eſt.

E contrariò verò qui multum æris, id eſt, theſauri terreſtris, ex metallis precioſis confecti, poſſidet, divitis nomen meretur mortalibus. Velut autem quiſque ſuum theſaurum ſecum conſervat, quo tempore neceſſitatis, vel ad quemvis uſum paratus apparere queat, pro conſervatione & ſuſtentatione rei familiaris: Ita etiam quod uſui publico deſtinatum fuit, tam adſervationis locum, quàm ipſam erogationis rem & pecuniam determinat. Ærarium hinc dictum eſt, quum æs eſſet rerum omnium pretium. Videtur autem eadem eſſe auri & æris origo, nempe à *ſplendore*, ab *αὔω ſplendeo*. Hinc auri aura refulſit. Feſt. Adjicit hoc Scal. *αὖρον* priſcum vocabulum Græcum, & ab eo *θησαυρὸς, αὐρὸς* dives, potens; & aurum dictum; quia præcipuè cuſtoditur. Græce enim *cuſtodire* eſt *ὠρεῖν*. Dici itaque Ærarium poteſt, pecuniæ publicæ adſervatorium theſaurum hunc communi uſui deſtinatum habens. Sic Ioſephus Conſiliarius intimus (*Tzophathpahaneach Gen.* 41, 45.) regis, collegit totam pecuniam, quæ inveniebatur in terra Aegypti & in regione Cenahanis, pro annona, quam illi comparaverant: Intulitque Ioſeph in ærarium Regis, *Geneſ.* 47, 14. Ita Ioſua quoque totum argentum & aurum, & inſtrumenta ærea Hierichuntis, & ferrea in ærarium ſive theſaurum Iehovæ deponebat. *Ioſ.* 6, 22, 27. Aerarii autem præfecti, theſaurarii

ſaurarii vel Quæſtores communiter dicuntur. Quamvis Romæ præfecti tales fuerint ſæpius mutati, ut etiam Tribuni aliquando huic fuerint præpoſiti. *Roſin. lib. 7. c. 31. de antiq. Rom.*

III. *Quid autem differunt inter ſe Aerarium & Fiſcus?*

FIſcum alii à *χάσκω*, id eſt, *hiſco*, alii à *φύσκω, veſica*, & folli ſive *φυσᾶν inflare*; alii tanquam à faſcia, faſce & vaſculo pro diverſo ſignificatu ſumi putant, ut ſit *fiſcus*, vel pera viatoria ſive *aſcopera*, in quam pecuniam aut utenſilia viatores peregrinando reponunt; vel vas reponendæ pecuniæ & adſervandæ. Quod ſi ita accipiatur, volunt non malè nomen à *Fiſu* accipi, quod eo tanquam theſauro & ad vitam degendam ſubſidio, homines fidere ſoleant; quum fidere, fulcire ſe, & ſuſtentare ſe affinia ſint, uti ſimili ratione Hebræis *Mammon* & *emunah*, à *fiducia* eſt *Pſalm.* 37. 3. quod πλοῦτος vertitur. Sed quum nonnulli ex *Fiſco* ſaccum ad majoris pecuniæ ſummam & pecuniam publicam capiendum faciant, quem & ſportam dicunt, ſive crumenam mavelis ex vellere conſutam, inde factum volunt (quia major eſt ſumma pecuniæ publicæ, quàm privatæ) ut pro pecunia publica fiſcus, & hinc confiſcare dicatur. Non aliter, uti pro cenſu privato loculos & arcam & ſacellos dicimus, ſic pro publico theſauro ærarii dicatur *Fiſcus*. Velut & ſportâ pecunia publicè principi debita includi atque ad locum deſtinatum aſportari ſolebat. Hinc pro pecunia publica, pecunia Imperatoris vel ærario Princi-

Principis ponitur, à fiſcis ſive fiſcellis & Scorbeis, quibus advehebatur argentum tale. *Bud. lib.* 1. *C. de fiſc. uſur. ait:* Aerarium dixerunt pecuniam publicam & imperii: Fiſcum verò pecuniam Imperatoris, quam Domanium vocamus; quod verbum à fiſcis dictum eſt, ut ſit *Fiſcus* ſaccus publicus; juxta *Iſid. lib.* 20. quem habent exactores, & in eo mittunt debitum publicum, quod regibus debetur; derivatum eſt *fiſcina*; diminutivum *fiſcella.* Hinc, quùm aliquid generalius determinet Aerarium præ fiſco, ajunt differre: Illud majus eſſe, hic minor theſaurus. Illud Reipubl. hic Principis: Illud ordinarium & certorum redituum, hic extraordinariorum & caſualium. *Tol. lib.* 3. *c.* 3. *sect* 3. Aerarium igitur propriè eſt & primariò accipitur de pecuniis publicis hinc inde collectis, quæ quidem penſionibus ordinariis aliiſq; congeruntur, dum pace frui licet, ut Reſpubl. inde nervos rerum gerendarum in promptu habeat, ſaluti publicæ inſervientes.

IV. *Quomodo dividitur illud ærarium?*

PRo modis conficiendi & erigendi, nec non ex uſu ejus, aliud poteſt dici juſte conveniens & legitimum; aliud illegitimum & tyrannicis exactionibus conflatum. Etenim non modo habemus ærarii inſtituendi aut ditandi ubique fermè magiſtros & adulatores quamplurimos, qui civium opes exhaurire, ac principes ad inuſitata vectigalium genera urgere conſueverunt; ſed etiam cernimus, ut ait Seneca, reges eſſe, animum latronum ac piratarum habentes, qui eadem ſævitia vires à ſuis ſubditis cum ſanguine exugere non vereantur; quorum tamen finis non alius eſt, & ſcopus, quàm ut miſerorum agricolarum, civium, opificum, viduarum & pupillorum deglubitione, & horum laboribus partas pecu-

 nias,

Digitized by Google

nias, vel in convivia luxurioſa, vel in ædificiorum inſanorum faſtigia, vel in turpem aleam, vel in meretricum laſciviam, vel in convivia luxurioſa, vel in faſtuoſum aulæ & gynecæi adparatum ac ſplendorem inſumant: Inſuperque bella truculenta & ex fictis cauſſis compoſita moveant, quibus, quicquid infelix populus reliquum habet, partim ab hoſtibus totum, partim à ſociis, ſub ſpecie defenſionis, nequiter diripitur & vaſtatur. Nec alio nomine, quàm iniquiſſimi poterunt iſti appellarier exactores, quos Verbum Dei etiam beſtiis, & ſi quid pejus his fingi poſſit, adſimilat, & gravi comminatione toties à propoſito deterrere non deſinit *Eſa.* 3, 10. *Amoſ.* 8, 6, 7, 8. *Hab.* 2, 4, 5, 6. *&c.*

V. *Quo nomine autem tales iniquitatis exactores proclamat Verbum Dei?*

HOrreat quiſque ad elocutionem quidem talem; Sed quùm ipſi mortales horribiliores & deteſtabiliores tam perverſis ſe exprimant & depingant factis, audiant hoc, quod 1 *Sam.* 2, 12. filii Belialis. *Eſa.* 1, 23. ſocii furum. *Ezech.* 19, 2. Leones recubantes inter catulos. *& ibid.* 22, 27. lupi prædantes prædam, effundendo ſanguinem, perdendo animas, ut faciant quæſtum. *Nah.* 2, 11, 12. *Hab.* 1, 8. Leviores pardis equi & acutiores lupis veſpertinis. *Sophon.* 3, 3. leones rugientes & lupi veſpertini, qui rodant oſſa in matutinum uſque *Zach.* 11, 3. *Prov.* 28, 15. urſi eſurientes, lupi rapientes prædam. *Soph.* 2, 14. beſtiæ gentium balenæ maximæ. *Pſal.* 74, 13, 14. Cete & Dracones. *Ierem.* 5, 6. Pardi vigilantes; *Amos* 4, 1. Vaccæ pingues. *Eſa.* 14, 9. *Zach.* 10, 3. hirci, atque ita quovis fermè monſtro deteriores vocentur.

Iehovæ ipſius eſt talis ſermo gravis; qui non fruſtrà

ſtrà hæc edici curat; niſi deterreri ſe quis à tam nefandis monſtroſiſque factis injuſtitiæ ſummæ patiatur; certè ejuſmodi beſtiales formas in æternũ condemnationis ignem ſecum omnes cum omnibus conatibus auferent. Sed nec leviores pœnas ſubibunt inſtigatores tales nefarii, aut qui quid in tantis rapinis ſpecioſo titulo exactionis his ſuggerunt. Namque vel per conniventiam etiam, quis communicat operibus malis, ſic dicente *Iohan. in epiſt.* 2, 11. Adeò minimè decet quemcunque principem, ſit cujus loci velit, ſuum illegitimis modis exaugere ærarium.

VI. *Sed num non ſit quiſquam qui honeſtos collectandi modos poſſit ſubminiſtrare?*

EOrum, *ait Bodinus,* qui tam artificiosè ejuſmodi inventiones exactionum ſectantur, qui dignitatis & honeſtatis rationem haberet; video neminem. Quippe prudenter, non cum damno ſubditorum, ærarii publici cura haberi debet, ut piis, honeſtis, inſenſibilibus rationibus publicæ opes augeantur, non talibus inſulſis, craſſis & prædatoriis explicationibus aut emunctionibus, quæ ſanguinem quoque cuique exugant.

VII. *Quot autem genera ſunt conficiendæ publicæ pecuniæ?*

LIcet varia excogitari & dari queant, tamen vel natura quædam largiri poteſt, quædam ingenioſè & artis beneficio poſſunt excogitari; cuncta tamen Auctor noſter in ſeptem redigit capita, ut *Primum* ſit ex agris quod publicis deſumatur. 2. ex hoſtium ſpoliis: 3. ex amicorum largitionibus: 4. ex ſociorum vectigalibus ac tributis: 5. ex mercatura: 6. ex earum rerum vectigalibus quæ invehuntur aut exportantur: 7. ex ſubditorum tributis.

Digitized by Google

VIII. *Quale igitur eſt primum genus?*

NVllum genus quum iſto certius aut honeſtius eſſe videatur, meritò primo ponitur loco. Itaque Principes & populi, qui novas civitates fundare ac ſtabilire, novaſvè colonias deducere olim propoſuerant, præter agros privatorum & loca civitatibus, templis, theatriſque conſtituendis idonea, poſſeſſiones quaſdam tuendæ & conſervandæ Reipubl. cauſa præter paſcua publica, omnium civium æquè communia, adſignabant, quæ privatis locari conſueverant, ut ex eorum fructibus pecuniæ in ærarium publicum cogerentur. *l. quæſt. ff. de V. S.* Duo autem cuique jugera diſtribui ſolebant.

IX. *An poſſunt prædia quædam diſtrahi?*

REgalium prędiorum quędam publica ſunt, quædam privata: hæc quidem Principum arbitrio abalienari poſſe omnes confitentur; illa ceu & imperio fixa dici ſolent, non valent alienari, ut ſit civitatibus fundamentum, quo publica res innitatur. *Bart. in l. prohibere. paragr. plane ff. quod vi. Ang. Peruſ. in l. ex præſtat. C. de vectigal. Bald. in proem. Feud.* Redimendi igitur auctoritas ſemper manet, etiam ultra 100. an. *l. hoc Iure paragr. duct. ff. de aqua cotid.* Nec verò principibus eorum, quæ publica ſunt, quidquā ſibi arrogare fas eſt, non magis, quàm marito dotem uxoris. *l. in rebus. C. de Sur. dot.* Vbi hoc ſimul notandum; In popularibus & optimatum Imperiis nihil, quod ad Civitatem pertineat, privatum dici poſſe: In Monarchia vero, & agros dominicos à publicis, & fiſcum ab ærario publico differre. *Aſcon. Pedian. ad l. 2. paragr. hic interd. ff. ne quid in publ. l. cum ſervus. paragr. conſtat. ff. de leg. 1.*

X. *Num*

X. *Num verò inculta prædia non ſunt diſtrahenda?*

POſſeſſiones quidem ampliſſimas agrorum incultorum, quas conducere nemo velit, & ex quibus nihil utilitatis Reſpubl. percepit, nec Iuriſdictioni quid incommodant, vendere commodius eſt, quàm ut damno ſint, & ſic pecunia in ærarium cogatur, & ex agrorum cultu cives ipſi cum Reipubl. commodo diteſcant. At ſi conductorem inveniant, vendere non eſt conſultum, nec licet: quum non deceat, publicas opes eſſe afflictas.

XI. *Quale eſt ſecundum genus conficiendæ pecuniæ in ſolatium ærarii?*

VT ab hoſtium ſpoliis & pecuniis ducantur, quæ belli ſumptus & impenſas reſarciant. Proinde malè conſulunt ſibi, qui temere urbes captas diripiunt, quùm potius victi populi mulctis ſint ſubjiciendi, & coloniæ eò deduci queant.

XII. *Quale eſt tertium genus conficiendæ pecuniæ?*

QVod in amicorum & ſociorum largitionibus & legatis verſatur. Licet hoc perrarum ſit, tamen honeſtum. At veteres alium largiendi modum habuiſſe videmus, quàm noſtros. Nos enim potentibus ac rebus proſperis donare ſolemus: illi rebus afflictis ſuccurrebant. Ita planè omnis apud Chriſtianos maxime expiravit liberalitas. Si quid tamen donationi deputamus, vix pauperum & decrepitorum habetur cura, ſed potius inde magnifica nominis ergo ædificare ſtudemus collegia, velut etiam ſub ſpecie religionis multa ſibi auferunt vota ſacrorum, abſque pietate Sacri.

Digitized by Google

XIII. *Quale eſt quartum genus ditandi ærarii?*

QVod annua penſione à ſociis civitatibus ex fœdere percipitur, ut , ſi bellum ab hoſtibus inferatur, militem ſociis imperare liceat. Aliàs turpitudinis cauſſa mercedem & corruptelas ſumere in detrimentum patriæ ſummum ſcelus eſt.

XIV. *Quale eſt quintum genus?*

MErcatura abundans & quæſtuoſa, quæ ſanè ſecum multi importat commodi, ſi ſitus loci correſpondeat. Et ſtulti ſunt, qui non ea optimè muniendi ærarium occaſione utuntur, ceu multos adeò vidi inſulſos. At Belgæ hunc uſum hodie rectiſſimè callent, licet id ſtudiò diſſimulent. Hac ratione etiam longè diſſitos populos extremè exhaurire & aquæ ductus in ſuas culinas transferre noſcunt. Interim tamen Principe non dignum, ſi mercaturam exercere apertè, & alieno nomine nolit. Et ſordidi ſunt, qui eo nomine quid emunt, ut carius id vendant, velut & propterea, quod mercatorum avaritia ut plurimũ inexſaturabilis ſit, vix eos inter cives numerandos putarunt. *Aven. in Nom. Pol. q.* 132. quem etiam de negotiis magnatum. *Ibid.* 9. *c.* 33. & de Monopoliis maximè communi commerciorum ſtatui noxiis *d. l. q.* 135. conſulere poteris.

XV. *Quodnam eſt Mercaturæ ſordidiſſimum genus?*

INter omnia, quæ multa & varia ſunt, nullum ſordidius eſt, nullum turpius, nullum deteſtabilius magiſtratuum & honorum mercatura, quæ nunquam tolerabilis eſſe poteſt, niſi extremis temporibus, ut ſaluti Reipublicæ alias ſuccurri non valeat. Proximum huic eſt corruptio monetæ, ſique magiſtratus

ſtratus à ſubditis minoris accipiat, & pluris eroget, quo ſumma inæqualitas in pondere & menſura introducitur. *Heid. de Repub. cap. 3. pag. 576.*

XVI. *Quale eſt ſextum genus pecuniæ conficiendæ?*

HOc conſiſtit in antiquiſſimo, & uſitatiſſimo illo, de vectigale earum rerum, quæ evehuntur & importantur: velut ſunt portoria, & vectigalia prædiorum, Decimæ, & paſcuarum Scriptura. Portorium hodiè triplex eſt Octavarium in Octavam excurrens partem. *l. ex præſt. C. de vectig.* aliud Beſſale, quod ad 12. precii partem excurrit, unde in Salinis Pictonum nunc modius unus 20. aureis emitur, qui olim 2. conſtabat ſolum. Sic principes ſæpe pro nutu portoria mutare & regere ſolent: ſed interdum exiguo cum commodo, quum eò parcius merces à peregrinis inde exportentur. Si velint exportantibus quid imponere majus, neceſſum eſt, ut advectis rebus quid imminuant. Videant quoque quo eventu & fructu vectigal fabrilium, lanificiorum, ſericarum, ac omnium opificiorum, quæ aliunde advehuntur augere queant, ut cives ipſi eadem facere diſcant & adſueſcant.

XVII. *Quænam materiæ autem commodè evehi poſſunt?*

QVibus maximè regio quæq; abundat; attamen materiam rudem exportare ſumme pernicioſum eſt, ſi opifices eam tractare commodè poſſint; quo nomine rectè culpantur & ridentur Germani, quod lanas ſuas tàm ſtultè prodant, ex quibus aliis in locis poſtea optimi & ſubtiliſſimi conficiuntur panni; quos 7. 8. parte & ultra cariores poſtea redimere ad veſtitus ſui uſum coguntur; Quùm cives

Digitized by Google

interim ex tali rudi materia utilitatem in decuplo majorem ſibi comparare poſſent. Sic fit ſæpè, ut materiam ſæpiſſimè exuperet opus. Ex opere civium quantę utilitates ad Rempublicam pervenire poſſent, ſi hoc caput multi rectè intelligerent. Interim nil abſurdius à Principe committi poteſt, quàm peregrinos mercatores legibus ſolvere, qui tàm grave detrimentum civibus allaturi ſunt.

XVIII. *Quale eſt ſeptimum genus conficiendi pecunias Publicas?*

EST tale; quo nunquam eſt deveniendum, niſi cætera omnia deſint; ac ne deſint, prudentis eſt regentis id rectè providere. Si tamen ad extrema perventum ſit, ut nihil prorſus reſtet, quàm quod neceſſitas ipſa legem hanc imponat, tunc demum cives ipſos ærario ſuccurrere oportet de ſuis. Id enim tunc juſtum, quod neceſſarium eſt, ut pia illa, quæ civibus ſic imperantur, tributa ſint, ſine quibus civitas funditus eſſet interitura.

XIX. *Quàm diu autem ſic eſt contribuendum?*

INter arcana veterum tyrannorum illud nimis eſt contritum, ut ex occaſione anguſtiarum, aut belli ſubditos in contributiones abriperent, & tamen abſque reſpectu ejuſmodi adſuefactionem urgerent. Sed aſtutiæ, non prudentiæ nomen meretur. Commodius eſſet, mutuas à ſubditis ſumere pecunias, quàm illos onerare tributis. Ideoque regentes boni non ultra neceſſitatis terminum quid heic extendere oportet; ſed ſtatim ceſſante cauſſa, etiam abrogare, quod gratioſè ita acceperunt; ut mutuum maneat dilectionis vinculum.

XX. *Quot*

Digitized by Google

XX. *Quot autem genera ſunt tributorum, vel potius contributionum?*

FAciunt eas nonnulli ordinarias & extraordinarias. Ordinaria autem rurſus in tria diſtribuunt genera, ut vel pœnæ loco veniant, ſi quid in leges peccetur: vel eorum prædiorum, pecuniarumvè, quas quis poſſidet ut ducenteſimam partem ſolvat &c. vel etiam quæ in capita ſingulorum indicuntur, & Capitatio vocatur.

XXI. *Quæ poſſunt tributa extraordinaria vocari?*

QVod vel belli neceſſitas imponit; vel eſt eorum, quod ex trajectu imponitur, quod alias vectigal prætorium nuncupant: vel quacunque etiam ex cauſſa ſordida petitur, cujuſmodi eſt, quod ab iis ſumitur, quæ artes meretricias profitentur, aut ex lotio cum Veſpaſiano confingitur &c. Velut & ſimilium tributorum myriades fermè poſſent excogitari, qui conſcientiæ nuntium remittere velit.

XXII. *Quid autem differunt inter ſe, Vectigal, Tributum, Cenſus & Collectæ?*

QVamvis vocabula hæc multum inter ſe confundantur; tamen ſi velimus exactius quid ponere, Vectigal objecto & fine differt à reliquis. Quippe vectigal eſt idem cum Portorio, & ſolvitur de commerciis negotiationi deſtinatis, in eum finem; ut publica opera, pontes, muri & alia ex eo reficiantur. Tributum de terræ naſcentibus in ſubſidium Regis vel Reipubl. ſolvitur. Cenſus maximè de capitibus in recognitionem ſubjectionis penditur. Collectæ verò ex plenaria poteſtate ſuperioris, qui Ius Majeſtaticum habet, indicuntur, & per collationem ſolvuntur, unde aliæ univerſales Reichsſtewr/alię par-

 ticulares

Digitized by Google

ticulares multiformes, ac certis modis à quovis ſtatu exiguntur etiam cum executione ſi non ſint paratæ, unde & nomen Exactionis merentur. Alias ſunt & Gabella, Datium, Pedagium, ſive Acciſa, Guidagium, Teloniæ, Angariæ, Parangariæ ad bajulationem & cenſus tutelaris, ſequela, aliaque ejuſmodi fermè infinita ſervitutis onera, de quibus aliàs *in Politica noſtra* egimus, ut non opus ſit iſtis inhærere rebus, quæ cotidiè variis modis noviſque nominibus, præſertim hiſce temporibus turbulentis, ubi quiſq; ſibi rex & Dominus & Deus eſt, in tanta confuſione rerum, ornantur, ut & conſumptiones & Impoſtæ & nihil non pro conſumendis & abſumendis fortunis hominum appellentur. Sed quid aliud ex beſtialitate hominum tanta tamque horrenda naſcatur, quàm mera monſtroſitatum perverſitas, & malitia?

XXIII. *An vero à talibus oneribus non liberari poteſt Reſpublica?*

PLerique ſeditioſi & novandarum rerum cupidi cives, vectigalium ac tributorum immunitatem plebi polliceri ſolent; ſed quum nequeant præſtare; ſaltem id agunt, ut motibus ſuis flagellent Reſpubl. Etenim his penitus ſublatis tolleretur non ſaltem vis Ærarii, ſed etiam planè nulla foret Reſpubl. quùm hoc firmamento quaſi nitatur. Non igitur ſunt tributa tollenda prorſus, ſed moderanda, & potius infinitæ donationes indigniſſimè hominibus factæ, ab iiſdem revocandæ, judiciaque peculatus ac repetundarum conſtituenda.

XXIV. *Quæ autem moderatio vectigalium & tributorum poteſt adhiberi?*

VT ſaltem ſint ea vectigalia, quæ neceſſitate urgente poſſunt probari, ac in omnes ordines pro ſingulorum

ſingulorum facultatibus exæquantur; ut ſalarium ac vinarium cereviſiæque vectigal, & quæ ſunt generis ejuſdem. Earum verò rerum, quæ minutim væneunt, vectigalia prohiberi oportet, ne mancipes plebem ad ſeditionem incendant.

XXV. *Quodnam autem genus vectigalium Deo poßit accidere gratum?*

ILlud certè eſt, quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpendos civium mores, quæ ad delicias, quæ ad luxum, pompam, quæ ad libidinem ſpectant: aurea, inquam, & argentea ſupellex, odores, pigmenta, innumerabilia veſtium ornamenta, colores pretioſiſſimi, gemmæ, margaritæ, cupediæ, cæteraque generis ejuſdem, quæ ad coercenda ſcelera imperari omninò debent, & prohibenda manent; Quod ſanè civitatibus pulcherrimum, Principibus honeſtiſſimum, & plebi gratiſſimum, per ſeque Reipubl. utiliſſimum eſſet futurum. Sic ex Succino, Ambaro & talibus precioſis majus vectigal in fiſcum cogi poſſet: Rerum verò civibus utilium aut nulla aut leviſſima pretia eſſent; ut vectigal facilius diſſolveretur, & peregrini mercatores ad eas res majore copia advehendas allicerentur.

XXVI. *Quibus Rebus Romani vectigal imponebant?*

LAudatiſſima ſanè prudentia in eo ſe exerebat, quod vectigalia nulla indicta ſint legibus earum rerum, quæ ad vitam commodius honeſtiuſque degendam aſportarentur; ſed tantum aromatum, quæque hodie ſpecies appellantur, ab Vlpiano *l. interdum paragr. ſpecies ff. de publicanis enumeratæ*; & pellium, aut capillorum Indicorum, fucorum, ferarum, eunuchorum, ſericarum veſtium, & id genus aliarum

mercium inanium. Pecoribus autem, aut jumentis, aut lignis, aut rebus ad victum & cultum neceſſariis, nullum prorſus vectigal impoſuerunt. Capitationem quoque à tyrannis invectam omninò ſuſtulerunt. Quantò ſanè æquiores hi ethnici præ noſtratibus Chriſtianis? Pudeat meritò nos tam inſanæ rabiei.

XXVII. *Annè conſultum Reipubl. ut ex ærario ejus in uſuras exponatur argentum?*

QVi pecuniam ſub uſuris Reipubl. nomine exponunt aut accipiunt, næ illi ærarii ac civitatis everſionem moliuntur, quùm potius Venetorum more à privatis ſub trientibus uſuris accipienda eſſet, ut ærarium augeatur. Nec prodeſt, quod niſi ſtato die ærario ſolvatur pecunia, pœna dupli debitoribus conſtituatur, quùm iniquum ſit, & legibus prohibitum. *l. pecunia. ff. de uſur. l. Iulianus. parag. idem ff. de act. empt. vid. Aven. Nom. Pol. q.* 134.

XXVIII. *An magiſtratibus licitum eſt propria auctoritate extendere vectigalia?*

VEctigalium Ius ſummo competit Principi: ideo gubernatores ac præſides non poſſunt quid, ſub amiſſione privilegii, contra privilegium ſtatuere, quùm neque aliquid contra Ius commune valeant. *Farin. in praxi Crim. q.* 25. *nu.* 19. Quum ſtatuta contra diſpoſitionem Iuris condere, ſupremæ ſit Iuriſdictionis. *Carol. de Graſ. de Except. ad mat. ſtat. Excep.* 1. *n.* 6, 7. At magiſtratus ſaltem ſunt adminiſtratores civitatum, unde nullatenus Iura contra ſuperiorem porrigere valent. *Bertach. de gabell. p.* 7. *n.* 23. *&* *Dd. in l. inter. & l. epiſtola. paragr. pactum ff. de pact.* Quum firmiſſima ſit regula, quod inferior contra legem vel ſtatutum ſuperioris, non poſſit ullam legem aut ſtatutum condere. *c. cum infer. de major.*

Digitized by Google

jor. & ob l. 3 in pr. ff. de alien. mut. jud. cauſſ. fact. l. minor. d. ff. de min. l. ille à paragr. intempeſt ff. ad Trebell. &c. Quod etiam civitates Imperiales obſervant, ſi quid velint imponere propter neceſſitatem, faciunt hoc prius conſulto Imperatore. *Lib. de contr. cap. 5. n.* 150.

XXIX. *Quæ ratio expenſarum in eroganda pecunia ærarii publ. eſt tenenda?*

QVum ſalutis publicæ cauſſa congeratur iſte theſaurus, non poteſt nec debet incommodè exponi; ſed ritè juxta emolumentum publicum erogari? Certè religionis ac ſapientiæ omnis principes illi veteres Hebręi hanc diſciplinam à Sanctiſſimis Prophetis acceptam poſteritati tradiderunt, quùm dicerent, divitiarum munimentum omnium maximum ac firmiſſimum eſſe eleemoſynam ac benignitatem adverſus egentes. Ejus autem benignitatis & largitionis modum decima parte bonorum definiverunt. Sic erogatio in pauperes mandatur. *Exod.* 22, 25. & 23, 11. *Levit.* 19, 10. & 23, 22. & 25, 39. *Deut.* 15, 7, 10. & 24, 19. *Prov.* 2, 14. & 3, 9, 28. & 11, 18, 25. & 14, 21, 31. & paſſim *Matth.* 6, 3, 10, 24. & 19. 21. & 25, 35, 42. *Luc.* 2, 11. & 6, 35. Dehinc curam familiæ ſuæ habebit, ac ſtipendiorum militarium, poſtea magiſtratuum, qui ſtipendiorum inopia interdum fœdius militibus latrocinantur.

XXX. *Quonam ulterius expenſæ convertendæ ſunt?*

HIs ita conſtitutis, ſacra tecta curanda, arces præſidiis firmis ſtabiliendæ, mœnia inſtauranda, pontes erigendi, viæ ſternendæ, portus muniendi, naves extruendæ, templa exornanda, ædes publicæ reficiendæ, vetera ædificia commoda ſarcienda, aut veteribus caducis nova ſunt ædificanda. Sic egeſtati

& ignaviæ occurritur, inertia è civitate expellitur, opificia condiſcuntur; tenues ſublevantur; otioſi exercentur, urbes exornantur, morbi arcentur, deniq; nec invidiæ erga principes, nec ſeditioni locus ullus relinquitur, & ſic tributa in ſingulorum utilitatem redundant. Quod apud Belgas quotannis accuratiſſimè obſervatur, ut in amore maneant apud ſubditos: veluti & in Ariſtocratia præ cæteris maxime neceſſarium eſt.

XXXI. *Si verò memoria ſit labilis in obſervatione talium?*

NVllius profectò tanta tamque tenax memoria, ut non ſæpiſſimè in infinita negotiorum multitudine offendat. Ideoque decet regentes publicarum actionum, quæ geruntur, inſtrumentum & tabulas ſemper habere in manu. Multi non ita turpiter lapſi fuiſſent, ſi hanc tenuiſſent fideliter obſervantiam. Et quur non Principes illi, quibus terrarum orbis in cuſtodiæ talis curam à Deo commiſſa eſt, id expetant perficere, quod animæ & vitæ commodis illorum inſervit? Omnium tamen maximè principi neceſſarium eſt inſtrumentum largitionum, ne in fordibus avaritiæ vivant, nec tamen nimis ſint profuſi. Sic etiam noverint, quantum uſui ſuo adhuc reponere debeant.

XXXII. *Quomodo autem theſaurus tempori neceſſitatis reſervari poteſt?*

QVum publicarum pecuniarum cuſtodia ſupra modum ſemper difficilis viſa ſit, reges Perſarum perinde ac Romani, ut à rapina ſanctius ærariũ vindicarent, aurum in graviorem laterculorum figuram conflabant. Dux Iulius Brunſvic. monetam tam auream quàm argenteam in magna forma excuſam relinquebat

Digitized by Google

relinquebat filio. Divina tamen lex auri vim maximam reges coacervare vetuit, ne vel principes ad plebem diripiendam, vel hoſtes ad cives invadendos invitarentur, & ut benignitatis fontes tenuibus ac egentibus paterent. Nec etiam princeps pietati deditus veræ unquam torquebitur aut opum augendarum cupiditate, aut amittendarum metu; ſed ita habendus putabit, ut ſint ipſi benignitatis & liberalitatis adminiſtræ: pro quibus adipiſcendis & accumulandis inſaniunt plerique, & adeptas, ne amittant ſemper ſtulti reformidant.

XXXIII. *An non poſſunt diverſa æraria haberi?*

EXemplo Romanorum, ſi ampliſſima ſit Reſpubl. triplex poteſt haberi. Romæ enim erat unum, in quo civium tributa & ſociorum vectigalia, & præda Imperatorum adſervabatur. Alterum ſanctius ærarium, in quo aurum viceſimarium reponebatur ad ultimos caſus Reipubl. Tertium in quo pecunia belli Gallici cauſſa erat condita. *Appian. lib. 2. de bell. civil. Tol. l. 3. c. 5. ſect. 6.*

CAPUT III.

I. *Quid hoc loco docet Auctor?*

VTi Reipubl. nervus in ærario latet, & ærarium nil prodeſſet, niſi bonitas pecuniæ ejus fundaret vigorem; ſic omninò requiritur ut rei nummariæ cura rectè ſuſcipiatur. Si etenim ei corruptio quædam adjiciatur, tota ſuſtentationis ratio, qua Reſpublica muniri debet, concidit. Exempla recentia adhuc ſunt ante oculos omnium, & quæ inde ruina toti Imperio inde ſit conciliata. Nonnè ita corrum-

pebatur

pebatur argenti puritas, ut pænè in cuprum plenis abriperetur converſionibus? Nonnè Imperialis Ioachimicus tandem duodecim thaleris æquabatur? nec tamen æſtimationem juſtam ſuam, uſque ad dimidiam ſui partem, aſſequi poterat; adeò nihil boni valoris aderat minutiori numiſmati. Interfui ſæpius publicis Conſiliis, quæ ejus calamitatis cauſsâ inſtituebantur; vix tamen homines ad ſaniorem mentem ex tam craſſa & pluſquam pudenda palpabilique ſatis confuſione revocari poterant. Quiſque ſentiebat plagas, & enervationes extremas; tamen ſe corrigi non patiebantur ulli in tàm manifeſtis. Quippe omnes aviditas tàm peſſimè occœcarat, ut potius multiplicitatem corruptæ monetæ & perniciem publicam, quàm bonitatis ſimplicitatem & puram uniformitatem auri & argenti (quæ tamen res per ſe cunctis aliàs mortalibus amabiliſſima & gratioſiſſima apparet) amarent, amandoque expeterent. Quoties in tàm horrenda ſtupiditate non tantum execrabar, ſed præ nimia ſtultitia irridere cogerer mortalium perverſam obſtinatiam; ſenſi ſæpius, quod etjam illi, qui ſe primarios inter Politicos venditabant, atrociſſimis me perſecutionib⁹ & injuriis afficerent, ac propter boni publici nimis indefeſſum ſtudium variis pluſquam diriter exponerent periculis, nec minus etiam fraudulentiſſimè maxima fortunarum mearum parte exuerent. Tandem plebs ipſa in motum non levem exurgere coacta eſt. Auctores apud nos tantæ cladis hærebant non in exili periculo: expugnabantur ædes, armorum confluebat concurſus, fervebant animi civium extremè, ut etiam non timerent ex curia præcipitem dare ſenatum: Omnes hærebant in ſummis anguſtiis; nec vitæ ſecuritati proſpicere poterat Magiſtratus: clamor & querelæ non ſine minis audiebantur ex populo; quiſque dentibus

tibus conſcindere ſatagebat corruptores & æruſcatores argenti, quos Kipperos vocitabant, pleroſque in Magiſtratu eodem ſigno notantes, & rem monetariam elocantibus ultima meditabantur. Quùm omnia in extremis hærerent in medio tumultus furore, tandem juſſu meorum complanare ſtudui aut tranquillare animos frementes: Obtinui quidem, quod pietas jubebat in depoſitione armorum, ac vel nutu dirimebant expoliationes ædium ditiorum: adulterati numiſmatis revocatio promittebatur; ſed tamen ex nimio amore lucri à paucis dilatio talis facta, quæ novam fermè ſeditionem concitaſſet. Ad tàm perverſas mentium corruptelas quid agerem, quàm ut patientia animam deprimerem: nec tamen intermittere potui, ut mortalibus ſui judicii cœcitatem carmine aliquo exprobrarem, quod ad finem hujus capitis leges.

Erat tàm incredibilis monetæ corruptio, & in tantum uſque ad inanitates extenuata, ut quaſi ſpumam aquis impoſiti Denarii referrent. Præſertim ſingulari generi numiſmatis, quod Screikenbergeros vocant, & aliàs ſex partibus Imperialem integrum juxta bonitatem & valorem repræſentare debebat, eam levitatem induxerat, ut, ſi quis aquarum ſuperficiei imponeret iſtud, ſupernataret inſtar folii. Rerum precia ita amiſſa erant, ut etiam ipſi ICti hæſitarent, quid illis eſſet decernendum. Tam mira erat de debitis & creditis diſputatio, ut nec Academici nec Scabini paſſim inter ſe convenirent; ita quiſque ſui magiſtratus vitia obtegere, aut crimina majorum oppalliare ſtudebat. Sed pudendum hoc malum, quis homo integri cordis abnegare auſit: qui non culpet magis, ex conniventia ejuſdem criminis reus meritò convincitur. *Georg Remus ICtus & Conſiliarius Noricus*, olim inter amicos mihi lōgè chariſſimus, quùm adhuc

adhuc in vivis eſſet, rectè mecum ita ſuſpirare ſolebat, uti ad *D. Andr. Dinnerum Altorf. Acad. Prof.* ſcripſit:

Incendi rerum pretia, atque excreſcere in horas,
(Augeri in inſanum modum, quod dicimus:)
Teutonidos noſtræ nimis, eheu! vera querela eſt,
Quæ jam caſas, quæ jam tabernas pauperum,
Quæ procerum invaſit turrita palatia; nempe
Cunctis grave, annonam flagellari accidit.
Ingeminant parili gemitu quoque diſſita regna
Iſtam querelam, omninò lamentabilem, &c.

Lamentationes quidem in vulgus erant communiter acerbiſſimæ; & Kipperi per exiguum tempus ſibi gratulabundi exultabant, conſpirabant cum vicinis; maximum unde lucrum Belgici aliquot abſtulerunt à Germanis, qui illinc ſub ſpecie aliorum procuſos nummos non in fiſcellis aut aſcoperis ſed ingentibus & centenariis vaſibus aſportari cotidiè curabant, ut cumulis monticuloſis ſuas augerent divitias, velut & hunc Auguſtan. poëta lapſum ſic deplorat acriter, inquiens:

Ecquæ, Sancte Deus, quænam mutatio rerum
In noſtræ ætatis tempora dira cadit?
Te coluêre Deum quondam pia pectora ſummum,
Et verè Summum Te coluêre Bonum.
At nunc (heu nobis!) cupri furioſa libido,
Cerbereum monſtrum credidit eſſe Deum.
Scilicet hos laqueos Stygius contexuit anguis,
Diræ ut avaritiæ compleat omne fretum.
Scilicet injuſtum cuprum corradit avarus,
Tartareo ut fiat præda cruenta rogo.

Malorum omnium radix rectè dicitur à D. Paulo avaritia 1 *Tim.* 6, 10. quia in Saturni infernali proprietate omnia ad ſe adtrahere & in ſe convolvere laborat,

laborat, hoc cogitat, hoc meditatur, hoc nititur, & in tam rabioſo conamine ſe nocte dieque torquendo diriſſimè abſumit & conſumendo denique devorat: Dumque omnibus interea omnia invidet, plurima mala diſpicit, quibus ſui propoſiti particeps fieri queat, nec tamen quid invenit, niſi quod ruinam exitium ipſi adferat extremum. Ita quoque ſi æruſcatio cum corruptione talis Rempubl. invadat ex præſidum avaritia, quid eſt, quod diu conſiſtere queat! Quapropter rei nummariæ curatio (ut rectè teſtatur noſter Bodinus) non tantum utilis; ſed etjam civitatibus tantoperè neceſſaria videtur, ut ſine ea commodè conſiſtere non poſſint: & quò major neceſſitas eſt, eò magis nummorum depravationi proſpiciendum; quùm ea res incredibile afferat univerſis & ſingulis detrimentum. Quomodo autem malum id præcaveri, & quibus remediis legibuſque tali depravationi occurri poſſit, id ex auctore noſtro paucis explicari poterit in ſequentibus, dum nominis origo nobis viam aperiat.

II. *Quid per nummum aut rem nummariam intelligis?*

Res quidem ſive materia nummorum viſu afficit valdè applicabiliter cunctos; tamen nominis ratio non omnibus patet. *Numus* igitur ſive *numiſma* aut *nummus* id cum *pecunia* adſumpſit nomen, quod precium ex metallo denotet, quo emere quid ſolemus, licet poſteà ſpecialem induat pecuniæ valorem, ut pecunia generis locum retineat. In ejus autem derivatione non omnes conveniunt, quùm alii numum, quaſi *νόμον* à lege, & *numiſma* à *νομίζειν* à ſanciendo: alii verò à *Numa* Romanorum rege vocatum velint, quod is apud Latinos nummos imaginibus notari, & titulum nominis imprimi illis curarit.

rarit. Aliis *numus* dicitur quaſi inſtrumentum τ͂ *νέμειν*, tribuendi id, quod juſtum eſt in contractibus, aut quod ſit grata *νομὴ*, id eſt poſſeſſio. Sic & pecuniæ vox latiſſimè patet; *Plin. lib. 18. cap. 3. pecuniam* à *pecore* ſic appellatam affirmat ſive *à pecu*, quod omnis veterum ſubſtantia in *pecuaria* eſſet: uti Græci *πρόβατα* à proventu: & *πρόβασις* proventus eſt. Feſtus à *pecu* ait, eſt *pecuinus* & *pecunius*, à quo dicimus *pecuniam*, ſubintelligendum rem. Pecunia res ergò pro Patrisfamilias bonis; quia præcipuè in fœtu pecoris conſiſterent, accepta fuit, *l. 45, 178. l. 222. ff. de V. S. ibi God. Dd. in l. 1. paragr. an poteſt. ff. de conſtit. pecun. l. quiſquis. ff. de leg. 3.* Vel etiam exinde ſic dicta, quod *pecunia* primis temporibus *pecudum* effigie ſignata fuerit, quod credibilius. *Zind. diſſ. de mut. th. 13.* Sic & *moneta* à *monendo*, quod ſcilicet fraudem à *pecunia* abeſſe debere moneat, *juxta Iſid. lib. 15. c. 17.* appellatur, & determinat plerumque id, in quo cuditur moneta, quod & iconium ac bullatorium dicitur; uti & *monetaria officina* eſt, in qua cuditur moneta. Aliàs *nummus* ſignificat 1. *Numiſma* in genere, cujuſcunque materiæ aut formæ aut precii. 2. Certi valoris, qui pro materiæ & ponderis diverſitate vel majoris vel minoris precii erat: & tempus quoque ad arbitrium humanum, ut hodiè fit, mutationem attulit. Verùm, proh dolor! quando unquam *ἄνομοι νόμισμαι* fuerunt, uti paulo antè, & nunc iterum eadem metuenda ſunt tempora? Tertullianus *Nummum ſeculi Dominatorem* appellat; jam verò fermè depopulator boni eſt publici. Quamvis etiam pecuniæ nomen non tantum numeratam pecuniam determinet, ſed etiam omnes res tàm ſoli quàm mobiles, & tàm corpora quàm Iura. *l. 19. l. 30. ff. de leg. 1. & l. 122. l. 178. ff. de V. S*, tamen heic accipimus vocem eam non

latius,

latius, quàm cum nummo coincidat, & Aerario communi Reipub. ad augendum ærarium inſerviat.

III. *An poteſt moneta ſine damno aliquo evidenti corrumpi?*

QVis unquam ſanæ mentis homo talia ſibi imaginari auſus fuiſſet, quod hæc res in dubium quoquo modo vocari potuiſſet aliquando? Nihilominus avaritiæ inſatiabilis hydrops & faſtuoſa ſuperbia mundi, ſi concurrant ſimul, quid non faciant? Satis id antè aliquot annos cum damno extremo experti ſumus. In tantam dementiam & corruptionem ſui incidunt mortales, quoties à Deo diverſos ſe agunt, ut etiam in mundanis manifeſtam inſaniam committant, nedũ quod in divinis quid videant; ceu olim mihi cum litteralibus eruditis & habitualiſtis talis fuit controverſia ſat acris, quibus etiã vel ex hoc manifeſto caſu cæcitatem hominum demonſtrare potui, infallibiliter. Aſt ait Bodinus, non modo corrumpi moneta, ſed ne mutari quidem poteſt, ſine incommodo civitatis: Quoniam mutatio precii ac materiæ numiſmatum, cenſûs etiam ac bonorum cujuſque dubitationem affert. Quo fit, ut nemo, quantum in bonis habeat, conſtituere poſſit: Incerta ſunt pacta conventa, quæ verſantur in ſocietatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, creditis, quibus vitæ ſocietas continetur: Incerti reditus, vectigalia, tributa; deniq; pœnæ ipſæ, ac præmia, quæ à legibus & judicibus irrogantur, incerta ſunt futura: poſtremò ærarii opes, ac multa tum in publicis, tum in privatis rebus, rationibuſque dubia ac ſuſpenſa fore, neceſſe eſt &c. ut calamitas tanta non ſatis exprimi poſſit, quod tamen ante actorum temporum memoria ſatis damnosè cum experientia nobis ſingulis impreſſit.

IV. *An*

IV. *An verò non eſt Principi illicita corruptio, ſi commodum inde ſibi ſperet?*

CErtè principi non magis licet improba numiſmata cudere, quàm occidere, quàm graſſari: nec à Iure gentium, quo quidem auri & argenti precium conſtitutum eſt, diſcedere; niſi Regis nomen ac ſplendorem amittere, ac falſæ monetæ fabricator, quàm Princeps appellari malit. Etenim non tantum in Iuſtitiam ipſam, ſed etiam æquitatem honeſtatemque omnem delictum graviſſimum committit; ne quid de conſcientia & pietatis omnis regulis proferam. Fit quoque eo ipſo ſubditorum ſuorum enormiſſimus deprædator. *Born. de num. lib.* 2. *c.* 8. Excitator eſt omnis malitiæ & ſeditionis, omniumque malorum ac damnorum cauſſam culpamque in ſeſe transfert. *Id. ibid. Corru. lib.* 2. *de vet. num. Sixt. de regal. c.* 9. *n.* 90. *Budel. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 8. *Oreſm. de mult. monet. c.* 21. Quamobrem Taciti Auguſti legem renovari neceſſe eſt; qua omnem omninò metallorum confuſionem prohibuit, indicta capitali pœna; præſertim quùm ſint, qui in priorem fœditatem relabi non verentur.

V. *An non æs cum auro eſt miſcendum, quum tamen id ſplendore magis vividum efficiat?*

NOvi Impoſtorum, depeculatorum & artificum fallacium effugia; interſui toties, ipſe vidi, & probavi; deprehendi quoque ſemper extremam nequitiam. Non poteſt melior excogitari ratio, & proba, quùm ipſæ Imperii Conſtitutiones indicant. Ideoque rectè cenſet Bodinus noſter, ut certa ac perpetua auri & argenti proportio ſine jactura haberi queat, quod neceſſe ſit, legibus caveri, ut utriuſque metalli miſtura æquabilis ſit tum in nummis, tum

in

in ſupellectile, partis ſcilicet vigeſimæ quartæ; qua ratione auri & argenti materia tum ad nummos, tum ad vaſa conflanda ſatis ſolida futura eſt: Quippe ſi purior ſit, aut quatitur, aut ſenſim uſu deteritur.

VI. *An libra & unciæ in pondere ubique ſunt æquales?*

Libra varia ſignificat; aliquando enim eſt inſtrumentum, quo res ponderantur, habens duas lances, quarum uni pondus, alteri res ponderanda imponitur. Hinc *Iſid. lib.* 14. *c.* 24. ait dictam Libram, quod ſit libera, & cuncta inter ſe pondera concludat. Alias ipſam ponderis menſuram denotat; & ſic aliquando pro Libra C. drachmas ſcribunt, aliquando verò pro mina: plerumque tamen quoque Libra as eſt 12. unciarum. *Had. Iun. de libr. Att.* Drachma autem Attica unciæ pars octava eſt; Denarius verò ſeptima, & quùm Libra caperet denarios 84. mina tamen centum drachmas æquabat. His verò temporibus incredibilis apud omnes populos libræ & unciæ eſt varietas: Imò verò in eodem imperio infinita ſunt propè genera librarum, quùm & mercatores & aurifabri in ea diverſitate ſuum depoſuerint arcanum lucri, ut fermè ſingulis locis neceſſum ſit illud artificioſiſſimè expiſcari myſterium, nî velis defraudarier videntibus oculis. Omnium tamen optime Ordinatio Imperii noſtri ad monetæ conſtitutionem quadrat, ut Libra 32. uncias contineat, quod fundamenti loco facile poni poterit in omnibus probarum diſquiſitionibus.

VII. *Num auri & argenti æſtimatio ſemper eſt eadem?*

Tametſi argenti copia tum in Europa, tum in Africa, tum in Occidentis regionibus maxima ſit,

ſit, nec magna fiat jactura, nihilominus æſtimatio ferè nunc eadem eſt, quæ ante hac fuit. Aurum quidem pretioſius æſtimari cœpit Conſtantini Magni tempore, quùm Principum ſuperiorum luxu omnia auro ſplenderent, ut etiam Martialis irriſerit *Baſſum* auro cacantem. Quid Nero? Cui non ſatis erat auream habere ſupellectilem, niſi auream quoque poſſideret domum, ambulatoriis mille paſſuum diſtinctam.

VIII. *Quomodo monetarum genus dividitur?*

TRiplici quidem modo, ut quoddam ſit ſtabile; quoddam varium & mobile: tertium fictum ſive imaginarium: Quùm tamen nihil in re nummaria ſtabile dici poſſit, & à dicta jam metallorum confuſione labes omnis proficiſcatur. Diſtinctim autem habentur Nummi in auro & argento, quorum fixa debet eſſe natura juxta conſtitutionem legum. Veluti ſunt in Argento Imperiales, quos & Ioachimicos vocant: In Auro habentur Solidi diverſi, uti ſunt Solares, Ducati, floreni Rhenani, Aurei veteres &c. 16. Imperiales argenti libram conſtituunt: libra communis auri Rhenani venit 160. Imperialibus: ſi unciam autem auri puriſſimi æſtimes 8. Imperialibus, facile conficies libram. Ita libra argenti puri merito 18. Imperialibus æquiparatur.

IX. *Num aurum aut argentum facili obnoxium eſt corruptioni?*

QVùm acutius auri, quàm argenti pretium intueri oporteat; tamen argentum facilius quàm aurum depravari poteſt, quùm fraus illius obſcurior: unde etiam fit ut argentei nummi quò ſunt puriores, eò rarius inveniantur; propterea quod ex optimis

mis deteriores ſemper relinquantur, & ſint nummularii, qui in Belgium ſelectiores mittant Imperiales, quod pro arcano multi habent, ex quibus vidi nonnullos ſibi divitias ſatis commodas procreare.

X. *An verò tale commercium auri & argenti non poteſt averti?*

PRincipum quidem omnium ferè legibus ſeveriſſimis, & ipſis imperii conſtitutionibus de anno 1568. cautum eſt, ne aurum & argentum extra fines Imperii evehantur: Sed nunquam obtineri potuit, ut legibus pareatur, quamdiu commercia cum finitimis populis, uti neceſſe eſt, intercedent. Capitales etiam ab auri artificibus fraudes manare ſolent, quas omnes ſi perſequar, infinitus ſim: nec tamen ullis legibus caveri poſſunt, niſi omnia auri & argenti numiſmata æquabili proportione ac pondere feriantur, nec à puriſſimis quarta & 20 parte tantum diſtent.

XI. *An multæ monetariæ officinæ in regno conſtituendæ ſunt?*

QVoniam ab iis, qui auro, argento, ære flando & feriundo præficiuntur, peſtis præcipuè manat, eoque latiſſimè per omnes Imperii provincias graſſatur, ſufficeret pro ratione regni aut regionis, ut una tantum nummorum officina haberetur, quæ in urbe tali conſtituenda foret, ubi publicè ſpectantibus Magiſtratibus numi percuterentur. In Imperio Romano decem habentur Circuli, ubi cuique certus eſt numerus monetariæ officinæ deputatus, velut id *in libr. noſtro de Circulis Imperii* explicavimus: Ac licet circulo inferioris Saxon. ſaltem novem ſint ordinariè deputatæ; tamen tempore exulceratiſſimo illo Kipperiorum, ut vocant, ultra 130. nu-

meratæ ſunt officinæ, quod Germanis non leve genuit opprobrium.

XII. *Num conſultum eſt, ut minutis nummulis metalla commiſceantur?*

FRaudes in iis quàm maximè fieri ſolent, quùm minus à plebecula, cui potiſſimum ejuſmodi numiſmata cuduntur, unde & Scheidepfenning dici ſolent, percipiantur. Ideoque hæc eſt mea concluſio, ne in minutis quidem nimis metalla miſceri oportere.

XIII. *An non diſcrepantia ponderum in moneta conciliari poteſt?*

VIx quidem poſſibile eſt, ob dictas rationes, quas ex hominum clandeſtinitatibus induximus: Attamen reſpectu materiæ non ita foret difficilè, ſi fundamentum in puritate nummorum juxta taxationem unciarum poneretur; ut eodem pondere & charactere & proportione miſturæ obſervarentur. Noſtra quidem ætate nummi ſolertiſſima ratione, & quidem noſtrorum hominum ingenioſiſſimo artificio ſimul ac ſemel orbiculari figura ſecari ac ſignari, & quidem promptiſſimè cœperunt: ſed ea ratione deſerta jacet, quod uſu perceptum eſt numos nec ejuſdem ponderis eſſe, nec valore ſimili conſtare, unde clandeſtinè denuò confringuntur. Non tamen improbanda eſt ratio, quod cuique circulo imperii cura inſpectionis & probationis ſit commiſſa. Sed, in communi illa labe corruptionis, omnes quaſi oculis, auribus, & ſenſu communi captivati hærebant; nec ego quid in meo obtinuiſſem meliorationis loco, etiamſi altera vice ſeditio non procul abeſſet; niſi Senior inter 100 viros mihi ſuam in omni conatu fideli operam

Digitized by Google

operam prudentem adjeciſſet, ut ita in priſtinum ſtatum reduceretur omnis monetæ valor; unde reliqui nos ſecuti ſunt proceres; & adhuc in eo viget ſtatu ſat commodo. Quàm lætabunde omnes hoc agnoverint populares, id ex ſubjecto carmine mihi & amico (cui nomine publico adhuc tam fideliter præſtitæ adſiſtentiæ gratiam debeo) memoriæ honoriſque cauſſa ſcripto, conjicere cuivis licet: Mea tamen quæ tunc fuerint ſuſpiria deteſtationibus triſtibus mixta, prius hinc quiſpiam cognoſcat.

De profligatiſſimæ monetæ & pernicioſo æruſcatorum tempore corrupto,

O D E.

Eſſe hominum cæcam mentem, quis jam amplius auſit
Procax mihi negare?
Quis velit, aut poſſit? Licet hoc ſat turpiter uſque
Defenderint maligni:
Hoc iterum exclamo, ſophien, quàm barbara turba
Tam ſplendide vocatam
Venditat, in caſſum jactari viribus iſtis,
In terminis prophanis;
Æquariq́ itidem fruſtra cœleſtibus orſis,
In vanitate vanâ;
Vanius hac vanâ rabie nil fingier unquam
Quod poſſit, ante vidi.
Iam ſatis, & mecum ſat perſpexêre tot ipſi,
Qui rectiora cernunt.
Num dubitas? Faciam mox ne dubitare quid unquam
Poſſis modò, vel auſis.
Ipſa ubi res loquitur, non eſt, ut plurima poſcas
Monſtranda veritatis
Indicia, aut teſtes: Quæſo, qua fronte negare
Heic quid mihi cupiſcas?
Totus ſat claris mundus perſpexit ocellis,
Quam dira ſint peracta.
Cernisne effigiem? Num perſpicis inde metalla?
Dignoſce ritè cuncta.

An numiſma bonum? Meliuſne optare liberet?
Tu nonne & iſtud optas?
Quur tamen injuſtum ſtulte aſsignare valorem
Non deſiiſtis illi?
Quur non præcautum voluiſtis maxima damna?
Nonne iſta cæcitas ſit
Craſſa hominum? Quæſo, quiſnam prævidit id omne
Damni malum maligni,
Quod quosvis adeò nunc tangit, & angit, & urget
Summos ubiq; & imos?
Num ſapere eſt iſtud? Vah! quam Rationis acumen
Inſigne! quàm præaltum
Hic ſeſe prodit! Sophiæ quàm gloria ſumma!
Quàm celſa veſtit aſtra!
Plus eſt, quam nimium; riſum teneatis amici.
Vobis propino ſummè
Ridendi caſum fati: ſapientia ſumma
Cum terminis Sophorum
Cunctis non adſtet, peracutas addat & aures,
Ut terminet probata.
Ergo adeò quiſnam cæcos effecit homullos?
Quis auſus eſt monetam
Cudere? Nonnè modus ſophiâ ſapientior omni
Eſt prædicandus iſte?
Quis neget aut ſi fortè neget quis: rectius audi,
Profabor omne verum.
Notio quid dictat, vel prima Noemata mentis
(Sic quando gloriantur)
Quæ ſibi confingunt Rationis acumine tanto,
Quouſq; rem penetrant?
Æruſcatores quùm paulò falſius æris
Excocta jam metalla
In ſe miſcerent, hinc ut corruptio ſaltem
Exurgeret minuta,
Aurive, argentive, an non ſimul ipſa moneta
Pecuniaq; virtus
Viſa hinc eſt amiſſa: An non ſic protenus orbis
Diſceſsit in tumultus,
Auri quum ſolem tantillum lumine tanto,
Vel tantulo ſceleſtè
Inde obfuſcari nimium nimiumq; putarent?
O quæ calamitates,
Nos modo nos, atrox tempeſtasq; obruit umbris?
Clamavit omnis, omnis

Inde ſophos, totum jam nymbis undiq; cœlum
Eſt obrutum, nec uſquam
Amplius illa ſuis oculis lux candet, & altum
En exhibet nitorem.
Terminici vates quærebant undiq; cauſam;
Non ulla erat videnda.
Nunc hi, nunc alii Rationis acumine quidvis
Non deſtitêre ſemper
Percenſere: ſuas ſapientis nomine clari
Examinationes
Exactas paſſim voto conferre ſagaci,
Politiciſq; technis,
Tot per conventus, tot per collegia Patrum,
Sat gnaviter ſolebant.
Quid tamen obtinuere ſophi ſapiente ſophorum
Bilance Notionum
Cunctarum? Vivis clariſq; videntibus oclis,
Tacta ſimul nec ullo
Quicquam viderunt cæci, ſenſere nec illud,
Quod maximè videre.
Sat cauti ſeſe, vel quod ſentire putabant.
Hoc nonnè Notiones
Arguit heîc omnes pridem avviſiſſe ſophorum
Turbam protervioren,
Qui tamen haud trepidè tàm perfecta indole paſſim
Se diſputaſſe gaudent?
Et ſe Transphyſicis quidvis conſtringere poſſe
Potentes Entitatum
Terminicis technis? Vana ô phantaſmata mentis,
Plus nocte cæcioris?
Omnes nonne etenim, tactu quod prendere poſſunt,
Videre debuiſſent?
En igitur qualis ratio tàm ſumma ſophorum,
Qualeſq; Notiones?
Cuique quod antè pedes poſitum eſt, hoc nemo prehendit.
Nec damna ſentit ejus:
Et tamen hoc magnis gaudent ita vendere nugis,
Ceu cuncta ritè noſcant.
Quod res ipſa minus valet inculcare, queatnè
Vanum id docere phaſma?
En, quàm decipiant hominum ſe pectora falſa
Imaginatione!
Hoc dixi toties, toties quod reppeto ſemper,
Nec deſinam referre;

Quum nequeant Sophici naturam cernere, cunctis
Metirier nec auſis,
Queinam nunc penetrare velint myſteria cœli?
An mens quid inde noſcat?
In cœlo ingenti magno ſcrutamine, magno
Nec abſq; mentis auſu,
Quod nequit in terris plenè perquirere, cuncto
Nec aſſequi labore:
Nonnè igitur cæcum ſit quodvis mentis acumen
In mole Notionum?
Ingredere in Chriſtum, potior ſapientia ſancta
Te ſpiritu beabit;
Ingredere, & Ihovæ mox longe acceptior hoſpes
Infirma eris ſalute.

De reductione monetæ corruptæ ad priſtinum ſtatum.

Iohanni Angelio VVerdenhagen ICC. & Iohanni Schenken Centumvirorum præſidi, quum feliciter hanc à nobis calamitatem diram iterum depuliſſent,

Gratulatio

Andreæ Iegeri, Theol. Stud.

SI quid precandum cœlitus eſt bonis,
Binis quis iſtis non modò Corculis
Integritatis Chriſtianæ,
Ac ſolidæ fidei patronis,
Optaret imo ex pectore qualibet
Felicitatis munera? Quis bonum
Iſtud taceret, quod monetam
Reddiderint pietate fidi?
An non furentes vidimus undiq;
Sævire pravos fraudibus in ſuis,
Diraq; depravatione
Pauperiem cumulare plebi:
Manſiſſet orbi perfidiæ malum
Noſtro, virorum ni potior fides
Horum fuiſſet; ni ſerenis
Conſiliis mala ſuſtuliſſent.

Non abſq; Ihova proſperitas nova
Exorta nobis auſpicio fuit,
Quis ſuſcitavit corda tanta,
Opprobrium in meliora dona

Hoc ut rediret terrigenis ſuis.
Aeris flagellum ſat nimium fuit
Nobis, & acris lucta cunctis
Queis ita ſuccubuêre preſſi.

Quis non ſtuporem tantum hominum fuit
Miratus? Omnes quiſvè recenſeat
Calamitates, una nobis
Quas dedit ingluvies malorum?

Proin rectius nunc conſilium viris
Debemus iſtis, qui pereuntium
Iamjam cohorti ſaniorem
Applicuere pii medelam.

Quos non tumultus ſeditio gravis
Commovit urbi Parthenopes bonæ?
Quæ non avarus concitavit
Prælia, ſanguineamq; ſtragem!

Urſère cives ſæpius hoc onus
Ut diſſiparent, quod toties quidem
Promiſerat fictis ſenatus
Pollicitis, dubiiſque votis:

Sed fraudis ingens vis potior fuit,
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,
Et conſules currentis anni
Artifices magis auri amabant,

Sic vis honeſto prætulit utile
Semper; nec unquam Iura reſurgere
Concuſſa quiviſſent moneta;
Ni pietas melior virorum,

Et extitiſſet cura ſagacior,
Horum ſaluti dum propinat viam
Auſi ſuam ſunt invenire,
Et fremitum populi malignum

Componere æquis arbitriis, novum
Ne quod rediret diſſidii genus,
Quod gigneret nobis pericla
Litigio graviora primo.

Laus ſit Deo, qui nequitia ſua
Tandem revulſit ritè repagula.
Et damna nunc cunctis retexit
Civibus abſq; dolo videnda.

Quid debeas, ô Parthenope, viris
Cordiſq; binis noveris ipſamet:
Sic nemo pro charis amicis
Aut patriâ timidus peribit.

Sed ipſa culpa ſit memor heic tuæ,
Tejuſq; letho flagitium cave,
Ne poſt tibi forſaſſe cœlum
Durius exitium refundat.

Opprobrium ſanè ſic ſibi æternum peperêre plures Germaniæ dynaſtæ, quùm calamitatum ingentium & horribilium origo inde extiterit. Qui tam deteſtabilis tragœdiæ ſpectator non fuit præſens, vix credat. Sed quùm tàm diræ hiſtoriæ fabulam in compendium quaſi redegerit *Thom. Lindeman. Academ. Roſtoch. Profeſſor, & V.I.D.* nihilque à veritate alienum dixerit, quin omnia acutiſſimè tetigerit, juvat ex *Diſſert.2. de vera Mutui & Nummi eſſentia* pauca quædam huc referre, quæ miram occœcationem poſteris quoque detegunt: Veriſſimum eſt, quod *ait Lactant. lib. cap.* 49. quod mutatâ rerum menſurâ omnium, omnia quoq; reliqua mutari neceſſe ſit.

Experta eſt hoc, ait, *ipſum Germania noſtra, quæ, quamvis internis diſſidiis, & latrociniis afflictiſſima hactenus fuerit; ſola tamen occultè repens & gliſcens aulas magnatum inficiens, imò omnes angulos perreptans Tyrannis ſeu potius peſtis ac lues monetaria, plus dami quàm tota moles bellica intulit.*

HancTyrannidē nupera edicta Cataclyſmo univerſali, alii podagræ, gangrenæ, alii morbo incurabili cōpararunt, & Bodinus ſuo tempore corpus morbidum ἀνέλιστον appellavit. Et certè malum aliud vix poteſt cogitari adeò peſtife-

*ſtiferum, virulentum & noxium, quod non Tyrannis hæcce monetaria longo poſt ſe intervallo relinquat. Eo enim res devenit, ut in hac quotidiana jactatione monetæ, & pertinaci rei nummariæ ἀμιξίᾳ, ut nemo quid, & quantum poſſideat, ſcire poſſit. Eſt quidem peſtis hæcce, prô dolor! non nova, ſed à Iehova ipſo in Propheta A-*mos c. 8. & Ezechiele *ſubinde veluti malum deteſtandum taxata.*

Romana respubl. Dictatore C. Fabio *eandem fortunam eſt experta, quando Hannibale urgente aſſes olim librales, pridem ſextantales facti, unciales redditi, & paulo poſt* L. Papirio *in ſemiunciales redacti, quod analogicè ad Thalerum computatione inita idem eſt, ac ſi Thalerus unus primò pro 6. deinde pro 12. tandem pro 24. obtruderetur.*

In Germania & Belgio *ante* 134 *annos, Maximiliano I. imperante, nummus ultra quadruplum juſti precii excrevit, teſte Meterano. In Gallia ante* 300 *annos Anglis ibidem dominantibus ultra octuplum. Peſti huic curandæ & Tyrannidi coercendæ omni ævo Reges non tantum, ſed & Principes, ad quos cura iſta imprimis pertinebat, laudabilem operam impenderunt.*

Romanos triumviros monetales conſtituiſſe, iisque rei monetariæ curam demandaſſe Pompon. lib. 2. §. deinde *notat.*

Marcus Gratidianus cum numarias leges à multis negligi, à multis ignorari, à pleriſque jura tantum, vel etiam ſublimiores ſcientias proponi cerneret, ipſe ſcholam monetariam aperuit, veram nummi ſubſtantiam publicitus juvenibus propoſuit, eoq; populum Romanum in tantum demeruit, ut is ei ſtatuam in omnibus civitatis vicis erigi, & ad eandem thus & cereos accendi juſſerit Plin. & Cic. lib. 3. Offic. Bodin. 6. de Repub. c. 3.

Galli quanto ſtudio tempore Philip. IV. pulchri cognomento occurrerint Paulus Æmilius refert, & idem ſtu-

Digitized by Google

dium in Carolo VI. Molineus laudat, in Maximiliano Meteranus commendat, & acta imperii loquuntur.

Tandem *Carolus V. Imperator, & Ferdinand. Rex Roman. in publ. Comitiis Anno* 1551. & 1559. *manum huic rei admoverunt ſalutarem, & conſtitutione Imperiali promulgata eſſentiam veram Nummi, quoad materiam & formam dilucidè & evidenter propoſuerunt.*

Ea forma in ſequentibus Comitiis tàm univerſalibus quàm particularibus circulorum comprobata eſt, & imprimis Anno 1568. *in circulo inferioris Saxoniæ res hecce ſub incudem revocata ad juſtam συμμετρίαν eſt redacta.*

Ab eo vero tempore malum hocce ultra 50 *annis latuit, niſi quod uno ſaltem ſolido Thalerus excreverit: Verum poſtquam Aquila Romani imperii à propriis ſuis membris affligi & deplumari cœpit, idem malum ſimul recruduit, & cum aliis pœnis publicis totam Germaniam invaſit, eoque periculoſius effectum, quò potentiores Patronos & fautores nactum eſt, aurigantibus ipſi Avaritia & Impudentia, quarum illa, quò plus capit, tantò magis cupit & captat; hæc torrentis inſtar, rupto repagulo legum, liberè graſſatur.*

Oleum vero Camino affundunt ICti nonnulli, quidum nec mutui, nec nummi ſubſtantiam rectè conſiderant, monſtroſis opinionum illecebris, & principum & judicum mentes faſcinant, confuſiones fovent, remque diſputationibus perplexis adeò dubiam reddunt, ut ex diverſis ſuis opinionibus diverſas, & contrarias Conſtitutiones in vicinis regionibus & provinciis fabricent, ac pro juſtis legibus publicent, & mutuum, quod re certa contrahitur, incertiſſimum & varium efficiant, & non amplius re, ſed verbis, & quidem non juridicis, ſed malitia hominum invectis & fictis æſtiment. Malo huic tollendo in ſuperis & inferis conventibus quantum temporis, operæ & ſumptuum impenſum ſit, citra obtentum

ejus

Digitized by Google

ejus quod anxiè quærebatur, notius eſt, quàm ut dici mereatur. Hactenus ille.

Ipſiſſima ſanè rei veritas eſt, ac ne latum unguem quidem vir iſte candidus ab ea diſceſſit. Peccarunt granditer Proceres imperii ac aliquot Civitates majores, ut meritò iſtius privilegii regalitate privari potuiſſent, præſertim quùm non quid ex ignorantia; ſed ex proæreſi mera ac avaritiæ ſordidiſſimæ inſtinctu in leges toties prædeliberatas, tot conſiliis publicis & privatis, ad omnes valoris juſti regulas examinatas, & ſolemniter cum præſcientia & pleno conſenſu omnium ſtatuum receptas, deciſas, concluſas, publicatas, tale facinus commiſerint. Fures miſceri, qui ſaltem quinque florenorum ſolidos clancularie cum fraudulentia contrectarint ex Carolina Nemeſi ad patibulum condemnantur: An juſtè aut injuſtè hoc fiat, meritò omnes dubitant ſaniores: Qualis verò pœna heic exigi poſſet, ſi ſecundum eum rigorem ſive Iuris rigidi ſive injuſtitiæ plectendus veniret, qui tot millenis ſudorem populi in ſe attraxit æruſcationum expilationibus, ut in cumulum ingentem tot furta excreverint? Veluti & ipſe quendam Nob. novi, qui ultra quinquaginta tonnas aut quinque milliones argenti hac nequitioſa arte contraxerat; &, quùm hominum pœnas non poſſet invenire, ſupra modum miſerrimo genere diuturnæ conflictationis deſuper cœlitus à Deo mulctatus non ſine horrendo exemplo periit; velut & alios plures novi. Hoc autem maximè mirandum, quod ipſi ICti huic Camino oleum ſuum (ut rectè loquitur heic Lindemannus iſte) affundere non vererentur.

Non credam, quod unquam turpius in re tam manifeſta, & ipſa lucis vi clariore, ſedare

ratio hominis queat, præſertim apud eos, qui ſe Iuris interpretes venditant. Mihi tunc per aliquot annos magna fuit concertatio cum opinionum illis Magiſtris & gente Habitualiſtica fucoſa ob rationis cœcitatem in rebus naturalibus & ſpiritualibus maximè: licet ad oculum illis demonſtrare poteram ex *Sap. Salomon. cap.* 9. *v.* 16. quod juxta Philoſophiam terminiſticam ſuam, & omnis futilitatis matrem, ne quidem minutiſſimum eorum, quæ ante pedes & manus ſunt cognoſcere, aut intelligere poſſent, etiamſi tot ſyllogiſmorum oneroſis cumulis ſe veſtirent; tamen tam perfrictæ frontis impudentiam induerant, ut non dubitarent, me quavis perſecutionis diritate confundere; nec deerant in ultimo refugio ſæviſſimæ calumniæ, ut fieri ſolet ab iis, qui veritati cedere neſciunt, ſed opinionum turpium ſervi nati ſunt.

Quod ſi in terrena materia hoc nobis contingat, quam tamen ſenſibus ipſis palpare poſſimus: Quid nobis in cœleſtibus non obtingat, quæ omnem rationis captum exuperant, niſi interiorem animæ intellectum per regenerationem ſanctam nobis Spiritus Chriſti recludat? Vnde Chriſtus ait, quum venerit ille Spiritus veritatis, dux viæ vobis erit in omnem veritatem, *Iohan.* 16, *verſ.* 13. At illi perfidi homines & blaſphemi in Spiritum Dei, potius ex habitu ethnico ſuo per Philoſophiam illam, quam D. Paulus prorſus inanem dicit, & ſeductricem affirmat, *Coloſſ.* 2. *verſ.* 8. potius quid ſapere, quam ex dictamine Spiritus Iehovæ in Verbo Dei cupiebant. Inde tot fulminibus ſapientum mundanorum & filiis hujus mundi per tot annos eram expoſitus.

Sed

Sed nihilominus Deum potius audio in Verbo ſuo loquentem, quàm Diabolum per inſtrumenta ſua fulminantem. Quùm noſcam ex Verbo Dei, quod in hominis verba jurare non debeam, quòd omnem mortalem toties proclamat mendacem, & hypocritam, uti id egregiè etiam toties in ſummis expertus ſum negotiis. Verè mihi tum lucta fuit, eſtque adhuc, cum iſtis hominibus, de quibus David, *Pſalm.* 59, 13, *ait*: Doctrina eorum merum eſt peccatum, & obſtinatè perſeverant in ſuperbia, & concionantur meras execrationes, atque contradictiones. Item *Pſal.* 64, 4, 5, 6, 7. Qui exacuunt ſicut gladium linguam, & verbis amarulentis, quaſi cum ſagittis intendunt ictum, *&c.*

Verùm ubi tanto conatu & tàm frequenti ſtudio opinionũ tàm variarum paſſim diſſeminantur mendacia, an non ejuſmodi peſſima faſcinatio perveniat ad alios altioris ſtatus homines? An non heîc dementetur ſæpius, qui ſe etiam prudentiſſimum & cautiſſimum venditet? Quis non in caſſes diaboli incidat, qui Verbo Dei nolit fidem habere, aut ab eo vel in minutiſſimis deviet? Præſertim, quid non avaritia præſtet cum arrogantia ſibi vendicans imperium? Id certè omnium maximè dolendum & deplorandum eſt, quod ii, qui ſuperiorum conſiliis omnia pietatis fomenta ſuggerere deberent, etiam in impietatibus eos confirmare auſint. An non inde ingens calamitas in Rempubl. communem effundatur?

Antonius Faber Sabaud. Principis Conſiliarius juxta Codicis diſpoſitionem 2905 deciſiones, aut potius definitivas ſententias practicas congeſſit, quæ non indignæ ſunt cognitu iis, qui in foro, ut nunc habetur Ius, verſantur: Sed ea pervagantur omnes materias Codicis fermè, ut in quavis ſede ſingularis

annotari ſententiarum queat obſervatio. Verùm quùm fermè per 20 annos & clàm & apertè corruptio monetæ vigeret & in vigore eſſe inciperet, non deſtiti tantum in hac materia ſola, judicia, informationes, concluſiones, & ſententias ſingulari cura colligere, ac ſæpius in uno caſu ex pluribus locis per occaſionem petere Iur. Conſult. definitiones gaviſus ſum, ut explorarem hominum ingenia, deprehendi tàm diverſas & ipſi rationi contrarias opiniones, ut pudore ſæpius me tantum ejuſmodi legentem afficerent.

Meritò heic dicere poſſem; Quot capita, tot ſenſus: ita omnium animi aut in occœcationem putidam, aut in gyrum mentis abrepti mihi videbantur. Quiſque ſuo loco multis modis in tam manifeſta abſurditate patrocinium adnectere ſtudebat. Vnde conſtitueram in perpetuam rei memoriam, omnes ejuſmodi ſententias & opiniones fermè non pauciores Fabri jam dicti uno Volumine in publicum edere, ut totus mundus cernere potuiſſet, quàm nihil penitus hominis rationi in ſuis cultibus habitualibus ſit credendum. Sed miſerabile excidium Magdeburgenſe omnia acta & ſcripta cum Bibliotheca mihi proh dolor abſumpſit. An verò decet ita Ius & Iuſtitiam pro favore hominum tractare? Nonnè mihi habeam apertum & ſenſibus quoque externis irrefutabile teſtimonium? Si quis hoc velit negare, flagris potius quam verbis ſit in refutatione dignus. Facta enim ipſa loquuntur. Quum hoc in mundanis & manifeſtè obviis fiat, quid nō in cœleſtibus committat rationis cœcitas; ubi quiſque ſibi magiſterium ſingulare adſcribere tentat qui non ſit in Spiritu Dei enutritus verè, ſed habitum ethnicum ejus loco colit?

CAPVT

CAPVT IV.

I. *Quæ eſt capitis hujus ſumma?*

QVod tres ſint veræ, ſolidæ & in ſimplicitate ſuâ firmæ Reſpubl. id auctor aliquoties hucuſque explicavit; ut autem etiam conſtet, quænam in ſua conſtitutione ritè præferenda ſit, de eo nunc agit, ita, ut collationem inter eas inſtituat de utilitatibus & incommodis earum inter ſe invicem comparatis, ex quibus colligi queat, quis delectus maxime haberi debeat. Prudentis enim eſt, non tantum vitioſa declinare, verum etiam honeſta & potiſſimum Verbo Dei conſona rectè perſpicere & dijudicare, ut ſic in optimo tandem acquieſcamus.

II. *Vnde comparatio Rerumpubl. rectè inſtitui poteſt?*

VT oppoſita earum rectè introſpiciantur, ex quibus eluceſcet ſtatim, quæ forma ſit laudabilior. Contraria enim juxta ſe poſita magis illuceſcunt, communis regula eſt. Rebuſpublicis autem tribus in genere primò adverſatur eaſque omnes tollit Anarchia, qua toti mortalium civitati nihil magis peſtiferum & deteſtabilius accidere poteſt, quùm adeò horrendum ſit monſtrum & prorſus informe, ut penitus ullam ignoret formam civitatis, ſed ipſam confuſionem in omnibus rebus ceu rude & informe chaos ponat, dum in ea nec ſit primum aut poſtremum, in qua imperare qui poſſit cuiquam, quique parere velit imperanti, reperiatur nemo. Deinde opponuntur cuique Reipublicæ ſua propria contraria; ſicuti nulla Crudelitas major eſt & ma-

& magis quæ extimeſcenda veniat, quàm Tyrannis, quæ in tantum quoque ſæpius feritatem habeat, ut is, qui diſſolutus eſt ingenii moribus ex avaritia aut libidine, hominem ex homine penitus exuiſſe videatur. Proinde nil ſibi juſtum putat, niſi id cum expletione libidinum ſuarum aut rabioſo appetitu congruat: tollit è medio ſtatim, quicquid heic ipſi remoras parit.

Democratiæ opponitur Ochlocratia potiſſimum, quum quiſque ſibi libertatem plenam adſcribit, & nemo non æqualis eſſe vult alteri, ut ſit quaſi colluvies, quæ in ſe ſordeſcere cupiat. Etenim libertatis prætextus omnibus eſt gratioſus, Verum, quid interſit inter veram & falſam libertatis imaginationem, & quæ ejus propriè natura ſit, id *in Pol. noſt. lib. 2. cap.* 10, *&* 11. oſtenſum eſt.

Ariſtocratiæ autem opponitur Oligarchia, ubi inter optimates quidam ſibi Iura Majeſtatis, præ aliis cum imperio adſcribunt, & ſic reliquos cum populo ſupprimere laborant, ſive vi ſive dolo, fraude & aſtutia id fiat. Bodinus autem noſter heic ita gradus conſtituit, ut pernicioſam dicat Tyrannidem unius, tyrannorum quoque multitudinem deteriorem efficiat; ſed omnium deterrima propter confuſionem nimiam ſit plebis impotentiſſimæ poteſtas. Inde & Democraticum ſtatum primo loco examinat.

III. *Quæ autem ſunt argumenta, quæ Democraticum ſtatum aliis præferant?*

NOn certè levia ſunt, ſed quæ cum ipſa natura convenientiam habere videntur. In hoc enim ſtatu ſolo jus omnibus idem, ac ſine cujuſquam gratia

gratia vel odio leges univerſas, ac ſingulis æquabiles, ipſique naturæ conſentaneas ineſſe apparet. Vt enim natura alterum altero nec honoribus, nec opibus ſuperiorem fecit; ita quoque popularis ſtatus hunc ſibi propoſitum finem habet, ut omnibus æquè benè ſit in eadem libertate, nec quid Injuſtitiæ alter præ altero patiatur; Sed libertate conſcientiæ ita fruatur plenè, ut nihil incommodi inde ipſi accidat. Vnde hoc etiam emergit, quod ingenia virtutis & pietatis ſecuræ quodam ſtudio maximè exultent, ac mutuo non tantum ſe efferant, & alter alterum in bonitate exuperare cupiat; præſertim quùm videant, quod omnibus iis, qui virtutis, probitatis, pietatis & juſtitiæ cultu prævaleant, porta ad Regiminis ſtatum ſit aperta, cujus ſpe omni privantur in reliquis Rebuspubl., ubi ad unum vel paucos cuncta diriguntur. Tum quoque omnis fundamentum ſocietatis humanæ in mutua & ſyncera dilectione proximi conſiſtit, quam alii amicitiæ adſcribunt: Sed ea nullatenus ritè conſiſtere poteſt, ſi abſit æqualitas: quùm verò eâ omnes reliquæ careant, nec ulla ſit, in quâ tàm conformis inveniri queat, meritò quoque aliis cunctis antefertur, & ei gloria hæc manet ſoli, quod Chriſtianitati & ejus Reipubl. in qua nil niſi pietas & Charitas Conſcientiæq; libertas valere rectè poteſt, maximè ſit accommodatiſſima.

Taceo quàm facillima remedia heîc haberi queant, ſi quis in ipſo ſtatu ſit regiminis, qui exorbitare velit; Sicut in eum finem quoque mutatio Magiſtratus habetur quotannis, aut ſuis ſtatis temporibus, ut indigni quaſi cum honore dimitti ab officio hoc adminiſtratorio valeant. Vnde & ipſi regentes, ita cohiberi in terminis virtutis & officio pietatis retineri valent, ne potentia & aucto-

auctoritate tali Majeſtatis abutantur: quin etiam quod Iura Majeſtatica minus convelli, & in diſtractionem unius aut paucorum ſuperborum incidere queant. Quapropter etiam cunctis civitatibus maximè appropriata venit, & ejus figuram aut ſchema apud Belgas cernitur, ubi ſolummodo hodiè addiſci poteſt, quid propriè libertas ſit, de qua alii, qui in ipſa vivunt ſervitute, fruſtrà tàm altè glorioſitates jactitant, &c.

IV. *Quæ verò hiſce argumentis opponuntur?*

MVlta ſunt & varia; præſertim objicitur inpoſſibilitas, quod ſumma illa honorum ac fortunarum honorumque æquabilitas in imperio dari nequeat, aut naturæ leges & Iura prius perrumpenda eſſe; Tum alios ad imperium, alios ad obediendum natos. Porrò ſi ulterius libertas talis locum haberet, non poſſe legibus aut Magiſtratibus, verus concedi locus; Item nuſquam bona publica rapinis & peculatibus magis expoſita eſſe, quàm in hac Republica. Item per naturam fieri non poſſe, ut populo placeat, cui vitia diſpliceant. Item, quod arcana imperii ſæpe cum interitu Reipubl. divulgentur: Item, quod facilè diſſenſus in magiſtratu interveniant maximè noxii: Item quod vulgus indignis ſæpe honores cum Imperio deferat. Item, quod plebs imperii majeſtatem ferre non poſſit, in qua regendo plus pœna, quàm obſequium valeat. Item, Quod artibus & virtutibus pietatis, Iuſtitiæque & fortitudinis ſemper plebs ſit inimica. Quibus alii addunt; quod multitudo inſtar maris ſit mobilis; ejuſque virus indeclinabile; à veritate remotum; vituperio digna laudet; quicquid

cogitet

cogitet vanum: quicquid loquatur falſum: quod improbet bonum: quicquid extollat infame: ſit magiſter erroris populus: æqualitate nihil iniquius, quum nec Deus æqualia dona hominibus dederit; nec membra corporis ſint æqualia. Denique nihil hac multitudine inſipientius, &c. *Germ. in Pol. quæſt. dec.* 1, *q.* 8. Addere quin etiam heic libet, quod Phariſæi *Ioh.* 7, 49. de plebe affirmant, eſſe propter ignorantiam legis execrabilem, &c.

V. *Quid ad tales reſpondendum eſt objectiones?*

GRaves quidem eſſe ejuſmodi inſimulationes, non poteſt negari, ſed tamen ſi penitius introſpiciamus, non tàm de populo hæc vitia poſſunt ſolo proferri, quam quod etiam maximè communia pleraq; habeat cum reliquis Reipubl. formis. Quis mortalium non eſt mendax, ut ait S. Scriptura? An verò non potius vanitati & nugis ſunt addicti potentiores? Nonnè quò quis potentior, eò elatior, vanior & nugatior? Pſal. 62, 10. Imò in experientia id toties deprehendendum eſt, quod pro nutu affirment & negent quid, qui potentiam in manu habent, ut etiam non vereantur dicere, quod ipſorum negatio tantum valeat, quantum totius populi affirmatio; nec teſtibus convinci pro nutu ſuo debeant aliter. Aliud quoque eſt de indigeſta turba multitudinis quid proferre; & aliud de ea multitudine, quæ formam Reipubl. induit: ubi parent, quibus Ius Majeſtaticum non eſt commiſſum, & non ſimpliciter nutui illorum regentium, ſed etiam Dei naturæ & mutui conſenſus legibus ſunt obnoxii, ut pœna tàm in eos habebit locum, qui delinquant ibi, quàm in aliis Rebuspubl. & quidem cum majori diſquiſitione Iuris & cura, quàm alibi, quùm in liberum ſub tali Republ. caput, nil queat præpoſterè ex indignātia ſuperioris

perioris alicujus inſtitui, veluti in eo regimine, ubi magiſtratus perpetuus habetur, & nihil timoris ſubeſt.

Quare nec ulli ſævitiæ aut crudelitati facilis locus eſt ibi, velut in aliis, quùm humanitatis, & æquitatis ſtudio magis invigilare cogantur præ illis, qui immutabiles Domini ſunt Reipubl. Potentia enim abſque reſpectu libera in impotentiam ſui abit & ferociam ſuperbiæ ſororem ſecum ſemper ducit. Ideò & ipſe David tàm adſiduus fuit in precatione erga Iehovam, ne devius fieret à tramite Verbi. *Pſal.* 25. & 119. An non Chriſtus ipſe tali judici, qui nimiæ potentiæ ſibi arrogavit reſpectum, in juſtitię addictum affirmat? *Luc.* 18, 5, 6. Et illi Ariſtocratici in ſuo Imperio, qui populo maledictum pronunciabant; nonnè ipſi potius tales erant, & longè nequiores ipſa plebe? *Ioh.* 7, 49. Verbis culpam à ſe nequitiæ amovebant quidem; ſed facto nil niſi diabolos ſe præſtabant.

Et quis mari omni mobilior eſt, quam qui pro nutu in verbis vacillat, modò quid promittendo aut affirmando, mox iterũ illud negando? Ac ubi æqualitas in diſtributione bonorum gratior affulget, an ubi quiſque ſuam portionem poſſidet liberè, an ubi omnia uni adſcribuntur? An melior Ioſuæ agrorum diſtributio? *Ioſ.* 14, & 15, &c. Num verò Alexandri occupatio terrarum? Nonne omnibus hominibus Iehova dedit terrã liberè incolendam, ut ex fructibus ejus vivant, donec in humũ revertantur, ex qua deſumptus eſt homo? *Gen.* 3. 18, 19. Sed demum hoc certum eſt, civitatibus in primis nullũ ſtatum magis convenientem eſſe præ Democratico, ob pietatis & virtutis ferventiorem culturã. Alias enim quodnam genus mortalium ſe magis applicavit Chriſto, num optimates eruditi, an verò populos ſalutis ſuæ cupidus?

dus? Experientia ipſa quod cotidie teſtatur, id nemo hypocritarum facilè abnegare aut confringere poterit. An non ipſi Phariſæi bono ſemper contradicebant potius, quàm quod ſe ad veritatem duci paterentur? Imò ipſi Chriſto, quùm ſe filium Dei profiteretur, qualis in veritate erat, illud veritatis verbum in falſitatem & calumnias convertebatur nequiter, ut inde maximæ exponeretur perſecutioni. En quanta bonitas in proceribus inverſa, & ſoliditas in populo ſit ſyncera!

VI. *An verò non virtutum oppreßionem glorioſam putat, qui Democraticæ libertatis ſpeciem probat?*

LIbertatis verę uſus cujuſque conſcientiæ inſcriptus hæret, ne quid contra Dei & proximi dilectionē committatur. An poteſt inde ulla virtus ſupprimi? Quid verò non agit potentia timorem Dei non admittens? *Luc.* 18, 5. Proinde falſum, quod ſumma lex civitatis ſit, ne civis quiſquam quantumcunque ſcelus ſive in deos, ſive in homines admiſerit, capite feriatur. Imò contrarium eſt verum, ut cuique conſcientiæ libertas in vera pietate conſervetur. Proinde nec verberibus quemquam cedere liceat; ſed pietatis & juſtitiæ regula prævaleat. Si leges Valeriæ tres & lex Sempronia aliud ſtatuêre, in eo falſiſſimæ fuerunt, nec quid Democratiæ præjudicant. Nec æqualitas heîc uſpiam aliter accipi debet, quàm ut majeſtati ratione imperii ſua maneat integritas, & ſubditis ſuæ obedientiæ ſtatus, uti quoque inſigne exemplum viget in Republ. Helvetiorum.

VII. *Sed num poteſt amicitia & benevolentia inter pares diu ſubſiſtere?*

QVi negant, aut Chriſtianitati nervos ſuos abſcindunt, aut non intelligunt quid ſtatus Chriſtianiſmi ve-

mi verus requirat; Etenim quid aliud ipſum Chriſti præceptum generale ſibi vult, quod toties, *Ioh.* 13. *&* 14, *&* 15. inculcat, quàm ut mutua, conſtans, fida, firma, & haud fucata ſit dilectio; imo & adeò perfecta, ut nihil proprii commodi ſe huic inſinuet, aut alius quàm integritatis debitæ ſit reſpectus *Matt.* 5. 46, 47, 48. aliàs non tantum non convenit cum debito humanitatis officio, ſed etiam merã ſpirat Idololatriam. An non igitur mundus Idololatrię ſit pleniſſimus, quùm tanta ſit & vigeat inimicitia paſſim, ut furioſiores beſtiis mutuo in ſeſe crudeliſſimis internecionibus ſæviant? Nonnè hæc & talia fiunt potius ſub imperio unius aut paucorum, quam in populari ſtatu? Nonnè id res ipſa teſtatur & acta publica loquuntur quæ cauſa belli ſit, & unde tam turpiter ſe externis homines ad diripiendum credant patrociniis, immemores iſtius firmiſſimi axiomatis Politici, quod auxiliatores ſint devoratores? *Reuſn. Coron.* 6. *c.* 9.

VIII. *An majores nuſquam inimicitiæ ſunt quàm inter Pares?*

SI alicubi locum habet regula hæc, ejuș efficacia nuſpiam expreſſior cernitur, quàm in Ariſtocratia & Monarchia, præſertim ſi æmulatio quædam aut invidia exurgat, ea ſanè omnium maximè fervet in Ariſtocratia. Democratiæ verò non poterit ita applicari, quùm tantam occaſionem invidiæ non habeat inter ſe populus ob dignitates ambiendas, utpote, cui per virtutes ad altiora aditus liberè patet, qui huic in reliquis Rebuspubl. præcluſus habetur. Tum quòq; heîc membra ſatis commodè diſpoſita ſunt, ut ope mutua ſe fovere rectè diſcant, ſe Iuris Majeſtatici adminiſtratores viribus capitis benè & cum diſcretione uti noſcant. In Monarchia autem duo

regna

regna ita minus ſubſiſtere valent, ceu mundus nullatenus duos perferre poteſt ſoles. Ideoque heic inimicitiæ prorſus capitales exercentur, ut nulla modificatio in ea habeat locum.

IX. *Eſtnè verò popularis ſtatus à natura maximè diſcrepans?*

QVur non ſit naturæ potius conveniens, quùm adminiſtratores Iuris Majeſtatici repræſentent caput, & membra reliqua ita mutuo ſe contactu foveant, ut nullum membrum alterius amore deſeri cupiat, & omnes æquè libertatis ſint amantes, ut nemo non ejus cupidiſſima affectione ducatur, & quilibet graviter affici ſe putet, ſi libertati communi quid nocumenti adjiciatur? Ex quo etiam fit, ut non facilè fractus debilitatuſque evadat, quùm conſuetudinis inveteratæ ut plurimum ſit tenaciſſimus, quod experientia fermè ubique teſtatur. Non repetam modo, quod *Seb. Fr in lib. de R. Chr.* Hanc Reip. formam RegnoChriſti in Chriſtianiſmo, prę reliquis planè accommodatiorem putet, ubi pietati, & conſcientiæ libertati, boneficentiæq; in mutua dilectione proximi ſit quam optimè conveniens locus. *Vide Myſt. Mag. Teut. c. 33. & 38. Arnd. in Conc. 7. Trinit. ad Marc. 8. vide quæſt. prox. ſeq. 17.*

X. *Quur autem Bodinus huic ſtatui populari tam acriter adverſatur?*

IPſe ſuas habet rationes, nempe ut iis eripiat errorem, qui rerum novandarum cupidi, Monarchias humano generi ſalutares evertere, ac populares ſtatus libertatis & æquationis ſpecie ſtabilire conantur, præ Monarchia.

XI. *Quid*

XI. *Quid verò de Ariſtocratia in Prælationis comparatione ſentiendum?*

EIus ſpecies quidem ſatis quoq; laudabilis eſt; ſed tamen quùm ſecundum virtutis prævalentiam non ita poſſit æſtimari, cedit in hoc populari ſtatui. Etenim ſi cives omnes improbi & ignavi ſint, ut non ſit alius alio melior, ſed alius alio deterior, certè ex opibus, ſtatu & cenſu conſtituere præſtabilius putant. Quippe dicunt ſalutarius & tutius, ſi iis rerum ſumma committatur, quorum maximè intereſt, quùm tenui plebi Rempubl. concredere ſit admodum periculoſum.

An verò non periculoſius, ſi ſuperbi Reipubl. præſint? Num divitiarum non adſiduus comes ſuperbia? Quid verò ex ſuperbia boni expectes? Nonnè luxuria & contemptus pauperum? Quæ verò horum ſunt meditationes? Num abſque invidia, odio, & indignatione res ſit? Quale Chriſti ipſius judicium de divitibus? Nonne Camelus potius tranſeat per foramen acus, quàm dives in regnum Dei? *Matt.* 19, 24. Tam longe ab omni pietate abeſt. Vnde nec recipere Verbum Dei eos ait, ad fructus edendos, quum divitiæ & voluptates mundi id ſuffocent. *Luc.* 8, 14. Quare nec divites honorandi ob rerum caducarum opulentiam, quum tyrannidi ſemper ſint proximi, & Leges Regiæ inimici infenſiſſimi, *Iac.* 2. 4, 6, 7, 8. nedum quod eorũ perſona ſit conſideranda, *Levit.* 19. 15. Tam variis eorum quiſque obnoxius eſt tentationibus. 1 *Tim.* 6, 9. Ac ita difficulter conſervari poſſunt. *Matth.* 19. 23, 24. *Marc.* 10. 24, 25. *Luc.* 18. 24, 25. Divitis luxuriantis hiſtoria omnia declarat, *Luc.* 16. 19, & *ſeqq.*

XII. *An*

Digitized by Google

XII. *An non arcana rectiùs in ea poſſunt, quàm in ulla alia conſervari Republ.?*

VTi tenui plebi concredere Rempubl. periculoſum putant, ne extremis temporibus deſertam ſe patiatur, aliis, quibus nihil eſt in bonis, ita longè periculoſius eſt, ſi non poſſit taciturnitas in arcanis obtineri, quum omnia ſic ſæpius deorſum ſublapſa ruere neceſſum ſit; quò fit ut per naturam optimatum ſtatum ſequi cogamur: Quoniam ſic tutius fieri poteſt, ut pauci quid ſecretim inter ſe concludant, quàm in unius & in omnium Dominatione obtinetur. Quippe in utroque eorum Imperio, ſemper neceſſe eſt, Senatui ac ſapientibus Secreta Rerumpubl. ſummamque committere. Verum ſi rem rectius reputare velimus; ſtatuendum hêic potius erit, quod nuſpiam rectius arcana poſſint conſervari, quàm in ſtatu Monarchico, præſertim ſi princeps ſaltem aliquo polleat judicio. Namque audire quidem in neceſſitatis caſu ſuos poteſt Conſiliarios; quod autem optimum putabitur ſecum ad effectum ducendum concludere.

XIII. *Sed nonnè Ariſtocratia diuturnior eſt, quæ pauciores habet optimates?*

VT diffidentia mutua eò minor ſit, ad hoc quidem prodeſt, quùm ſic plebem in metu poſſint eo rectius conſervare tempore pacis: Interim tamen quid eſt difficilius, quàm paucos optimates infinitam multitudinem ab honoribus & ſuffragiis interclusam imperio coercere? Vt enim plebs à potentioribus contemnitur: ita quoque adverſus potentiores invidia flagrare conſuevit: quo fit, ut ſic optimates diſſideant inter ſe; id quod neceſſe eſt, ſi artes Imperatoris colant; cupidiſſimus quiſque laudis ad ple-

Digitized by Google

bem convertatur, ut frangat potiorum opes. Tum Optimates ab hoſtibus circumſeſſi, plebem imperio coercere difficillimè poſſunt. Nam ſi vim adhibeant, bellum domi non minus periculoſum, quàm foris gerendum erit. Aliàs tamen verùm, ut quò quid magis ad Vnitatem vergat, eò perfectius numeri ratio & virtutis habeatur. Singulare heîc artificium eſt Venetorum; qui, pro avertenda plebis à ſe invidia, cum ea communicare ſolent minores aliquot magiſtratus & curationes; imò vero primicerium, cujus ſumma eſt dignitas, ac fructuoſiſſima ſcribarum munera plebeiis attribuere. Ad diuturnitatem autem Ariſtocratiæ maximè hæc duo faciunt; ſi optimates ex virtute creentur; & ut quiſque moritur, alius optimatum ſuffragio eligatur: Deinde ſi cenſura fiat Patrum ſingulis annis, ne aut ii, qui ſimulatione virtutis ad honores provecti ſunt, diu latere poſſint; aut, qui fiducia poteſtatis impotenter ſe geſſerint, cum dedecore & infamia dejiciantur.

XIV. *An hæretica eſt hæc propoſitio Politica, ſi ſtatuatur, quod Ariſtocratia ſit præferenda Monarchiæ?*

ANtonius Faber *lib.* 1. *Cod. ſui tit.* 1. decem ſuis notis, quibus ſat incomptè & impertinenter hæreſim notari & verè vult determinari, ſtatim hanc propoſitionem ſupponendo ita hæreticam proclamat, quaſi Monarchiam penitus velit ſupprimere, aut aliis ſuſpectam reddere. Inprimis flagellat ſatis acerbè *Calv. Inſtit. lib.* 4. *cap.* 9. *paragr.* & *cap.* 2. *paragr.* 4. & 8. ſententiam, quam is ex *Magabizo* ita affirmat. Ridiculum fermè eſt, quod tàm miris modis hoc vocabulum hæreſeos diſtrahatur, ut hodiè fermè nihil ſit uſitatius, quàm continuò eum hæreticum appellare, qui nolit aliorum articulatis quæ-

ſtionibus

ſtionibus ſe protenus conformem agnoſcere; ſed hæſitabundus altius inquirat, quæ Verbo Dei ſint congruentia, quæ non? Duplici quidem modo accipitur *Hæreſis* ab *αἱρέομαι, capio, eligo,* ut hinc etiam ſpecialiter in deteriorem ſumatur partem, quùm *αἱρεῖν* ſimul *deturbare*, *expugnare* ſignificet. In verbo Dei ſaltem quinque aut ſex in locis hujus vocabuli fit mentio. *Act.* 5, 17. ubi Saducæorum ſectæ id applicatur, qui tamen nolebant tales eſſe. *Act.* 15, 5. ubi Phariſæi hoc nomine notantur. *It. Act.* 24, 5. ubi Chriſtiana religio ipſa hæreſis Nazaræorum, à Ieſu Nazareno vocatur; & acerbiſſimè accuſatur D. Paulus, quaſi templum ſua doctrina profanare voluerit. Ideoque is ita retorquet nomen heræſeos in ſe adſumens, ut affirmet eam viam continere, qua colat patrum Deum, & credat omnibus, quæ in lege & Prophetis ſint ſcripta. *It.* 1. *Cor.* 11. 19. diſſidia inter diſcipulos ſuos hæreſes ipſe D. Paulus vocat, inde exortas, ut probentur & manifeſtentur, quinam ſint veræ ac probatæ fidei, & quinam adhuc carnalitati adhæreant, Spiritui Dei ſe opponendo ratiocinationibus ſuis vanis. Velut etiam inde hæreticum hominē ſic deducit *D. Paul. ad Tit.* 3, 9, 10. ſtultas, *inquiens*, quæſtiones, & genealogias, & contentiones, ac pugnas legales cohibe: ſunt enim inutiles & vanæ: hæreticum hominem, poſt unam atque alteram admonitionem, fuge aut miſſum fac; ut qui noris everſum eſſe eum, qui ſit ejuſmodi. Etenim qui nimium rationi confidit, nunquam Spiritus Dei ductui aut dictamini ſe ſubjiciet, quùm logomachiæ ſe nimium dederit in quæſtionibus vanis valloque articulorum obmunitis.

In his igitur uſibus reperitur verbum hoc hæreſeos, ut pro Chriſtianis, & contra Chriſtianos ſit acceptum. Num verò Paulus fuit ſectarius? Ego ſector

viam eam, amplectorque, qua patrium Deum colam, ait, & credam Scriptis Prophetarum. Quum itaque ſic activè & paſſivè accipiatur, & quiſque ejus utatur patrocinio, tàm qui veritati Religionis, quàm falſitati opinionum addictus vivit; difficile inde putat *D. Aug. in initio lib. de hæreſ.* definire, quid *hæreſis* ſit, quamvis veris Chriſtianis non eam gignat difficultatem, ſi juxta Verbi Dei normam id cenſere ritè velimus. Opiniſtis autem habitualibus, qui non ex Spiritu Dei quid dijudicare noſcunt, ſed litteræ mortuæ vivunt in compactione litterarum habituali, ethnicorum more, omnia heic in difficultatem abeunt. Atque propterea talis habetur diſtractio diſputationum, ut nolit alter alteri cedere, ſed quiſque ſibi ſuæ opinionis fortem demonſtret propugnatorem. Dum igitur diabolus ſe ſemper in Angelum lucis transformare gaudet, ac undiq; filiis Dei ſe ſubmiſcet *Iob* 1, 6. *&* 2, 1. involutio adeò intricata redditur, ut hinc D. Aug. dicat: hoc omninò definire difficile eſt. Non omnis error hæreſis eſt, inquit, quamvis omnis hæreſis, quæ in vitio ponitur, niſi errore aliquo, hæreſis eſſe non poteſt. Quid ergo faciat hæreticum, regulari quadam definitione comprehendi, ſicut ego exiſtimo, aut omninò non poteſt, aut difficillimè poteſt &c.

Et ſanè homines arbitrii ſui audacia aut temeritate nimis fervida & præcipitanti ſæpè iis doctrinis, à quibus alienos animos gerunt, aut quibus non ſunt innutriti vel adſuefacti, ſtatim invidioſiſſimè hæreſeos nomen imponunt. Imo tam pervicaces etiam ſæpius invenias, ut ex nimio gloriç aut contradicendi ſtudio etiam ii, quibus minimè competit, in medio Chriſtianiſmo auſint ſe veritati & Spiritui Dei opponere, quoties videant quenquam dilectionem Dei & proximi juxta ſtatum regenerationis cordibus

bus hominum altius inſcriptam expetere, ut tam ſtulta cœcitas cum ſecuritate ſua ferventi à nobis penitus expellatur, & quiſque ſanctitati vitæ in Chriſto rectius ſe dedere diſcat.

Sic aliquot ante annos, quùm inſigne adminiculum fermè intermortuo Chriſtianiſmo pro reſuſcitatione cordium adhibuiſſet *B. Iohan. Arndus*, vir undiquaque ſanctitati & veritati vitæ in dilectione vivida ſtudens, inque ejus rei gratiam inſignem librum de vero Chriſtianiſmo conſcripſiſſet; confeſtim exurgit maligno fervore quidam, ſe nec minus Theologū ſed alio habitu ethnico & perquàm impiè conſuto, venditans, ἀνὴρ ἕτερ☉ *Luc. Oſiander*, qui tam impudenti, & maledico ſcripto conatus eſt contra omnem boni viri conſcientiam, extra limites honeſtatis ubique & fermè in ſingulis verbis ac falſis inſimulationibus divagando, aureum prorſus & pietatis cæleſtis plenum libellum ita infeſtare, & quæque rectè dicta invertendo arrodere auſus eſt, ut tandem coacti ſint plures præſtantes viri tantas blaſphemas impoſitiones & plus quàm iniquas debitè, pro avertendo ſcandalo publico, vindicare; uti etiam paulò ante obitum p. m. hunc ſophiſtarum omnium maximum in hoc acutè præclarus ille vir *Dn. Iohan. Affelmannus Theolog. Doct. & Profeſſ. Acad. Roſtochianæ* publicus tetigit, deque negotio & maligno hoc Oſiandri attentato tale judicium ex conſcientiæ ſtimulo concitatus, ad *M. Henricum Varenium Preſbyterum Eccleſiæ nunc Vlyſſenſis* in litteris ſuis tulit, quod nobis tunc *Anno* 1624. in Conventu Circulari Lunæburgico communicatum fuit; ſic ſe habens: ſub dato *Roſt. M. Decembr. Anno* 1623.

Optimum Arndium, *inquit*, ab Oſiandro judico exceptum fuiſſe peſſimè; pacificum ſchiſmaticè; veracem mendaciſſimè, humilem ſuperbè; &, ut verbo

 dicam,

dicam, pium impiè. Quis non miretur inſulſas & elumbes Oſiandri conſequentias? Quis non crimina falſi? Quis non ejuſdem commatis alia periſtragula, quæ ubique prominent, ut in Æſopi Aſino auriculæ. Candori, modeſtiæ & piæ doctrinæ jam antè Oſiander nuncium remiſit, in certamine cum Gieſſenſibus. Mirum ergò non eſt, in eriſtico ſcripto contra *B. Arnd.* vix ulla candoris modeſtiæ & piæ doctrinæ reperiri veſtigia. Meditor diſputationem *De Vnione Dei & Fidelium*, eamque conſequenti triplici genere Communicationis Idiomatum, in qua ἄτοπα Oſiandri, ſuppreſſo tamen nomine, σὺν Θεῷ examinabo: &c.

Velut etiam aliud de tali informi iſtius ſcripti Oſiandrici monſtro judicium publicum extat, quod ita ſe habet: In Contentis hujus libelli. Hic libellus (*Oſiandri*) nil niſi calumnias, nugas, mendacia, inverſiones veritatis, inſimulationes falſas, undique crimina falſi ſpirantes, irriſiones mordaces Spiritus Dei, condemnationes perpetuas carnalitatis & mortuæ litteræ in verbo, atque protervíæ cujuſvis encomia dira evibrat, quùm undique auctor excauteriata conſcientia garriat, & ſibi contradictorius ſit paſſim, &c. Sic eodem modo, quùm *B. ille Arndius* veritate ſui Chriſtianiſmi quoque indignantiam habitualem alicujus M. Iacobi VVerenb. Hamb. Paſt. promeritus fuiſſet, ac iſte mortificari in carne ſua Chriſto nollet, non minus quidem fulmina exſpuere cœpit; ſed quùm optimus vir, *Dn. M. Mart. Brelerus Franc. Medicus inſignis*, hunc Myſterio ſuo Iniquitatis pſeudoeuangelicæ in gyrum ſanioris mentis revocare inciperet, mox ita pudore convictus abiit in ſe confuſus, ut morte culpam Deo deprecaretur.

Hæc propterea in medium produco, ut inde appareat,

pareat, quàm efferveſcenter homines in condemnationes mutuas undiquaque præter neceſſitatem ſæpius proruant, ſibique hæreſes & hæreticos pro lubitu ex ſuæ malitiæ propoſito proliciant, quoſcunq; velint; nihil interim curantes veræ pietatis verum officium & munus.

Si Chriſtiani eſſe & tam ſancto nomine juſtè ſalutari gaudemus; quur non potius ad communem properamus ædificationem noſtri, quæ toties nobis à Deo inculcatur & demandatur ſeveriſſimè? *Falſo Chriſtianiſmo ſemper Chriſtus ſcandalo eſt: Ac diabolus ſemper in habitu ſuo candido cupit vocari Chriſtianorum optimus.* Sed Chriſti acris eſt commonefactio, ne iſtis cunctis fidem ſtatim habeamus, qui ſub nomine ejus ſe venditent Chriſtos. *Matth.* 24, 5. Potius conſtantia in Spiritu Dei nobis heíc eſt retinenda & exercenda, ut appareat facto, quis verè ſit renatus. Vt quiſque columbam veram agat, hoc neceſſum eſt; ne ejus naturam induat, quam tertia vice ex arca emiſit *Noah, Gen.* 8, 12. Etenim ſic Antichriſtus quoque ſub ea ſpecie columbæ latet.

Si neſcis, explicationem figuræ hujus internæ *ex Teutonico* percipias noſtro, qui *in Com. ad Gen. c.* 33. *Myſt. Mag.* ita eam habet.

Columba tertia, quam Noah ex arca emittebat, nec revertebatur ad locum emiſſum, ſignificat in terris regnum Antichriſti, quod doctrina ſua quidem ex arca evolavit, ſed ſpiritus ejus cum rationalitate ſua pinguedini & gramini juxta ipſeitatem ſuam agglutinatus permanet. Hypocriſin quidem Deo vendit, & blandiſſima ſupponit verba: verùm homo cum ratione & ſenſibus ſuis non cupit altius à terra ſurſum ſe verè extollere, ac ad arcam reverti. Ex arca ſibi ędificia delicioſa condunt voluptati carnis deſtinata & ceremoniis ejus, atque extra arcam exer-

 cent

cent ſuam hypocriſin: ſaltem ab externo ſplendore volunt filii eſſe & haberi; ſed arcam vere ingredi nolunt: Quia ſufficit illis, quod Chriſtus intus in Arca ſit; hoc valdè jactitant: ajunt, is pro nobis ſolus omnibus ſatisfecit; Non opus eſt ulterius quid, ſi ſaltem ipſe nobis ſit ſolatio; ille nos tunc promptiſſime introducet in regnum ſuum.

Altera pars ait, ſe habere Chriſtum in hypocriticis ſuis operibus captum; ſecum quidem auferunt arcam, quando in voluptates carnis & ceremonias externas evolant: Verum utraque pars extra Arcam permanent in mundo, revertuntur nunquam. Iſta ſignificatio eſt tertiæ columbæ. Namq; regnum Antichriſtianum ſub ſpecie columbæ & ovium incedit quidem; ſed vix umbram figuralem regni Chriſti indicat, quod in Spiritu & potentia ejus virtutes ſuas integrè exerit, atque in iis conſiſtit, ac intus in Arca viget, vivitque perpetim, &c.

Sic ex figura Antichriſti rectè dijudicari poterit vera hæreſis & quænam ea propriè ſit, uti id *in lib.* 1. *cap.* 26. *&* 27. *de Circul. Rom. Imp. Germ.* pluribus explicavimus. Non eſt nec fit inde ſtatim quis hæreticus, quando hæreticus ipſe quis hæreticum appellat. Vos ſecundum carnem judicatis: ego non judico quenquam, ipſe ait ſalutifer & creator rerum Chriſtus. *Iohan.* 8, 15. Qui & idem ſatis firmiter monet quemvis, ne ſecundum adſpectum quis judicet; ſed juſtum judicium ferat. *Ioh.* 7, 24. Quin id præcipit ſeveriſſimè; Ne judicate, inquit, & non judicabimini: ne condemnate, & non condemnabimini. *Luc.* 6, 36. *Matth.* 7, 1, 2. Quis verò tu es, ô homo, qui alium damnas? Eadem facis tu, qui alium damnas. Quapropter inexcuſabilis es, ô homo, quiſquis alium damnas. Nam hoc ipſo quod damnas alium, teipſum condemnas. *Rom.* 2, 1, 2.

Non

Non decet quenquam ita protorviter hæreſeos culpæ proſtituere, quùm ipſe te tibi haud noſcas, quis ſis. Si habitas in Chriſto; Chriſtus ſibi Iudicium ſatis ſumet juſtum. Nempe ergo, ait Paul. unuſquiſque noſtrum de ſeipſo rationem reddet Deo. *Rom.* 14, 10, 11, 12, 13.

Si D. Paulo non tuam denegas fidem, is rectius poterit tibi figuram hæretici adumbrare. *ad Tit.* 3, 11. Noſcas, inquit, quod talis ſit hæreticus. Quinam igitur? Nempe, qui perverſus eſt, & peccare pergit, ut qui ſuopte judicio condemnatus ſit, id eſt ἄπιςος, cui polluta eſt mens & conſcientia, licet Deum ſe ſcire profiteatur, interim ἔργοις & factis eum abnegans, quum ſit abominatus & rebellis, ac ad omne bonum opus ἀδόκιμος & rejectaneus, *Tit.* 1, 15, 16. Id eſt, uti 2 *Tim.* 3, 5. extat.

Omnes illi ſunt hæretici, qui quidem formam pietatis præ ſe ferunt, at vim ſive δύναμιν ejus abnegarunt. Iſtos igitur averſare. Non *ait*, ure, ſeca, gladio percute, aut bello & vi hunc perſequere, combure, ure, crema, &c. vel articulatis opinionibus te muni & confirma, ex quibus conſtitutiones tibi conficias, ut eo magis ſub ſpecie recti & Iuris proprii ex tuo poſſis quem extrudere cœtu. Secta eſt, Babel eſt, Barbaries eſt, quæ ita in proximi conſcientiam ſibi judicium & condemnationem ſumit. Cuivis ſuum, *ait Luther. in* 2. *part. de Mag. Secul.* diſcrimen atque periculum in hoc ſitum eſt, quomodo credat. Sibi enim videndum eſt, ut recte credat. Vt enim nemo *NB.* venire poteſt in cælum, vel in Orcum; ſic nemo *NB.* pro te credere poteſt, aut non credere. Et ut in nullius poteſtate eſt, tibi cœlum & inferos claudere, vel aperire; ſic nemo te ad fidem aut infidelitatem cogere poteſt. *&c. Id.* Nihil debet eſſe tam liberum, quàm Fides & religio, ad quam nemo poteſt vi adigi,

utpote quæ ſit opus divinum in Spiritu Sancto. Tantum abeſt, ut humana vis eam ullo modo poſſit efficere, aut exprimere &c.

Quorſum igitur tendant tam perverſæ mortalium perſecutiones? An non quiſque prius ſe examinare ſecum debeat, quouſque ſtet radicatus in Chriſto? Aut qualem foveat in ſinu cordis ſecum Antichriſtum? Antichriſtus igitur & hæreſis in quantum ab ſe invicem diſtant? Num homo Antichriſtianus judicet hæreſin? Summè eruditis litteratis & Doctoribus apud Iudæos Chriſtus erat hæreticus, à quo tamen populus credulus omnino dependebat. Interim illi primores cuncti erant ipſi hæretici perfidi, qui tale judicium de Chriſto ferebant. Ita vera Religio ſemper à falſa culpatur peſſimè: quia hæc non vult eſſe, quod eſt propriè in ſua natura. Si ergo etiam in Politicis quæſtionibus ejuſmodi habentur hereſes, juxta Antonium heic Fabrum nulla erit facultas, quæ non ſuas multiformes alat hæreſes; & quiſque illum poteſt pro hæretico habere, qui diverſam ab illo foveat opinionem. Proh Deum! quàm multiformes hæreſes continebit Iuriſprudentia, quùm nullus fermè titulus ſit in Iure, qui non hæreticos ſuos noſcat! Quot non Medicina hæreticos fovebit! Quot non reliquæ artes patientur hæreſes, &c. Ac demum totus mundus nil niſi hæreſis erit. Quot enim capita tot ſenſus: inde falſitati ubique ſuus patet locus. Interim verò veritas unica eſt manetque, & ſibi conſtanter conformis perſtat. Chriſtus quoque velut is centrum rerum omnium continet, ita ipſe ſolus via, veritas & vita eſt; qui hanc viam, veritatem & vitam non realiter in corde renato ingredietur, certè hæreſeos ſuæ culpam luet in æternum. Sed bonitatem quoque nunc Monarchiæ, cum præferentia ſua perluſtrabimus.

XV. *Eſtnè Monarchia igitur optimus ſtatus?*

SIc pleraque turba philoſophantium id pro rato habet; alii tamen aliter ſentiunt, quùm ejus incommoda certè non levia ſint, quorum haud exiguum numerum refert Bodinus.

XVI. *Quænam igitur ſunt ejuſmodi incommoda, ex Monarchia profluentia?*

EX ipſa mortalitate hominum id conſtat, quantam mutationem & converſionem quandam morsPrincipis, qui caput eſt, inferat, ut toties res non ſit ſine periculo, quoties talis ſubeundus ſit caſus. Non tantum enim novi principes novas leges novaque inſtituta, cum moribus novis inferre ſolent; ſed etiam omnibus Principibus hoc inſitum eſt, ut novitati ſtudeant, quæ nunquam ſine detrimento univerſis accidunt. Et quo quis junior ad Rempubl. accedit, eò graviori importunitati exponitur ſtatus univerſus. Quid enim non ætas prudentia carens importat? Tum quoque id periculoſius, ſi Monarchia ſuffragio non ſucceſſorio Iure deferatur: unde plerumque ἀναρχία ſequitur. Aut ſi ſint Competitores, belli vis inſtat. Si verò plures ſuccedant, imperium cum ſubditis diſtrahitur. Nonnè inde cædes, interdum etiam parricidia oriantur? Quin etiam omnium maxima calamitas, ſi princeps non ſit in pietate educatus, aut ab ea deviet ita, ut virtutum reſpectum non tam habeat ullarum, quàm voluptatum libidini ſit deditus: aut ſit furioſus, impudenſvè. Tunc certè motus graviſſimi pro regni curatione ac tutela cientur; eoque magis ſi Mater imperandi cupidior ſit. An non etiam ultio divina eſt, ſi fœminarum aut puerorum ſit dominatio? *Eſa.* 3. Ac licet ſint tutores dati, quid heîc non metuendum eſt? ne

pupillo ſublato invaſio fiat in imperium, aut alius caſus accidat: Quàm facilè etiam pubes Princeps ſe adulatoribus devovet, cupiditatibus vivit ſuis, excuſſa omni pietate! Si armorum ſit cupidus, quis valeat futura ſatis enumerare aut proſpicere tot pericula infeſta? Injuſtus erit undique, & erga ſuos & erga vicinos. At ſi ætate jam provectiori maturus, & rerum gerendarum prudentia clarus & illuſtris extiterit, hoc tamen mali habet Principatus, ut, qui ſapientiſſimus eſt, inſanus fiat; qui laborioſus, ignavus; qui continens, libidinoſus; qui liberalis, avarus; qui humanus, crudelis &c.

Exempla deeſſe poſſunt nemini. Quibus autem flagitiis deditus fuerit, iiſdem ſubditos imbuere neceſſe eſt. Quid enim corruptio aulica non præſtat, ut rectè dicat is: Omnia ſunt fucata, nihil fucatius aulâ. Quùm tot ſingulis momentis ibi procreentur monſtra, ut impoſſibile ſit cuncta enumerare incommoda, quæ ibi creentur, ubi pietas & dilectio Dei ac proximi non potentiæ eſt informatrix. Quis enim non ſibi ſuiſq; viribus ſe non conficit Deum, in Monarchatu ſedens? Licet ipſe Iehova elegerit Saulem, an non ille, ad potentiam evectus, in peſſimam degeneravit beſtiam & pietatis oſorem indefeſſum! Ac quotus Rex Iudæorum poſt Salomonem ejus obſervavit monita? Inter 20. qui regnarunt uſque ad captivitatem Babylonicam, vix 5 extitêre conſtanter pii, quos tamen caſtigatos omnes pietate exuperavit Hiskias. Inter Reges Iſraelitarum aut Samariæ 19. vix Iehu filius Ioſaphati, divinitus ad regnum vocatus, religioſi nomen meruit, quùm alias ſatis eſſet ſtrenuus. Sic carnis prædomitio etiam pii ſubvertuntur, quoties potentiæ titillatio eos arrogantiores reddit.

XVII. *An*

XVII. *An non maximè naturæ conveniens eſt Monarchia?*

VNum corpus Imperii una regatur anima, ait quidem ille apud *Pontan. lib. 4. de obedient. ca. 2.* Sed applicatio non benè convenit huic rei. Quippe Monarcha non debet animæ ſed capiti aſſimilari: Officii majeſtas repræſentat in regimine & operatione ſua univerſali per corpus iſtud, quod animæ competit, ut in Pſychol. noſtra oſtenſum eſt. Proinde Caput externum Corporis in ſua Republ. omnis Princeps ſummus aut Rex refert; non verò anima animans dici poterit abſque Majeſtatico ſuo Iure. In ea enim omnis conſiſtit poteſtatis vis & virtus. Ita ex falſo præſuppoſito ſæpius plurimæ ſequuntur inconvenientiæ. Vnde autem Monarchia omnis originē traxit, id nemo rectiùs explicat, quàm Theodid. Philoſoph. ille, ſupra allegatus, quem in his iterum audiemus id ritè monentem *in Magiſt. Mag. Gen. cap.* 33. cujus hæc ſunt verba: ut ſupra quoque partim indicata ſunt: Noah offerebat in altari illo holocauſta, inquit, Iehovæ ex omnibus pecudibus & volucribus mundis: ac Spiritus ait: quod odoratus ſit Iehova odorem illum gratum. *Gen.* 8, 20. Iam verò non odor illum ita commovebat, quùm omnia animantia per ſe in ejus eſſent poteſtate, & coram eodem; ſed ille curabat maximè ſacrificium in fœdere cum Noacho compacto, quod mundus internus in creaturis odorabatur cum proprio ſacrificio, ut ita in futurum liberari poſſet ab abominationibus vanitatis ſuæ, quorum figura in ſancta ſapientia, videlicet in Spirituali mundo valeret ſiſti. Quùm Noah ſacrificium faceret, & Dominus, id eſt, manifeſtatus *Iehova* in holocauſto tali per occultum nomen ſanctum *Iehova*, per *IHS*, aut *Iheſum*, ſanctam in

Adamo expiratam humanitatem odoraretur, id eſt in appetitu ſapientiæ ſuæ olfaceret guſtando, quemadmodum oporteret eam in Sancto nomine Iheſu denuò manifeſtarier; tunc benedictionem Nohæ adjiciebat & filiis ejus, dicendo: fœtificate, & augeſcite; ac replete terram. Et timor veſtri terrorque veſtri inesto omnibus beſtiis terræ, omnibuſque volucribus cæli: tum omnia, quæ calcant humum: tum omnes piſces maris in manum veſtram traditi ſunt. Omne reptile, quod vivum eſt, vobis ad comedendū eſto; ut viridem herbam illis, ſic illa omnia dedi vobis. Verùm tamen carnem cum ſanguine ipſius, qui anima eſt ipſius, non comeditote. Quin etiam ſanguinem veſtrum, animarum veſtrarum repoſcam: ab omni beſtia repoſcam illum: adeoque de manu ipſius hominis, de manu cujuſque fratris ipſius repoſcam animam hominis. Qui effundit ſanguinem hominis; *NB.* per hominem ſanguis illius effunditor. Quoniam ad imaginem ſuam hominem fecit Deus. Vos ergo fœtificate, & augeſcite: progignite abundè in terra, atque in ea augeſcite. *Gen.* 9, 1. 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Quum itaque Iehova Nohæ & filiis ejus per holocauſtum hoc benediceret, & mandaret illis fœtificationem, eo ipſo denuò iis totum mundum cum omnibus exercitibus ſuis tradebat: Omne, quodcunq; viveret, deberet inter illos & eorum eſſe proprium, & omnia in communitatem tradebat, nec ullum diſcrimen inter eos faciebat in his inter Noham & filios ejus, *non Dominum nec ſervum conſtituebat*; ſed eo reſpectu paritatem illis attribuebat in communi poſſeſſione; non nobilem aut ignobilem faciebat; *ſed quemadmodum ex una arbore multi rami & brachia enaſcuntur, & omnes tamen ſinguli que unam conſtituunt arborem; ita quoque humanam confirmabat*

arborem

arborem in terris, ac tradebat illis omnia animantia, piſces, volucres in communi, cum nullo diſcrimine aut coarctationis inhibitione, niſi quod ipſorum vitam in ſanguine non deberent comedere, ne vitâ ſuâ cum animali vita in monſtroſitatem abirent, aut ſimiles iis ulterius evaderent. Iehova præcipiebat illis, ut omnibus animantibus & creaturis imperarent; verùm non iiſdem ſingulare imperium in hoc loco tradebat in ſuos compares. Quippe omnes gubernationes, ubi homo unus alterum imperio premit, originem ſumit ex *Ararath, (Monte verticoſæ dominationis, quæ omnia in regnum Antichriſti ſub ſpecie ejus abripit Gen. 8, 5.)* ceu per ordinationem externæ naturæ, juxta ejus proprietates & conſtellationes impreſſas, nempè juxta externum regimen Principum ſub aſtris.

Vera imago Dei, non aliud regimen in ſua membra obtinet, quàm corpus unicum in ſuis membris, aut velut arbor in ramis ſuis conſpicitur. Aſt animalis imago ex aſtris & 4. Elementis conficit ſibi regimen juxta matrem ſuam, ex qua exurrexit, ac in qua vivit: Etiam omnes leges & externæ ordinationes, quas Iehova homini demandavit, omnes ad ordinationem naturæ pertinent, nempe in pronunciatum Verbum, quod Iehova homini in proprietatē ſuam tradidit, ut in eo cum interno Spirituali homine intellectus juxta ſapientiam Dei imperiū gerat ſuum, & hinc ſibi ipſi ordinationes juxta ſpiritum ſapientiæ conficiat. In has autem ordinationes hominum, quas ſibi iſti conficiunt, ipſe Iehova ſe Iudicem conſtituit, iiſque judicium ſuum extremum deſtinavit, ut verum à falſo ſic diſcernat.

Quodcunque non ex veritate, juſtitia & amore vero procedit, eſt judicio Dei deſtinatum: quoniam per falſos Spiritus tenebrarum progeneratur in Turba

ba Magna, & hinc in humanas proprietates introducitur, velut falſa quædam aſtutia, & alienigena ſapientia, quæ nequit regnum Dei hæreditario modo occupare. Omnis regia & principalis altitudo, cum omnibus imperiis, omnes ex ordinatione naturæ exurgunt: In imagine Dei nulla cohibitio aut coactio eſt; ſed mera libera & deſiderata amoris ſervitus; velut unum membrum in corpore, & ramus in arbore alteri libenter ſua præſtat ſervitia, inque iis lætatur.

Quùm verò homo in externum formatum Verbum mali & boni, velut in regnum naturæ ſe introduxerit, ipſi regnũ naturæ inde ſanctum imperium ſubtraxit auferendo, & ſe in humanam proprietatem inſinuando depoſuit. Si verò id recuperare velit, neceſſum eſt, ut ex Deo de novo regeneretur; tunc poterit novâ renatâ vitâ in Spiritu Dei in imperium naturæ Dominum agere. *NB.* In Spiritualis mundi ordinatione inveniuntur quidem Principes Angeli; ſed omnes abſque coactione in amabili amoris munere & voluntate, uti corporis membrum unum alteri inſervit. Quodcunque homo in regno hoc naturæ in ſuam redigit poteſtatem trahendo, & eo in abundantiâ abutitur, ſuiſq; commembris ſubtrahit, quæ inde indigentiam quandam pati coguntur, ut libertatis Ius illis traditum per hoc conamen ſubducatur, illud omne Turbâ magnâ contrahitur & eidem involvitur, ac judicio Dei in ſeparationis illo magno die ſiſtetur.

Natura ſaltem expetit ordinem, & tradit diſcrimina munerum: Aſt Turba ſuam abominationem ex tenebricoſi mundi appetitu huic introducit, veluti eſt ſuperbia, avaritia, odium, ira & falſitas. Hæc 5. vitia in regno naturæ ſpuria ſunt, nec ad regnum Dei pervenire poſſunt, nec id in hæreditatem occupabunt.

bunt. Regnum naturæ quidem ordinationi ſuæ adſcribit, quod etiam homini in poteſtatem ſuam tradidit, ut per iſtud à malo ſeparet bonum, & ſibi Iudicem in malitiã & falſam cupiditatem eligat. Ajebat enim, qui hominis ſanguinem effundit, ejus ſanguis per homines rurſus effundi debet; nempe per ordinationem naturæ, non per propriam potentiam aut vim vindicationis ſuæ, ſed per ordinem naturæ, per legem Iehovæ, cui vindicta hæc competit, quum ſit vindicatrix. Namque Deus dicebat; Ego corporis veſtri ſanguinem vindicabo, & etiam hoc in animalibus perficiam vindicta mea; quã ille intelligit per ordinationem legum ſuarum, & earum adminiſtratores. Non certè, quod Princeps aut Dynaſta quis poteſtatem habeat ullam in effuſione ſanguinis ullius extra legem Dei. Si hoc faciat, lex Dei ſtatim eum condemnat ad mortem ſimul.

Non eſt heîc ulla potentia in hominis ſanguinem conceſſa ulli propria, ſive Rex ſive princeps ſit: quia ſaltem adminiſtratores ſunt & officiarii ordinationi legis divinæ deſtinati, non ulterius quid ipſis competit. Legem naturæ quidem in adminiſtratione obtinent, velut ſervi ejus, ſed tantum ſecundum Iuſtitiam & veritatem; non juxta propriam libidinis cupiditatem. Iehova etenim hominem ad imaginem ſui creavit, in hanc Dei imaginem regnum naturæ nihil imperii tenet, ut eam morte afficiat; ſed tantummodo ſupra externam imaginem naturæ ſe extendit officium in ordinatione divina.

Quapropter ſi præfectus naturalis ordinis juſtam alicui homini vitam ſuam eripiat; factorem hujus rei, natura deſtinat Iudicio Dei ad diem ſeparationis.

Quorſum ſe igitur convertent Tyranni, qui veritatem in mendacia tranſmutant, ac filios Dei propter divinam

Digitized by Google

divinam agnitionem & confeſſionem ignominioſè interficiunt, etiam bella & devaſtationes regionum & populorum inſtituunt? Iſti omnes Turbæ magnæ deputati ſunt ad judicium Dei. Quippe gladium geſtant Turbæ in propria libidine: Niſi Spiritus Iehovæ mandet quid, tunc officii ratione quid exequi tenentur, uti Iſrael gentibus gladium inferebat. Quodcunque ex propria voluptate aut electione ſuam poteſtatem elevare ſtudet, & propterea ſanguinem effundit abſque urgente extrema neceſſitate, aut Iehovæ juſſu, à furore iræ Dei ita concitatur peccati ſui cauſſa, atque eidem regno appropriatum concidit.

Quiſque miles virgam repræſentat iræ Dei, per quam ita hominum malitiam in pœnam abripit, devoratque, nec ordinationi naturæ ulla in parte adſcribi poteſt; ſed pertinet ad appetitũ Turbæ magnæ, adque ad eam appetentem furoris ordinationem, per quam Iehovæ Ira regiones & regna ſubvertit. Hoc animadvertite, eſt hæc ordinatio tenebricoſi mundi in proprietate ejus naturæ, quæ poteſtatem ſuam tempore malitiæ hominum exerit per Dei permiſſionem: tunc curſum ſuum ita abſolvit, uti furor id exigit, donec iſte ſe ſatis recreârit in hominum ſanguine; quod adeò ſanctè deprecatur David in Pſalmis ſuis 6, 38. & aliis. Quippe illa eſt verè vindicta iræ Dei, de quo dicit, quod vindicare velit hominis ſanguinem; tunc ſæpius unum apprehendit hominem, ac eo alterum interficit in iracundia ſua, prout quiſq; pœnam hanc eſt meritus. Quando potentiores innocuum effundunt ſanguinem, tunc accedit ſimul ira Dei cum ſuis adminiſtris, atque rurſus eorum ſanguinem effundit, atque Turbæ gladium iis ingerit, unde exurgit bellum, ac nequaquam ex ordinatione divinę naturæ bona, in qua Iehova cum ſua regit ſapientia. *Quippe Sophia Dei nullatenus bellum*

lum expetit; ſed ira Dei ſecundum tenebricoſi mundi naturam id appetit, & peragit in vanitate & malitia hominum. Si viveremus ſicut filios Dei decet inter nos, non indigeremus ullo bello. Quod verò bella gerimus, eo ipſo obteſtamur, quod filii hujus mundi ſimus, longiſſimè ab amore Dei ejuſque luce devii &c. *Hactenus ille.*

Ex quibus jam ſatis dilucidè colligi poteſt, quid ratio naturæ ferat in quocunque ſtatu regiminis, & maximè heîc in Monarchia, quouſque ſe extendat, & quomodo naturali ordinationi agglutinata adhæreat, ne quid poteſtatis ſibi potioris adſeribat, quàm ipſe Iehova naturæ ordini inſerendo applicavit, & Noacho cum omnibus ſuis rectè adminiſtrare mandavit.

Non pudet me ſæpius hæc inculcaſſe, ut potentes videant ac diſcant attentius cernere, quali in novaculo ipſorum potentia ſit conſtituta, & quam facilè in præcipitium hæc illos poſſit abripere diriſſimum, ſi non ad voluntatem Iehovæ eâ rectè utantur; ſed etiam vel minutiſſimum ex ſuperbia, avaritia, odio, ira aut falſitate regimini ſuo admiſceant. Regius Propheta David hoc toties optimè obſervavit: ideoque tàm accuratus eſt in *Pſal.* 119. ut nihil niſi vias Domini in quocunque actionum ſuarum paſſu, ad normam Verbi Dei obſervatq ſatagat. Regius ſanè eſt prorſus Pſalmus, & cunctis cotidiè legendus & cordi inſcribendus regentibus.

Ac Salomon non fruſtrà tàm acriter commonet omnes Reges, eos ſic compellando alta voce: Audite igitur, inquit, Reges, & intelligite; diſcite, ô Iudices extremitatum terræ. Auribus percipite Dominatores multitudinis, & ſuperbientes de turbis nationum. A Domino data eſt vobis potentia: poteſtas hæc eſt ab Altiſſimo: qui quæſtionem habebit: *NB.* de

NB. de operibus veſtris, & *NB.* Conſilia perſcrutabitur. Quandoquidem quùm miniſtri ſitis regni ipſius, non judicaſtis rectè, neque obſervaſtis legem, neque ex *NB.* Conſilio Dei ambulaſtis. Horribiliter & celeriter inſtabit in vos. Nam Iudicium ſeverum exercetur in eos, qui præſunt. Minimus enim quivis condonationem habet miſericordiæ; potentes verò potenter torquebuntur, aut exquirentur. Nam Dominus omnium non diſſimulabit perſonam, neque verebitur magnitudinem, quum parvum ac magnum ipſe fecerit, & pariter utatur providentia in omnibus. Sed potentibus *NB.* vehemens inſtat inquiſitio.

Ad vos itaque, ô Reges, pertinent ſermones mei, ut diſcatis ſapientiam, & non excidatis. *NB.* Nam qui ſanctè ſervant res ſanctas, ſanctificabuntur; & qui eam edocti fuerint defenſionem conſequentur. *Sap.* 6, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.

Non temerè heîc cuipiam quid ſtatuendum eſt: Res ſancta eſt, vivere in regimine aliquo. Heîc Deo inſerviendum eſt unicè; non ſibi, non auctoritati propriæ, non commodis ſuis, non reputationi ſaltem pompoſæ. Facillimum hoc quidem cunctis adulatoribus potentum eſt dictu, quod ſtatus Monarchicus maximè imitamen naturæ exhibeat: Sed prius diſcant, quid natura ipſa vel etiam in arbore; immò in ipſo humano corpore nos ſingulis momentis, & nobiſcum omnes regentes doceat & moneat. Facillimum eſt etiam dictu: Vnus conditor mundi, qui regit omnia ſalubriter. *Phil. in decal. p.* 487. ac ſic Deus Opt. Max. populum ſuum Iſrael rexit Ducibus, Iudicibus, Regibus. Quin etiam inter animalia, quæ gregatim vivunt, Dux unus aliis ſemper præeſſe videtur; Sic Elephantes, Cervi, Oves, Grues, Apes, & Conchilia margaritifera, &c. Nimirum ea gubernatio,

natio, quæ ad Dei Opt. Max. regimen proximè accedit, ut optima omnium eſt, ita & deſiderabilior & amabilior cæteris. Ita, ut ejus deſiderium naturæ ipſi à Deo ingenitum eſſe videatur. *Ant. Fab. Cod. lib.* 1. *tit. d. prop.* 1. Sed quis mortalium præſertim inter potentiores Iehovæ imitatorem, & non potius ſuitatis Deum agere, eundemque in ſumma veneratione adorari cupiat? Cui non Potentia titillationem ſui creat? Quis non eorum carni ſuæ magis & brachio vivere ſuo cotidiè, quàm cordicitus Dei gloriæ ſe verè dedere geſtit? Quis eſt eorum, qui cum D. Paulo, eo uſque mundo renunciare auſit in corde ſuo, ut verè affirmare velit illud: Nullus noſtrum ſibi ipſi vivit: aut; Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed juſtitia & pax, & gaudium per Spiritum Sanctum? *Rom.* 14, 7, 17. Quiſnam eorum hoc unicè Iehovæ relinquere cupit in ſuo arbitratu, quando ait, mea eſt vindicta, ego retribuam? *Deut.* 32, 35. *Rom.* 12, 19. *Hebr.* 10, 30. Aut quis tam diu ſecum præſtolari cupiat, ut cum Davide poſſit ex commiſſione Dei ſingulari id dicere; Deus, qui das vindictas mihi. *Pſalm.* 18, 48. Nonnè omnes ſpirant, & proruunt in bellum ceu leones inſatiabiles ſanguine, ſi vel leviter ſint offenſi, ut vindictam agant? Ideoq; & ipſi Elephantes, cervi, oves, grues, apes & conchilia judices eorum erunt, uti id de filiis Iudæorum quoq; affirmat Chriſtus *Matt.* 12, 27. *Luc.* 11, 19. quùm meliores ſuo generi præſides ſe præſtent, quam iſti Monarchæ inter mortales, dum nil eſt quod non in amorem ſuorum dirigant, à malo abhorrentes. Iehova quoque ipſe populo ſuo præſidebat per Duces & Iudices ſuos; ſed quum ab illo deficerent prurientes, ethnicorum more, ethnicis quoque pœnis tradebat eos aberrantes. Ideoque rectè concludit *Arm. in Nom. pol. quæſt.* 9. *cum Danæ. lib.* 1.

lib. 1. *Polit. Chriſt. c.*6. *in fin.* ratione ſalutis civium eam eſſe optimam cuique populo optimam, ac præcipuè deligendam Reipubl. formam, quæ maximè iſtius populi moribus, ingenio, loco, commerciis, cæteriſque circumſtantiis accommodata ſit: addas heic pietatem veram & Conſcientiæ libertatem hac ritè nitentem, omnia habebis, & popularem ſtatum regno Chriſti præ aliis invenies maximè idoneum.

XVIII. *Num Majeſtas poteſt inter duos dividi?*

PRæterquam in uno Principe, ſi Monarcha ſit, verè ac propriè majeſtas imperii conſiſtere nullo modo poteſt. Nam ſi duo pluresvè principes fuerint, ſummum imperium nullius eſt: quia nec alter alteri imperare, nec parere tenetur; Si bini eſſent ſoles, an non omnia in terris conflagrarent? *Lucan. lib.* 1. aliam addit cauſſam:

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

PRoinde tametſi univerſis in Ariſtocratia ac Democratia majeſtas attribuitur, ſingulis non item; nuſquam tamen ſummum illud imperium ſubſiſtere videtur, niſi princeps aut præſes aliquis extiterit, qui univerſos ac ſingulos quaſi membra corporis apta & colligata inter ſe unire poſſit, inquit Bodin. quia majeſtas imperii collapſa nuſquam conſiſtit.

Quo loco tamen interim Ariſtocratia ſit habenda, id ſatis *d. Iacobus* 2. innuit *v.*6,7,8,9. Nonne divites per tyrannidem opprimunt vos, & trahunt vos ad tribunalia? Quod ſi legem regiam præſtatis ſecundùm Scripturam, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, benefacitis &c. Iſte vigor optimus Reipublicæ,

blicæ, ubi hæc lex vere regia in Republica floret, quis eam non diceret optimam & prævalentem cunctis aliis formis? Vbi verò non viget; certè nec optimus Reipubl. ſtatus dici meretur, nec poterit: Alias Majeſtas quoque nec ſibi ritè viget, ubi talis deeſt mutua charitas, quod optimè quoque olim ethnicus *Polyb. lib.* 5. vidit, dicens: Eſt tyrannus, qui imperat malefaciendo, non benefaciendo ſuis & eis terrorem injiciendo: denique qui in mutuo ſemper cum ſubditis ſuis odio & diffidentia verſatur, &c. *Id. Ibid.* Eſt Regis benefaciendo univerſis ſponte ſubditos ſubjectos habere, eoſque cum liberalitate & clementia regere, & in mutua cum ſubditis benevolentia ſemper vivere.

XIX. *Quonam autem Principis ſtatus maximè eſt referendus?*

NOn is ad Principis commoda pertinet; ſed ad populorum ſummam felicitatem, vitamque tutius beatiuſque in pietate degendam.

XX. *Ergonè principes rectè populorum cœtibus ac comitiis ſubjiciendi ſunt?*

SVmma Principis poteſtas, ut ſumma, optimatum populivè cœtibus nec ſubjugari, nec circumcidi, nec ulla ſui parte communicari ſine pernicie poteſt, multò minus ut ab inferioribus imperandi ac prohibendi leges per conventus accipiat. Alioqui majeſtatem imperii vel in peſtiferam anarchiam, vel in populorum perturbationem prolabi, neceſſe eſt. Si enim Reipubl. unum corpus ſit, quomodo fieri poteſt, ut plura capita ferat? Monſtrum illud futurum eſſet.

XXI. *An*

XXI. *An non Tyrannis tolerabilior videtur quàm populi dominatio?*

TYranni ſuo periculo progredi cogitant; Populi verò impetus, ac furor, nec ſui, nec alieni rationem habet. Vnius etiam tyranni cupiditas aliquando expleri poteſt, plurium non poteſt. At quùm diſparitas ſit in quæſtionis formatione, heic verò de ſtatu non tàm populi recto, quàm ejus confuſione reſpondeatur, facilè inde percipitur, quod ſtatus rectus cum vitioſo non poſſit nec debeat comparari. Velut etiam nec navis committenda eſt furioſo, licet plures in ejus directione ſibi mutuò eſſent futuri impedimento. Non enim impedimentum cum interitu ipſo valet conferri. Et quid poſſit ibi impedimenti dari, ubi unus caput teneat præſidii?

XXII. *Num in re militari potius pluribus quàm uni poteſtas imperandi committi debet?*

DVcum belli multitudo ficulneum præſidium: diſcordia præſentiſſimum exercitus venenum eſt. *Reuſ. Cor. 6. flor. 7.* Quapropter ſumma illa imperandi & prohibendi poteſtas à pluribus, uno explicari aut expediri non poteſt, in bellis gerendis, in prælio conſerendo: Si magiſtratibus aut curatoribus id committatur, illi non niſi præſcriptis verbis imperant, nec ſine trepidatione mandata ſuperiorum egrediuntur, dum interim optima ſæpius occaſio effluit è manibus. Ideo Dictatores fuerunt ſui Romanis.

XXIII. *An tutius & melius cum Principe quàm populo, res, rationes aut fœdera contrahuntur?*

DIgnitatis curam majorem apud Principem, quam apud populum Bodinus cenſet. Quod ſi verò

verò etiam experientia contrarium probet? Animus enim hominis mutabilis res eſt, tàm apud ſummos quàm imos, præſertim ſi pietati parum renunciet, ac ad impudentiam inclinare incipiat, aut famæ conſcientiæque utilitatem præferat. Quoties Saul fidem addixit Davidi? Quoties non ſibi alia perſuaderi paſſus eſt? 1 *Sam.* 26, 19.

XXIV. *Quur Monarchiæ latè patentes præ aliis Rebuſpubl. tot ſeculis durarunt?*

QVoniam, ait Bod. noſter, unius dominatio naturæ conſentanea eſt. Vnde inter mirabilia mundi putat referendum, quod Athenienſ. Romanorum & Lacedæm. Venetorũ &c. Reſpubl. pulſis regibus, cccc. circiter annos populare imperiũ tueri potuerint. Sed hæc potiſſima cauſſa ſubeſt, quod ferocia potentiæ ſubditis in metu fuerit apud gentes: Chriſtiani autem noſcunt, munimine Dei firmo eſſe Principes circumſeptos adeo, ut etiam duris ſit obediendum. *Rom.* 13. & 1. *Pet.* 2, 13, 14, 18. *Hebræor.* 12, 7.

XXV. *Sed quis tandem ſtatus optimus inter Reſpublicas veras?*

IVxta Bodinum, & quos ille ubertim in auxilium ethnicos auctores vocat, ex omnibus civitatum legitimarum generibus Regnum præſtantiſſimum vocatur. Sed ubi lex illa Regia ſecundum S. Scripturam, quam ex Chriſti ore D. Iacobus ita ſanctè commendat: Diliges Deum & proximum tuum ſicut teipſum, ritè uſu & vigore ſancto maximè prævalet; certè ibi meritò optimus Reipubl. ſtatus floret & habebitur is ſemper. *vid. ſup. prox. q.* 18.

Digitized by Google

XXVI. *An vero non optimus regnorum ſtatus minuſque mutationibus obnoxius, Monarchicus Ariſtocratia temperatus?*

VT nonnulli eò rectius ac quaſi per obliquum, ſententiam Bodini de Republ. Ger. infringant, mixtum hunc ſtatum reliquis præferre conantur. Etenim mitius putant eum tractandum, quàm alii rigidi cenſores fecerunt, quùm cernant tanti vigoris eſſe heîc Ariſtocratiam, ut fulcra quaſi porrigat Monarchiæ. Verum num etiam ſic Auctori noſtro ſatisfieri queat in omnibus quæ ad Monarchiam faciunt, ipſi videant. *Reuſ. Coron.* 1. *Hor.* 16. *Pol. Richt. axiom. Pol.* 57. Veritas odio premitur; ſed nunquam penitus confunditur. Et malè ea oppugnatur, ubi experientia & ipſa facta contrarium cuivis ante oculos demonſtrant. Admodũ ſcitè loquitur *Georg. Val.* Vbi quiſque eſt Rex, nolo eſſe Imperator.

XXVII. *Num propoſitio Politica hæc quoque eſt hæretica: Non debere ſubditos principum ſuorum potentiam optare?*

VTi hæreſeos verbum Ant. Fabro in latiſſimo eſt uſu, ſic etiam hoc flagro iterum percutere voluit Calvinum ſuum, quaſi hac locutione bonum & honeſtum ſaltem utile ſubditis eſſe, is voluerit, ut principum ſuorum expeterent ſuppreſſionem. Proinde admodum fervidus, pro more in hac ſuæ hæreſeos acceptione vana erumpit, claſſicum canens quaſi: ô Reges, ô Principes, ait, permittite, ut pro veſtra, proque populorum veſtrorum ſecuritate, mihi liceat exclamare: Quid agitis? Quid expectatis, qui tàm pernicioſæ peſtilentiſque doctrinæ auctores, & ſectatores in ditionibus veſtris, fovetis, amatis, & quaſi magnos Dei Prophetas recipitis? Vos enim

ſolos appello, ac miror, non illos, qui, ne bellis ac factionibus turbent omnia, tolerant propemodum inviti, quos oderunt. Quando autem felicius, beatiuſque regnis & populis res cedunt, quàm quùm Principes eorum, dummodo juſtè & ex æquo ampliſſimis provinciis dominantur? Quando beatius actum eſt cum Gallis, quàm regnante Carolo Magno, Rege ac Imperatore potentiſſimo? Quando felicius cum Iſraëlitis actum eſt, quàm regnante Magno illo Salomone? *dicto libro* 1. *Cod. titul.* 1. *propoſ.* 5.

Sed mi Dn. Faber, amabo quid heic fabricas? Bona verba quæſo. Quippe res non ita periculoſa eſt, ceu tuus fert *iſte* impetus, aut potius inverſa interpretatio tua. Iniquus in temetipſum es, & ſanitati tuæ injurioſus hac præcipitanti effervefcentia bilis. Quur ita fruſtrà fumas? Quur tantas vanas indignationes in Calvinum tuum & ſimul ipſos Principes concipis? Etenim rogo te, quomodo hæc inter ſe conveniunt, aut quid conſequentiæ inde colligis? ſi dicat quis ad te; certè non opto, ut tu ſis nimis dives. Concludas tu inde ſtatim, Ergo vis me paupertate ſuppreſſum aut obrutum? Ergo & hoſtis es mihi infenſiſſimus? Apparet, te non eſſe bonum logicum, quùm ita nimis legaliter procedas, in nimia frontis corrugatione. Ne ſis ita nimis auſterus in fratrem tuum, qui *αὐταρκείαν* cuique precatur, optimam & mediocritatem auream ſuadet. An ita hoſtis es talium virtutum extremus? Avaritia nonne radix omnium malorũm? 1. *Tim.* 6. 10. & idolorum peſſima ſervitus? *Epheſ.* 5, 5. *Coloſſ.* 3, 5. velut etiã nec minus ambitio res damnabilis. *Matth.* 20,26. *Luc.* 6,26. *Rom.* 13, 13. & 1. *Cor.* 8, 1,2. & 13, 14. *Gal.* 5, 26. & 1. *Tim.* 3,6. & 2. *Tim.* 3, 2. *Iacob.* 3, 1. Quis talem ſibi optaret Principem, ubi

 perpetua

perpetua inquietudo eſſet expectanda. Namque

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ:

Qui amat multitudinem ullam, non ſatiatur proventu. *Eccleſ.* 5, 10. Si nolis huic quid credere, fidem tamen te habere oportet Chriſto, qui ait: Quid prodeſt homini cuipiam, ſi lucraretur totum mundum, anima vero ejus mulctetur? *Matth.* 16, 26. *Marc.* 8, 36. *Luc.* 9, 25. Si quis pium potius, quam potentem expetat principem; an ille velit talem ſuppreſſum? Num ulla heic auditur aut in eo voto latet contradictio? Si quis tibi dicat; opto te, mi Dn. Faber, potius pium quàm divitem; num is tibi quid mali comprecaretur aut boni, quùm ipſe Chriſtus dicat, quod dives difficulter introeat in regnum cælorum? *Matth.* 19, 23. *Marc.* 10, 24. *Luc.* 18, 24, 25. Eſt autem quæſtus magnus pietas, cum animo ſua ſorte contento. Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam poſſumus. 1. *Tim.* 6, 6, 7. Ideoque rectè Bodinus noſter laudat Helvetios in propoſito, quod imperii propagandi curam nullam habeant, quùm potius præclarè imperium tuendi conſtantiam conceperint. Quæ enim ab impotenti potentiorum cupiditate non oriuntur damna, bella & calamitates? Vnde tandem nimis ſerò ſera pœnitentia exurgit, velut eorū querelas *Salom. in lib. Sap.* 5. 7, 8, 9, 10. 11. refert acerbiſſimas. Iniquitatis, *ajunt*, & perditionis callibus expleti ſumus, & perambulavimus deſerta avia; viam autem Domini non cognovimus. Quid juvit nos ſuperbia? Et quid divitiæ cum gloriatione contulerunt nobis? Præterierunt illa omnia tanquam umbra, & tanquam nuncius prætercurrens. Tanquam navis permeans fluctuantem aquam; quæ quùm tranſibit, non poteſt inveniri veſtigium, neque via meatus ejus in fluctibus, &c.

Si

Si quis optet igitur, ne idem principibus accidat, an ille peccet, aut hæreticus inde dicendus? An tu D. Paulum ita quoque faceres hæreticum? Num tales cum Chriſto & D. Paulo ex ditione Principum ejectos velles? Non ſpero, nec credo tantum juſtitiæ ſacræ amatorem id expetere velle, aut etiam per Iuſtitiam veram poſſe. Sed gaudeo ſimul, quod in medio furore iracundiam ita frangas tuam, & tibi in concluſione hujus invectionis contrarius eſſe incipias, quod Salomonis ſapientiæ Iſraelitarum felicitatem adſcribas. Sapientia enim hujus Regis in cauſſa eſt, quod tam viliter cenſuerit potentiam ſuam omnem, divitias, labores ſub ſole, & ſervos. *Eccleſ. 2, 4, 5, 6, 7,* &c. feliciqueque tranquillitate ſuos bearit ſubditos.

XXVIII. *An verò non licet Rempubl. amplificare?*

De amplificatione Reipubl. nil quidem explicitè egit noſter Bodinus; tamen paucis hac occaſione eam quoque explicabimus, quùm hæc quæſtio ad eam ſpectet. Pro auctione imperii plurimi ſunt ſolliciti, noctes dieſque in ejuſmodi conatibus conſumunt, ceu audivi incomptos dicere ſæpius adulatores, qui ori Principum potius præſenti, quàm rei veritati placere ſtudent: Quod ſi Principem meum ad dignitatem Cæſaris, aut ex eo Cæſarem ipſum facere poſſem, nihil intermitterem, etiam cum diſpendio animæ & ſalutis ſummæ. Eo ipſo quoties inconſideratiſſimè hoc eloquuntur, ſtatim oſtendunt, quàm nullius conſcientiæ ſint homines, qui omnis pietatis & modeſtiæ repagula ſecum confregerint. Amplificationis autem nomen late excurrit; heîc tamen nil niſi meliorationem importat Reipubl. Atq; ſic varii ejus dantur modi, ut alii ſint generales, alii

ſpeciales, Generales iterum aut naturales aut ſupernaturales, hæc ex benedictione Dei, qui in operibus ſuis eſt undique mirabilis, dependet.

Naturali autem modo maximè accenſent Coloniarum deductionem, de qua ſupra egimus. Speciales autem modi ſunt iterum vel legitimi aut illegitimi. Legitimi rurſus in duplici habentur differentia, ut vel internè augeant, aut externe acceſſorio modo. Interna autem auctio fit vel per familiarum propagationem, vel per peregrinarum receptionem, ut ita augmentum fiat in populo ipſo. Deinde amplificatur quoque Reſpubl. per ærarium, de quo ſupra *cap, 2. hujus lib.* actum eſt. Hinc maximè diſpiciendum eſt, quomodo privatorum bona poſſint ad accretionem promoveri, quod maximè fit per commercia rerum & negotiationes aliaſque induſtriales inventiones per manufacturas, agrorum exculturas &c. unde poſtea miris modis augeri poterunt proventus publici, ut ſplendor imperii quoq; accreſcat in ædificiorum publicorum & privatorum erectione &c. Externè autem amplificatio Reipublicæ accedit, ſi illa dilatetur per ſpontaneam exterorum oblationem, unionem, emptionem, fœdera, dotem &c. de quibus partim ſupra quoque egimus. *vid. Beſol. in pol. lib.2. c.8. n. 39. 40. & ſeqq.*

Maximam autem vim extenſionis territorii potentiores deponunt in quoddam incongruens naturæ Ius, quod bellum vocitant acquiſitionem, id eſt per violentiam. Si igitur hoc loco illud potiſſimum quæratur, uti apparet, num Iuſtum ſit atque licitum regni fines bello dilatare? Meritò hoc attentatum ad media & modos illicitos ſaniores & Chriſtiani Politici removent; velut etiam aliarum inventionum infelices magiſtri, quos verſutos appellant, in confingendis exactionum modis, plurima ſuggerere ſolent,

ſolent, quibus emungant artificiis perfidis ſubditos. Quis nollet hos ſanguiſugas cum bello conjungere, quùm in eadem paritate illegitimationis cohæreant. Rectè igitur omnes ſolidi Chriſtiani hoc negant, bello imperii fines eſſe propagandas, quod etiam multi multis probant, quum nil eſſet aliud quàm grande latrocinium vocitandum. Auguſt. lib. 4. de civit. Dei, & *Lactant. lib. 6. Inſt. divin.* uti plenius etiam ex inferius annexo diſcurſu *Eraſ. Roterod. de Bell.* id videre eſt. *Anton. quæſt. nom. Pol.* 104.

XXIX. *Num etiam hæc Politica propoſitio eſt hæretica, qua ſtatuitur non eſſe præliandum contra Turcas?*

SCribunt quidam, & urgent hoc ſtrenuè, Imperatorem poſſe & id eum decere, ut Saracenis & Turcis bellum indicat pro recuperatione terræ Sanctæ & provinciarum amiſſarum. Ac licet ipſe Carol. V. deciſionem negativam erga Rudolph. Saxon. Ducem in ea conſtituerit ſententia. *Zuing. in theat. vol. 7. lib. 4. p.* 1923. nihilominus tamen *Anton. Fab. d. Cod. lib. 1. tit. 1. prop.* 3. hæreſeos ſuæ anathemate perſtringere gaudet *Luth.* quod ille dicat, Adverſus Turcas præliari, eſſe repugnare Deo, viſitanti noſtras iniquitates per illos. Putat tum quoque hac propoſitione nihil poſſe dici ſtultius, iniquius, & ad totam Rempubl. Chriſtianam perdendam accommodatius. Exinde ſimul hanc ſtultam ſibi fingit conſequentiæ ſuæ concluſionem, Ergo, *inquit*, graſſatores viarum, depopulatores agrorum, incendiarios; hoſtes denique domi foriſque infeſtantes nullus Principum reprimere debebit? &c. Ergonè pugnandum medicis non erit cum peſte, nec providentia rei frumentariæ, & annonæ cum fame; ideo tantum, quod per hujuſmodi afflictiones Deus, non tantum viſitet nos

 & caſti-

& caſtiget; ſed etiam probet, approbet, & perficiat? Quur ergo gladium geſtat Princeps? &c.

Simpliciter heic reſpondet tibi ſtatim, mî Dn. Faber, propterea, quia Dei miniſter eſt, vindex ad iram ei, qui, quod malum eſt, fecerit. *Rom.* 13, 4. Vti & Iehova ipſe gladium cum ea lege tradidit magiſtratui, ut morte ille per hunc plectatur, qui quenquã percuſſerit ita, ut moriatur. *Exod.* 21, 12. *Levit.* 24, 17. *Deut.* 19, 11, 12. Sic verus adhibetur uſus in terminis circumſcriptis officii, non inſo[illegible]ntiæ. Diſtincta non ſunt confusè accipienda mi Dn.; ſed diſtincta accipienda ſunt diſtinctè. Quæſo, qualis ille ſaltus eſt, à Turca ad latronem? An gentes omnes tibi idem ſunt, quod latrones? An non etiam inter gentes ſuæ habentur Reſpubl.? Quid Italia fuit ante introductum Chriſtianiſmum? Quo nomine vocares majores, ſi ſaltem Chriſtiani extra latronum ſtatum conſtituendi eſſent? An verò non etiam heîc pluſquam granditer hallucinaris, dum tot latrocinia in medio committuntur Chriſtianorum orbe?

Quid etiam Chriſtianorum bella aliud quàm mera latrocinia? uti omnes boni teſtantur. Quiſque hoſtem cordis ſui intus ex ſemetipſo excutiat prius, quàm cum extraneo & longè diſſito coire velit in prælio. Quæſo annon bellum à Deo mittitur propter peccata populi, ideoque pœna peccati eſt? *Levit.* 26, 24, 25. *Deut.* 28, 36, 49. *Iud.* 2, 13. & 3, 1, 8. & 4, 1. & 6, 1. & 10, 6. & 13, 1. & 1 *Reg.* 8, 33. *Eſa.* 5, 25. *Ierem.* 5, 15. *Ezech.* & *Amoſ.* paſſim.

Si Deus igitur immittat malum ob peccata noſtra, num tu eum repellas? Aut fortè hæreſeos convincas, qui tecum facere nollet? Nimia certè eſt levitas; in hac hæreſeos accuſatione. Faciat tecum alius, non qui ſolidum profiteri velit ſe Chriſtianum. Italis enim bonus Chriſtianus eſt ſtultus, *ait Luth.*

Ita

Ita omnia ſe rectè habent. Omnium optimè ad hunc locum reſpondet Eraſm. Roterodam. in tractatu infra poſito de Bello, quinam verè in nobis noſtri ſint Turcæ, cum quibus cotidie conflictamur.

CAPVT V.

I. *De quibus rebus in hoc agitur Capite?*

QVùm opinetur Bodinus, quod Monarchia multò beatior ſit futura, ſi ſucceſſorio jure, & extra ſortem, uni tantum maſculo, ſemotis procul fœminis, tribuatur; de eo nunc agit, quomodo talis ſucceſſio in ſtirpe quadam clariſſima obſervanda veniat, ſi caſus aliqui interveniant, ſed etiam de electione prius agit.

II. *Vtrum verò melius, ut ſuffragio potius quam ſucceſſione reges optentur?*

REges à virtutis delectu, non à ſtirpe quærendos eſſe, jam olim etiam non imperiti modò, verum etiam ii, qui ſapientiæ laudibus abundant, arbitrati ſunt. Ipſe Deus ſibi elegit Moyſen primum populi ſui Ducem & præſidem, *Exod.* 3, 7. *Ioſuam, Iehudam Iud.* 1, 2. *Saulum, David, &c.* 1 *Sam.* 16, 4. Ac licet alii contendant acerrimè; tamen non vana eſt eorum ſententia, qui electionem ſui natura præſtantiorẽ putant, firmiorem autem & tutiorem ſucceſſionem, in Republ. turbata. *Beſol. in Pol. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 29.

III. *Quotuplex eſt regnum electivum?*

DVplex. Aut legitima, vel illegitima hæc fit nullis certis legibus votorum. Illa rurſus aut Liberis fit votis, in quamvis perſonam qualificatam

optio; aut modis ſit reſtrictis. Optio libera ex omnibus ſibi liberè ſeligit Principem, unde & hæc electio liberi dicitur voti, quum de quacunque domo, non cives modo ſed & peregrinos adſumat: uti olim militibus Romanis licitum erat, modò civem, modò peregrinum, quem meritis & virtutibus aptum cenſerent, ſine ullo generis intuitu, adſumere pro Imperatore.

IV. *Quid eſt reſtricta electio aut optio?*

QVæ certis conditionibus alligata eſt ad certam hominum ſpeciem, eſtque hæc iterum duplex, vel enim rex eligitur ab extraneis & alienigenis, uti hodiè Polonis via omnis præcluſa eſt ad Regiam dignitatem: vel eligitur ab incolis, nec ullus admittitur peregrinus, qualem legem ipſe Iehova populo ſuo conſtituit *Deut.* 17, 15, *Beſold. Pol. d. l. n.* 30.

V. *Cui ſententiæ Bodinus adſtipulatur?*

ILle ſucceſſionem præoptat, varias ob rationes, quod interregnum anarchiam ereet quandam, priuſquam electio fiat, unde & rapinæ ſæpius ac civilia bella exoriantur; tum quod ferociſſimus quiſque heic dominatum ambire ſoleat; item plures quibus æqua poteſtas; quod peregrinus potius ſua, quam aliena curet; in ſuos agnatos ſit maximè munificus; quod melius ſit naſci potius, quàm fieri Reges; tum quod ſimul regum creatoribus periculoſum ſit, ſi non conveniant ſuffragiis &c. Sed potiſſima omnium eſt ratio, quod is, qui nec diuturnum imperium fore, nec ad ſuos perventurum eſſe, intelligat, rarò ſit ſollicitus de eo fideliter adminiſtrando; ſed potius ſibi vivat & ſuæ crumenæ inſatiabilis; ut exempla ſunt obvia, quæ videmus cotidiè.

VI. *Quid*

VI. *Quid eſt aut intelligis per ſucceſsionem?*

QVando Iure legitimo aut naturali regnum defertur, & id ſucceſſor ita habet à defuncto, ut factum ejus præſtare teneatur.

VII. *Quotuplex eſt ſucceſsio?*

DVplex: Alia eſt hæreditaria, quæ & Patrimonialis dicitur; alia gentilitia, quam & legitimam, ita ſtrictè vocabulo ſumpto, dicunt.

VIII. *Quid eſt hæreditaria ſucceſsio?*

VBi ex teſtamento, vel eo non condito, ex cauſſa inteſtati, ſed habito tantum Iure ultimi poſſeſſoris, hæreditario Iure tranſmittitur regnum.

IX. *Quid eſt legitima ſucceſsio?*

VBi ex legis vel conſuetudinis providentia ſimpliciter gentilitius iſte honos certę perſonæ habetur, non ut hæredi, ſed ſecundum generis vel ſanguinis prærogativam ſumma poteſtas confertur. Sic in Gallia ſimplex ſaltem ſubrogatio primogeniti, vel proximioris agnati, à ſola lege aut conſuetudine, non à proximo defuncto Ius accipientis eſt. *Beſol. d. l. cap.* 6. *n.* 4.

X. *An vero conſuetudo valet, quæ primogenitis attribuit Regnum, excluditque reliquos à ſucceſsione?*

AEquitati non eſſe contrarium ipſa ſucceſſio Salomonis declarat in Sacris. *vid. Aven. in Num.* 9, 20.

XI. *At ſi naſcantur gemini, cui prærogativa debetur?*

PRærogativam etiam ſic primogenito deberi, ac perſpicua probatione teſtatum relinqui oportet.

vid. Aven. d. l. quæſt. 20. *&* 21. Nec tantum primogenito imperium debetur; ſed etiam mortuo proximoque, cui ſecundum gradus uſque ad infinitam poſteritatem, &c.

XII. *An fœmina in ſucceſſione regni admitti debet?*

NOn tantum Reipubl. ſed etiam familiæ dominatum fœminis eripuit lex divina. *Gen.* 3, 16. *Eph.* 5, 22. *Iud.* 11, 4. *l. fæmin. ff. de reg. I. l. cum præt. ff. de Iud. l.* 1. *ff. de poſtul.* unde abſurdiſſimum eſt, fœminam ſceptra tenere, quum non poſſit virorum muneribus implicari. Ne verò contingat extraneo populos ſubjici in caſu neceſſitatis, jure naturæ & legibus admittuntur ad ſucceſſionem. *vid. Aven. d. l. q.* 31.

XIII. *Quæ ſententia eſt heic Bodini?*

TAmetſi, ait, pernitioſum ſit reges ſuffragio creare, ubi Ius ſucceſſionis valet; probabilius tamen eſt ſubire electionem, quam perpeti Gynæcocratiam: Quoniam ſi Regina peregrino nupſerit, peregrinis legibus, moribus, religione, inſtitutis populum imbuet, ac peregrinos honores ac imperia largietur.

XIV. *Nonnè igitur civi nubat potius?*

LOnge commodius eſſet; ſed res eſt inexplicabilis, quum non careat odio, invidia, nec facilis ſit ſubmiſſio fœminæ, quæ ſemper altiora ſpirat amando: nec tam facilè reginarum, quàm regum connubia conciliantur, tum inverſio eſt jurium ſi uxores maritos jubeant ſe ſequi.

CAPVT VI.

I. *Quænam ſumma eſt hujus Capitis?*

COncluſionem totius hujus tractatus tandem Auctor in Iuſtitiæ exercitium conjecit, qua omnium

nium Rerumpubl. poſt Deum, fundamenta niti rectè affirmat. Fruſtranea enim omnis eſſet Societatis communis converſatio & combinatio, niſi tuto ad Iuſtitiæ ſubſidium confugere ibi eſſet datum, ſi quid malitia hominum in nos committeret. Ideoque ut Reipubl. omnis commendatio & memoria eo gratiori effectu affulgeat nobis, finem in eo conſtituere voluit, quo nihil, ſive ad utilitatem ſpectes fructuoſius, ſive ad animi voluptatem jucundius nobis accidere poteſt, ut ipſe loquitur.

II. *Quid eſt Iuſtitia?*

VTi heîc accipitur, eſt pœnarum ac præmiorum earumque rerum, quæ cujuſque propriæ ſunt, æquabilis diſtributio.

III. *Iuſtitia unde ſumitur aut dependet?*

QVàm proximè ex Iure & conſtitutis ejus videlicet legibus, quum in eorum eſſentia ſit radicata, & vigore tali expeditum reddat, quod ad ejus executionem pertinet.

IV. *Quid per Ius heîc intelligis?*

IVs nihil aliud heîc eſt, quùm ipſa veritatis jure conſiſtens rectitudo ac bonitatis æquitas, ſecundum quas ſua quiſque ficta in actionibus cunctis exprimere debet. Inde *Iſidor. lib.* 5. *c.* 3. Ius dictum vult, quia juſtum eſt. Omne autem Ius legibus & moribus conſtat. *Peroll.* Ius quaſi Iuſſum dicit. Nihil enim aliud eſt jus, quàm quod vel natura, vel civitas, vel populus, vel gens, vel conſuetudo jubet. Imò potius, quod ipſe Iehova præcipit & conſcientiis mortalium inſcripſit. Deus enim Ius ſuum in ſe habet, ut cujus eſt ſanctiſſima natura, & qui dominiũ habet in omnia, utpote qui omnis eſt in omnibus ſolus. Itaq; hinc id creaturis initiò in creatione ſtatim impreſſit; ac deinceps quoque Verbo ſuo expreſſit.

V. *Quotuplex eſt Ius?*

LIcet uniforme ſibi ſit, tamen quum actionibus hominum debeat exprimi & ex ſe manifeſtari, proinde aliud eſt in perſona conſideratum, ut ibi jus ſit adhærens perſonæ neceſſitas vel poteſtas recta ad aliquid agendum, omittendum aut permittendum; quod inde Ius activum quaſi dicunt. Deinde aliud eſt rei in ſeſe, quæ ita exprimitur, ut agi recte poſſit, omitti, aut permitti, ut ſit quaſi paſſivum quoddam productum.

VI. *Quid differunt inter ſe Ius, Lex & Æquitas?*

LEx Dei omnis Iuſta eſt ac naturæ inſcripta; at leges humanæ ſæpiſſimè fallunt. *Ius* autem eſt illud, quod in lege jubetur, vel permittitur: *Non-Ius*, quod vetatur. Aſt *Lex* eſt illud inſtrumentum juris, quod ejus inſcriptionem jubet, permittit, vel vetat, ut norma iſtius rectè in actionibus obſervetur. Sed *Aequitas*; velut ab εἰκω adſimilo eſt, & æquare eſt Græcis ὁμαλίζειν aut ἰσόειν parem facere; rationis moderationem inducit inter illud quod nimis rigidum apparet in Iuſtitiæ ponderatione & legis ipſius, ut quaſi mitigatione durum complanatum reddat.

VII. *Quid igitur propriè Lex eſt?*

EIus acceptio quidem varia habetur, ut ſit vel ſententia quid præſcribens; vel Iuris præſcriptum determinans; vel etiam pro ipſo Iure accipitur, metonymicè; vel per Synecdochen ſpeciei, pro quavis norma vel regula agendi, ceu & artifices ſuas habent regulas: Item pro conditione Iuſſionis alicujus, &c. Quùm verò ipſam Iuris naturam non introſpicerent multi, factum inde quoque eſt, quod tàm varias Legis definitiones ſibi confecerint. Hinc alii dicunt

Legem,

Legem, quod ſit ratio, quæ jubet facienda, & prohibet contraria: Alii, quod ſit conſtitutio ſcripta: Alii quod ſit Iuſſum, à ſumma poteſtate promulgatum: Alii, quod ſit regula vel faciendorum, vel omittendorum, ad ſalutarem Reipubl. adminiſtrationem facientium. ICtis *in. l. 1. ff. de legib.* dicitur commune præceptum virorum prudentium, Conſultum, Communis Reip. ſponſio. Sed quùm hæ partim figuratæ ſint locutiones, partim nec omnes leges exprimant, nec ipſum fundamentum depromant; ſuis auctoribus relinquemus. Omnium autem vaniſſima eſt, qua Lex oratio prudentis dicitur, quæ ſecundum rectam rationem conformia jubeat. Quanta ſtultitia heîc ſubſit, ſupra declaratum eſt, ubi de cæcitate rationis egimus, nec Lex in oratione prudentis conſiſtit, quia non tangit Ius radicatum in Dei voluntate ad naturæ præſcriptum. Quippe omnis homo mendax, niſi in Dei voluntate inveniatur. Prudentia quoque mundi an non fallat? Longè rectius heîc Cic. quid vidit, & illis omnibus in eo præferendus, licet ethnicus fuerit. *l. 2. de ll. ita ait:* Hanc video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam; Legem neque hominum ingeniis excogitatam, neq; ſcitum aliquod eſſe populorum, *NB.* ſed æternum quiddam, quod univerſum mundum regeret, imperandi prohibendique ſapientia. Ita principem Legem illam & ultimam *NB.* Mentem eſſe dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis *NB.* Dei, ex qua illa Lex, quam dii humano generi dederunt rectè laudata, &c. En ita ex fundamento ſuo legem producit originali, ut in eo Mentem Dei exprimat æternam, quæ inde non eſt flectenda, ſed ſuam habeat firmitudinem: unde & ita tandem hanc definitionē deciſivam quaſi ſubnectit, dicens: Ergo eſt *Lex* juſtorum ac injuſtorum *NB.* diſtinctio, ad illam antiquiſſimam & rerum omnium

nium

nium Principem expreſſa naturam ; *NB.* ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, defendunt & tuentur bonos, &c. Falſum igitur eſt, quod illi ſolum ad civilem externam aliquam formam velint Legem detorquere.

Quid enim ſit lex, niſi Ius Dei nobis præſcriptione ſua detegat? An non contingat hinc omnes aberrare, qui ſaltem nudis præceptis prudentum velint niti? Pudeat itaque omnes tantæ inutilis phantaſiæ, qui ſe Chriſtianos volunt, nec pietatis ullius rationem ineant principaliter. Quis autem tam inſanus ſit inter mortales, ut rebus æternis, & iis, quæ extra nos ſunt, leges velit præſcribere, quæ per ſe impoſſibilitate ſua laborant? Sed id omninò obſervandum eſt, ut Iuri divino & naturali maximè inſerviant ita, ut neq; explicitè aut implicitè cum eo quid pugnæ foveant. Id, verò præcavere, ac omnia ad nutum Dei mandantis concipere, proprium eſt munus legiſlatoris, ut dignus ſit exitio, qui illud non curet antè omnia fideliter, quomodo Deus omnibus modis nobiſcum & in noſtra Societate civili colatur & ametur ante omnia; non ad placitum noſtrum opinionis vanæ, ſed ad Verbi cœleſtis lumen & inſtinctum: Hoc enim Deus jus ſibi à nobis exigit, & id non ſaltem nobis noſſe dedit, conſcientiæ inſcriptum; ſed etiam & poſſe per Chriſtum aperuit ac ſubminiſtravit.

Omnes itaq; leges, quæ ex hoc fundamento non pullulant, nullius ſunt momenti, & Reipubl. magis noxiæ, quàm proficuæ: Quippe uti Dei ſapientia ſanctitas ac poteſtas, eſt norma, ad quam totius univerſi conſtitutionem compoſuit, ita quoq; in opificio ſuo vult undiq; repræſentari, quod mundani prudentes nullatenus intelligunt, nec præſtare valent, niſi in Chriſto verè ſint renati, ut Spiritus Dei illis ſit manuductor; velut nec civiles leges quid valent, ſi hoc fundamento

fundamento careant. Quapropter juxta reſpectum hujus fundati dictaminis, Lex nil aliud eſt, quàm inſtrumentũ illud Iuris (uti paulò antè diximus) quod ejus inſcriptionem jubet, permittit aut vetat nobis, ut norma ſancta iſtius in actionibus cunctis pro ſalute publica obtinenda, piè obſervetur. Sic lex humana recte divinæ ſubordinatur; aliàs nihil ſani ſed meros præcipit errores & ſeductiones; ceu ex fine legum id apparet; Ac ipſe *D. Plat. de ll.* 6. vidit id olim, quod Religio vera bonarũ legum origo ſit & eſſe debeat.

VIII. *Quis igitur eſt ſcopus legum?*

REſpectu hominum *Iſid. lib.* 2. *c.* 10. id ita determinat; Factæ ſunt leges, inquit, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, amorq; proximi in pietate floreat; & in ipſis improbis formidato ſupplicio, refrenetur nocendi facultas. Legis enim præmio aut pœna vita moderatur humana. Erit autem Lex honeſta, juſta, poſſibilis, ſecundum Ius Dei, ſecundum naturam, ſecundum conſuetudinem patriæ, loco, temporique conveniens, neceſſaria, utilis, manifeſtaque, ne aliquid per obſcuritatem captionis contineat, non ſit multiplex, nec ullo privato commodo; ſed pro communi civium utilitate & ſalute publica conſcripta. Quibus omnes conditiones legum ſunt incluſæ.

IX. *Quænam eſt diſtinctio legum?*

VAriæ quidem habentur diviſiones: Si finem ſpectes, alia refertur ad bonum publicum & commune, alia ad ſingulare & cujuſque privati ſalutem. Si cauſſam efficientem; alia divina, alia humana; Si durationem; alia æterna, alia temporalis. Item; alia mutabilis; alia immutabilis &c. Divina lex iterum dividitur in moralem, quę eſt de actionibus virtutum internis ac pietate ipſa: In Ceremonialem, quæ eſt de

actionibus

actionibus externis præfigurationem Chriſti in typo declarantes; quùm Ceremonialis lex euangelicarum rerum pictura eſſet: & Iudicialem, actiones juſtitiæ in vita civili determinantes; quæ ita fundamentum legibus humanis ſubſternunt, unde & naturales & poſitivas ſive Civiles ſubdividunt. *l.pen.ff. de Iuſt. & Iur. tit. Iuſt. de Iur. nat. gent. & civil.*

X. *Quibus mediis utitur Iuſtitia in diſtributione ſua?*

PRoportione, quam triplicem facit heîc auctor, Geometricam, quæ ex rationibus magnitudinum inter ſe ſimilium conflatur inæquali exceſſu: Arithmeticam, quæ uſquequaque & progreſſione & exceſſu æqualis eſt: Harmonicam, quæ ex utriſque inter ſe artificio mirabili confuſis & colligatis, utrique tamen diſſimilis exiſtit, quùm æquitati inſerviat; plebs verò æqualitatem amet, & optimates geometricum proceſſum.

XI. *Num Reſpubl. non poteſt ſine legibus regi?*

DEs tu mihi homines, qui ab odio, ira, ſuperbia, invidia, avaritia, ambitione & ejuſmodi vitiis ſint vacui, careantque affectibus malignis, tunc corpus Reipubl. quoque non indigebit legibus; ſed omni conſtabit ſibi tranquillitate ſanum, nec acerbitate pœnarum ulla erit opus. Quum verò heîc cujuſvis hominis non tantum ſit errare; ſed etiam granditer & malignè peccare cuiq; promptiſſimum, nec raro perſeverare mali in propoſito pergant, neceſſe eſt lex directrix ſit morum. Imò ipſe Iehova, quum in ſuo populo conſtitueret Rempubl. leges adhibuit, quarum tamen toties tranſgreſſores deprehendit, ut publica pœna eos cælitus coercere coactus ſit. Vnde etiam legum auctoritatem ipſi ethnici à Diis ſuam accipere ſe gloriabantur. *Valer. Max lib. 6. Q. Curt. lib. 4. de Reb. Alex. Plat. in Protag.* Tum

quoque

quoque ipſe Magiſtratibus lex poni debet, quùm ſæpius gratia, vel odio, vel ſordibus oculos ita occæcatos habeant, ut nullam Iuris ac Iuſtitiæ lucem intueri poſſint: Nec minus lucerna quadam eſt opus in *ll.* ut vel imperiti in denſiſſimis humanarum actionum tenebris dirigantur, vel ſcelerati metu pœnarum terreantur, ut à facinoribus fiat avocatio juſta & ſevera. Vnde rectè *ait D. Plat. 6. de ll.* Leges abſque Magiſtratu inutiles.

XII. *An verò ex æquitate Princeps non regere poteſt?*

AEquitatis verbum, quùm ad eos refertur, qui Majeſtati præſunt, ipſarum legum civilium abrogationem, aut derogationem, aut ſubrogationem, aut obrogationem innuit quidem; ſed quùm ad magiſtratus ac Iudices fiat relatio, non ea facultas adeſt. Competit enim omnibus legum obſervantiam tenere. Ac ne interpretatio legis admittatur alia, quàm ut inde ſaluti conſulatur publicæ. Itaque Magiſtratus de legibus dubitantes, principem toties conſulere oportet, quoties ambiguitas eſt.

XIII. *Si Iuris & facti quæſtio ſit dubia, cui competit interpretatio, aut unde ſupplenda ambiguitas?*

EXpreſsè id habet textus *Deut.* 17. 8, 9, 10. quod vel pontifici, vel ei, qui à Deo princeps Iudicum ſelectus eſſet, unde & hodiè Principi ſumma id interpretandi jus manet; ſi verò longiſſimis locorũ intervallis remoti ſint principes à magiſtratibus, ut dilatio moram periculi afferat, ſententiam æquabilem ſalva lege ſequi oportet. *l.* 1. *parag. fin. qui. ff. de exercit. non aliter. ff. de legat.* 3. *l. ea quo paragr.* 1. *ff. de R. I.* Neque enim Magiſtratui de lege, ſed ſecundum legem judicare neceſſum habet, aut infamiæ notam ſubit. *l. ſervos. ff. ad l. Iul. de adult.* Oportet enim Iudicem viri boni & innocentis officio fungi. *l. cætera ff. famil.*

ed by Google

ff. famil. herciſcund. Bart. in extrav. ad reprimend. Verb. videbit. Bald. in l. ſi quando ff. de inoff. teſtam. Panorm. Felin. in c. 1. de conſt. extr.

XIV. *An non potuit Bodinus diſtinguere inter Æquitatem & Iuſtitiam?*

ITa ſunt aliqui ſanè, præ nimia libidine quidvis reprehendendi, penitus occœcati, qui tamen ſummos ſibi domi ſe ſapientes putant ſuæ, ut non potuerint id deprehendere, quàm undique accuratus in ea fuerit diſtinctione Author noſter. Non certè tam abſurdus is fuit, niſi ipſi potius abſurdos agerent Iudices maligni. Vnde enim harmonicam proportionem ſeparat à duabus reliquis? Et quur non vult æquitati minus locum dari poſſe, ſi ſit res gravis & lex apertè jubeat aliter? Quur cum legibus divinis & humanis pugnare, *ait Alex. ICtus*, quod judici ultra *ll.* quid poteſtatis in judicando adſcribat? Sophiſtica eſt cavillatio, & homine ingenuo indigna: Imò aperta nugatio.

XV. *Num ſumma Iuſtitia interdum ſumma videtur injuria?*

HOmini iniquo nunquam quid rectum apparet. Quomodo juſtitia vera ad injuriam poſſit alicujus flecti. Eo ipſo enim, quo flectitur, non amplius juſtitia eſt, ſed injuſtitia: ſi injuſtitia; tunc quoque ab injuria alterius, cui Ius flectetur, non poteſt abeſſe. An poſſit Iuſtitia injuſta dari? Quod ſi leges ſint injuſtæ, non tamen propterea Iuſtitia vacillat. Leges injuſtæ tunc erunt corrigendæ; atque hoc eſt, quod *l. 8. C. de Iud. l. 15. l. 90. l. 183. ff. de Reg. Iur.* volunt. Ideo anteà dictum eſt, quod hominum leges extra Verbum Dei vagantes, mendacia ſæpè pro veritate habeant & ponant. Deus undiq; verax permanet in Iure ſuo. Indè ait David. Iuſta ſunt tua Iudicia

Iehova.

Iehova. *Pſ.* 19, 19. & 119. 75. Purus ille eſt, quando judicat. *Pſal.* 51, 6.

XVI. *An non intellexit Bodinus, quid inter ll. & privilegia interſit?*

QVibus calumniari alios voluptas eſt, ſemper perverſè rem quamvis in bonis judicare gaudet. Nimirum hoc mordet homines, quod vir uſu longo rerum exercitatiſſimus multa viderit præ aliis, quæ ab iniquitate ſumma liberare ſtuduit fideliter. Quam ob rem, quùm non poſſint aliter, etiam manifeſtè falſa urgere non deſinunt. Num viro tanto potuerit eſſe incognitum, quod privilegia ſint juris ordinarii derogationes *ex l.* 16. *ff. de ll.* An non ſupra *lib.* 1. *c.* 10. ſatis expreſsè poſuit diſcrimen inter legem, privilegium & Edictum; Item Senatus conſultum & Plebiſcitum? Liceat mihi cum Cicerone heic loqui. Tu plus edicto complecteris, quàm lege.

XVII. *Num Bodinus omnia ex æquitate, & non ex Iuſtitia proficiſci putat?*

EGregiè iſti homines hoc obſervant: Calumniare audacter, ſemper aliquid hæret. Quùm non poſſint aliter nocere bonis, & de Republ. Chriſtiana meritis, hoc intendunt ſemper, ut eorum ſcripta non tantum ſuſpecta faciant, ſed etiam nugis ſuis è manibus juventutis excutiant, ne veritatem acutioribus oculis introſpicere diſcant, & illi ſoli interim in furtiva ſua ſapiētia ſolium quidvis cenſendi & judicandi occupent, quaſi nemo ſit, qui hiſcere in theatro eorum audeat, niſi ſit paraſitus in regno phantaſtico Stagaritarum natus. Nimirum hoc ægerrimè ferunt, quod vir iſte longè prudentiſſimus, narriſtotelica pharetra noluerit undiq; cinctus incedere, ac ſimul cum illis eundem ſibi aſſumere deum peripateticum tenebricoſæ illius ſapientiæ. Inde indignationes tàm fortes

fortes in hunc virum quavis occaſione effundunt, nec ſine injuriarum ſæpius accumulatione expuunt. Quæſo, in quonam fundamentum Iudicii conſiſtit? An in facti cum legibus collatione? vel in nuda æquitatis cenſura? Si factum aliquod aut caſus non debeat ad legum pronunciationem referri, fruſtra erunt leges conditæ & latæ. Fruſtrà ibi ſollicitus es de legibus, ubi omnia ex æquitatis arbitrio dependent. Nulla itaq; foret Iudicii ullius certitudo, ubi nil legibus eſſet alligatum certis. Si neſcis, duo ſunt, quæ heîc Bodinus proponit. Vnum, quod non magis legibus ſingula contineri poſſint; quàm infinitū quoddam & immenſum ab eo, quod finibus exiguis eſt concluſum. Deinde alterum eſt; ſi lex ad propoſitam cauſſam accommodari ſine injuria non poſſit, quod tunc temperanda ſint Iudicia juſtiſſimis magiſtratuū decretis, ut Paulus reſpondet *l. 86. ff. de R. S.* quùm ſit cavendum ne quid abſurdum aut iniquum ex interpretatione legis ſequatur. *l. Salvius ff. de legat. præſt. l. quamvis ff. de in Ius voc. l. quæ ſit ff. de teſtam. l. ita vuln. ff. ad l. Aquil. paragr. penult.* Et cuinam Ius eſt datum, ut leges emendare, ſupplere, & interpretari poſſit? An non Prætori urbano? *l. 1. ff. de leg. Bald. ind. 1. paragr. ſi is. ff. de exercit.* An non igitur hinc ſatis clarè conſtat, quod magis legibus & Iuſtitiæ vigore, quam æquitate nitatur? Imò, Iuris & æquitatis quæſtio graviſſima eſt, inquit, ſi lex interpretatione violatur. En, tàm accuratam juſtitię curam in legibus adhiberi cupit, ne alicubi devietur à veritate juris. At ſi quid non benè conveniat, tunc moderationi locum quidem, ſed non ſine judicii ſale, cedit. Proindè rectè ait: Sic enim harmonica ratio poſtulat, ut inter locupletes & egētes geometria *NB.* quodammodo eluceſcat; in cæteris æqualitas arithmetica: quarum altera judicum religioni, altera legum poteſtati

poteſtati relinquatur. Quid heîc juſtius poteſt dici, aut cenſeri, quam ut proportio juſta in mulctis obſervetur? Quare cavillari deſinant, vel potius calumniari, qui ipſi non velint eſſe in bonos iniquiſſimi.

XVIII. *Num verò Bodinus pro æqualibus factis numerat, quæ minimè ſunt æqualia?*

QVàm inverſo modo iterũ cum Bodino procedatur, id ex antecedenti ſatis patet queſtione. Quid non impudentia audet tentare! Culpant nimirũ hunc virum optimũ, ut ſemetipſos maximè prodant, quàm inconſtantes, vel poti⁹ ſibi contradictorii ſint Etenim ipſi ęqualitatẽ pro fundamẽto ponunt, quod magnus ita ſit judicandus uti parvus, & nulla acceptio eſſe perſonarũ debeat. Hoc verũ eſt axioma ex ipſo verbo Dei petitum. Nihilominus & contrariũ ejus volunt verum eſſe hoc; aſſerendo: Duo ſi faciant idem, non eſt idem; Non quod diſſimilis res ſit, ſed quod is, qui facit, dignitate, aut ætate, & ſtatu ſit major. Quæ verò major inconſtantia poteſt prodi? Fluctuant & vacillant ſemper, & tamen ſuam propriam culpam in alium transferre cupiunt. Dum ſuum phantaſticæ ſapientiæ magiſtrũ & patronũ ita pertinaciter defendere laborant abſq; fundamẽto, coguntur ſemetipſos confundere. Si idem factum in duobus, non debeat eſſe idem, quum perſona hæc ſit major, altera minor, qua pœna volunt hunc præ altero affici? Si legẽ conſulas æqualitatẽ ſanè ſtatuet, quùm neminem velit exemptũ. Attamen heîc debet mediũ inveniri. An non hoc proportio temperata ſive harmonica largiatur? Vnde autẽ conſtabit ea ſi non debeat inquiri in qualitatem facti & qualitatẽ perſonæ? Certè ſatis indicat ſe nullam judiciorum uſu diſciplinam habuiſſe aut intellexiſſe, dum negat Ariſtot. inquirendum eſſe in facinoroſũ, num probus aut improbus fuerit. An non dolus, aut proæreſis & caſus fortuitus multum inter

ſe

ſe diſtant? Sunt enim ſcelera non ex eventu, ſed ex animi cujuſq; propoſito metienda; tametſi conatus animi levius puniri debet, quã ſi effectus adſit. Et qui ex inſidiis quē occidit, gravius peccat, quam qui iracundiæ impetu; & qui clam noctu, quàm qui palam aut interdiu. Gravius etiam puniendus eſt medicus, qui venenũ miſcuit, Iudex qui injuriam intulit; ſacerdos, qui ſacra expilavit; tutor qui pupillã ſtupravit; princeps qui fœdus violavit. Quarũ enim rerũ cuſtodes ac vindices eſſe debemus, ſi ab officio ſeduci nos patiamur, ſeverius plectendi ſumus. *l. presb. C. de epiſc. l. ſi quis decur. ff. de falſ. l. quad. ff. de pœn. Din. Bald. Sal. in l. nemo ff. de ſum. trin. Bart. in l. 1. C. de condit. li.* 11. Ideoq; fruſtra quæritur, an nobiles mitius puniendi ſint præ ignobilibus. *Aven. nom. pol. q.* 88. *&* 91. Nam quo major eſt quis, qui peccat, eò graviorē meretur pœnam, quum bis ſic peccetur, & facto & exēplo. *Cic. de ll. & in Catil.* 1. *l. eos qui ff. de pœn.* Velut etiam ipſe Chriſtus ex hac proportione pœnas infernales & ipſius Iudicii graviorē ſententiam pronunciat. *Matt.* 10. Ac ſervus qui voluntatem Dn. novit, nec eam exequitur, multis verberibus plectatur. *Luc.* 12. Veluti & tale judiciũ exerceri debet abſq; reſpectu perſonarũ. *Deut.* 16. *Exod.* 18. *Lev.* 19. *Deut.* 1, 16. *&* 25, 1. *Amoſ.* 5, 15. *Mich.* 6, 8. *Zach.* 7, 9. *&* 8, 16. *Ioh.* 7. 24. Velut etiam ſuperbia aggravat peccatum uſque ad mortem, *Num.* 15, 30.

XIX. *Quæ eſt vera ſententia Bod. in hac ambiguitate?*

OPtima eſt ſententia ejus, & maximè in dilectionem proximi directa: Vult enim hoc, ut in delictis ante omnia ſecundum qualitatē hominis & facti conſtituatur pœna. Atq; ea qualitas quùm non poſſit ab omnibus legibus determinari, proinde vult, ut heîc in executione rerũ Iudices ad proportionē harmonicã id perficiant. Neq; enim harmonica ratione (quum utriuſq; & geometricæ & arithm. ſit particeps) plus

illuſtribus

illuſtribus perſonis tribuitur, quàm obſcuris, tametſi pleriſq; contrà videatur. Argumento ſit illud, quod locuples ejuſdem peccati reus ac tenuis gravius mulctatur: quanquam non gravius hic quam ille; ſed uterque æquabiliter pro facultatibus & fortunis. *l. properan. C. de Iudic. Cyn. Alber. Bald. in l. nemo ff. de ſum. trinit. 7.*

Ipſa natura quoque hoc dictitat, teneros, debiles, valetudine ſeniore afflictos non acerbius eſſe caſtigandos præ robuſtis, quod injuſtiſſimum alias foret. In ſumma, lex iniqua debet videri & pœna iniqua, quæ magiſtratui moderandæ aut exacerbandæ legis pro cauſarum varietate adimit poteſtatem. Pleni ſunt Iur. Conſ. libri, plena antiquitas, plenæ leges, quibus intelligitur harmonicas Iuſtitiæ rationes ad privata perinde ac ad publica judicia eſſe adhibendas. Igitur & in legibus ferendis, & judicandis litibus, & in Republ. moderanda harmoniam illam, quoad ejus fieri poteſt, tenere oportet, ſi Iuris ac Iuſtitiæ vim recte tueri volumus.

XX. *Quid de talione ſtatuis, quid ea eſt?*

TAlionem referre, eſt æqualia peccata pœnis æqualibus, gravia quidem graviter, mediocria mediocriter, levia leviter coërcere. De ejus lege agitur *Gen.* 9. 6. *Exod.* 21, 24. *Levit.* 24. 20. *Deut.* 19. 19. 21. *Matth.* 5. 38. ubi Chriſtus vindictam omnem ſuſtulit privatam. *Vide Aven. in nom. q.* 69.

XXI. *Quid de ll. multitudine ſentit Bodinus?*

EAm extremè deteſtatur, atque optat, ut pauciſſimis legibus civitatis ſtatum Magiſtratus omnis tueatur, ſi velit integer, pius & prudens dici: quùm verſuti homines in ſerendis litibus nullum caput legis, nullum verbum, nullam ſyllabam ac litteram

intactam linquant, ex qua argumenta aut vera aut veriſimilia ad litium propagationem exprimere non poſſint. Qui igitur legum multitudinem invexerunt pro litibus finem imponendis, Herculem in Hydræ capitibus amputandis (ut dici ſolet) imitati ſunt. Num una lite reſecta, ſeptem renatas videmus ex illa verborum ac rationum ſine ratione farragine, quę legibus ſuadendis admiſcetur. Rectè Seneca. Nihil, inquit, mihi videtur frigidius, quàm lex cum prologo: Iubeat lex, non ſuadeat. Vnde rectiſſimè *Plato 3. de ll.* quod ex ll. multitudine noſcatur multitudo litium. O in quantum igitur nobis deeſt dilectio proximi; aliàs ſufficerent leges Chriſti ſatis *Matt.* 5. & 6. & 7. & 10. & 22. *Ioh.* 13. & 14. & 15. & 16. *Roman.* 12. & 13. & 14. & 15. *Gal.* 4. &c. *Phil.* 3. *Col.* 3. & 4. &c.

XXII. *Num forenſes leges Moſaicæ neceſſariò in Chriſtianorum politia ſunt obſervandæ, & adhuc nos obligant?*

Ex fundamento Verbi Dei omnes leges ſumendas eſſe, ſupra eſt explicatum. Quare mirum eſt certè, quod tanta cœcitate adhuc laborent homines, ut velint heic ſibi dubiũ aliquod fingere, & hoc quidem adeò, ut non vereantur quid pro legibus ethnicorum uſurpandis potius in Rep. Chriſtiana, quàm legibus Moyſis, prophetarum & ipſius Chriſti concludere. Exhorreſco ſanè heic ad nimis temerarium judicium multorum. *Ger. Cent. Pol. dec.* 5. *q.* 7. *Aven. nom. Pol. q.* 65. & 66. *Chr. Matt. diſp. Pol.* 4. *diſq.* 2. *Rem. Kon. Pol. part.* 2. *c.* 3. Rectius agit *Heid.* in hoc, & palmã præripit aliis, quod primas partes heic S. Script. deferat quidem; ſed nihilominus in ſequentibus ambidexter fiat. An lex Chriſti, quam tanta cura toties repetendo nobis Salvator unicus noſter inculcat, nõ

ſit

ſit adeò firmi & fixi Iuris, ut perpetuū maneat fundamentū? Ait enim: Hoc eſt NB. mandatum meum, ut diligatis vos invicem, ſicut vox dilexi. *Ioh.* 15.12. Tali perfecto amore debemus noſtrum proximum proſequi, ut non ſaltem inimicos diligamus, *Matt.* 5. 44. ſed etiam pro iiſdem mori cupiamus, ceu Chriſtus nobis id exemplum dedit. Non ita multis foret opus legibus, ſi in hac ritè fundati viveremus lege, & præcepto æterno. Quid verò ethnicis de tali fundatione Chriſtiana cognitum eſt, ad quam omnes leges recurrere debent? Quid conſtat illis de vera pietate? Et tamen in ultimo die in ea lege & ex hac lege judicium ſuum ſumet & exercebit Chriſtus, atq; ſecundum eam ſententiæ pronunciationē formabit. *Matt.* 25. Eſtne verò qui hoc magnoperè curet? Heic non adeo magna diſputatione & diſquiſitione eſſet opus, ſicut videmus, quod Iur.Conſ. ob legum ſuarum ethnicarum obſcuritatem, ambiguitatem & copiam, tot interpretationes, gloſſas, commentaria conſcribant, tot congerant concluſiones, deciſiones, obſervationes, problemata, Inſtituta, &c. Quæſtionum intricatarum infinitos cumulos, ut mundus ex iis confuſis tricis ſe explicare nequeat, quùm tamen via Chriſti prompta paucis præceptis comprehenſa & plana ſit, modò nos perditis proprię voluntatis motibus exuere, rationem captivare, carnem mortificare, & Chriſtum ingredi ritè velimus.

Nulla difficultas heic eſt, niſi quod nos ipſi nolimus Chriſto ſacrificare, & obedientiam præſtare. Putamus ſtolidi hoc ſufficere, ſi ſaltem magnifica verba de Fide, & quomodo ea ſit fiducia fidelis jactare poſſimus ore noſtro altiloquo, etiamſi cor ſit intus ſceleratiſſimus nequam. Quid curet Iehova tàm perfidos dupliciſtas. Filii ſanguinem ſui non vult fruſtra effuſum; eò gravior erit pœna in omnes æternaliter

 duratu-

Digitized by Google

duratura, quò minus ejus curamus leges. Arbor mala, quę non fert bonos fructus exſcindetur, & in ignẽ conjicietur. Ignis æternus cuique ſua recompenſabit facta; nec quid proderit glorioſa jactantia oralis & lingualis Fidei. Regeneratione heic opus eſt, ut opera fidei præſtes. Totus homo ad hoc negotium requiritur ſacrum; non nuda habitualis aut opinabilis rationis animalis Fides: homo internus eſt, quem toties notat exprimitq; D. Paulus. Nihil eſt, quod Chriſtum tuis fucoſis & fictis quæſtionibus heic naſo ſuſpendere labores, dubium hoc mundo movens; An opera Fidei neceſſaria ſint ad ſalutem? Nil quicquam heîc tibi ulla erit diſtinctio, quod opera tantum opinionis mentalis, quæ pœnitentiam expediant, ſint neceſſaria, reliqua externa minus. Non opinio carnalis fidei, ſed factio fidei beatos reddit & ſalvos. Non quiſquis dicit mihi Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris, qui eſt in cœlis. *Matt.* 7. 21. Quid curat ſcire tuum, aut diſputationes tuas ſyllogiſticas, niſi corde ita ſis renatus, ut peragas illud quod jubet? Quid herus ſervum curat, ſemper Domino ad os blandientem, & operibus cunctis in æde vacantem? Nonnè eſt iſte duplex nequam? Beatus ſervus ille, quem, quùm venerit Dominus ejus, invenerit ita NB. facientem, ait ipſe Chriſtus. *Matth.* 24. 46.

Perquire omnes Prophetas, Moſen ipſum, perſcrutare Chriſti vitam, ſermones, præcepta, & Apoſtolorum monumenta; quur Iehova populum ſuum, tàm ſeverè punivit & variis afflictionibus affecit? nonnè quod ſe cum gentibus ethnicis miſcuerint, & eorum mores addidicerint? *Pſ.* 106. 35. 41. Nonnè quod factores Verbi haud fuerint ejus? Nonnè & propterea ſceptrum regale iis eripuit, & in captivitatem Babylonicam tranſmiſit: denique per univerſum orbem diſſipa-

diſſipavit. *Lev.* 26. 38. An nos Iudæis ſimus meliores? An non eandem exequatur in nos pœnam, ſi nudi orales velimus eſſe Chriſtiani, & hypocritæ, ethnicorum more viventes, & eorum colentes Leges, quaſi Chriſti verbo & lege meliores, nunquam verò Fidei veritatem facto, operibuſq; cordis renati ingredi velimus? Sed novi, quem fucum heic iterum Chriſto fingere cupias, objiciendo ſcilic. hoc nobis, Si homo velit bonis enitere operibus, quod hoc in Chriſti contemptum vergat, ejus meritis præripiat ſuum ſplendorem; quaſi ipſe non ſatis plenè perfeciſſet Patri pro nobis ſatisfactionem.

Quæſo, ô homo, quiſquis es; num meritis tuis velis cœlum & regnum Dei in tuam poſſeſſionem pertrahere? Quid tibi imaginaris? An neſcis quod per naturam tuam debeas repræſentare eum, cujus imaginē fers ex creatione tibi indutam? An neſcis, quod in creatione per naturam tuam ſingularem ſis à Diabolo ſeparatus? An neſcis quod ad bona opera ſis natus, & ex natura creatus? An neſcis, Iehovam eſſe optimum rerum; quodq; ſis plaſma ejus ideale? An neſcis, quod tibi non competit ex te ipſo quid mali cogitare, nedū facere? Num herus ſervo gratiam habet illi, qui facit, quæ ipſi edicta ſunt? Ita & vos, quum feceritis omnia, quæ edicta ſunt vobis, dicite: ſervi inutiles ſumus: Nam, quod debuimus facere, fecimus? *Luc.* 17. 9. 10. Cujuſq; debitum eſt, ut bona operetur in cœlum. Quia mali inde excluduntur omnes, licet toties inclament nomine tenus Dominū ſuum. Quis dignus mercede venit operarius ad vineam Chriſti? Non certè ocioſus ullus ſed operarius. Ideoque ait Chriſtus; voca operarios, (nō ocioſè ſtantes) & redde eis mercedem. *Matt.* 20. 8. Audiſnè, operarii, non ocioſi debent eſſe, qui mercedem Chriſti obtinere cupiunt. Veſtigiis Chriſti incedere debes, & illum ſe-

qui,ſi velis ejus diſcipulus dici;nec aliter ſchola ejus dignus es.*Mat*.10.38 & 16.24.*Marc*.8.34.*Luc*.9.23. *Phil*.3.18. Vis Chriſtiano nomine filius Dei dici,non potes in regno Diaboli vivere, ſed præſtabis facto te Chriſtianum, & præcepta Chriſti perficies. *Matt*.5. 9.45. *Ioh*.1.12. *Rom*.8.7. & 1 *Ioh*.3.9.

Sed,mi homo,ne ſis adeò ſollicitus,quod tuis operibus ſis Chriſto quid in ſplendore ſuo detracturus; ſaltem hoc unicè & curioſiſſimè quidem perfice, ut ejus veſtigiis inſiſtas, & eum fideliter ſequaris,ſic fidelis inveniêre ſervus, & fidelem imo fideliſſimam accepturus es mercedem. Sic audies quoque illud à Domino tuo: Euge ſerve bone & fidelis; in exiguo fuiſti fidelis,ſuper multa te conſtituam; ingredere in gaudium Domini tui.*Mat*.25.21.23.Non certè falſarius,aut nequam, aut animalis homo, in leonino animo, aut verſipelli, urſinovè, aut ſimulatorio poteris te inferre in Chriſti regnum. Pueros ille expetit & ſimplices abſq; diſputatione & ſcrupulatione ulla. Ni ſis homo ſynceri cordis, nil amoris aut miſericordiæ inventurus es; quia nec ipſe es in tuo corde renatus. Sed quantũ ex temetipſo & carnalitate tua egrederis,teque ipſum mortificas,in tantum quoque Iehova Deus cum Filio & Spiritu ſuo te ingreditur. Non ſophiſtas,ſimulatores,diſputatores,quæſtionarios inanes,aut dupliciſtas expetit; ſed eos vult, qui boni ſint,qui veri,qui ſimplices, & falſitatẽ omnem cordis ignorẽt. Inſaniunt illi maximè,qui tales quæſtionarios agunt,ait D.Paulus.Et quis non vellet inſanos eos putare,qui hodiè ſectæ ſuæ cauſam ita expugnant,ut quærant inter ſe; an amicitiam cum illis contrahere, aut in fœderis protectionem adſumere bona conſcientia queant.

Quæſo, ô mortales,quotquot undique eſtis,num quis id in dubiam quæſtionẽ poſſit conjicere, quod

per

pér ſe clarum eſt, imò & ipſa luce clarius? Quæſo, quidnam eſt diſcriminis, quod vos ſeparatos tenet? An non Chriſti regnum patet omnibus? Num tu ibi quid contra Chriſtum, ubi nil poteſtatis tibi competit, prohibere velis? Quare? Quia es perditi filii invidioſus frater Nithardus, qui ſolus ſibi regni poſſeſſionem & hæreditatem adſcribit? Egregiam retuſionem talis à patre accipit, quod ſe exhilarare debeat in nova cõjunctione. *Luc.* 15. 32. Vel nonnè rectius illi maligni adſimilentur ſervo huic, qui Domino ſuo decies mille talentorum debet, ac ſi remittatur ipſi debitum, nihilominus conſervũ fratrem ob centum denarios ad ſuffocationem uſque audet manu prehendere? *Matt.* 18. 24. 28. An ignorant iſti homines proximum ſuum, quiſnam ille ſit? Addiſcant à Chriſto ex charitate Samaritani, *Luc.* 10. An ita propter opiniones ſuas pertinaces nolint charitatem ſecum extinctam reſuſcitare? Mandatum Chriſti obſervent *Matth.* 5. 24. Quid futilius poteſt excogitari, quàm cancellos articulatos ſibi conſtituere, quibus te diſmembres à corpore Chriſti; & tamen inde ſolus velis membrum Chriſti appellari? Quæſo te, quod & quale es membrũ cum tuis ſectariis? an manũ; an pedem, vel tale quid determinas? Non tamen propterea cor, aut ſtomachus, aut Iecur es; multò minus ipſe Spiritus vitalis. Quod ſi is te deſerat, quid es futurus? Nonnè putidum cadaver? Sic etiam Spiritum vitæ in amore ſi perdas, cadaver eris, nec dignum amplius membrum Chriſti corpore.

Nihilominus te rurſus quæro. Noſtinè quid ſit dilectio proximi? Noſtinè cui eam debeas? Nonnè & hoſti tuo? An non cupis eſſe tàm perfectus? Vide quæſo, ne Corpori Chriſti in amoris defectione dedecori fias. *Mat.* 5. 47. 48. Si velis ramus abſciſſus eſſe ab arbore, nolis quoq; charitatis radici implantari.

Ex jure naturæ debes amicitiam omnibus mortalibus, nedum fratribus tuis. Si neſcis quid ſit conſcientia; hoc eſt, quod illa tibi inſcriptum monet. Fac ne nimis ſerò pœniteas refractarius Chriſto. Ita ſanè ſtultũ eſt, de eo quæſtiones movere, quod ipſa rei & naturæ evidentia teſtatur. Non certè Chriſto quæſtionibus inutilibus & diſputationibus vanis regnum ſuum expugnabitis. Ille novit atq; habet ſuos, etiamſi vos in tenebris habitare cupiatis: Percolatis culicem, camelum autem abſorbetis, quùm ſimiles ſitis ſepulchris dealbatis, quæ extra quidẽ apparent ſpecioſa; intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, omniq; immunditia. *Mat*.24.24.27. Sed ne longius tibi heic ſub concluſione libri ſim in mora, hoc animadverte, mi pie Lector; ſi velimus Chriſtiani dici, ethnicorum more & ad leges eorum nobis minus vivendum erit; nec erit ulla vera Politia aut Reſp. Chriſtiana, quàm diu futuri ſumus æmulatores ethnicorum potius, quàm imitatores Chriſti. Scribant, clament, calcitrent, pugnent manibus pedibuſque, argumententurve ſyllogiſticis armaturis fortiter, aut vi quoque rem aggrediantur indignantiſſimè furioſiſſimi, nil proderit, aut luci aut tenebris, vel Chriſto, vel Beliali ſervient; non dabitur tertium.

Neutralitatis, aut dualitatis officium ullum non novit nec recipit Chriſtus. Ac ut planius id noſcas, ipſe Chriſtus heic ita loquitur, & teſtatur apertè, quod ille non venerit, ut lex penitus caſſetur, aut à nobis auferatur; ſed quod ille adimpleverit. Ne exiſtimate, *inquit*, me veniſſe, ut NB. diſſolvam legẽ; ſed ut eam ampliam. Amen dico vobis, uſq; præterierit cœlum & terra, Iota unum aut apex nequaquã præterierit ex lege, uſq; dum omnia facta fuerint. *Mat*.5. 17.18. Atque ſic lex & Prophetæ uſq; ad Iohannem: ab eo tempore regnum Dei Euangelizatur, & quivis

in

in illud vi prorumpit. Facilius eſt cœlum & terram præterire, quàm Legis unum apicem excidere. *Luc.* 16. 16, 17. Sic lex Dei in Verbo ejus æternitatis manet & eſt vinculũ, ad quod judicabit Chriſtus mundum. Num verò te heic Scævolæ, Vlpiani, aut Mutii leges ſalvare queant, experientia nimis ſera probabis. Converti te ſinas dum tempus eſt. Vniverſales ſunt iſtæ leges per totum orbẽ, non ſaltem Romanenſes; ſed omnes cives Chriſti adſtrictos tenent. Velut omnis homo mendax & fallax, ita quoque ſe habent hominum leges, quæ ſæpius adeò iniquæ, turpes, noxiæ, abſurdæ & blaſphemæ ſunt & diſtractionis pleniſſimæ, ut pudeat nos earũ meminiſſe. *Exod.* 1. *Dan.* 2 *&* 6. *Heid. Pol. p.* 549. Nec certè leges forenſes Moyſis tantum rempubl. Iudaicam ſpectant; ſed omnes nos, quotquot Dei eſſe cupimus peculium. *Matt.* 5. 6 *&* 7, *&c.* Tandem omnibus hanc quæſtionem reponam: Num velint potius à Deo ejuſq; verbo ſe abripere, quam Ethniciſmo concredere, quidve melius ſibi conſultum putent?

XXIII. *An verò mutandæ ſunt leges majorum aut conſuetudines ullæ?*

MAlæ conſuetudines, malaq; adinventa, neque ex longo tempore, neq; ex longa aſſuefactione confirmantur, præſertim ſi Verbum Dei non pro fundamento habeant, ad quod in omnibus unicè eſt reſpiciendum. In Chriſtianiſmo enim nihil perpeti nos decet, quod non ad ædificationem ſanctam pietatis in omnibus faciat; ſed ſtatim eſt corrigendũ ad nutum Dei. Nec ſaltem utilitas reſpicienda eſt, ſed illud, quod pietatis eſt. Pietas enim ad omnia utilis, ait D. Paul. 1 *Tim.* 4. 8. eſt, ut quæ habet promiſſionẽ vitæ præſentis & futuræ. Nõ enim vocavit nos Deus ad impuritatem, ſed ad ſanctificationem. 1 *Theſſ.* 4. 7.

Huc dirigendæ ſunt principaliter omnes leges in Republ. Chriſtiana; & quod cum hac intentione non coincidit, ſive lex ſit, ſive cõſuetudo id omninò non mutandum ſaltem, ſed etiam abrogandum penitus. Itaq; non ſufficiunt ejuſmodi requiſita, quæ vulgariter ponunt, quorum principale faciunt, ut rationabile habeat principium; imò ut illud habeat principium, quod mandatum ſit nobis per Dominum Iheſum, quomodo oporteat nos ambulare & placere Deo. 1 *Tim*. 4.1.2.

Omnium igitur craſſiſſimus error eſt eorum, qui etiam ex erroris conſuetudine Ius ſibi fingere non verentur. Multitudo enim errantium, errori non parit patrocinium. *Cuiac*. 10. *obſ*. 13. *Hotom. illuſt. q*. 17. *Arum. diſp*. 1. *Pand. th*. 22. *Bronch. Cent*. 1. *Evun. aſſ*. 12. *Aven. nom. q*. 73. De aliis quæſtionibus, quæ huc referri queant, alibi agemus. Iehova faciat, per Spiritus ſui efficaciam, ut quiſque ſe ad meliora refingat, & maximè ii qui præſidium mundi tenent, Conſtitutiones omnes ſuas, non tam ad proprium ſui commodum & utilitatẽ, quàm potius ad veram gloriam Dei Iehovæ referant; ac ſeriò cogitent, non illis eſſe ullam conceſſam mundi poteſtatem, ut Iehovæ leges aut voluntatem ejus legibus ſanctis ſui Verbi in Filio Ch. Ih. præſcriptam in minimis mutare poſſint aut debeant; ſed ad ejus nutum unicè eſſe vivendum & dirigendum omnia, quæ ad hujus vitæ ſtatum faciant. Pietas niſi ſyncera Principium, medium & finis ſit, pereundum erit cunctis. Quod avertat ſanctiſſimus omnium, *Amen*. Sed quùm maximè omnis vis Reip. in Educationis vero modo lateat, ut cives viri pii & boni à teneris uſque reddantur, quod à Bodino omiſſum, paucis & bonis auctoribus nunc ſubnectemus. *Amen*.

IEHOVA SALVS MEA.

I. Semen-

I.

Sementis humanæ uberrimus fructus à Iehova.

Pſalm. 113. paraphr.

I. *QVi dedicati ſervitio pio*
Eſtis Iehovæ, tollite laudibus
Hunc vos decoris, & Iehovæ
Sanctificum celebrate nomen.

II. *Sit hoc Iehovæ Nomen amabile*
Iam prædicatum rebus in omnibus;
Nec non idem quavis ubique
Secula perſonet uſque ſemper.

III. *Ortu ſuo, qua ſol habitabiles*
Perluſtrat oras, quà ſimul occulat
Splendore ſe, Nomen perenni
Laude polos ſuperet Iehovæ.

IV. *Iehova longè præ populis, ſoli*
In parte quavis, prænitet omnibus;
Ejuſque trans excelſa mundi
Mœnia vectus honos vigeſcit.

V. *Quis eſt, Iehovæ qui ſimilem Deo*
Aequare noſtro ſe valeat potens?
Is ſe ſuprà cœli aſtra celſis
Lucida ſedibus elevavit.

VI. *Hinc ille ſummi è fornice deſuper*
Ad ima Templi proſpicit, intimè
Quævis notando, quæve terræ
Quævè poli capit amplitudo.

VII. *Is deſpicatos pulveris in modum,*
Paſſimque ſpretos, ex humili loco
Extollit, ipſis pauperèmque
Sordibus eripit evehendo.

VIII. *Inter dynaſtas & proceres ſimul*
Hic ut locatus ſplendeat altior,
Imò ſui ut princeps decorus
Adſideat populi Dynaſtis.

IX. *Quid deſtitutum progenie ſua*
Hæreditatis efficit incolam;
Vt corde læto liberorum
Concipiat numerum beata.

II.

Omnis beatitudinis Iehova ſolus eſt author.

Pſalm. 127. Paraphr.

I. *NI Ihova ſummus conſtituat domus*
Fundamen imum, ſoſpitet & tuos
Dextra labores, quaque ſollers
Ædificat labor eſt inanis.

II. *Ni Ihova ſummus mœnia circiter*
Vrbes capaces excubiis tegat
Præſortis, incaſſum laboras
E ſpeculis vigil excubando.

III. *Fruſtrà antevertis ſolis amabiles*
Ortus, & altas tecta reverteris
In noctis occidentis umbras
Sollicitus fruiturus eſcâ:
Curis acerbis perficies nihil,
Quæ ſunt perennes carnifices tuæ
Vitæ, dabit quod eſt neceſſum,
Vel recubantibus ipſe Ihova.

IV. *Eſt liberorum dulce decus, Dei*
Eſt dulce donum, prole feracitas
Quando tumeſcit læta ventris,
Nobile munus id omne Ihova.

V. *Non ſic timori eſt, qui jaculis gravis*
Occurſat hoſti fortibus, ut parens
Ihovâ favente circulatus
Robore progeniei virentis.

VI. *Eſt ille felix ter quater & magis*
Telis pharetram qui gerit his gravem;
Confundet hanc non hoſtium ulla
Ira, furorque tumultuantûm.

III.

Amplificationis Reipubl. veræ poſtulatio ſancta.

Paraphr. Pſalm. 115.

I. *HAud, Ihova, nobis; non, Deus unice,*
Nobis, tuo ſed Nomini in omnibus
Da gloriam, da veritati
Cum bonitate tuæ perennem.

II. Quur,

II. *Quur, quæſo, dicat natio perfida*
Hoc ethnicorum? Quur ita clamitet;
O nunc ubinam veſter extat?
Veſter ubi Deus is moratur?

III. *At Ihova noſter maximus incolit*
Sedes coruſco ſydere fulgidas;
Faceſſe tu gens; ſolus ipſe
Perficit omne quod unus optat.

IV. *Aſt fex novellos iſta ſibi Deos,*
Idola prorſus conficit impia,
Ex cruſtulis argenti & auri
Effabricata manus labore.

V. *His ora ſunt, ſed muta nimis, ſine*
Linguâ, quibus ſunt lumina neſcia
Lucis, nec ullos contuentur
Ullius hi radios diei.

VI. *Aures habent; ſed nil penitus ſoni*
Surdas per aures excipiunt ſibi:
Nares habent; ſed nil odoris
Aëreo capiunt meatu.

VII. *Manus habent, ſed tangere quidpiam*
His non valent, cum nec pedibus ſuis
Quem promovent greſſum meando;
Gutture nec quoque verba fundunt.

VIII. *Iſtis miſelli nil ſapiunt magis,*
Tales miſellos qui faciunt Deos:
Et qui ſpei quid credit illis,
Stultitia ſimili laborat.

IX. *At tu propago fida Iacobidum*
Confide, Ihova perpetuò tuo;
Eſt hic tuæ certum ſalutis
Præſidium clypeuſque certus.

X. *Et tu, Iehova, progenies pia,*
Confide, Aronis, perpetuò tuo;
Eſt hic tuæ certum ſalutis
Præſidium clypeuſque certus.

XI. *Omnes Iehovam qui ſolidè colunt,*
Se ſpe Iehovæ devoveant ſua:
Iſthic piis certum ſalutis
Præſidium clypeumq; præſtat.

XII. *Curam ſuorum ſemper agit Deus;*
Quenquam nec ejus gratia deſerit;
Ejus Iacobus ſic favore,
Atque domus viget hinc Aronis.

XIII. *Omnes is explet proſperitatibus*
Cunctis, Iehovam qui ſolidè colunt;
Sint fortè par vi ſive magni,
Quotquot amore favent Iehovam.

XIV. *Beatitatis vos cumulet Deus*
Ubique donis, adjiciat bona
Semper magis vobis magiſque,
Veſtra ſimul ſoboles beetur.

XV. *Vos eſtis omnes, quos cumulat ſuis*
Iehova donis; vos benedictio
Ejus fovet, terram poloſque
Qui bonitate ſua creavit.

XVI. *Cœlum profundum prominet undique,*
Sedem perennem conſtituit ſibi
Heic, ut ſolum nobis benignus
Terrigenis dedit incolendum.

XVII. *Non cantitabant, Te, Deus optime,*
In mortis umbra qui gelida jacent,
Aut qui ſilentio ſepulti
In tenebris habitant gehenna.

XVIII. *Sed nos Iehovam carminibus ſacris*
Extollimus, nos laudibus hunc pii
Cantamus in ſecla aviterna
Huncce Patrem celebrando noſtrum.

IV.

Publicæ Salutis in Republ. Chriſtiana gratulatio.

Paraphr. Pſalm. 117.

I. L*Audum Iehova dulcia carmina*
Rerum parenti pangite, qualibet
Gentes, & hunc terram per omnem
Vos populi celebrate cuncti.

II. *Namque ipſius ſtat firma benignitas,*
Vigetque conſtans munere Veritas,
Ubique nobis aviterna
Secula conſtituens ſalutis.

Hallelujah.

X

COROL-

COROLLARIVM THEOLOGO-POLITICVM,

In quo adducuntur variæ variorum ſententiæ & exercitationes, de vero modo Educationis in Republicâ Chriſtianâ.

M. STATII BVSCHERI Theol. Hannov.

Exhortatio inſignis de Educatione verè Chriſtiana, in qua deſcribit, quæ pietati in hoc genere conveniant, quæque maximè ſint cavenda, ut à puero quis ritè in Chriſti amore excitari, & educari queat. Omnia ſunt heic de informatione Chriſtiana accipienda, quæ theologica vocatur doctrina.

Accipite tandem, diſcipuli dilecti, poſt multas & diuturnas jactationes, doctrinæ Theologicæ ſynopſin; quam uti veſtrum in uſum potiſſimum inſtitui, & obſcurioribus quaſi lineis adumbratam primum vobis propoſui; ita veſtro etiam bono ad penicillos revocavi, ſuiſq; coloribus aliquanto plenius expreſſam nunc in lucem edo. Diutius equidem deliteſcere illa apud me & poterat & debebat inter contẽtioſos & ambitioſos noſtri ſeculi mores, ubi ad pugnam & pompam omnia, ad Dei gloriam ferè nihil convertitur: quicquid autem Chriſtianam ſimplicitatem, & mundanæ vanitatis odium ſapit, id riſui habetur & ludibrio; ſed officio meo in vobis ad veram pietatem, ad Chriſti regnum, ad Dei gloriã & veſtram ſalutem etiam hac mea operâ inſtruendis & formandis deeſſe nec potui nec debui. Quò acrius enim Diabolus etiam in noſtram hanc ſcholam ſævit hactenus, hinc quidem mendaciis, calumniis, minis, odiis, & quibuſcunque tandem potuit machinis, ad avertendos ab hâc meta fidos Præceptores; illinc verò contumaciâ, peccandi licentia, peſſimis exemplis & undecunque objectis ſcandalis & decipulis ad corrumpendos, & æterno exitio mancipandos diſcipulorum animos; eò diligentius nobis vigilandum, eò ſtudioſius vos muniendos eſſe cenſeo contra præſentiſſimam perniciem, uti aliàs juſtâ diſciplina, ita nunc verâ & ſalutari inprimis pietatis doctrina; ut præ omnibus Deum fontem omnis boni agno-

ted by Google

ſcere & amare, atque ex eo ſolo aquam vitæ & beatitudinis haurire diſcatis, in quo ſolo eſt vita, à quo ſolo ad nos egreditur vita, ut ad ipſum ſolum, à quo per mortem egreſſi ſumus, per vitam tandem revertamur, & in illo quieſcamus. In nobis enim nihil niſi mors & extrema miſeria ex peccato tenaciter inhęreſcente ceu Diaboli ſemine; circum nos nihil niſi vanitas ex mundi faſtu & deliciis ceu laqueis Diaboli ad animas noſtras inferno devinciendas inſidioſe diſpoſitis. Id igitur intelligere, & in vobiſmetipſis deprehendere, primus gradus vobis erit ad Chriſtianam ſapientiam; proximus, malum iſtud omne in vobis & extra vos odiſſe, deteſtari, fugere, corruptiſſimam illam naturam abnegare, relinquere, ab ea exire, ſeculi vanitates excutere & proculcare, & vacuum carnali ſpurcitie domicilium Deo ejuſq; bonis exhibeatis; in impuram enim animam non intrat divina illa ſapientia; nec quiſquam inter ſecularium bonorum denſiſſimos fumos & nebulas, quæ ſunt regni tenebrarum propria, juſtitiæ divinæ ſolem videre aut ſentire poteſt. Hinc à vobis ipſis à Diabolo, à mundo averti, & ad Deum converti vos neceſſe eſt, ut in eo ſalutem pro miſeria, lucem pro tenebris, juſtitiam pro peccato, tranquillitatem pro vanitate, vitam pro morte inveniatis.

Sed non patebit vobis ad lucem & vitam illam inacceſſam aditus, niſi per Chriſtum lucis & vitæ oſtium; in quo Deus è gloriæ ſuæ paradiſo egreditur Vnione ineffabili ad hominem, eique ſe totum, ſuam divinam ſapientiam, potentiam, juſtitiam, vitam, gloriam, omneq; adeò verum & ſolidum bonum communicat: homo viciſſim ex tenebrarum, miſeriarum, & vanitatum abyſſo extractus accedit ad Deum, aſſumitur in Deum, intime ei conjungitur, ejuſque divinam gloriam & beatitudinem participat. Per hoc oſtium introire vos neceſſe eſt, ut ita in Chriſto & per Chriſtum ex tenebris hujus ſeculi transferamini in illud admirabile lumen divinæ ſapientiæ, ex miſeriarum & vanitatum abyſſo in feliciſſimum cœleſtis gloriæ paradiſum; ideò enim ille quod noſtrum erat aſſumſit, ut nos viciſſim quod ipſius eſt accipiamus; ideò quod nobis merendum erat ipſe meruit, ideo patientiſſime tulit quod nobis ſuſtinendum erat, ut nos potiamur bonis, quæ non meruimus, & declinemus malum quo digni eramus; ideò Doctor ille factus eſt & Præceptor, ut nos in illo, & ex illo, ad ſalutem docti, & ſapientes evaderemus; ideò Rex & Princeps, ut in illo, & per illum extraneos

neos æquè ac domeſticos noſtros hoſtes, Diabolum, nempe & mundum, peccatum & mortem nobis ſubjiceremus & ſæviſſimæ tyrannidis jugum excuteremus.

Veræ ergo divitiæ veſtræ in Chriſto eſſe debent, non in mundo; vera libertas non in peccandi licentia, ſed in Chriſto à ſervitute peccati & tyrannide Diaboli; Vera ſapientia non in Metaphyſicis argutiis, in gentilibus fabulis, in verborum ampullis & calamiſtris, ſed in Chriſto omnis ſapientiæ fonte unico; verum denique robur & verum decus veſtrum in ſolo Chriſto rege veſtro, in virgâ virtutis ejus, in veſte juſtitiæ ejus, qui ſolus fortis, ſolus pulcher inter filios hominum. *Quid quæritis?* Vnus Chriſtus vobis omnia & inſtar omnium; extra Chriſtum vobis omnia nihil erunt; extra quem, ſi quid amatis, concupiſcitis, poſſidetis, id miſera vanitas, imo nihil eſt; in ipſo enim & per ipſum, uti ſemel omnia facta ſunt, ſine ipſo autem factum eſt nihil quod factum eſt, ita in ipſo omnia etiam adhuc conſtant, & ſine ipſo revera nihil eſt, quicquid nobis aliquid eſſe videtur. Atque ad haſce tantas divitias, ad auream illam libertatem, ad ſpiritualem ſapientiam, ad hoc invictum robur & immortale decus in Chriſto ſummo veſtro bono ſemel regeniti eſtis per Baptiſmum: quotquot enim baptizati eſtis Chriſtum induiſtis, ait Apoſtolus, Chriſtus ipſe in baptiſmo veſter factus eſt, & vos Chriſti; quidni ergo & omnia quæ ſunt Chriſti, veſtra facta ſint? qui filium ſuum dedit vobis, quomodo non omnia cum ipſo vobis donarit? Imò & hoc donavit, ut inter tot Diaboli machinas, inter tot mundi illecebras, tot depravatæ carnis inſultus, theſauro iſti veſtro nuſquam non inhiantes, gladium habeatis, quo arcere hoſtium, ſeu apertam vim, ſeu clandeſtinas inſidias poſſitis, Euangelium nempe Chriſti, non literas illas inanes & ſyllabas, ſed ipſam virtutem & potentiam divinam undique in illo diffuſam & ſpirantem, vobis quidem ad vitam & ſalutem, ſi intimè illud cordi inſcripſeritis & ſecuti fueritis, hoſtibus autem & Chriſti, & veſtris ad internecionem & æternum exitium; Spiritus enim Chriſti & Chriſtus ipſe Euangelium ſuum ita animat, ut ſufficere poſſit, & ad vivificandum eos, qui illud Spiritu ſuo tenent, & ad mortificandum qui negligunt, qui reluctantur. Quin & victum Spiritualem adjecit, ſuum ipſius corpus & ſanguinem, ne deſit virium refectio ſeu ad perficiendum bonum, ſeu ad expugnandum malum; in hoc igitur cibo Chriſtus cum omnibus ſuis bonis denuò

denuò veſter ſit, nec quicquam tam veſtrum eſt, quam Chriſtus veſter eſt, cujus naturæ conſortes evaditis manducatione corporis, & bibitione ſanguinis ipſius, ut gloriari liceat cum Apoſtolo; *Gal. 2. v. 20.* Vivimus jam non nos, ſed Chriſtus in nobis.

Quicquamne ergo vobis dulcius, quam ſacrum hoc convivium? nullane voluptas tam blanda vobis appareat, ut ab hoc veſtro unico delicio, Chriſto Ieſu, vos avocare poſſit? inprimis cum ille alas ſuas expandat quotidie per ſuum in his terris miniſterium, quærat, invitet & vocet vos annunciando verbum, & exhibendo Sacramenta, amplexurus vos cupidiſſimè & ſuaviſſimè, ac in fidelium ſuorum ſanctum conſortium introducturus, ut cum ſponſa ſibi *dilectiſſima amoribus ejus, & honoribus perfruamini, ut bonis domus ejus inebriemini ad perpetuam ſaturitatem.*

Iſta verò omnia non ſcire tantum, ſtudioſè eadem quotidie cognoſcere & meditari ſatis eſt, non linguæ tantum & memoriæ innatare debent, ſic enim omnes hypocritæ & Pſeudo-Chriſtiani, imò Diabolus ipſe pater hypocritarum Chriſtum & ejus bona noverunt, ſed penitiſſimo cordis affectu, ardentiſſimo deſiderio & immotâ fiduciâ, ita ſunt apprehendenda intimè & infigenda, ut velut in naturam veſtram abeant, cum eâ coaleſcant, planeq; novos & ſpirituales vos reddant; non ſatis eſt ad ſalutem veſtram, Chriſtum ſeſe cum omnibus ſuis bonis largiter vobis offerre, apprehendendus eſt firmiter, ut vere in vobis ſit & habitet, ut arctiſſime conjunctus, ac velut agglutinatus vivat, & vitalia opera in vobis edat; hæc demum vera fides eſt, Chriſto nos inſerens, in eo ſolo acquieſcens & recumbens, & per Chriſtum nos animans & vivificans, cujus vis ineffabilis eſt, tantaque omninò, ut in ea ſalus noſtra in æterno Dei decreto fundata ſit, contra quam nec inferorum portæ prævalent; hæc nos ſola ita immutat & convertit, ut ex inſipientibus ſapientes, ex peccatoribus juſti, ex filiis diaboli filii Dei, imò ſanctiſſima Dei templa, membra Chriſti, & divinæ conſortes naturæ evadamus, ut Deus ſit in nobis, & nos in Deo, ut in Deo veram ſapientiam, juſtitiam, lætitiam, vitam & beatitudinem poſſideamus.

Videtis igitur quodnam Chriſtianiſmi veſtri fundamentum eſſe debeat; id ſi rectè collocatum in vobis fuerit, novi eritis homines, novæ in Chriſto creaturæ, Adam in vobis morietur, Chriſtus vivet, Spiritus dominabitur

bitur & peſſimas carnis concupiſcentias ad ſecuritatem alioquin, ad laſciviam, ebrietatem, odia, rixas, contumaciam, negligentiam, omnemq; omnino impietatem impellentes refrenabit; ad Dei vero amorem, timorem & cultum, ad vigilantiam, modeſtiam, ſobrietatem, manſuetudinem, patientiam, humilitatem, omnemque omninò pietatem magis magiſque inſtruet & formabit; in quibus enim Chriſtus per fidem habitat, in illis & Spiritus Chriſti habitet, ibi & affectus Chriſti, ibi motus Spiritus ſit neceſſe eſt; qui ſecundum Spiritum ſunt, illi etiam quæ ſunt Spiritus ſapiunt, ſecundum Spiritum ambulant, Spiritu facta carnis mortificant, carnem crucifigunt cum ſuis concupiſcentiis, *ait Apoſtolus*.

Nunquam ergo vos perſuaderi aut offendi ſinite, ſeu à diabolicis ſuſurronibus, ſeu obviis ubique corruptiſſimi ſeculi noſtri exemplis, ut exiſtimetis, poſſe vos bonos eſſe Chriſtianos, Dei Filios & vitæ æternæ hæredes, ſi nihilominus luxuriem mundi ejuſque vanitatem corde, ore & opere amplectamini, ſi in mundo & apud ſapientes hujus ſeculi veram ſapientiam quæratis, eam præ divinâ ſapientia ametis & excolatis, ut mundus eam nunc in medio etiam Chriſtianiſmo unicè admiratur & colit, ſi de extrema veſtra ex peccato miſeria ſecuri ſitis, ut mundus de ea nunc ſecuriſſimus eſt etiam in aperta Chriſtianæ pietatis profeſſione, ac ut paucis rem complectar, ſi ore Chriſtum quandoque profiteamini; corde autem, affectibus & reliqua vita diabolum cum ſeculi filiis exprimatis; laſcivia enim luxus, peccandi libertas, ſecuritas, & mundanæ ſapientiæ ambitio viva diaboli imago ſunt, quam qui imitantur, in diabolo vivunt non in Deo, diaboli ſpiritu agitantur, non Chriſti, etiamſi de Chriſto ejuſque beneficiis nuſquam non glorientur, imò in angelos lucis ſeſe transforment, ut pater ipſorum Satanas, etiam tum cum denſiſſimis mundanarum voluptatum tenebris totos ſe immergunt.

Vera fides Chriſtum tenet, diabolum profligat; quid autem Chriſtus, niſi ſapientia Dei, juſtitia, ſanctitas, veritas, patientia, conſtantia, humilitas, indefeſſa induſtria in obeunda divina vocatione, omninoque vita Spiritualis & cœleſtis? quid vero Diabolus, niſi fraus infernalis, ſapientia inflans, iniquitas, impuritas; contumacia, ſuperbia, mendacium, adeoque obdurata peccandi malitia, ad bonum omne ſtupida plane & emortua? Si ergo Chriſtum verè apprehenditis, ejus etiam ſapientiam, juſtitiam & vitam

vitam teneatis & exprimatis neceſſe eſt, ſine qua Chri
apud vos tam eſſe non poteſt, quam ſol ſine lumine, i
ſine calore, vita ſine motu: ſi verò turgidam mund
pientiam bonum veſtrum exiſtimatis, ſi argutias, frau
mendacium, immunditiem voluptatum, petulanti
peccandi, & in malo otiandi libertatem, negligentia
ignaviam in veſtro etiam talento erogando ſectamin
incorrigibilem malitiam cum diabolo circumfertis,
Chriſtum exprimitis, ſed diabolum, & incorrigibiles
inde eſtis propriæ ſalutis hoſtes cum diabolo, non a
tores cum Chriſto; adeò impoſſibile eſt duos iſtos p
cipes in uno dominari corde; aut ſolem juſtitiæ ſe
ris neceſſe eſt, aut inferni tenebras; utrumque ex æ
non admittit Chriſtiana fides.

Hæc ſi recte perpenderitis, adoleſcentes optimi, lo
aliter inſtituetis vitam veſtram ſcholaſticam, quam
lent illa ſcholarum, ſeu ſtupida cadavera, ſeu inutilia p
dera ad bonum omne tarda & emortua, quæ velut ch
zias gemma etiamſi in ardentiſſimum ignem conjicia
tamen nativum ſuum frigus retinet, ita in medio d
næ iræ æſtu nec ipſas infernales flammas quas ſecum
bique geſtant perſentiſcere, nec diabolum peccati
mortis ſtuporem relinquere poſſunt, quibus adeò in
turam abiit malitia, ut non admonitioni ulli, non ob
gationi, non virgis & fuſtibus cedat, imò nec Dei
ſius manu nunc undique minante, feriente, caſtiga
inhiberi ſe & frangi patiatur, adamantina geſtans ad
ſus bonum pectora, malleum & incudem officinæ
plane contemnentia; his conformari, deploranda
citas eſt, cum his jugum ducere, miſerrima ſervitus,
mors & infernus eſt.

Bene ergo nobiſcum agunt, quotquot ex iſto ce
ſcholam noſtram cane pejus & angue vitant, aut ſi in e
temere forte delati viciſſim iſtis ſordibus & oneri
purgant, tùm quod eo minus nobis infernalium monſ
rum, cum quibus fruſtra depugnemus, relinquunt, t
quod minus etiam ſcandalorum, ceu inutilium in
Domini lapidum ad quod periculoſe offendatis, ob
unt; hos ergo ſuo malo in delitiis ſuis & diaboli re
ſuaviter delirare, & quoquò volunt, è nobis exire pa
mur neceſſe eſt. ut aſyla ſuæ ſibi licentiæ quærant, in q
bus libere ad libidines, ad otia, ad luxum, ad omnes m
di quisquilias adhæreſcere poſſint; ſiquidem *Invit*
qui ſervat, idem facit occidenti; nolunt illi præfracti a
leſcen

leſcentes diſciplinam æquam ferre, ſed ut carnificinam eam traducunt, execrantur & fugiunt, interea in ipſummet animæ carnificem incidunt, diabolum nempe, qui ut ad æternam animæ corporiſque torturam ipſos ſervat, velut pecora ad capturam & internecionem deſtinata, ut ait Petrus, (2 *Pet.* 2.12.) licentia & immunitate peccandi ipſos ineſcat, & mundanæ vanitatis faſcino excœcat, ut in perpetuum eos mancipio & nexu ducere atque ſub ſæviſſimæ tyrannidis jugo promptos & obedientes retinere poſſit, veluti de Scythis refert Herodotus, quod mancipiis ſuis quondam oculos eruerint, nè aufugere poſſent. Horum magnus ubiq; numerus in ſcholis, magnus proventus eſt, & quotidie eò major, quo magis Præceptores mundo huic, id eſt, diaboli regno ſeſe attemperare ſtudent, applauſum & frequentiam diſcipulorum captant, malos eſſe & corruptiſſimos plenè juventutis Scholaſticæ mores paſſim queruntur omnes, ſed nemo ferè eſt, qui iis contraniti, qui diaboli impiique mundi odia eo nomine tolerare velit; ſerviendum eſſe tempori, ajunt, juventutem non velle nunc diſciplinâ ſeverâ regi, non aliter ac ſi vitia tolerando & connivendo enutriri debeant in ſcholis ad diaboli regnum amplificandum.

Vos autem cogitabitis, non numero conſtare diſcipulorum & ſcholarum felicitatem, non ſecularium hominum vanis judiciis, multo minus vagâ peccandi licentiâ, ſed verâ eâque Chriſtianâ pietate & ſapientiâ, quæ uti à paucis hodie revera quæritur & colitur, ita vobis eo carior meritò eſſe debet; rarò enim optima plurimis probantur, ait veriſſimè Seneca, dum à pleriſque itur, non qua eundum eſt, ſed quâ multi eunt; & diaboli regnum ſemper in mundo frequentius & ſplendidius quam Chriſti. Infelices Chriſti diſcipuli fuiſſent duodenario numero circumſcripti, ſi multitudine & celebritate cum Hieroſolymitanis ſcholis certandum ipſis fuiſſet; hi tamen univerſo orbi doctores poſtmodum extitere, non quidem ad faſtuoſam ſeculi ſapientiã, & gentilis eloquentiæ pompã cum mundo ipſo olim in nihilũ ſuum viciſſim abituram, ſed ad humilem Chriſti crucifixi cognitionem, amorem, & imitationẽ, veram illam & ſolidam ſapientiam, quam ſolam in fine dierum ſecularium ex totius hujus mundi, & bonorum mundanorum ruina, ac interitu ſartam tectam retinere poterimus. Atque huc ſpectant tum aliæ meæ prælectiones & exercitationes ſcholaſticæ, tum iſta ſynopſis doctrinæ Theologicæ; quæ proinde uti à ſalutis ve-

tis veſtræ cupidiſſimo Præceptore ad vos profecta e
eàm caram habebitis, non alio nomine, quam ut ſ
viam in Chriſto diſcendo, amando & imitando e
agnoſcere & ſequi poſſitis.

Si Chriſtus ipſe vobis carus & jucundus, ſi Chr
niſmus veſter adeoque æterna beatitudo veſtra vobi
di verè eſt, ſi exoſus Diabolus, ſi carnis pravitas & m
vanitas moleſta, neque iſta doctrina vobis ingrata e
poterit, quæ non mea, ſed Chriſti eſt, ex ejus nempe
bo hauſta, quæ vos à diabolo ad Chriſtum; à carnis
vitate ad perfectionem Spiritus, à mundi vanitate a
lidam regni cœleſtis gloriam, adeoque à maximo r
ad ſummum bonum, à nihilo ad illum, qui ſolus re
eſt, fuit & futurus eſt, manuducere ſatagit; ut ita
malum omne ad ſuum principium & ſentinam, diabo
nempe & infernum, mundus ejuſque vanitas in ſuum
hilum tandem relabetur, vos ad primævam originem
fontem omnis boni Deum redeatis, & in eo ſolo tum
Chriſtum quieſcatis cum omnia illa diſſipabuntur, i
vivatis cum alia morientur, in eo conſiſtatis cum om
interibunt. Hic vobis doctrinæ Theologicæ finis
debet, quem tum demum aſſequemini, ſi eam prim
quidem diligenti lectione, repetitione, meditatione
miliariſſimam vobis reddideritis, ne in libro eam, ſed
genio circumferatis; veſtra enim hæc fiant neceſſe e
prodeſſe vobis debent; ſin aliena & peregrina man
rint, oculis tantum obvia non animo, nec magis illa
ad vitam ſpiritualem enutrient, quam olim Heliogab
paraſitos aureæ & eburneæ epulæ ad vitam corporis;
inde, ſi quid legeritis in ſcriptura, uti aſſiduè eam vos
ſalutem legere neceſſe eſt; id omne huc tanquam ad
cos ſuos referatis, ita non parum lucis, & ad intellige
dam, & animo infigendam, & tractandam ſcripturam
fido vobis cum tempore & ætate acceſſurum; *hinc po*
vobis ſcribendi, dicendi, declamandi, diſſerendi materies omnis
rè poterit eſſe multo in rei veritate, *& ſuavior, & utilior,*
Chriſtianis adoleſcentibus magis neceſſaria NB. quàm ſi de E
titate & Formalitate Metaphyſica, de Materia prima Ariſto
lis ejuſque Beatitudine Contemplativa & Activa, de Iovis
Iunonis connubio, de navigatione Æneæ in Italiam, de Vlyſſis
roribus, de Pacuvianis vocabulis, aliiſq; id genus infinitis iiſq
vaniſſimis ſtudiis, quibus alioqui nunc veſtra ætas ad ſudore
uſque & languorem occupari ſolet, omnibus modis ſolliciti ſiti.
hæc enim & ſimilia, cum ad Chriſti & Spiritus ejus ſch

jam ventum fuerit, adneganda, proculcanda & dediſcenda iterum ſunt; ſi quid verò è ſincerioris Theologiæ fundamentis de veſtrâ miſeria, de peccati atrocitate, de diaboli regno inter homines, de ſeculi vanitate, de Chriſto ejuſque bonis in nos collatis, de Chriſtiana juſtitia, militia, vita, beatitudine, de veræ pœnitentiæ ſtudio & aliis multis aſſiduè cogitaveritis, ſcripſeritis, diſſerueritis, non certè ea ſine fructu abibunt, ſed operabuntur in vobis cibum permanentem in vitam æternam.

Nequaquam verò ſtatuetis, ſatis vobis fore, ſi ad unguē hæc principia teneatis, ex iis ſcriptitare, diſputare, dicere apud alios poſitis, ſed in ſuccum & ſanguinem veſtrum, in ſpiritum nempe, in fidem & vitam veſtram illa omnia cōvertenda ſunt, ut non ſciatis tantum & profiteamini miſeriam veſtram ex peccato, ſed & ſentiatis, deploretis & fugiatis; diabolus enim & ipſe quidem pravitatem ſuam intelligit, ſed amat & promovet; Et hypocritæ diaboli filii malitiam ſæpe ſuam vident, ſed atrocitatem ejus non ſentiunt nec relinquere cupiunt; quibus nihilo meliores vos eritis, ſi veterem illam pelliculam exuere cum mundo nolueritis. Sic Chriſtum non ita tantum diſcetis, ut de ejus perſona & officio, de præſentia, potentia, gloria, ſapientia humanæ ejus naturæ & ſimilibus acerrimè dimicare contra hoſtes gloriæ ejus Calvinianos, Ieſuitas, Photinianos poſſitis, ſed ut cordibus eum veſtris apprehendatis & retineatis, ipſius præſentia, unione, potentia, ſapientia, gloriâ, ſpiritu perfruamini, juſtitiam ejus, ſapientiam, veritatem, humilitatem, patientiam, manſuetudinem in ſtudiis & vita veſtra exprimere ſtudeatis, atque ita in ipſo & per ipſum longe crudeliores, & veſtræ ſalutis & gloriæ Chriſti perduelles, diabolum & mundum, tum præcipuè domeſticum veſtrum hoſtem, carnem & concupiſcentiam ejus peccatricem debelletis & proſternatis.

Pro Chriſto enim diſputare etiam diabolus poteſt; & multi hodie in Eccleſia ore pro Chriſto ſubtiliter diſputant, de ipſius Majeſtate, merito, omnibuſque beneficiis ſplendidè concionantur, quos tamen, cum è cathedra deſcenderunt, non Chriſti, ſed diaboli ſpiritu agitari, ſuamque gloriam, ſuum ventrem & mammona non Chriſtum colere & ſequi, loquitur ipſa experientia, loquuntur publicæ calamitates non minimam partem hiſce nominis divini blaſphematoribus in acceptis ferendæ, loquuntur gemitus & querelæ piorum omnium, loquetur denique

que ſententia judicis Chriſti in extremo die, & lo
tum ipſorummet conſcientia nunc quidem pagi
complicata & clauſa, tunc autem aperienda & ex
da; quibus longè ſatius erat omninò neſcire Ch
quam cum diabolico affectu ſcire; non enim eſt
pientia cœlitus deſcendens, ſed terrena, animali
bolica, *ait Iacobus c.3.v.15.* Vos ergo operam date,
Chriſtum ſciatis, ut ille in vobis vivat, & vos in i
Spiritu ejus agamini ceu Dei filii, & ab eo in ipſius
nem quotidie transformemini. Sic doctrina iſthæ
alioquin in libro & vocibus, in lingua tantum & n
ria nil aliud eſt, quā litera mortua, in vitā veſtram a
& in vobis, in ſtudiis & actionibus veſtris omnibus
ut gloriari de vobis liceat, quod Paulo de Corinthiis
2.Cor.3.v.2.3. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cor
noſtris, quæ cognoſcitur & legitur ab omnibus ho
bus; manifeſtati quod epiſtola ſitis Chriſti ſubmini
à nobis, & ſcripta non atramento ſed Spiritu Dei viv
in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carneis. H
animo vobis nunc precor, hoc doctrina iſta unicè
bis quæro; hoc & vos aſſiduè vobis à Deo vovete
ſtudiis & laboribus veſtris, ceu unum illud neceſſa
ſpectate & agite; ita fiet ut utrinq; fructum uberri
& Chriſto ſacerrimum, ego quidem docendi, vos a
diſcendi, Deo incrementum largiente, decerpamus
næque diſpenſationis talentum, & in ejus qui nobi
didit gloriam, & animarum noſtrarum ſalutem fel
erogemus. Id faxit ille qui ſolus poteſt, ſolus novit,
vult, Deus Pater, Filius, & Spiritus S. cujus nomen be
ctum in ſecula, Amen. Dabam Hannov. 16. Martii,
quem enunciat verſiculus:

VIta DeI eX Verbo, CarnIs ſapIentIa Mors

Sequitur nunc non minus inſignis informatio
Doct. Georgii Paſoris, Profeſſ. in Acad. Fran
rana hodiè & amici mei dilect. quam non
magno pietatis zelo ad omnes direxit veræ
tatis ſtudioſos, eamque in rei tam ſanctæ m
rem commendationem ſuo præfixit lexic
Novum Teſt. ultimæ editionis. Sed ita hæc qu
de reliquis diſciplinis ſunt accipienda.

LEC

LECTORI BENEVOLO S. P. D. GEORGIVS PASOR.

IESVS Chriſtus, Servator & caput noſtrum ſancto Petro dixit, *Lector* qui Deum diligis, *Iohan.* 21.15. Simon fili Ionæ diligis me plus quam hi? Ait ille, certe Domine: tu noſti, quod amem te. Dicit ei: paſce agnos meos, hoc eſt, electos, quibus pueri quoque ſunt accenſendi. Et hæc non ſolum Petro dixit, ſed etiam reliquis Apoſtolis, & omnibus deinceps verbi miniſtris, tanquam veris Apoſtolorum ſucceſſoribus.

Illi enim veri ſunt doctores, qui diligunt Chriſtum & agnos ejus. Chriſtus enim dixit, Simō fili Ionę diligis me? Quibus verbis Servator oſtendit, nihil eſſe frigidius doctoribus illis, qui tantum mercedis cauſâ perfunctoriè philoſophantur, qui potius cupiunt lucrari aurum, quam animas. Sic nimirum decet præceptorem affectum eſſe erga diſcipulos, ſicut Pater erga filios ſuos.

Et ſi Patriarcha Iacobus qui pecudibus præerat, oves rationis expertes, paſcens, & hominibus rationem redditurus noctes tranſegit inſomnes, æſtum, frigus & omnem aëris inconſtantiam paſſus eſt, ne ulla pecudum illarum periret: quantò magis ergo Scholarum & Academiarum Doctores non animalibus ratione carentibus præfectos, & non hominibus ſed Deo vocationis ſuæ redditurosrationem decet vigilare pro adoleſcentibus? Hos enim Chriſtus non pecuniis, ſed proprio ſanguine ſibi acquiſivit. *Actor.* 20. *v.* 28. quorum Angeli ſemper intuentur faciem Patris cœleſtis. *Matt.* 18. *v.* 10.

Quid verò Præceptores in Scholis tanquam Eccleſiæ ſeminariis docere debent? Servator dicit *Matt.* 28. *v.* 20. Docentes eos ſervare omnia, quæ mandavi vobis. Et hæc dicta ſunt non ſolum Eccleſiarum Epiſcopis, Senioribus & Miniſtris, ſed etiam Scholaſticis pręceptoribus. In Scholis agni paſcuntur, in Eccleſiis verò oves.

Deuter. 6, 6. Dominus diſertè mandat eadem omnibus pædagogis, patribus, matribus, &c. dicens: Et erunt verba hæc, quę hodiè tibi præcipio in corde tuo, & in anima tua, eaque acutè ingeres filiis tuis, ac loqueris de iis, quum ſedes domi tuæ, & quum ambulas per viam, quum cubàs & quum ſurgis, &c.

Hic mandatum Dei habemus maniſeſtiſſimum, quod

contemnere nefarium equidem foret facinus. Aſpernantur autem illud omnes, qui exponunt in Scholis Poëtarum fabulationes, ſacrarum literarum obliti. Vah tempus, cujus ſumptus debebat eſſe pretioſiſſimus, ejuſmodi fabulatores perdunt! Hos igitur à verà puerorum & juvenum educatione, necnon inſtitutione tantum aberrare, quantum cœlum diſtat à terra, brevibus (ſiquidem quæſtionis hujus dignitatem conſideres) demonſtrare conabor.

Nam ſi in Chriſtianis ſcholis oportet docere ſapientiam & virtutem, ſequitur, ſollicitos nos eſſe debere de novo Teſtam. negligendas vero eſſe illas Ethnicorum fabuloſitates. Etenim, quænam eſt vera ſapientia? ut nimirum agnoſcamus Deum & nos ipſos, & ut Deum agnitum rectè colamus. Deum verò cognoſcere non poſſumus ex Ethnicis libris, quos pleræque ſcholæ hucuſque manibus ſuis terunt.

Quicunque enim authores crediderunt multos eſſe Deos, permulta de iis fabulati ſunt, falſorum deorum nominibus votum nuncupaturi & juraturi uſi ſunt, ab illis verus Deus cognoſci nequit. Nimirum cœcus dux, huc & illuc oberrans, ſe & quem ducit, præcipitat in foveam. Nihil dicturus ſum de myſterio myſteriorum, nempe de SS. TRINITATE, ubi Ethnici ipſis piſcibus ſun magis muti. Deus enim ſivit gentes incedere in viis ſuis *Act.* 14. 16. nec dignatus eſt eos viſitatione, quæ per Prophetas facta eſt. Caro verò & ſanguis tantum myſteriu non revelavit, (*Matt.* 16. 17.) ſed Pater qui eſt in cœlis.

Homerus, Heſiodus, Pindarus, Ariſtophanes, Virgiliu Horatius, & reliqui fabulatores, quia illi ignorarunt v rum Deum, non potuerunt vera dicere de hoc uno & ſ lo vero Deo. Et profectò eò impietatis & dementiæ pr ceſſerunt, ut talia comminiſcerentur de Numine pecca quæ coram juventute recenſere me pudet. Tales inqua deos deaſque finxerunt, quales cives honeſta Reſpub. n quaquam ferret. De quibus in vivum DEVM peccan bus *Palingenius veriſſime ſcribit lib.* 1. quem Arietem vo vit, dicens:

In cœlo eſt meretrix, in cœlo eſt turpis adulter.

Poëtas verò à Satana actos hujuſmodi confinxiſſe r ſtra, & ſic fabulatos eſſe, non ineptè conjectat, ut occa nes præberent hominibus ad laſciviendum, ad ſcor dum, & ut uno verbo dicam ad luxuriandum. Scil

hoc erat hominem naturâ corruptum amplius corrumpere. Hoc, inquam, erat ignem igni addere.

Quum enim omnes naturâ ad quamlibet pravitatem nimis proclives & propenſi ſimus, facilè hæ obrepſerint cogitationes. Si poëtę noſtri (quos merito veneramur, tanquam viros divinitus afflatos, deorumq; interpretes) ſcribunt, Saturnum devorare infantes, eſſe voracem, Iovem promiſcuè ſcortatum eſſe, Iliad: XV. deos inteſtinis inter ſe diſcediſſe bellis, carnem humanam devoraſſe, & in cœno flagitiorum variorum ſeſe volutaſſe, ſequitur, non eſſe hæc tanta flagitia, prout Ariſtarchi noſtri nugantur. Licet ſcortari, decipere, bello alios laceſſere, bibere & libidinari, eò quod dii hæc ipſa fecerint. Vita deorum nobis eſt inſtar legis. Et ſanè nihil magis invitare ad imitandũ, quàm deorũ exemplum omnes facilimè arbitrantur. Etenim illi putantur beatiſſimi, tantamq; felicitatem cuncti adipiſci cupiunt.

Virgilius maximè impiè ſcripſit Æneid:7.

Miſta deo mulier———

Si enim promiſcuâ Venere dii uſi ſunt, brutis animantibus nõ pręſtiterunt, imò ipſis brutis fuerunt magis bruti. Plura de hiſce ſordibus dicere ipſa pietas vetat, animuſq; meus horreſcit. Melius ſcripſit Euripides, dicẽs: Dii ſi patrarent turpia, non forent dii. Homerus & ſocii ejus, qui tantas turpitudines de diis ſcriptitarunt, ſe atheos fuiſſe, poſteris evidentiſſime demonſtrarunt.

Profectò haud parum refert, ut Ariſtoteles ſapientiſſimè docuit, à teneris ſic aut aliter aſſueſcere, quũ natura altera ſit prava conſuetudo. Lana haud facilè primũ deponit colorẽ. Memoria puerorũ mollis eſt & cerea, quæq; ſemel in ætate florente fuerunt hauſta, tanquam inciſa in perpetuum ſervat.

Lege Plat. ſi libet, *in lib. de Rebuſp.* 2. de hoc Themate ex profeſſo diſſerentẽ, ubi ait: Non recipienda eſſe in urbẽ fabuloſa poëtarum cõmenta, quaſi dii inter ſe gerant bella, aliiq; aliis ſtruant inſidias. Hanc neq; Homeri circa deos inſaniam, neq; ullius alius poëtę eſſe recipiendam. Et nominatim non recipienda eſſe, quæ Homerus de deorum bello fabulatus fuerit, ſive accipiantur hæc tropicè, ſive non. Iuvenis enim (inquit) neſcit diſtinguere, quid ſit tropicè dictum, & quid non: ſed quaſcunque ille toties hauſerit opiniones, eas deinde difficulter elui, & manere altâ mente repoſtas: „DEVM affirmare cauſam malorum, quum ſit bonus, omnino hunc errorem refutandum.

Digitized by Google

tandum. Cogendos eſſe poetas, ut dicant & ſcribant ſancta, &c.

Idem Plato bene *dixit in Theag.* neſcio (*inquit*) de quanam re aliquis ſana mente prædіtus magis debeat eſſe ſolicitus, quam de filio, ut quam optimus evadat. Idem (ut Plutarchus de puerorum educatione commemorat) diligenter monuit, ne nutrices quaſcunque fabulas puerulis enarrent, ne ipſorum teneras mentes ab initio dementia & corruptelis imbui contingat.

Idem Plato *de legibus 4.* hæc conſulit, non permittendum poetis, ut effutiant, quicquid iis libuerit, ne legibus contraria dicentes, urbi noceant. Si Plato non ſivit, ut Poetæ qualiacunque quæ ipſis in buccam venerint, garrirent, & diſſeminarent nugas legibus repugnantes: Quanto minus concedendum, ut Poetæ noſtri canant aut ſcribant diſcrepantia à Scripturis divinitus inſpiratis? Admonitiones hæ auro ſunt magis aureæ, & admodum memorabiles. Multi Pædagogi in ſuis didaſcaliis (ſeu potius in ſuis idoliis) majus operæ precium ſe facere arbitrantur, ſi pluribus explanent, quiſnam Iupiter, Vulcanus, Neptunus, Saturnus, &c. creditus fuerit, quàm ut interpretentur, quiſnam ſit Ieſus Chriſtus, ubi non multis utuntur verbis, quaſi hæc ſcire nihil interſit. Atque ita, qui regnum Satanæ debebant labefactare & deſtruere, illud neſcientes ſtabiliunt.

Profectò, væ illi qui ſcandalum dederit uni ex minimis, ſicut loquitur SERVATOR, *Matth.* 18.7. Mentiri vero de DEO, annon eſt hòc offendere parvulos, ſive adoleſcentes, qui putant omnia eſſe oracula, quæ à docentibus fuere prolata? Oportet enim diſcentem credere.

Principes ægrè ferunt, & iraſcuntur ei, qui falſam de ipſis opinionem ſparſerit, eumque mendacem jubent abire in rem malam. Si de Principum fama, ut ea ſarta tectaque maneat, debemus eſſe ſolliciti, quanto magis dicenda ſunt de DEO, quæ ejus majeſtati conveniunt?

Non ſolum verò DEVS ex Ethnicis ſcriptoribus non cognoſcitur, ſicut hactenus dictum eſt, ſed etiam nos ipſos ex iis agnoſcere nequimus. Nam Poëtarum Bibliothecæ nihil continent de lapſu Adami, nihil de inobedientia & lapſu noſtro, qui tum eramus in lumbo Adami. Nihil de creatione & vita æterna. Et ſi quæ horum habeant, tantopere ſuis fabuloſis commentis implicarunt, obſcurarunt, ut fermè veritas, cujus umbram quandam

Patı

Patriarchis acceperant, apud infideles mendacii reddatur ſuſpecta.

De hominis regeneratione & liberatione per ſolum IESVM CHRISTVM ne gry quidem proferunt. Et Apoſtolus fatetur à ſe prædicatum Chriſtum, quæ doctrina Græcis viſa fuerit ſtultitia. Animalis enim homo non capit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Sunt ei ſtultitia, nec ea poteſt cognoſcere, quia ſpiritualiter dijudicantur. 1. *Cor.* 2. 14.

Ex *Act.* 26. *v.* 24. *patet*, Feſtum, Pauli ſermonem de reſurrectione mortuorum, & juſto DEI judicio differentis, ſic interrupiſſe; Inſanis Paule, multæ literæ te ad inſaniam redigunt. Hæc doctrina videbatur Feſto inſania quædam. Omnes verò Ethnici, qui ante Chriſtum incarnatum ſcripſerunt, quorum libros habemus, animales fuerunt, athei, impii, ambulantes in ſuis idolomaniis. Quapropter nihil eſt miri, ſi tanta myſteria ignoraverint, eo tempore inter gentes ſepulta.

Ex iis quæ diximus luculentiſſimè ipſoque ſole clarius apparet, veram ſapientiam apud Ethnicos authores neq; quærendam, neque inveniri poſſe.

Quamvis verò multa de moribus haud inſcitè, ſed ſapienter dicta habeant, prout inficiari nolim, tamen ſæpè vitium pro virtute, & contra virtutem pro vitio inſipientibus & idiotis inſtillant.

De pietate in DEVM Ariſtoteles nihil commemorat. *Cicero in libris de officiis* fatetur, ſe tantum aliquam virtutis umbram reperiſſe, & perperam ſcribit, Neminem læde, niſi laceſſitus & injuriâ affectus. Servator enim noſter, æterna Patris ſapientia contrarium mandat. *Matth.* 5. 44. dicens: diligite hoſtes veſtros. *Rom.* 12. 20. Ale hoſtem tuum. Et Servator antequam moreretur, oravit pro impiis, per quos cruci fuerat affixus, & per quos pedes & manus ejus ſanctiſſimæ crudeliſſimè fuerunt clavis pertuſæ. Stephanus primus martyr, quum lapidaretur idem fecit, vociferans, *Actor.* 7. 60. DOMINE ne ſtatuas iis hoc peccatum.

Novum Teſtamentum commendat & paſſim inculcat humilitatem, docens, DEVM ſuperbis reſiſtere, humilibus verò dare gratiam: ipſum habitaturum in contritis corde, *Eſaiæ* 57. 15. Apud Gentiles vero ambire primatum, velle præire alios, & iis præcellere ſemper, non ita poſitum fuit in vitio ſed pro ſigno magnanimitatis habitum. Sacra Scriptura docet, nuptias à DEO inſtitutas, à CHRI-

STO honoratas, & benedictas. Multi verò inter Ethnicos poëtæ impii (pro more quorundam etiam hâc ætate viventium) voluptatibus inebriati, & in reprobam mentem traditi, conjugium inceſſunt, contemnunt, & pro nihilo reputant, dicentes:

Satius eſſe mulierem ſepelire quam ducere.

Vitam cœlibem eſſe angelicam. De quibus veriſſima eſt vetus gnoma. Sæpe ſolent vates mentiri, quorum carmina ſæpe ab anilibus nugis nihil differunt.

Annon Pythagoras Ethnicorum Philoſophorum præſtantiſſimus in aureis ſuis carminibus, prout ea inſcribit, planè impiè dixit:

Tartareoſq; deos colito.

Quemadmodum etiam Virgilius, quamvis alium loquentem introducens, commemorat his verbis:

Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo.

Homerus fabuloſorum ſcriptorum coryphæus, quæ in ſolum Deum cadunt, Soli non ſine blaſphemia attribuit, Iliad. 3. ubi ſic fabulatur:

Sol qui cuncta audis, quique omnia conſpicis unus.

Sed quid præterea loquor? Deficeret enim me tempus ſi ſingula vellem enarrare. Plurima hiſce ſimilia legere licet apud beatum Athanaſium in oratione ſua contra gentes.

Hactenus demonſtravi veram ſapientiam & virtutem ex Ethnicorum ſcriptis non eſſe diſcendam. Quæ enim quis non habet, ea nec aliis impertiri poteſt.

Novimus vero Scholas à DEO inſtitutas, ab admodum piis principibus apertas ad ſanandos duos animi morbos. Quorum hic quidem eſt in mente, nempe ſtultitia, hoc eſt, ignorantia DEI & noſtri ipſorum: ille verò in voluntate ſedem habet, nempe inclinatio ad mala. Mens hominis pro innata cœcitate neque DEVM, neque opera DEI rectè agnoſcit. Voluntas quum natura abripiatur ad mala, menti, honeſta oſtendenti repugnat, & bonum appetere non vult.

Quum itaque duplex hæc ægritudo ab Ethnicis ſcriptoribus, ſanari aut curari nequeat, quanta quæſo inſania eſt, ejuſmodi uti medicis, qui ipſi ulceribus ſcatentes, ſeipſos ſanare non potuerunt? Amentes & ridiculi ſumus, qui inventis frugibus glandes ederem-

lumu

lumus. Phocylides omnium poëtarum caſtiſſimus, præclare ſcribit:

Te puerum fas eſt addiſcere ſemper honeſta.

Quid verò eſſe poteſt melius, quid utilius, quid magis neceſſarium, quam diſcere & agnoſcere unicum verum DEVM, & quem miſit IESVM CHRISTVM. *Iohan.17.v.3.* Hæc ſcientia nobis in mortis agone opitulatur, & fert ſuppetias, ubi Plato, Ariſtoteles, Cicero, omnis Rhetorum facundia, poëtarumque mellifluus ſermo, tanquam quiſquiliæ & vanus labor perit, penituſque evaneſcit.

Quapropter novum IESV CHRISTI Servatoris noſtri Teſtamentum tanquam unicum & veriſſimum animæ noſtræ Iatrium, hoc eſt, medicam officinam legamus & meditemur. In hiſce DEI eloquiis noctes dieſque conſumamus, haud ignorantes in iis contineri verba vitæ æternæ *Iohan.6.68.* Hodie vocem DEI audientes ne obduremus aures, ne induremus corda, ne ſimus immorigeri in ſequendo conſilio Davidis, clamantis: *Pſalm.119.9.* Quomodo purificabit juvenis viam ſuam? obſervando eam ſecundum verbum tuum.

Væ illis præceptoribus, qui vilipendunt hujuſmodi admonitiones, qui agnis CHRISTI imponunt, eoſque abducunt ad paſcua inſalubria & paluſtria!

Sermo itaque DEI inter nos copioſe habiter, Templa & Scholæ noſtræ eo perſonent, oves meæ, ait CHRISTVS, (*Iohan.10.27.*) vocem meam audiunt, & ego novi illas, & ſequuntur me. Et *Iohan.8.47.* idem proloquitur dicens; qui eſt ex DEO, verba DEI audit. Et Apoſtolus eadem ob oculos ponit Timotheo, filio ſuo non degeneri, dicens, *1.Timoth.4.7.* profanas verò & aniles fabulas devita, exerce verò temetipſum ad pietatem.

O Præceptores, ô Scholarchæ: hæc verba in intimis animi veſtri penetralibus recondite; ne arcete, ne prohibete agnos CHRISTI ab his paſcuis, ſcientes ea non tantum adultis, ſed etiam adoleſcentibus data eſſe. Ne imitamini Phariſæos, qui clauſerunt regnum cœlorum. *Matth.23.v.13.* Vos non intratis (ait Chriſtus) neque introeuntes ſinitis introire. Similes erant cani, qui non veſtitur fœno, & tamen ab eo pecudes prohibet.

Audite CHRISTVM principem paſtorum, qui dixit ad diſcipulos ſuos. *Marc.10.13.* Sinite puerulos ad

Digitized by Google

me venire, & ne arcete illos: talium enim eſt regnum DEI. Amen dico vobis, quicunque non exceperit regnum DEI, ut puerulus, nequaquam in id ingredietur. Et quum accepiſſet eos in ulnas, impoſitis ſuper eos manibus, benedixit eis.

Cæterum in tota vita, quicquid egerimus, nobis convenit ſemper reſpicere ad voluntatem DEI ſanctiſſimam, in ſacris literis nobis revelatam. Non licet ab ea deflectere ad dextram aut ad lævam. Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. *Rom.* 14.23. DEVS vero legem tulit, *Exod.* 23.13. ubi dicit, nomen Deorum alienorum ne recordamini, ne audiatur ex ore veſtro. *Pſalm.* 16.4. neque aſſumam nomina eorum idolorum in labiis meis.

Sed quinam ſunt Dii illi alieni, & quænam ſunt nomina eorum? Iupiter, Mercurius, Vulcanus, Neptunus, Saturnus, Mars, aliaque id genus idola famoſiſſima, quibus libri Gentilium referti ſunt.

Vtinam poëtaſtri noſtri conſiderarent, ipſos invocantes Iovem, Palladem, Phœbum, &c. diabolum, quamvis per ignorantiam invocaſſe, ei neſcientes ſerviiſſe, & apertiſſime peccaſſe in Decalogum: Diſertè enim dicit Apoſtolus, 1. *Cor.* 10.20. quæ Gentes ſacrificant, dæmoniis ſacrificant & non DEO. Sacrificabant vero Iovi, & cæteris Diis quorum paulo ante mentionem fecimus.

SPIRITVS S. interdixit nobis Chriſtianis, prout ſupra locuti ſumus, ne meminerimus deorum alienorum. Digniſſima enim ſunt idola illa, quorum nomina, quorum mentio & monimenta prorſus deleantur, éque medio plane tollantur.

Contradicentibus vero & objicientibus, Ethnicos ſcripſiſſe & reliquiſſe multa utilia ad emendandos mores, ad Remp. bene gubernandam &c. & ſuavitatem poëmatum non eſſe à Philoſopho alienam.

Reſpondeo 1. *Cor.* 5.6. parum fermenti totam maſſam fermentat. Mala bonis miſta omnia corrumpunt. In N. *Teſtamento* lege ſancti Petri Epiſtolam, quam Ariſtotelis & Ciceronis Ethicis longiſſimè præfero. Lege reliquas ſanctorum Apoſtolorum Epiſtolas, & fateberis, illos ſolos perfectiſſimam benè vivendi formulam nobis reliquiſſe, & conſcripſiſſe. Lege Proverbia Salomonis, Pſalmos, Jobum, Pentateuchum, & diviniſſimarum gnomarum pelagus admiraberis.

Ethnici, ſi quid boni habuerunt, acceperunt à Patriarchis,

chis, Patriarchæ vero à DEO, & prout cœco notum eſſe poteſt, plurimi ex Moſe, tanquam antiquiſſimo ſcriptore moralia ſua hauſerunt. Bene vero dixit Poëta:

Purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Quod verò ais, ſuavitatem poëmatum non eſſe alienam à Philoſopho, illud in te retorquens reſpondeo. Quid dulcius eſſe poteſt Sacrâ Scripturâ? *Pſalm.* 19. 11. Iudicia DOMINI dulciora ſunt melle. *Pſalm.* 119. 103. Quàm dulcia ſunt palato meo judicia ſermonis tui? Dulciora melle ori meo. *Ezech.* 3. 3. & comedi volumen illud, & fuit in ore meo par melli dulcedine. Omnium rerum in hâc terrâ tandem nos capit ſatietas; & ut Pindarus ſcribit, etiam mellis capimur ſatietate. Sacræ Scripturæ vero delitiis pia anima ſaturari nequit. Nullum ejus eſſe poteſt faſtidium. Etenim quænam dulcedo major eſt, charitate DEI effuſa in corda electorum? *Roman.* 5. 5. Qui guſtarunt tantam dulcedinem, exclamant cum Apoſtolo, ex cujus ore ſermo fluxit melle dulcior: *Philip.* 3. 8. Quin etiam certe duco omnia damnum eſſe propter eminentiam cognitionis CHRISTI IESV Domini mei: propter quem omnibus iſtis meipſum multavi, eaque duco pro ſtercoribus, ut CHRISTVM lucrifaciam.

Et quid quæſo Philoſophia ſine IESV CHRISTO? Amor ſtultitiæ eſt, animæque corruptela, & ut Salomo veriſſimè ſcripſit, Vanitas vanitatum. Præbeamus itaque bibendum adoleſcentibus noſtris lac ſacrarum literarum, ſincerum, purum, & ſalubre. In Ethnicis Poëtis, ut plurimum, multæ ſunt nugæ, nihilque ſani.

Ante CHRISTI adventum in carnem Eccleſia non egebat libris Ethnicis, ſed Moſes, Pſalmi & Prophetæ ſuffecerunt. Quare itaque hodie nobis non ſufficit ſacra Scriptura aucta Apoſtolicorum librorum additione? Multi Chriſtiani, qui ſub Ethnicis & impiis Imperatoribus vixerunt, quando dixerunt, averſanda eſſe Ethnicorum deorum nomina, perſecutioni fuerunt preſſi, & ut videre eſt ex Actis Apoſtolicis, ex Epiſtola *ad Hebræos cap.* 11. 37. & ex hiſtoriis Eccleſiaſticis, virgis cæſi, in carceres abducti, catenis adſtricti, lapidati, ſerrâ diſſecti, in ignem præcipitati, aut à feris belluis dilaniati & occiſi fuerunt. Poëtaſtri verò noſtri non erubeſcunt invocare Muſas, Palladem, & nos admonentes ipſos derident, tanquam naſutulos, quaſi noſtram ipſorum reformidemus umbram.

O præpoſteros imitatores, & ſimios deriſorum illorum à CHRISTO alienorum, ab Eccleſiâ remotorum,& planè inexcuſabilium! Vos utique olim potuiſſetis pacatè vivere inter Gentes,à quibus ſancti Apoſtoli & plurimi martyres interfecti fuerunt, quod nollent invocare Iovem, Palladem, Phœbum, &c.

Sed Poëtæ noſtri, novi illi fabulatores, Homeri ſimii,& nomine tenus Chriſtiani, ſe excuſare conantur, dicentes, melius ſentimus, quàm loquimur. Novimus idola & Ethnicos Deos nihil eſſe, quo prætextu olim & Corinthii uſi ſunt. Reſpondeo verò, oportere nos etiam ab omni ſpecie mali abſtinere. 1. *Theſſ.* 5,22. DEVS abominatur omnem contaminationem exteriorem & interiorem, 2. *Cor.* 7, 1. & vult ut ſe colamus ſpiritu & lingua. Vult,ut ſe diligamus ex omnibus viribus. Non ſolam animam ſed etiam corpus creavit,& vult ut utraque parte ſe honoremus.

Profecto ego ejuſmodi poëtas non Chriſtianos, ſed Ethnicos palam voco. Vocem enim audio, & ex eâ judicium fero,eoſque qui gentilium more locuti ſunt,Ethnicos appello. Quum ſim homo,quæ in corde latent,non video. De iis itaque judicare meum non eſt.

Sed ne quis opinetur, hæc paradoxa à me ſolo exarata & conficta, alios audiamus. Henricus Stephanus in Catecheſin Græcè à ſe verſam fusè de iiſdem præfatur. Præſertim verò in novo Teſtamento ejuſmodi præmittit procemium:

——— illuxitq́; omnibus iſthæc
Lux Euangelii,quos ſol illuſtrat ab axe.
Hic liber eſt ſolus, qui vera oracula pandit.
Quiſnam quæſo libris his æquaretur Homerus,
Aures qui mulcet,mendacia inania fundens?
Quis veſtros animos Cacodæmon faſcinat eheu
Mortales,quibus arrident mendacia vana?
Qui vero nugas has antetuliſtis inanes?
Vah miſeros, inflat quos vana ſcientia, rectum
Qui neſcitis iter,quo flammifera itur ad aſtra.
Deſinite en tandem ventoſa requirere verba,
Salvificumque DEI tantùm perdiſcite verbum,
A veſtris oculis tenebras quod diſcutit omnes,
Quod vos deducit, ceu nigra nocte lucerna,
Et tandem ſtatuit rutilo vos axe beatos!

Adhæc nobiſcum ſentit etiam Auguſtinus, priſcus Eccleſiæ Doctor in libro ſuo de confeſſione, prout eum inſcribit

ſcribit, *capite* 15. ubi dolet ſe florentem ætatem contriviſſe in hujuſmodi vanis & inutilibus rebus, atque ita ſanctus ille vir exclamat. Vtinam *(inquit)* quum juvenis eſſem, inſtitutus fuiſſem in libris utilibus! Ego adhuc adoleſcens audivi in Scholâ Iovem tonantem, & ſimul adulterantem, &c.

Huic Eccleſiæ lumini aſſentitur Ludovicus Vives in tractatu de diſciplinis, ubi Ethnicos illos authores comparat cum mulieribus Ethnicis ab Iſraëlitis in bello captis & abductis, de quibus legere licet *Deut.* 21. Manifeſtè verò DEVS conjugiũ cum exoticâ prohibet. *Exod.* 23.16. *Deut.* 7.3. Sententia Ludovici Vivis eſt, pari ratione Ethnicos illos authores non congruere Scholis Chriſtianis.

Et à tantis viris non diſſentit Reverendus vir *Matthias Martinius*, clariſſimus Theologus Bremenſis, & Scholæ ibidem Rector, cui primam Lexici hujus editionem dedicaveram, quam ipſe honoravit ſequentibus verſibus.

Ad Pueros, qui CHRISTVM diligunt, N. Teſtamenti diſcipulos, Græc. litt. ſtudioſos.

Negotiis (ait) vaniſſimis
Erroribus, tot litibus
Speculationi & futili,
Satiſque, pluſque ſat hactenus:
Vacaſtis eheu ſinguli.
Hæc quæſo fugite ſomnia
Iuvenes nimis præpoſteri,
Prodeſſe nil valentia,
Variis modiſque corpora
Animasque corrumpentia.
Primum ſit hoc & ultimum
Mediumque, PATREM cœlicum,
Et unicum ejus FILIVM
Vitam ferentem mortuis,
Noſcatis ut perfectius,
Credatis ejus Bibliis,
Fidatis illi perpetim &
Colatis illum pectore:
Secti hujus at contagia
Pede fugiatis provido,
Sunt fulciendi poplites
Hoc Scipione inflexili.

Linguæ profuſa primitus
Ex ore ſanctorum virûm
Quæ tot ſcatet myſteriis
Dictata ſancto à Spiritu,&c.

Audiviſti non tantum, *Lector,* qui DEVM diligis, rationes multas,ſed etiam Scripturæ teſtimonia,& teſtimonia virorum magnorum, Theologorum & Philoſophorum. Hæc profecto quæſtio non eget ampliori demonſtratione,prout eſt proverbium vulgatiſſimum, Ad bonam cauſam tria verba ſufficiunt.

Colligo itaq; ſicut ex iis, quæ perſæpe à me ſunt dicta, ad oculum demonſtravi, fidelium præceptorum & pædagogorum officium eſſe, utin poſterum Nov.Teſt. IESV CHRISTI Servatoris noſtri adoleſcentibus diligenter exponant,Grammatice dictiones reſolvant,& quantum fieri poteſt,illis dicta interpretentur; attemperantes ſeſe ad teneræ ætatis inſcitiam.

Ego itaque hoc conſcripſi Lexicon,ut juvenes & auditores meæ fidei commiſſi ſacras literas antehac à quibuſdam neglectas addiſcant, omniumque vocum analyſin Grammaticam à me in medium manu meâ prolatam, & præparatam hîc inveniant.

Non odi poëſin,neque poëtis male cupio, ſicut facilimè quis hîc poſſet ſuſpicari: ſed odi vitia poëſios,phraſeſque, idololatriam redolentes radicitus evellere cupio. Poëſis per ſe bona eſt, Deique donum: abuſus vero ejus eſt vituperio dignus. Non ajo poëſin è medio tollendam (circa quam excolendam meipſum verſari profiteor) ſed corrigendam.

Scio,fore qui cogitaturi ſint,me verſus averſari. Sed nihil moror horum præpoſtera judicia. Mihi ſanè pro minimo eſt ab hujuſmodi hominibus cenſeri. Majorem rationem habendam eſſe veritatis quàm vulgi perperam judicantis,omnino mihi perſuadeo.

Vale in IESV CHRISTO Domino noſtro. *Scripſi Herbornæ,urbe Naſſoviorum* 8. *Maji, Anno nati* CHRISTI, 1626.

Iohan.

Iohan. Angelii Werdenhagen I.C.C.

ad

Chriſtianæ Politiæ auditores in Academ. Iuliâ Helmſt.

Anno 1618. Menſ. April.

Invitat. p. p.

O Agite excubias, ut fas. Chriſtique vacato
Nunc operis melius
Adſidui. Quid enim falſæ traducimus ævum
Deliciis ſophiæ,
Queîs nil, quam cœca rationis munera cœca
In tenebris ſapimus?
Cernite nunc, juvenes, tandem: dignoſcite vitæ
Crimina jam potius,
Vanaque fucatæ perpendite ſomnia gentis,
Græcia quæ memorat.
Ex vanâ hac Sophiâ Pietasq́, Fidesq́, maceſcunt:
Spiritus ipſe Dei
Dum ſic conqueritur, ſe ſemper ab omnibus actis,
Imperioque hominum
Excludi penitus. Sibi quivis vivere geſtit
Viribus in propriis,
Inde ſibi ut ſapiat, ſibi colligat aurea vaſa,
Carnis & aucupia.
Carni etenim quicunque, recluſo lumine, degit,
Vivere ritè neget
Hunc ſapiens Chriſti verbo; à ſe quando repellit.
Quod jubet Eloquium
Ihovæ, quod toties inculcat Spiritus ipſe,
Cœlitus alliciens
Nos veram ad Sophiam, vera & veſtigia vitæ,
Muneris atque pii.
Rectius at tandem nunc quis ſervire Iehovæ,
O Iuvenes, cupiat.
His bene definire modum rectè eſſe putâris,
Cœlica quem pietas,
Eloquiumq́ à te poſcit cœleſte, perennis
Gratia & ipſa Dei.

Sed

Sed quùm ſint vigiles, obliti nominis hujus.
Omne mali nocuas,
Pro ſtudio ſolito, qui vertant tempus in artes;
Tu ſecus eſſe velis,
Et Christi ſancto potius te dedere diſcas
Sanior Eloquio:
Nec latius vanos, neque cures maxima lingua
Flumina blandiloqua,
Vt ſunt, humanas miſerè turbantia mentes,
Fundere qui valeant,
Promittuntque auri montes, varias & honorum
Imperii ſpecies.
Aſt Iuvenum quivis hoc credat rite, quod illo
Tramite nemo queat
Proſperitatem ullam mentis, vitaque beata
Conciliare ſibi.
Nugæ hæ ſunt ſophies vana, diliria, ſtulta
Et rationis opes,
Ethnica tam grandes quas ſemper natio jactat,
Victa ſuis tenebris.
Christiadas melior pietatis ſemita ducit,
Summa per aſtra poli.
Qui Verbum Ihovæ ſequitur pietate fideli,
Nocte dieque ſimul
Ruminat hoc ſecum, longè felicius omne
Exuperat ſpacium.
Hic vita felix, & cunctis inde politus
Redditur officiis.
Namque parit ſolam Sophien Domini timor unus
Et pietas animi.
Hoc niſi fundamen demonſtret in omnibus actis,
Normaque ſit ſtudiis,
Fruſtrà in pompoſa virtute Politicus audis,
Nomen inane gerens.
Sic igitur quavis qui ſanctior excubat in re,
Deditus uſq; Deo,
Rite ſuum eventu ſperato munus obibit,
Charus ubiq; Deo;
Sive is equum regat, aut navim, celereſvè quadrigas,
Sive etiam populos,

Sive

Sive urbes, aliud vel quicquid, ſive juventam,
Poßideatve domum,
Sive opus in fundo faciat, vel trans mare currat,
Aut iter expediat
Terris: vel ludis ſtudeat, vel ſeria tractet;
Denique quicquid agat;
Ni Ihova ex verbo vivat pius, excidet auſis,
Victima mox Satanæ.
Ut lux hac igitur quoq; nobis præferat omnem
In pietate facem,
Hinc ſacra doctrina noſtra manabit origo,
Eloquioq; ſuo
Ipſe Deus nobis rationes deteget omnes,
Queis valeat merito
Rebus in omnigenis benè vita Politica fingi.
O Iuvenes, agite
Hoc mecum, quivis ut currat tramite ſancto.
Aſpera non adeo
Eſt via; ſed pandam vobis mox ſingula plane
Ordine: Chriſtiadas
Non ego perverſas cupio confingere gentes.
Ihova ſit auxilio
Nobis, ut verè quivis mendacia vana
Corrigat, & ſapiat.

Digitized by Google

DES. ERASMI ROTERODAMI
Libellus Aureus
DE BELLO:

Hiſce temporibus turbulentis ſummè neceſſarius, olim Anno 1517. editus: Ad Adagium; Dulce Bellum Inexpertis.

PROOEMION.

ET elegans cum primis & multorum literis celebratum adagium eſt, Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος, id eſt: *Dulce bellum inexpertò.*

Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant diſcriminis ac malorum, non intelligas, niſi facto periculo.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici.
Expertus metuit.

Bella res & ſplendida videtur, inter aulicos obambulare proceres, in regiis verſari negociis. At ſenes, quibus uſu penitus cognita res eſt, ab ea felicitate libenter abſtinent. Suave videtur, amare puellas, ſed iis qui nondum ſenſerunt, quantum amori inſit amari. Ad eundem item modum accommodari poterit: ad quodvis negocium multo cum periculo multiſque conjunctum malis, quod nemo velit capeſſere, niſi juvenis, & rerum imperitus. Siquidem Ariſtoteles in Rethoricis hanc adfert cauſam, cur juventus ſit audacior, contrà ſenectus timidior, quod illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorum, timiditatem & cunctationem.

Quod ſi quicquam eſt in rebus mortalium, quod cunctanter aggredi conveniat, immò quod oporteat modis omnibus fugere, deprecari, propellere, certe *bellum* eſt, quo non alia res vel magis impia vel calamitoſior, vel latius pernicioſa, vel hærens tenacius, vel tetrior & in totum homine indignior, ut ne dicam Chriſtiano. At dictum mirum, quàm hodiè paſſim, quàm temerè, quàm quavis de cauſa, ſuſcipitur, quàm immaniter ac barbaricè geritur; non tantum ab ethnicis, verum etiam à Chriſtianis; nec prophanis modo, verum etiam à ſacerdotibus & epiſcopis; nec ſolum à juvenibus & imperitis, verum etiam à ſenibus, & toties expertis; nec à plebeis tantum & vulgo natura mobili, ſed potiſſimum à principibus; quorum officium

officium erat, temerarios ſtultæ multitudinis motus, ſapientia, rationeque componere. Neque deſunt Iuriſconſulti ac Theologi, qui ad iſta tam nefaria faces admovent, & frigidam (quod ajunt) ſuffundunt.

Quibus rebus fit, ut nunc bellum adeò recepta res ſit, ut demirentur homines, eſſe cui non placeat. Adeo probata, ut impium ac penè dixerim hæreticum ſit, improbaſſe rem unam omnium, ut ſceleratiſſimam, ita miſerrimam quoque. *At quanto juſtius erat illud demirari, quis malus genius, quæ peſtis, quæ intemperia, quæ furia, primum in hominis mentem immiſerit, rem uſque adeo belluinam, ut placidum illud animal, quod natura paci benevolentiæque genuit, quòd unum omnium ſaluti prodidit, tam ferina veſania, tam inſanis tumultibus in mutuam rueret perniciem.* Id quod magis etiam admirabitur, quiſquis animum à vulgo receptis opinionibus, ad ipſam rerum vim ac naturam perſpiciendam converterit, ac ſeorſim hinc hominis imaginem, hinc belli ſimulacrum verè philoſophicis oculis aliquantiſper contempletur.

CAPVT I. *De effigie hominis.*

PRimum igitur ſi quis habitum modò figuramque corporis humani conſideret, annon protinus intellecturus eſt, naturam vel potius Deum, animal hoc non bello, ſed amicitiæ: non exitio, ſed ſaluti: non injuriæ, ſed beneficentiæ genuiſſe? Nam cæterorum animantium unum quodque ſuis inſtruxit armis. Taurorum impetus armavit cornibus, Leonum rabiem unguibus, Apris fulmineos affixit dentes, Elephantos præter cutem & molem, promuſcide quoque tutatus eſt, Crocodilum cutis velut laminis communivit, Delphinis teli vice pinnas addidit, Hiſtricem ſpinis, Rajam aculeis defendit, Gallis calcar addidit. Alia teſtis, Alia corio, alia cortice communivit.

Sunt quorum incolumitati pernicitate proſpexit, veluti Columbis. Sunt rurſum, quibus venenum teli vice tribuit. Addidit his ſpeciem tetram ac belluinam, addidit oculos truces, vocis ſtridorem. Inſevit nativa quædam diſſidia.

Solum hominem nudum produxit, imbecillem, tenerum, inermem, molliſſima carne, cute lævi. Nihil uſquam in membris, quod ad pugnam, aut violentiam datum videri poſſit, ut ne dicam interim, quod cætera ferè, ſtatim, ut nata ſunt, ſibi ſufficiunt ad vitam tuendam, *ſolus homo ſic prodit, ut multo tempore totus à ſubſidio pendeat alieno. Nec fari*

Digitized by Google

fari novit, nec ingredi, nec cibum capere; vagitu tantum implorat opem, ut vel hinc conjici poſſit, ſolum hoc animal totum amicitiæ naſci, quæ mutuis officiis & coit, & cohæret potiſſimum.

Proinde natura voluit hominem vitæ munus, non tam ſibi, quàm benevolentiæ acceptum ferre, quo videlicet intelligeret ſeſe gratiis eſſe dicatum ac neceſſitudini. Tum ſpeciem dedit non tetram & horridam uti cæteris, ſed mitem ac placidam, amoris ac benevolentiæ notas præ ſe ferentem. Tribuit oculos amicos, & in his animi ſigna. Dedit brachiorum ſinus ad complexum. Dedit oſculi ſenſum, quo ceu copularentur, & ſeſe contingerent animi. Vni riſum attribuit, alacritatis indicium. Vni lachrymas, clementiæ & miſericordiæ ſymbolum. Quin & vocem dedit, non minacem & horrendam, ſicuti belluis, ſed amicam & blandam. Nec his contenta natura, ſermonis & rationis uſum uni tribuit, quæ quidē res ad parandam & alendam benevolentiam imprimis valet, ne quid omnino per vim inter homines gereretur. Inſevit odiū ſolitudinis, amorē ſodalitatis. Indidit penitus benevolentiæ ſemina. Fecit ut quod eſt ſaluberrimum, idem ſit & ſuaviſſimum. *Quid enim amico jucundius?* At rurſum, quid æque neceſſarium? Proinde ſi maximè liceret abſq; mutuo commercio commodè vitam agere, *nihil tamen jucundum videri poſſit abſq; ſocio, niſi ſi quis prorſus hominem exuerit, & in feram degenerarit.* Addidit inſuper liberalium diſciplinarum ſtudium, & cognitionis ardorem, quæ res ut potiſſimum abducit hominis ingenium ab omni feritate, ita ad conciliandas neceſſitudines pręcipuam vim habet. Siquidem nec affinitas, nec ſanguinis propinquitas arctioribus, aut firmioribus amicitiæ vinculis aſtringit animos, quàm ſocietas honeſtorum ſtudiorum.

Super hæc, admirabili quadam varietate, dotes tum animorum, tum corporū inter mortales partita eſt, nimirum ut ſinguli in ſingulis invenirent, quod vel amarent ac ſuſpicerent ob excellentiam, vel ob uſum & neceſſitatē ambirent & amplecterentur. Denique indidit divinæ mentis ſcintillulam, ut nullo etiam oſtenſo præmio, tamen per ſe juvet bene mereri de omnibus. *Id enim Deo maximè proprium ac naturale, ſuo beneficio conſulere univerſis.* Alioqui quid illud eſt, quod haud vulgarem animo ſentimus voluptatem, ubi quempiam per nos ſervatum intelligimus? Proinde Deus in hoc mundo velut ſimulacrum quoddam ſui conſtituit hominem, ut ceu terrenum quoddam numen, ſaluti proſpiceret omnium. Sentiunt hoc ipſa etjam

jam bruta, cum videamus non mitia ſolum, verum etiam Pardos & Leones, & his immitiores beſtias, in magnis periculis ad hominis opem confugere. Hoc extremũ omnibus aſylũ, hæc ara eſt ſanctiſſima univerſis, hęc nulli non ſacra eſt anchora. Hominis effigiem utcunq; depinximus.

CAPVT II. *Belli ſimulacrum.*

NVnc belli ſimulacrum ex adverſo cum hac, ſi videtur, componamus. Iam igitur videre te puta barbaras cohortes, ipſo vultu ſonoque vocis horrendas, hinc atque hinc inſtructas ferratas acies, formidabilem armorum crepitum, ſimul & fulgorem, inamabilem tantæ multitudinis fremitum, oculos minaces, rauca cornua, terrificum Taratantaræ cantum, bombardarum tonitrua, non minus formidoloſa veris, ſed magis noxia, clamorem inſanum, concurſum furioſum, immanem laniationem, cadentium & occidentium crudeles vices, congeſtas ſtrages, undantes cruore campos, fluvios humano tinctos ſanguine. Fit interea nonnunquam, ut frater incidat in fratrem, affinis in affinem, amicus in amicum, & communi furore jam debacchante, in ejus viſcera ſtringat ferrum, à quo ne verbo quidem unquam fuerat læſus. Denique tantum malorum habet illa Tragœdia, ut à commemoratione quoque pectus humanum abhorreat. Vt interim non referam illa vulgaria præ his, leviaque, protritas paſſim ſegetes, exuſtas villas, incenſos pagos, abacta pecora, conſtupratas virgines, tractos in captivitatem ſenes, direpta phana, latrociniis, prædationibus, violentia plena confuſaque omnia. Vtq; taceam illa, quæ feliciſſimum etiam ac juſtiſſimum bellum conſequi ſolent. Expilatam plebem, oneratos proceres, tot ſenes orbos, & ſimul in cæde liberorum occiſos, tot anus deſtitutas, & crudelius quàm ferro peremptas, tot matronas viduas, tot liberos orphanos, tot domos funeſtas, tot opulentos ad inopiam redactos. Nam de morum pernicie quid attinet loqui, cum nemo neſciat univerſam vitæ peſtem, ſemel è bello proficiſci?

Hinc pietatis contemptus, hinc legum neglectus, hinc ad quidvis audendum ſceleris promptus animus. Hoc fonte nobis tam ingens latronum, raptorum, ſacrilegorum, percuſſorum turba ſcatet. Et quodvis omnium graviſſimum, hæc tã exitialis peſtilentia, neſcit ſe ſuis continere ſpaciis. Sed in uno quopiã angulo nata, non ſolũ finitimas regiones veluti contagio pervadit, verumetiam procul ſemotas

vel

vel mercede, vel per affinitatis, aut fœderis occaſionem, in communem tumultum, ac rerum tempeſtatem pertrahit. *Quin etiam bellum è bello ſeritur, è ſimulato verum, è puſillo maximum exoritur*, neque raro ſolet in his accidere, quod de Lernæo monſtro fabulis proditum eſt.

Hiſce de cauſis opinor, veteres illi poëtæ, qui rerum vim ac naturam, & ſagaciſſimè perſpexerunt, & aptiſſimis figmentis adumbrarunt, tradidêre *bellum ab inferis immitti*, idque furiarum miniſterio, neque quamlibet furiam ad hoc negocii conficiendum, eſſe idoneam. *Deligitur omnium peſtilentiſsima, cui nomina mille, mille nocendi artes.* Hæc innumeris armata colubris, Tartarea buccina præcinit. Pan inſano tumultu complet univerſa. Bellona furioſum quatit flagellum. Furor impius, ruptis omnibus vinculorum nodis, evolat horridus ore cruento.

CAP. III. *De belli nomine & comparatione cum belluis.*

NEque non viderunt hæc grammatici, quorum alii bellum κατ' ἀντίφρασιν dictum volunt, quod nihil habeat neque bonum, neque bellum, nec alia ratione bellum eſſe bellum, quam furias Eumenides. Alii malunt à bellua deductum, quod beluarum ſit, non hominum in mutuum exitium congredi.

At mihi ſanè pluſquam ferinum pluſquam bellum eſſe videtur, armis confligere. Primum enim pleraque brutorum animantium in ſuo quodque genere, concorditer & civiliter degunt, gregatim incedũt, ope mutua ſeſe tuentur. *Ne feræ quidem omnes dimicant.* Sunt enim & innoxiæ, ſicut Damæ & Lepores, ſed omnium efferatiſſimæ, veluti Leones, Lupi, Tigrides. Quanquam nec hæ belligerantur inter ſeſe, quemadmodum nos. Canis caninam non eſt. *Leonum inter ſe feritas non dimicat. Draconi cum dracone pax eſt.* Inter venena convenit. *At homini nulla fera perniciosior, quam homo.* Rurſum illæ cum pugnant, ſuis pugnant armis, nos præter naturam arte cacodæmonum excogitatis, inſtruimur homines in hominum perniciẽ. Nec illæ quibuſlibet de cauſis ſæviunt, verum ubi vel fames ſtimulat in rabiem, vel ſe peti ſentiunt, vel fœtui ſuo timent. Nos Deum immortalem, quam frivolis de cauſis, quas bellorum tragœdias excitamus? Ob inaniſſimos titulos, ob puerilem iram, ob mulierculam, ob cauſas, his quoque multo magis ridiculas. Ad hæc inter feras uni cum una bellum eſt, idque per breve. Et ut cruentiſſima pugna ſit, una aut altera vulnerata diſcedit. Quando auditum eſt, id

quod

quod paſſim faciunt homines, centum millia beluarum mutuo laniatu concidiſſe? Adde, quod ut feris quibuſdam naturale diſſidium eſt cum aliis diverſi generis, ita rurſum habent, cum quibus genuina firmaque cohærent amicitia. *At homini cum homine, & cuilibet, cum quolibet jugis pugna eſt, nec ullum ſatis firmum fœdus inter ullos mortalium. Adeo quicquid à ſua deflexit natura, in pejorem degenerat ſpeciem, quàm ſi natura malitiam ingenuiſſet.*

CAPUT IV. *Hominis rabies in bello monſtroſa.*

VIs ſcire, quàm ferina, quàm fœda, quàm non digna homine res ſit bellum? ſpectaſtine aliquando leonem cum urſo commiſſum? Qui rictus, qui rugitus, qui fremitus, quæ immanitas, quæ laniatio? inhorreſcit, qui ſpectat etiam in tuto. At quanto fœdius ſpectaculum, quanto immanius, videre hominem cum homine tot armis, tot telis inſtructum confligere? Quæſo te quis homines crederet, niſi conſuetudo malis ſuſtuliſſet admirationem? Ardent oculi, pallent ora, furorem præfert inceſſus, frendet vox, clamor inſanus, totus ferreus eſt, crepant arma, fulminant bombardæ. Mitius erat, ſi cibi cauſa homo hominem devoraret, ſi ſanguinem hauriret, quanquam huc quoque ventum eſt à quibuſdam, ut id odii gratia faciant. At nunc idem fit crudelius telis veneno tinctis, tartareis machinis. Nullum uſquam hominis veſtigium. An credas hic ipſam naturam agnituram, quod condidit? Et ſi quis admoneat, an non merito hujuſmodi verbis ſit admiratura? Quod novum ſpectaculum ego video? *Quis tartarus hoc nobis portentum edidit?*

Sunt qui me novercam appellent, quod in tam immenſa rerum ſumma, venena quædam genuerim, quanquam & hæc in hominis commodum ceſſura. Quod aliquot animantia parum mitia finxerim, etiam ſi nulla fera tam immitis eſt, quin arte & officiis poſſit cicurari.

Hominis cura manſueſcunt leones, miteſcunt dracones, ſerviunt urſi. Quæ tandem eſt iſta pluſquam noverca, quæ novam hanc beluam, totius mundi peſtem nobis dedit? Vnum animal totum genui benevolentiæ placidum, amicum, ſalutare. Quid accidit, ut in hujuſmodi feram degenerarit? Nihil agnoſco hominis illius, quem finxi. Quis malus genius vitiavit opus meum? Quæ ſaga mentem humanam excantavit & incantavit beluinam? Quæ Circe nativam vertit formam? Iuberem ut ad ſpeculum ſeſe contemplaretur infelix, *ſed quid cernant oculi, cum mens abſit?*

Digitized by Google

abſit? Tamen aſpice teipſum ſi potes furioſe bellator, ſi quo pacto contingat reſipiſcere. Vnde tibi minax criſta verticis? unde fulgens galea? unde ferrea cornua? unde pinnati cubiti? unde ſquamæ? unde dentes ærei? unde laminæ? unde tela lætifera? unde vox pluſquam ferina? unde vultus iſte pluſquam beluinus? unde tonitru & fulmen, ipſo Iovis fulmine, tum formidabilius tum nocentius? Ego te divinum quoddam animal finxi, quid venit in mentem, ut te ipſum in tam immanem beluam transformares; at nulla jam belua, futura ſit belua, ſi cum homine componatur? *Hæc atque id genus alia permulta diceret opinor architectrix illa rerum Natura.*

CAP. V. *De malâ conſuetudine, qualia monſtra abſurditatis & feritatis gignat.*

PRoinde cum ſic conditus ſit homo, quemadmodum oſtenſum eſt, cum hujusmodi res ſit bellum, quemadmodum nimium crebro ſentimus, haud mediocriter admirandum videtur, quis Deus, qui morbus, aut qui caſus, primum in humanum pectus immiſerit, ut lætale ferrum in hominis ſtringeret viſcera? Multis gradibus ad tàm inſignem veſaniam ventum ſit oportet. Nemo ſiquidem repente fuit turpiſſimus, ut inquit Poëta Satyricus, *Semperq́, malorum maxima, ſub umbra ac ſpecie boni, ſubrepſerunt in vitam hominum.* Olim igitur cum rudes illi priſcique mortales, nudi, ſine mœnibus, abſque tecto, vitam in ſylvis agerent, evenit aliquoties, ut à feris ac beluis offenderentur. Cum his igitur primum homini bellum ſuſceptum eſt, & vir fortis habebatur ac dux, qui ferarum vim ab hominum genere depuliſſet. Quin & æquiſſimum videbatur jugulare jugulantes, trucidare trucidantes, præſertim cum nulla laceſſitæ injuria, ultro nos impeterent.

Ea res cum ſummæ laudi duceretur, hinc enim Deus factus eſt Hercules, cœpit animoſa juventus, paſſim venari beſtias, exuvium ceu trophæum oſtentare. Deinde non contenti jugulaſſe, pellibus illarum ſeſe munierunt adverſus rigorem hyemis. Hæc erant prima homicidia, hæc ſpolia. Poſthæc longius progreſſi, rem auſi ſunt, quam Pythagoras vehementer impiam arbitratus eſt, & nobis poterat prodigioſa videri, niſi vetaret conſuetudo, quæ tantam ubique vim habet, ut apud nationes quaſdam pium fuerit habitum, parentem grandævum, plagis obrutum in foſſam depellere, & eripere vitam illi, per quem vitæ

vitæ munus contigerat. Sanctum haberetur carnibus affinium amicorum veſci, pulchrum exiſtimaretur, virginem in Veneris Phano proſtare populo, multaque iis abſurdiora, quæ ſi quis nunc referat tantum, nemo non ſit abominaturus. *Adeo nihil eſt tàm ſceleroſum, nihil tàm atrox, quod & non probetur, ſi id commendet aſſuetudo.*

Ergo quod auſi ſunt facinus? Non veriti ſunt veſci ferarum extinctarum cadaveribus, dentibus laniare carnem exanimem, haurire ſanguinem, exugere ſaniem, & viſcera, ut ait Ovidius, in viſcera condere. Id facinus, tametſi mitioribus ingeniis tum immane videretur, tamen commendavit uſus & commoditas. Proceſſum eſt longius. A noxiis feris itum eſt ad pecudes innoxias. Sævitum eſt paſſim in oves, animal ſine fraude doloque, ſævitum in leporem, non ob aliud crimen, niſi quod eſculentus eſſet. Nec temperatum eſt à bove domeſtico, qui ſuo ſudore diu familiam aluerat ingratam. Nulli volucrum, nulli piſcium generi parcitum eſt, & eo proceſſit gulæ tyrannis, ut nullum animal uſquam tutum eſſet, ab hominis crudelitate. Verum hoc quoque perſuaſit conſuetudo, ut ſævitia non videretur in ullum animantis genus, modo ab hominis cæde temperaretur. Sed in nobis fortaſſe ſitum eſt, vitia quemadmodum mare non admittere, verum ut admiſſo limitem præſcribamus, id non eſt cuiquam in manu. Semel receptum utrumvis, haud noſtro ducitur arbitrio, ſed ſuo fertur impetu.

Poſteaquam his rudimentis eſſent ad cædem exercitati, perſuaſit ira, ut homo hominem, fuſte ſaxove aut pugno peteret. Siquidem iis adhuc armis tum pugnabatur opinor, & jam occidendis pecudibus didicerant, hominem quoque minimo negocio poſſe perimi. Verum iſta crudelitas diu conſtitit intra monomachias. Ad hæc non nullam etiam æqui ſpeciem habebat ſuſtuliſſe inimicum, laudi quoque cœptum eſt dari, ſi quis violentum & peſtilentem hominem, cujuſmodi ferunt fuiſſe Cacum & Buſyridem confeciſſet, orbemque monſtris iſtiuſmodi liberaſſet. Siquidem videmus hos etiam titulos in Herculis extare laudibus. Deinde concurſum eſt à pluribus, ut quoſque vel affinitatis, vel vicinia, vel neceſſitudo conjunxerat. Et quod nunc latrocinium eſt, tum bellum erat. Saxis & ſudibus præuſtis, etiamnum res gerebatur. Rivulus occurrens, aut rupes, aut ſimile quippiam obvium prælia dirimebat.

Interea dum creſcit uſu feritas, dum gliſcunt iræ, dum magis

magis ardeſcit ambitio, furorem ſuum armant ingenio. Excogitantur arma qualiacunque quibus ſe communirent, Excogitantur tela, quibus hoſtem perderent. Iam paſſim, jam frequentiore manu, jam armati confligtari cœperunt. Nec huic manifeſto furori, ſuus defuit honos. Bellum appellarunt, & virtutem eſſe voluerunt, ſi quis ſui capitis periculo vim hoſtium, à liberis, ab uxore, à pecore, à domeſticis latebris propelleret. Atque ita paulatim una cum rerum cultu creſcente malitia, bellum indicere cœpit civitas civitati, regio regioni, regnum regno. Quanquam in re per ſe crudeliſſima tamen remanebant adhuc humanitatis priſtinæ veſtigia. Repetebantur res per fecialem, citabantur teſtes ſuperi, velitatione præludebatur ad pugnam. Telis vulgaribus, & virtute, non dolo res agebatur. Nefas erat ferire hoſtem, niſi ſigno dato; non licebat pugnare, ubi receptui ceciniſſet imperator. Denique virtutis & gloriæ certamen erat, magis quàm occidendi cupiditas. Necdum arma movebantur, niſi in exteros, quos ob id hoſtes, velut hoſpites appellabant.

Hinc nata ſunt Imperia, quorum nullum unquam fuit in ulla natione, quod non fuerit multo generis humani ſanguine paratum. Deinceps aſſiduæ bellorum vices, dum viciſſim alius alium ab Imperio depellit, & ſibi vindicat. Poſthæc cum imperia quoque ad ſceleratiſſimos mortales deveniſſent, jam in quoslibet, pro libidine mota ſunt arma, neque male meriti, ſed bene fortunati cœperunt maxime belli periculis eſſe obnoxii, & jam prælii ſcopus, non laus eſſe, ſed ſordidum lucrum, aut hoc etiam ſceleratius aliquid. Non dubito quin hæc proſpexerit ſapientiſſimus ille Pythagoras, cum Philoſophico commento multitudinem hominum imperitam à laniandis pecudibus deterreret. Videbat futurum, ut qui nulla laceſſitus injuria, pecudis innoxiæ ſanguinem fundere conſueviſſet, idem commotus ira & injuria provocatus, non metueret hominem interimere.

CAP. VI. *De Belli injuſtitia ſumma, & ejus excuſatoribus vanis.*

P*Orrò bellum quid aliud eſt, quam multorum commune homicidium & latrocinium? hoc ſceleratius, quo latius patens?*

Sed ridentur hæc ceu deliramenta ſcholaſticorum à craſſis proceribus noſtri temporis, qui cum præter figuram nihil habeant hominis, tamen ipſi ſibi planè dii videntur. Et tamen ab his initiis, huc videmus eſſe perventum

ventum inſaniæ, ut tota vita nihil aliud agatur. Belligeramur aſſiduè, gens cum gente colliditur, regnum cum regno, civitas cum civitate, princeps cum principe, populus cum populo, & quod ethnici quoque fatentur impium, affinis cum affine, cognatus cum cognato, frater cum fratre, filius cum patre. NB. *Denique quod ego ſanè puto iis omnibus atrocius, Chriſtianus cum homine, addam invitus quod eſt atrociſſimum, Chriſtianus cum Chriſtiano.* Et ô cæcitatem mentis humanæ, hæc nemo miratur, nemo deteſtatur. Sunt qui applaudant, qui vehant laudibus, qui rem pluſquam tartaream ſanctam appellent. Bellatur à decrepitis, bellatur à ſacerdotibus, bellatur à Monachis, & NB. *cum re tam diabolica CHRISTVM miſcemus.* Concurrunt acies utrinque, crucis inſigne præferentes, quæ vel ipſa poterat admonere, quo pacto conveniat vincere Chriſtianos. A ſacro illo cæleſti, quo perfecta illa & ineffabilis Chriſtianorum conjunctio repræſentatur, curritur ad mutuam cædem, *& rei tàm impia CHRISTVM faciamus & ſpectatorem & autorem.*

NB. *Vbi nam diaboli regnum eſt, ſi in bello non eſt? Cur huc pertrahimus CHRISTVM, cui citius cum quovis lupanari conveniat, quàm cum bello?*

Indignatur Paulus apoſtolus, ullam eſſe controverſiam inter Chriſtianos, ut Iudex ſit adeundus, qui litẽ dirimat. Quid ſi conſpiceret nos toto orbe belligerãtes & quamlibet levi de cauſa, immanius quàm ulli bellarint ethnici, crudelius quàm ulli barbari? idque fieri autoribus, hortatoribus, adjutoribus his, qui pacificum illum, & omnia conglutinantem pontificem repræſentant, quique pacis omine ſalutant populum. „

Neque me clàm eſt, quid jam dudum mihi reclament Cares iſti quorum meſſis eſt è malis publicis. Bellum ſuſcipimus inviti, aliorum coacti malefactis. Ius noſtrum perſequimur. Quicquid malorum habet bellum, illis feratur acceptum, qui belli dedere cauſas. Sed quieſcant interim pauliſper, & horum cauſationes ſuo loco refellemus, ac fucum hunc, quo morbum noſtrum prætex imus, detrahemus. Iam ſicut hominem cum bello, hoc eſt animal placidiſſimum, cum re longè immaniſſima compoſuimus, quo magis perſpicua fieret atrocitas, ſic bellum cum pace, rem miſerrimam pariter & ſceleratiſſimam, cum re feliciſſima, ſimul & optima comparemus, atque ita demum apparebit, quantæ dementiæ ſit, tanto tumultu, tantis laboribus, tanto ſumptu, tanto diſcrimine, tot

 cala-

calamitatibus affectari bellum, cum multo minoris emi poſſit concordia.

CAPVT VII. *Collatio Pacis cum bello.*

PRincipio quid in rerum natura dulcius aut melius amicitia? Nihil profectò. Atqui *quid aliud eſt pax, quàm multorum inter ſe amicitia*? Sicuti contra bellum nihil aliud eſt, quàm plurimorum ſimultas. Bonorum autem ea ratio eſt, ut quo latius pateant, hoc plus afferant commoditatis. Proinde cùm unius cum uno neceſſitudo, res ſit adeo ſuavis & ſalutaris, quàm ingens erat felicitas, ſi regnum cum regno, ſi natio cum natione, neceſſitudinis vinculo copuletur? E diverſo, malarum rerum ea eſt natura, ut quo latius manarint, hoc magis ſint ſuo dignæ vocabulo. Itaque ſi miſerum, ſi ſceleratum eſt, hominem cum homine ferro congredi, quanto calamitoſius, quantoque ſceleratius eſt, idem à tot hominum millibus fieri? concordia res parvæ creſcunt, diſcordia dilabuntur & magnæ. *Pax omnium bonarum rerum & parens eſt & nutrix.*

Bellum repente ſemelque quicquid eſt lætum, quicquid eſt pulchrum, obruit, extinguit, abolet, omniumque malorum Lernam quandam in vitam mortalium effundit. Pacis tempore, non ſecus ac ſi novum quoddam ver rebus humanis adfulſerit, coluntur agri, vernant horti, paſcuntur lætæ pecudes, ædificantur villæ, extruuntur oppida, inſtaurantur collapſa, ornantur & augentur extructa, creſcunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret reipublicæ diſciplina, fervet religio, valet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, uberior eſt quæſtus pauperum, ſplendidior opulentia divitum. Efflorescunt honeſtiſſimarum diſciplinarum ſtudia, eruditur juventus, tranquillo fruuntur ocio ſenes, bonis auſpiciis nubunt virgines, laudantur ſimili prole puerperæ, florent boni, minus peccant mali. At ſi multa belli ſævaq; tempeſtas ingruerit, Deum immortalem, quàm ingens malorum pelagus occupat, inundat, obruit univerſa? Abiguntur armenta, proteruntur ſegetes, trucidantur agricolæ, exuruntur villæ, tot ſæculis extructæ florentiſſimæ civitates una procella ſubvertuntur. *Adeò proclivius eſt lædere, quàm benefacere.* Civium opes ad execrandos latrones ac ſicarios transferuntur. Mærent domus, metu, luctu & querimoniis, lamentis complentur omnia. Frigent artes opificum, pauperibus aut jejunandum, aut ad impias confugiendum artes. Divites aut ereptas deplorant

rant facultates, aut timent relictis, utroque modo miſerrimi. Virginum aut nullæ, aut triſtes & funeſtæ nuptiæ. Deſolatæ matronæ domi ſterileſcunt, ſilent leges, ridetur humanitas, nullum habet locum æquitas, religio ludibrio eſt, ſacri & prophani nullum omninò diſcrimen. Corrumpitur omni vitiorum genere juventus, damnant longævitatem ſuam luctuoſi ſenes. Nullus honos honeſtis literarum ſtudiis. *In ſumma plus malorum ſentimus in bello, quàm ullius ſermo poſſit aſſequi, nedum meus.* Forte tolerari poterat, ſi bella calamitoſos modo nos facerent, non etjam nocentes & impios, ſi pax feliciores tantum redderet, non meliores quoque.

Nimium heu nimium malorum erat, quibus aſſidue velit nolit, vexatur, atteritur, abſorbetur, ærumnoſa mortalitas. Ante bis mille ferme annos, trecenta morborum nomina medicis ſunt animadverſa, præter ſpecies, jam & quotidie ſubnaſcentes novos, & ſenectutem ipſam, morbum inevitabilem. Legimus alibi, totas urbes terræ quaſſatione ſubrutas, alibi conflagraſſe fulmine, alibi ſolidas etiam hiatu terrarum abſorptas regiones, oppida ſuffoſſione cuniculorum corruiſſe, ut ne commemorem, quantam hominum multitudinem jam ob aſſuetudinem contempti caſus abſumant, exundatio maris & fluminum, ruinæ montium & ædificiorum, venena, lapſus, feræ, cibus, potus, ſumnus. Alium hauſtus in potu lactis pilus, alium acinum uvæ, alium os piſcis inhærens gutturi præfocavit.

Sunt quos ſubitum exanimarit gaudium, nam de vehementi dolore minus eſt mirum. Adde nunc fatales peſtilentias non rarò paſſim ſævientes. Nulla pars orbis eſt, unde non immineat periculum humanæ vitæ, alioqui per ſe quoque fugaciſſimæ. Tantum undique malorum obturbat, ut non ſine cauſa Homerus hominem animantium miſerrimum pronunciaverit. Verum hæc mala quoniam nec vitari facilè poſſunt, nec noſtro accidunt vitio, calamitoſos tantum faciunt, non item facinoroſos. *Quid juvat tàm innumeris obnoxios calamitatibus, ultrò ſibi malum, perinde quaſi deſit accerſere?* Et accerſere non quodvis malum, ſed malum omnium multò teterrimum, tam perniciosum, ut unum vincat omnia, tam fœcundum, ut unum in ſe complectatur univerſa, tam peſtilens, ut non minus impios efficiat, quam ærumnoſos & miſerrimos reddat, nec tamen miſerandos.

Adjice jam his omnibus, quod pacis commoda lætiſſime

me ſeſe diffundunt, & ad plurimos pertinent. In bello ſi quid feliciter cecidit, quanquam, ô ſuperi, quid hic poteſt dici felix? Id ad paucos pertinet, & eos indignos. *Alterius ſalus, alterius eſt exitium, alterius opes, alterius ſunt ſpolia. Hujus triumphus, illius eſt luctus, ut acerba ſit infelicitas, immanis & cruenta felicitas.* Quanquam plerumque fit, ut juxta Cadmæam, quàm vocant victoriam, utraq; pars ploret. Et haud ſcio, an unquam bellum adeò ceſſerit feliciter, ut cordatum victorem ſuſcepti non pœnituerit. *Ergo cum pax res ſit omnium tum optima, tum jucundiſſima; bellum contra res omnium miſerrima, ſimul & ſceleratiſſima, num hos ſanæ mentis arbitrabimur, qui cum illam mediocri negocio parare queant, hoc malint ſummis etiam difficultatibus accerſere?*

CAPVT VIII. *Incommoda belli & calamitates horrendæ.*

PRimum quam inſuavis res primus ille belli rumor, deinde quantum invidiæ ſubeundum principi, dum crebris decimationibus expilat ſuos. Quantum negocii in adjungendis aut retinendis auxiliis, quantum in accerſendis barbaricis cohortibus, & mercenario milite. Quantum impendii, ſimul & curarum in apparandis claſſibus, in extruendis aut ſarciendis arcibus & præſidiis, in adornandis tentoriis, in fabricandis & comportandis machinis, armis, telis, ſarcinis, vehiculis, commeatu. Quantum laboris exhauriendũ, in compingendis vallis, in evacuandis foſſis, in ſuffodiendis cuniculis, in excubiis, in ſtationibus, in exercitamentis. Omitto jam metus, omitto pericula, (*quid enim non metuendum in bello?*) Quis enumerare valeat incommoda vitæ, quæ ſtultiſſimi milites in caſtris perferunt & ob id majoribus digni quod ſponte perferant? Victum, quem bos quoque faſtidiat Cyprius, ſomnos raros, nec hos tuo datos arbitrio. Tentorium undique ventis pervium, ac ne Tentorium quidem. Durandum ſub dio, cubitandum humi, ſtandum in armis, ferenda inedia, frigus, æſtus, pulvis, hymber, ſerviendum ducibus, vapulandum ferulis, quandoquidem nulla eſt ullius mancipii ſervitus indignior, quàm militum. Ad hæc ad triſte ſignum eundum in mortem, ut aut occidas immaniter, aut cadas infeliciter. Tantum malorum ſuſcipitur, ut ad rem omnium miſerrimam liceat pervenire.

Tàm immenſis malis nos ipſos prius affligimus, ut alios poſſimus affligere. Quod ſi velimus rem ad calculum vocare

care & veris rationibus expendere, quanti bellum conſtet, quanti pax, profectò comperiemus, hanc vel decima parte curarum, laborum, moleſtiarum, periculorū, ſumptuum, denique ſanguinis poſſe comparari, quibus bellum accerſitur. Tantam hominum turbam educis in periculum, ut oppidum aliquod evertas; at horum opera, vel citra periculum, aliud extrui poterat multo præclarius oppidum. Sed nocere vis hoſti, jam hoc ipſum inhumanum. Attamen illud expende, num illi nocere non poſſis, niſi prius noceas tuis. Et furioſi videtur hominis, tantum certi mali ſumere, cum incertum ſit, quo ſit alea belli caſura. Verum eſto, rapuerit ad hanc veſaniam ethnicos, vel ſtultitia, vel ira, vel ambitio, vel avaritia, vel immanitas, ſive (quod magis arbitror) ab inferis immiſſæ furiæ.

Vnde hoc nobis in mentem venit, ut Chriſtianus in Chriſtianum cruentum ſtringat ferrum? Parricidium vocatur, ſi frater occidat fratrem. At Chriſtianus conjunctior Chriſtiano, quàm ullus germanus germano, niſi firmiora ſunt naturæ vincula, quam CHRISTI. *Quam abſurdum eſt, eos penè continenter inter ſe belligerari, quos una domus habet eccleſia, qui ejuſdem corporis membra, communi capite gloriantur nempe CHRISTO, communem habent patrem in cælis, communi vegetantur ſpiritu, iiſdem initiati ſunt myſteriis, eodem redempti ſanguine, eodem renati fonte, iiſdem aluntur ſacramentis, eidem militant imperatori, eodem veſcuntur pane, ejuſdem participes ſunt calicis, communem habent hoſtem diabolum, poſtremo ad eandem omnes vocati ſunt hæreditatem.* Vbi ſunt tam multa perfectæ concordiæ ſacramenta? ubi tam innumera pacis documenta? Vnum præceptum CHRISTVS appellavit ſuū, *nempe charitatis.* Cum hac, quid æquè pugnat atque bellum? Felici pacis omine ſalutat ſuos. Diſcipulis præter pacem nihil donat, præter pacem nihil relinquit. In ſacris illis precibus illud præcipuè patrem orat, ut quemadmodum ipſe idem erat cum eo, ita & ſui, hoc eſt, Chriſtiani, idem eſſent ſecum. Iam plus audis, quàm pacem, plus quam amicitiam, plus quam concordiam.

CAPVT IX. *Doctrina Chriſti plena pacis & charitatis.*

CHRISTI typum habebat Salomon, quod Hebræis „ pacificum ſonat, ab hoc ſibi templum extrui voluit. „ Nato CHRISTO, non bellum, neque triumphos, „ ſed pacem canunt Angeli. De nondum nato præcinuit „ vates

„ vates ille myſticus, Et factus eſt in pace locus ejus. Vniverſam illius doctrinam excute, nihil unquam reperies quod non ſpiret pacem, quod non ſonet amicitiam, quod non ſapiat charitatem. Et quoniam intelligebat pacem aliter non poſſe conſtare, niſi penitus contemptis his, pro quibus mundus hic digladiatur, juſſit ut à ſe diſceremus eſſe mites. Beatos vocavit, qui divitias pro nihilo ducerent, nam hos vocat pauperes ſpiritu. Beatos, qui voluptates hujus mundi ſpernerent, quos lugentes appellat, qui ſe paterentur ſuis exturbari poſſeſſionibus, ſcientes hic nihil aliud eſſe, quàm exiliũ; veram patriã, veram poſſeſſionem, in cælo ſitam eſſe piis. Beatos, qui bene merentes de omnibus impune & male auditẽt, & malis afficerentur. Vetuit, ne quis malo reſiſteret. Breviter ut omnis illius doctrina tolerantiam & amorem præcipit, ita tota vita nihil alud docet, quàm manſuetudinem. *Sic ille regnavit, ſic bellavit, ſic vicit, ſic triumphavit.* Nec aliud inculcant Apoſtoli, qui purum adhuc CHRISTI ſpiritum imbiberant, & muſto illo feliciter erant temulenti.

Quid undique ſonant omnes Pauli literæ, niſi pacem, niſi longanimitatem, niſi charitatem? Quid Ioannes loquitur, quid iterat, niſi dilectionem? Quid aliud Petrus? Quid aliud omnes vere Chriſtiani ſcriptores? Vnde tantus bellorum tumultus inter filios pacis? *An fabula eſt, qua CHRISTVS ſe vitem appellat; ſuos, palmites? Quis unquam vidit palmitem pugnare cum palmite?* An vanum eſt, quod non ſemel ſcripſit Paulus eccleſiam nihil aliud eſſe, quàm unum corpus è diverſis membris connexum, adhærens uni capiti, CHRISTO? *Quis vidit oculum pugnare cum manu, aut ventrem cum pede?* In hoc univerſo, rerum omnium tam diſſimilium, harmonia eſt. In animali corpore, pax eſt membro cum membro, quod quæque pars dotis habet, non uni ſibi habet, ſed in commune omnibus. Si quid accidit unicuilibet, opitulatur univerſum corpus. An plus poteſt in perituro corpore naturæ connexio, quàm in myſtico & immortali copula ſpiritus? An fruſtrà precamur illud ex præſcripto CHRISTI, Fiat voluntas tua, quemadmodum in cælo, ſic & in terra? In illa civitate, ſumma concordia eſt. At CHRISTVS nihil aliud eſſe voluit ſuam eccleſiam, quam cæleſtem quendam populum in terris, ad illius imaginem, quoad fieri poteſt, viventem, illò properantem, ab illa pendentem.

Age, finge jam mihi nunc novum aliquem hoſpitem,

vel

vel è lunaribus illis civitatibus, quas inhabitat Empedocles, vel ex uno quopiam mundo eorum, quos innumerabiles fabricatus eſt Democritus, in hunc noſtrum veniſſe, quid hic rerum agatur cupientem cognoſcere. Cumque de ſingulis edoctus, audierit eſſe unum quoddam animal, mire commixtum ex corpore, quod cum brutis habeat commune, ex animo, quo divinæ mentis referat imaginem. Id adeò eſſe generoſum, ut quanquam hic exulet, tamen cæteris omnibus imperet animantibus, quod ob cæleſtem originem, ſemper ad cæleſtia nitatur, & immortalia. Quod in tantum curæ fuerit æterno Numini, ut quoniam neque naturæ viribus, neque philoſophiæ rationibus aſſequi poterat, quod affectabat, unicum filium ſuum huc delegarit qui novum doctrinæ genus invexerit. Deinde ſimulatque totam CHRISTI vitam, ac decreta perdidicerit, cupiat ex edita quapiam ſpecula, videre quod audiſſet, ubi conſpexerit cætera animantia probè in ſuo genere degere, ac naturæ legibus duci, nihil appetere, niſi quod dictet natura, unum animal inter ſe, cauponari, negociari, rixari, belligerari, nónne quodvis animal potius ſuſpicabitur hominem eſſe de quo audierit, quàm ipſum hominem? Deinde admonitus ab „ indice quis ſit homo, jam diſpiciat ubi ſit grex ille „ Chriſtianus, qui cæleſtis illius doctoris inſtitutum ſe- „ quentes, angelicæ civitatis ſimulacrum exhibeant, an- „ non ubivis potius indicabit habitare Chriſtianos, quàm „ in hiſce regionibus, in quibus tantam videret opulen- „ tiam, luxum, libidinem, faſtum, tyrannidem, ambi- „ tionem, fraudem, invidiam, iracundiam, diſcordiam, „ rixas, pugnas, bella, tumultus, breviter omnium rerum, „ quas CHRISTVS damnat, majorem penè Lernam, quàm apud ullos Turcas, aut Saracenos?

CAPVT X. *Belli prima cauſa. Eruditionis vanitas profana.*

VNde igitur peſtis hæc irrepſit in populum Chriſtianum? Nimirum paulatim hoc quoque malum, ſicuti cætera pleraque, receptum eſt ab incautis. *Siquidem omne malum, aut ſenſim obrepit in hominum vitam, aut ſub prætextu boni ſeſe inſinuat.* Primum igitur irrepſit eruditio, velut idonea res ad confutandos hæreticos, Philoſophorum, Poëtarum & Oratorum literis armatos. Et initio quidem non iſta diſcebantur à Chriſtianis, ſed quibus fortè con-

 tigerant

tigerant antè CHRISTUM cognitum, hi quod jam partum erat in pios conferebant uſus. Eloquentia quoque diſſimulata magis quàm ſpreta primum, deinde palàm etiam comprobata. *Proinde ſub prætextu profligandi hæreticos ſubrepſit ambitioſa rixandi libido, quæ non mediocrem Eccleſiæ peſtem invexit.* Tandem huc proceſſum eſt, ut in mediam Theologiam totus ſit receptus Ariſtoteles, & ita receptus, ut hujus autoritas penè ſanctior ſit quàm CHRISTI. Nam ſi quid ille dixit parum accommodum ad vitam noſtram, licet interpretamento detorquere, cæterum *exploditur ilico, qui vel leviter auſit Ariſtotelicis oraculis refragari.* *NB.* Ab hoc didicimus non eſſe perfectam hominis felicitatem, niſi corporis & fortunæ bona acceſſerint. *NB.* Ab hoc didicimus non poſſe florere Rempublicam, in qua ſint omnia communia. *NB. Hujus omnia decreta, cum CHRISTI doctrina conamur adglutinare, hoc eſt aquam flammis miſcere.*

Recepimus nonnihil & à Cæſareis legibus, propter æquitatem, quàm præ ſe ferunt, & quò magis convenirent, „ Euangelicam doctrinam ad eas quoad licuit detorſimus. At hæ permittunt vim vi repellere, ſuum quemque Ius perſequi, probant negociationem, recipiunt „ uſuram, modo moderatam, bellum ceu rem præclaram „ efferunt, modo juſtum. Deniq; tota jam CHRISTI „ doctrina, dialecticorum, ſophiſtarum, mathematico- „ rum, oratorum, poëtarum, philoſophorum, & jure conſultorum, gentilium literis, *ita contaminata eſt, ut maxima pars ævi conſumenda ſit, priuſquam vacet, arcanas ſcrutari literas, ad quas ut aliquando venias, tot tamen opinionibus mundanis infectus accedas, oportet, ut CHRISTI jam decreta, aut prorſus offendant, aut ad illorum dogmata torqueantur.*

„ Atque hæc res adeo non improbatur ut nefas ſit eum „ de Chriſtianis loqui literis, qui ſeſe nugis Ariſtotelicis, „ vel potius ſophiſticis, totum ad ambas uſque quod a- „ junt, aures non expleverit. Quaſi vero CHRISTI „ doctrina ſit hujuſmodi, ut non vel maxime poſſit „ eſſe communis omnium, vel ullo pacto cum Philo- „ ſophorum ſapientia conſentiat. Poſt hæc recepimus „ honoris non nihil. Quem deinde, veluti debitum „ cœpimus exigere. Id viſum eſt non iniquum.

Deinde recepimus opes ſed in pauperum ſubſidiũ diſtribuendas, poſt etiam in uſus noſtros. Quidni? poſteaquam didicimus hũc eſſe charitatis ordinẽ, ut ſibi quiſq; ſit proximus? Neq; deerant prætextus huic malo, Piũ conſulere liberis,

liberis, æquum proſpicere venturæ ſenectuti. Poſtremo cur rejiciam opes, inquiunt, ſi citra fraudem contingant? *His gradibus paulatim eo ventum eſt, ut is optimus habeatur, qui ſit locupletiſſimus, nec unquam major fuerit honos divitiis apud ethnicos, quàm hodie ſit apud Chriſtianos.* Quid enim eſt omnino, vel ſacrum, vel prophanum, quod non harum geratur arbitrio?

Videbatur his ornamentis convenire, non nihil imperii. Neque defuit, qui voluerit cedere. Receptum eſt hoc quoque, ſed gravatim & parcè. Demum ita, ut ſolo titulo contenti, rem libenter in alios rejicerent. Poſtremò paulatim huc itum eſt, ut Epiſcopus ſibi, non videatur Epiſcopus, niſi mundanæ ditionis aliquid accerſerit. Parum honeſtus Abbas, ſi nuſquam poſſit, quod poſſunt tyranni. Tandem perfricta facie, pudorem omnem abſterſimus, omnia verecundiæ repagula diſcuſſimus. *Quicquid unquam apud ethnicos fuit, avaritiæ, quicquid ambitionis, quicquid luxus, quicquid faſtus, quicquid tyrannidis, id imitamur, æquamus, vincimus.*

CAP. XI. *De Chriſtianiſmo inſano.*

ET ut de levioribus interim ſileam, an unquam apud Ethnicos bellatum eſt, aut æque perpetuò, aut crudelius, quàm inter Chriſtianos? Quas tempeſtates, quos bellorum æſtus, quoties diſciſſa fœdera, quas ſtrages his paucis annis conſpeximus? Quæ natio, cum qua non conflictata eſt ferro? Et poſteà *Turcam execramur, quaſi poſſit ullum ſpectaculum eſſe Turcis jucundius, quàm quod illis quotidie mutuis cladibus exhibemus ipſi.* Inſaniebat Xerxes, cum ingentem illam multitudinem Græciam invaſurus educeret. An tibi conſtitiſſe animo videtur, qui Atho monti minaces ſcripſerit epiſtolas, ni cederet; qui mare Helleſponto, quod parum commodum fuiſſet navigare volenti, plagas juſſerit infligi? Furebat Alexander ille magnus. Quis negat? Optabat ſemideus ille plureis mundos, quos devinceret, tanta gloria febris juvenilem obſederat animum. Et tamen iſti, quos Seneca non dubitat furioſos appellare latrones, bellabant humanius nobis, bellabant majore fide, nec ſimilibus machinis, nec ſimilibus artib⁹, nec tam frivolis titulis, quàm bellamus Chriſtiani. Illi præter gloriam nihil ambiebant. Gaudebant florentiores reddere provincias, quas bello ſubegiſſent, populos agreſtes, ſine literis, ſine legibus ritu ferarum viventes, civilibus artibus expoliebant. Regiones incultas extructis

 oppidis

Digitized by Google

oppidis reddebant celebres. Parum tuta communiebant, pontibus,littoribus, aggeribus, milleque id genus commoditatibus, vitam hominum adjuvabant,ut tum expedierit devinci. Quin in mediis etiam bellis, quam multa feruntur, ab his vel dicta ſapienter, vel geſta temperate?

Cæterum quæ geruntur in bellis Chriſtianorum,& obſcœniora ſunt & atrociora, quàm ut ſint hic commemoranda. Proinde quod in illis erat peſſimum,id ſolum exprimimus, imo ſuperamus.

CAP. XII. *Refutatio inſignis eorum, qui bellum licitum putant.*

SEd jam operæ precium fuerit audire, quibus modis hanc tantam inſaniam noſtram tueamur. Si nullo, inquiunt, pacto fas eſſet bellare, Deus non fuiſſet Iudæis autor bellandi adverſus hoſtes. Audio,ſed illud addas oportet, Iudæos nunquam bellaſſe inter ſe, verum adverſus alienigenas & impios. Nos Chriſtiani pugnamus cum Chriſtianis. Illis diverſa religio, & non eadem numina,diſſidii cauſa fuit, nos aut puerilis ira, aut pecuniæ fames,aut gloriæ ſitis, ſæpenumero fœda merces huc adducit. Illi juſſu divino pugnabant. nobis ani perturbatio ferrum dat in manum. Quanquam ſi uſque adeo placet exemplum Iudæorum, quin eadem opera præputium excidimus? quin immolamus pecudes? quin abſtinemus à carne ſuilla? Cur non ducimus ſinguli plures uxores? Cum hæc execremur,cur ſolum bellandi placet exemplum? cur hic denique literam ſequimur occidentem?

Iudæis permiſſum eſt bellum, ſed ita, quemadmodum & repudium, nimirum ob duritiam ingenii. At *poſteaquam CHRISTVS juſſit recondi gladium, nefas eſt pugnare Chriſtianos niſi pulcherrimum illud prælium, cum teterrimis hoſtibus Eccleſiæ, cum ſtudio pecuniæ, cum iracundia, cum ambitione, cum metu mortis.* Hi ſunt Philiſtæi noſtri, hi Nabuchodonoſor, hi Moabitæ, & Ammonitæ, cum quibus nullas nobis inducias eſſe oportet, aſſiduæ conſerendæ manus, donec exciſis funditus hoſtibus ſuccedat tranquillitas, quos niſi ſubegerimus,neque cuiquam ſecum, neque cum alio vera pax conſtare poterit. *Solum hoc bellum veram gignit pacem. Hic qui vicerit, cum nemine mortalium belligerari velit.*

Falſa

Falſa interpretatio duorum gladiorum.

NIhil enim me movet, quod quidam duos gladios interpretantur utramq; poteſtatem, ſecularem & eccleſiaſticam. Cum CHRISTVS in hoc ipſum paſſus ſit Petrum errare, ut poſteaquam juſſus eſſet gladium recondere, nemini dubium relinqueretur, quin vetitum eſſet bellum, quod antea videbatur eſſe licitum. Sed Petrus, *inquiunt,* pugnavit. Pugnavit, ſed Iudæus adhuc, nondum accepto Spiritu vere Chriſtiano. Pugnavit non pro ſuis titulis, aut prędiis, uti nos, ne pro ſua quidem vita, ſed pro vita magiſtri. Deniq; pugnavit is, qui paulò poſt abnegavit. *Si placet exemplum pugnantis, placeat & inſitiantis.* Et cum ſimplici laberetur affectu, tamen reprehenſus eſt. Alioqui ſi probabat hujuſmodi defenſionem CHRISTVS, ſicut quidam inſulſiſſimè interpretantur, cur omnis illius & vita & doctrina, nihil aliud quam tolerantiam prædicat? Cur ſuos baculo tantum & pera armatos, tyrannis objicit? Si gladius ille, quem divenditis omnibus jubet emi CHRISTVS, eſt moderata adverſus perſecutores defenſio, quemadmodum impie quidam interpretantur, nedum inerudite, cur hac nunquam uſi ſunt martyres?

At dictat hoc, *inquiunt,* jus naturæ, legibus comprobatum eſt, conſuetudine receptum eſt, ut vim vi repellamus, & vitam quiſque ſuam tueamur, tum & pecuniam, quandoquidem animæ loco eſt, ut inquit Heſiodus. Fateor, at his omnibus efficacior gratia, dictat, ne remaledicamus maledicentibus, ut de male merentibus bene mereamur, ut tollenti partem poſſeſſionum, totam concedamus, ut deprecemur pro his quoque, qui mortem intentant. Ad Apoſtolos, *inquiunt,* iſta pertinent, immò ad univerſum CHRISTI populum, & corpus, ut diximus, quod totũ abſolutum eſſe oportet, etiam ſi in dotibus aliud mẽbrum, alio ſit inſignius. *Ad eos nihil pertineat doctrina CHRISTI, qui non ſperant præmium cum CHRISTO. Illi pro pecunia prædiisq; digladientur, qui rident quod dixit CHRISTVS,* Beatos pauperes ſpiritu, hoc eſt, eos divites, qui nihil in hoc mundo concupiſcerent divitiarũ. Qui felicitatis ſummam in his collocant opibus, dimicant pro tuenda vita, ſed ii, qui non intelligunt hanc mortẽ eſſe potius quàm vitã, & piis immortalitatẽ eſſe paratam. Iam objiciunt nobis Romanos aliquot Põtifices, qui bellãdi fuerint autores, ſimul & adjutores. objiciunt decreta patrũ; in quibus bellũ approbari videtur. Sunt quidem hujuſmodi quædam, ſed apud recentiores, CHRISTI vigore jam relangueſcente,

ſed ea perpauca, cum ſint innumera apud probatæ ſanctitatis ſcriptores, quæ à bello deterreant. Cur hæc paucula nobis potiſſimum in mentem veniunt? *Cur à CHRISTO ad homines deflectimus oculos, & incerta exempla, quam indubitatum autorem ſequi malumus?*

Romani pontifices primum homines fuerunt. Deinde fieri poteſt, ut aut ſtulti fuerint, aut mali. Quanquam ne in iſtis quidem comperies hoc genus bellorum, quo nos aſſiduè confligamur, approbatum fuiſſe. Id quod clariſſimis evincerem argumentis, ni fugerem digreſſioni longius immorari. Laudavit divus Bernardus bellatores, ſed ita laudavit, ut noſtram omnem damnet militiam. Quanquam *cur me movet potius Bernardi ſcriptum, aut Thomæ diſputatio, quàm CHRISTI dogma, qui in totum vetuit, ne malo reſiſtamus*, nimirum eo more, quo vulgus reſiſtit?

Sed licet, *inquiunt*, unum maleficum afficere ſupplicio, licet igitur & civitatem ulciſci bello. Quid hoc loco reſponderi poſſit, prolixius eſt, quàm ut ſit replicandum. Illud modo dicam, hoc intereſſe, quod in judiciis convictus dat pœnas legibus, in bello utraq; pars alteram ream agit; illic ad eum modo redit malum, qui læſit, exemplum ad omneis pervenit; hic maxima pars malorum in eos redundat, qui minimè digni ſunt malo, nempe ad agricolas, ad ſenes, ad matronas, ad pupillos, ad virgines. Cæterum ſi ex re omnium peſſima quicquam omninò commodi poteſt colligi, id totum ad ſceleratiſſimos aliquot latrones derivatur, ad militem mercenarium, ad ſtrenuos prædones, ad pauculos forte duces, quorum artificio bellum in hoc ipſum fuerat excitatum. Et quibuſcum nunquam melius agitur, quàm in ſummo Reipublicæ naufragio. Illic uni non parcitur, ut omnium conſulatur ſaluti, hic ut paucorum, aut unius fortaſſis vicem ulciſcamur, tot hominum millia nihil commeritorum crudeliter affligimus. Præſtat paucorum admiſſum impunitum omitti, quàm dum unum, aut alterum in pœnam depoſcimus incertam, noſtros pariter & finitimos, & innocentes hoſtes, ſic enim vocamus, in certum adducere diſcrimen. Satius eſt relinqui vulnus, cui ſine gravi totius corporis pernicie, mederi non queas.

Quod ſi quis clamet iniquum, non dare pœnas, qui peccarit. Reſpondeo multo eſſe iniquius, tot innocentum millia, citra meritum in extremam vocari calamitatem. Quanquam his temporibus omne ferè bellum è titulis,

tulis, neſcio quibus naſci videmus, & ex principum fœderibus, dum ut unum aliquod oppidulum ſuæ vindicent ditioni, totum periclitantur imperium. Deinde hoc ipſum, quod tanto ſanguine vindicatum eſt, rurſum aut revendunt, aut donant.

CAPUT XIII. *De Iure Belli, an detur quoddam.*

DIxerit aliquis, Non vis igitur principem ſuum jus perſequi? Scio non eſſe mei ſimilium, de principum negotiis audacius diſputare, quod ut tutum ſit prolixius tamen eſt, quàm ut huic loco conveniat. Tantum illud dicam, ſi titulus qualiſcunque videbitur idonea ſuſcipiendi belli cauſa, in tantis rerum humanarum vicibus, tantis commutationibus, nulli poſſe titulum deeſſe. Quæ gens non aliquando ſuis ſedibus & pulſa fuit & pepulit? Quoties aliunde demigratum eſt alio? Quoties huc & illuc, vel caſu, vel ex fœdere tranſlata imperia? Repetant ſcilicet hodie Patavini Trojanum ſolum, quod Antenor olim fuerit Trojanus, repetant Africam & Hiſpaniam, Romani, quod hæ provinciæ quondam fuerint Romanorum. Dominium vocamus quod eſt adminiſtratio. *Non eſt idem jus in homines natura liberos & in pecudes,* Hoc ipſum jus quod habes, populi conſenſus dedit. Ejuſdem autem ni fallor eſt tollere qui contulit, vide quàm non magna res agitur. Non illud decertatur, ut hæc, aut illa civitas bono principi pareat, non tyranno ſerviat, ſed utrum Ferdinandi cenſeatur titulo, an Sigiſmundi; Philippo cenſum pendat, an Ludovico. Hoc eſt illud egregium jus, ob quod univerſus orbis bellis, cædibuſque miſcetur.

Sed eſto, valeat quantumlibet hoc jus, nihil interſit inter privatum agrum, & civitatem, nihil inter pecudes tuo ære emptas, & homines non ſolum ingenuos, verum etjam Chriſtianos, attamen prudentis eſt expendere, num tanti ſit ut tam immenſis tuorum malis perſequaris. Si principis animum præſtare non potes, at ſaltem negociatoris adhibe. Contemnit ille diſpendium, ſi perſpexerit vitari non poſſe, niſi graviore jactura, & lucri loco ducit, quod paululo damno cum fortuna deciderit. Saltem illum imiteris, de quo vulgo non infeſtiva fabula celebratur. Parum conveniebat inter duos quoſdam cognatos, de re dividunda, cumque neuter alteri vellet concedere, res eo ſpectabat ut iretur in jus, & judicum ſententiis controverſia finiretur. Adibantur advocati, parabantur

 dicæ,

dicæ, res erat cum jureconſultis. Aditi judices, conteſtata lis, cœpit agi cauſa, hoc eſt, bellum ſuſceptum. Ibi alter mature reſipiſcens, adverſarium privatim accerſitum his verbis alloquitur. Principio parum decorum eſt, ut quos natura copulavit, pecunia diſſociet. Deinde incertus eſt litis eventus, haud minus quàm belli. Suſcipere nobis in manu eſt, finire non eſt.

De centum aureis tota lis eſt. Ejus ſummæ duplum in notarios, in promotores, in advocatos, in jureconſultos, in judices, in judicum amiços expendetur, ſi legibus experiamur. His erit inſerviendum, adulandum, dandum, ut ne dicam interim curas, ambiendi, curſitandique labores, ut maxime vincam, plus tamen eſt incommodi quàm commodi.

Quin potius ipſi nobis ſapimus quàm iſtis prædonibus, & in hos male collocandam pecuniam, inter nos partimur? Concede dimidium de tuo, ego tantundem de meo concedam. Ita & amicitiam noſtram, alioqui perituram lucrifaciemus; & tantam moleſtiam effugiemus. Quod ſi recuſas quicquam concedere, ego vel univerſum negocium, tuo permitto arbitratui. Malo penes amicum ſit hæc pecunia, quam penes inſatiabiles illos prædones. Abunde magnum fecero lucrum, ſi & famæ pepercero, & amicum ſervavero, & tantum effugero moleſtiarum. Movit adverſarium tum rei veritas, tum cognati feſtivitas. Rem inter ſe tranſegerunt, iratis advocatis & judicibus, quos curvos deluſerant hiantes. Vel horum igitur prudentiam, in re tanto periculoſiore ſtudeas imitari. Neque ſolum ſpectes quod velis aſſequi, ſed quanta bonarum rerum jactura, quantis periculis, quantis calamitatibus ſis aſſecuturus, ut aſſequaris.

Quod ſi ceu lancibus hinc atq; hinc expenſis commodis & incommodis, comperis, multo potiorẽ eſſe pacem iniquam, quàm bellum æquum, cur mavis Martis aleam experiri? Quis enim niſi demens aureo piſcetur hamo? Si vides multo plus impendii, quàm lucri, etiamſi feliciter cadant omnia, nonne præſtat aliquid de tuo jure concedere, quàm paululum commodi, tam innumeris mercari malis? Malo penes quemcunque ſit titulus, ſi mihi tanta Chriſtiani ſanguinis jactura vindicandus eſt. Ille quiſquis eſt, multis jam annis poſſedit. Aſſuevit habenis, agnoſcitur à ſuis, fungitur múnere principis, & exorietur aliquis, qui veteri quopiam titulo ex annalibus, aut obliteratis monumentis reperto, bene compoſitum rerum

ſtatum,

ſtatum, ſurſum ac deorſum miſceat. Præſertim cum videamus in rebus mortalium nihil ſuo loco conſiſtere, ſed ludibrio fortunæ, velut æſtu quodam affluere ac defluere. Quorſum attinet tanto tumultu vindicare, quod mox quolibet caſu ſit aliò demigraturum?

CAPVT XIV. *De Eccleſia defenſione.*

POſtremo ſi iſta tam levicula non poſſunt contemnere Chriſtiani, quorſum opus eſt, protinus ad arma rapi? Tot habet mundus epiſcopos graves & eruditos, tot habet venerabiles abbates, tot optimates grandævos, & longo rerum uſu ſapientes. Cur non potius horum arbitrio, pueriles iſtiuſmodi principum querimoniæ componuntur? Sed honeſtior eſt illorum oratio, qui prætexunt Eccleſiæ defenſionem, quaſi vero populus non ſit Eccleſia, aut quaſi tota Eccleſiæ dignitas in ſacerdotum opibus ſita ſit, aut quaſi bellis ac ſtragibus orta, provecta, conſtabilita ſit Eccleſia, ac non potius ſanguine, tolerantia, vitæque contemptu. Mihi ſanè ne hoc quidem adeo probandum videtur, quod ſubinde bellum molimur in Turcas. Male profecto agitur cum religione Chriſtiana, ſi illius incolumitas à talibus pendet præſidiis. *Neq; conſentaneum eſt, his initiis bonos gigni Chriſtianos. Quod ferro paratum eſt, ferro viciſſim amittitur.*

Vis Turcas ad CHRISTVM adducere? ne oſtentemus opes, ne militum manum, ne vires. Videant in nobis non titulum tantum, ſed certas illas hominis Chriſtiani notas, vitam innoxiam, ſtudium bene merendi etiam de hoſtibus, invictam omniũ injuriarum tolerantiã, pecuniæ contemptum, gloriæ neglectũ, vitam vilẽ, audiant cæleſtẽ illã doctrinã, cum hujuſmodi vita congruentẽ. His armis optimè ſubiguntur Turcæ. Nunc ſæpe numerò mali pugnamus cum malis. Dicam aliud & utinã audacius, quàm verius, ſi titulũ crucisq; tollas inſigne, Turcæ cum Turcis digladiamur. Si militum manu conſtituta eſt religio, ſi ferro confirmata, ſi bellis aucta, tueamur eam iiſdem præſidiis. *Quod ſi diverſis rationibus peracta ſunt omnia, cur veluti Chriſti præſidio diffiſi, ad ethnicas confugimus ſuppetias?*

At cur non jugulem, inquiunt, eos, qui nos jugulant? Itane putas indignum, ſi quis ſit te ſceleratior. Cur non ſpolias ſpoliantem? Cur non convitiaris convitianti? Cur non odiſti, odio habentem? An Chriſtianum facinus eſſe putas, ſi trucidatis impiis quidem, ſed tamen hominibus pro quibus ſervandis mortuus eſt CHRISTVS, gratiſſimam

tiſſimam diabolo victimam mactes, biſque delectes hoſtem & quod occiditur homo, & quod occidit Chriſtianus?

CAP. XV. *De bello in Turcas.*

PLerique dum nolunt videri valde Chriſtiani, ſtudent Turcis quam plurimum facere mali, & quod facere non poſſunt execrantes, imprecantur. Cum hoc ipſo argumento, parum Chriſtianum liceat deprehendere: Succurre Turcis, ex impiis, ſi potes, reddito pios, ſi non potes, opta, & agnoſcam mentem Chriſtianam. Verum hiſce de rebus omnibus aliquanto copioſius audietur, cum edemus librum, cui titulum fecimus Antipolemo, quem olim Rhomæ vitam agentes, ad Iulium ſecundum Romanum Pontificem conſcripſimus eo tempore, quo de bello in Venetos ſuſcipiendo, conſultabatur.

CAP. XVI. *De ſtultitia Belli.*

ILlud deplorandum potius quàm refellendum, ſi quis exactius rem excutiat, reperiet omnia ferè Chriſtianorum bella, vel è ſtultitia, vel è malitia naſci. Nonnulli juvenes & rerum imperiti, majorum malis exemplis, hiſtoriarum, quas de ſtultis prodidere ſtulti monumentis ad hoc inflammati, dehinc inſtigantibus adulatorum hortatibus, extimulantibus Iureconſultis, ac Theologis, aſſentantibus aut conniventibus Epiſcopis, fortaſſis & exigentibus, temere magis quam malitioſe bellum ſuſcipiunt, & tanto totius orbis malo diſcunt, bellum rem eſſe modis omnibus fugiendam. Alios occultum odium, alios ambitio, alios animi feritas, in bellum impellit. Quandoquidem ne noſtra quidem ilias quicquam præterquam ſtultorum regum & populorum continet iras.

Sunt qui non aliam ob cauſam bellum movent, niſi ut hac via facilius in ſuos tyrannidem exerceant. Nam pacis temporibus, ſenatus autoritas, magiſtratuum dignitas, legum vigor, nonnihil obſtant, quo minus liceat principi, quicquid libet. *At bello ſuſcepto, jam omnis rerum ſumma, ad paucorum libidinem devoluta eſt. Evehuntur, quibus benè vult princeps, dejiciuntur quibus infenſus eſt.* Exigitur pecuniæ quantumlibet. Quid multis? Tum demum ſentiunt ſe vere monarchas eſſe. Colludunt interim duces, donec infelicem populum uſque ad radicem arroſerint. Hoc animo qui ſint, an eos putas gravatim arrepturos, oblatam quamcunque belli occaſionem?

CAP.

Digitized by Google

CAP. XVII. *De malitiæ cauſſa in bello.*

DEinde morbum noſtrum honeſtis titulis prætexi- „ mus. Inhio Turcarum opibus, & obtendo religio- „ nis defenſionem; obſequor odio meo, & prætexo jus „ eccleſiæ. Servio ambitioni, ſequor iram, rapit animus „ ferox & impotens, & ruptum fœdus, violatam amiciti- „ am, omiſſum neſcio quid de ſponſalium legibus, aut „ ſimile quippiam cauſor. Iam dictu mirum eſt, quàm „ non aſſequantur hoc ipſum, quod affectant, & dum ſtul- „ tè vitant hoc aut illud malum, in aliud, aut etiam in i- „ dem multo gravius incidunt. Etenim *ſi gloria ducun- „ tur, non paulo magnificentius eſt ſervare, quàm perdere; multò pulchrius extruere civitatem, quàm demoliri.* Deinde ut proſperrimo Marte res geratur, quantula gloriæ portio redibit ad principem, unde magnam partem ſibi vindicat populus, cujus pecunia res confecta eſt, majorem miles externus, ut plerumque fit & conductitius, nonnullam duces, maximam fortuna, quæ cum in omni negocio, tum in bello valet plurimum.

Si ſublimitas animi ſtimulat in bellum, vide quæſo, quam non rectè tibi conſulis iſta ratione? Dum uni non vis cedere, puta vicino principi, fortaſſis affini, forſitan olim benè merito, quanto abjectius te ſupplicem facis, dum ſuppetias imploras barbarorum, & quid eſt indignius, omni facinorum genere contaminatorum hominum, ſi modo homines oportet vocare hujuſmodi beluas? Dum inceſtis, homicidiis, prædonibus (per hos enim potiſſimum bellum geritur) pollueris, adularis, palparis. Et dum in æqualem feroculus eſſe ſtudes, infimæ mortaliũ fæci teipſum cogeris ſubmittere. Dumque paras qualemcunque finitimum ſuis ſedibus dejicere, peſtilentiſſimam nebulonum colluviem, in tuas ſedes admittas oportet.

Non fidis affini, & armatæ multitudini credis teipſum? Quanto tutiorem poterat reddere concordia? Si lucro traheris, calculos adhibe. Placeat bellum, niſi videris non æſtimandis diſpendiis, compendium peti, non ſolum longe minus, ſed etiam incertum. Sed conſulis Reipublicæ, *immo non alia via citius, ac perditius pereunt Reſpublicæ, quam bello. Priuſquam incipias, jam plus nocuiſti patriæ, quàm ſis profuturus Victor.* Exhauris civium opes, luctu funeſtas domos, omnia latronibus, furibus, ſtupratoribus imples. Has enim reliquias parit bellum. Et cum ante licuiſſet

univer-

univerſa frui Gallia, à multis regionibus teipſum excludis.

CAP. XVIII. *Univerſalis & ſolida refutatio omnium objectionum.*

SI verè tuos amas, quin tibi illa veniunt in mentem, cur ego hanc tam floridã juventutem omnibus malis objiciam? Cur tot matronas ſuis maritis, tot liberos ſuis orbabo parentibus? Cur titulum, neſcio quem, & anceps Ius, meorum aſſeram ſanguine? Vidimus cum prætextu defendendæ Eccleſiæ, bellum eſſet ſuſceptum, crebris decimationibus ſic expilari ſacerdotes ut nullus hoſtis potuerit hoſtilius. Itaque *dum ſtulti vitamus foveam, ultrò nos ipſos in foveam præcipitamus. Dum levem injuriam pati non poſſumus, ipſi nos ſummis afficimus contumeliis. Dum pudet morigerum videri principi, ſupplices reddimur infimis. Dum libertatem imprudenter affectamus, graviſſima ſervituti noſmet irretimus.* Dum paululum venamur lucri, damnis immenſis nos ac noſtros afficimus.

Prudentis erat hæc ſecum expendere, Chriſtiani, ſi modo verè Chriſtianus ſit, rem tam Tartaręam, tam alienam à vita, ſimul & doctrina CHRISTI, modis omnibus fugere, deprecari, propellere. Quod ſi vitari nullo pacto poteſt ob multorum improbitatem, ubi nihil intentatum reliqueris, poſteaquam pacis ſtudio omnem moveris lapidem, tam proximum erit dare operam, ut mala res per malos geratur, & quam minimo diſpendio humani ſanguinis conficiatur. *Si demus operam, ut re ſimus id, quod audimus, hoc eſt, nihil admiremur, nihil ambiamus, quod eſt hujus mundi.* Nam ſi tantum hoc agimus, ut hinc quam maxime expediti evolemus, ſi toto niſu rapimur ad cæleſtia, ſi felicitatis noſtræ ſummam in uno Chriſto collocamus. Si quicquid eſt vere bonum, vere ſplendidum, vere jucundum in hoc uno ſitum eſſe credimus, ſi perſuaſum habemus hominem pium à nemine lædi poſſe, Si perpendimus quàm inania ſint, quam fugacia, rerum humanarum ludibria, Si penitus intuemur, quàm ardua res ſit, hominem quodam modo transformari in Deum, & hic ita meditatione quadam indefatigabili repurgari ab hujus mundi contagiis, ut mox abjecto corporis exuvio, in Angelorum demigret conſortium.

„ In ſumma, ſi præſtamus hæc tria, ſine quibus nemo „ Chriſtiani cognomen promeretur, *Innocentiam*, ut puri

ſimus

ſimus à vitiis, *Charitatem*, ut bene mereamur quoad fieri „ poteſt de omnibus, *Patientiam*, ut male facientes tole- „ remus, & ſi liceat, injuriam beneficiis obruamus, „ quæſo quod bellum poſſit inter nos de nugis exiſtere? „ *Si fabula eſt CHRISTVS, cur non explodimus ingenue? cur illius titulo gloriamur? Sin is vere eſt & via, & veritas, & vita, cur omnes noſtra rationes ab hoc exemplari tantopere diſſident?*

Si CHRISTVM autorem agnoſcimus, qui charitas eſt, & nihil docuit, nihil tradidit, niſi charitatem & pacem, agite non titulis & inſignibus, ſed factis hunc exprimamus & vita. Amplectamur pacis ſtudium, ut CHRISTVS viciſſim agnoſcat ſuos. In hoc pontifices, in hoc principes, in hoc civitates, conſilia ſua conferant. Satis hactenus fuſum Chriſtiani ſanguinis.

Satis voluptatum exhibuimus Chriſtiani nominis hoſtibus. Quod ſi quid ſuo more tumultuatur populus, à principibus cohibeatur, quos hoc oportet eſſe in Republica, quod oculus eſt in corpore, quod in anima ratio. Rurſum ſi quid turbant principes, certe pontificum eſt, ſua prudentia, ſuaque autoritate, rerum motus componere. Vel tandem ſatiati bellis tam diutinis, pacis tangantur deſiderio.

Concluſio cum monitu ad Papam eleganti.

TRahit huc ipſa calamitas, invitat CHRISTVS, adhortatur Pontifex, ſi quiſquam alius vere maximus LEO decimus, ac vere pacifici Solomonis noſtri vices gerens. Cujus omnia vota, omnia conſilia, omnes conatus huc tendunt, ut quos communis copulat fides, eos & communis jungat concordia. Hoc molitur ut Eccleſia, non opibus, aut imperio, ſed ſuis ac propriis dotibus effloreſcat. Pulcherrimum profecto munus, ac prorſus tali dignum heroe, clariſſimis illis Medicibus prognato, quorum civili prudentia factum, ut inclyta Florentinorum civitas, diutina pace fuerit florentiſſima, quorum domus omnium bonarum diſciplinarum fuit præſidium. Ipſe placidum ac mite ſortitus ingenium, à teneris, ut ajunt, unguiculis, humanis literis, ac manſuetioribus muſis eſt initiatus, inter eruditiſſimos viros, ac velut in muſarum gremio educatus, vitam ac famam inculpatam, & ne in liberrima quidem civitate Roma, ulla unquam ſiniſtri rumoris aſperſam macula, ad ſummum pontificium attulit. Ad quod hic non ingeſſit ſeſe, ſed nihil minus quam hoc exſpectans, veluti divina voce

voce nominatim aſcitus eſt, quo rebus humanis longa bellorum tempeſtate feſſis ſuccurreret.

Sit penes Iulium belli gloria, habeat ille ſibi ſuas victorias, habeat ſibi magnificos triumphos. Quæ quam deceant Chriſtianum pontificem, haud eſt mei ſimilium pronunciare. Dicam hoc modo, gloriam illius, qualiſcunque fuit, cum plurimorum exitio doloreque conjunctam fuiſſe. Longe plus veræ gloriæ pariet Leoni noſtro pax orbi reddita quàm Iulio pepererunt tot bella per univerſum orbem vel excitata fortiter, vel geſta feliciter. Sed longius quàm par eſt huic digreſſioni videbimur immorati, iis qui de proverbiis quàm de pace belloque malunt audire.

Baſileæ Menſe Aprili Anno 1517. apud Froben.

Deteſtatio Belli mea.

VMbris orta ſtygiis, peſſima vis, bonæ
Hoſtis Pacis, ades jam nimium diu,
Divaſtans variis cladibus inclytas
Vrbes & Patriæ domos.

Ah tandem quis erit finis in omnibus
Paſſim tot poſitus nequitiis tibi?
Quorſum ſæva tua tendat iniquitas,
Aut quid perfidia velit?

An nondum ſatis eſt viſa tyrannidis
Tanta vaſtities? Cuncta valentius
Num perfringere ames templa ita perpetim,
Nec nos perdere deſinas?

Noctem deme nigram Teutonicis modo,
Inſtar nubis enim vultus ubi tuus
Affulſit populo, non caruit dies
Vllus triſtitiis ſuis.

Vt partus mulier tempus in acribus
Curis, & lacrumis anxia deterit;
Sic deſideriis tacta fidelibus
Iam Germania flet moras.

Tutus bos minimè rura perambulat,
Nec ſecura quies æquoribus datur,
Infeſtum volitant per mare navitæ
Dum nuſquam ulla viget fides:

Fœdis

Digitized by Google

Fædis polluitur caſta domus ſtupris;
Culpantur ſpuriâ prole puerperæ,
Cenſetur nihili virginitas, pudor,
Nec pœnam metuit nefas.
Quò majora ſuâ quis ſcelerum mala
Novit barbarie promere, fortior
Hoc belli ſocius fertur, amabilem
Qui ſeſe ducibus gerat.
Hinc raptus, ſpolium, vis, rabies, furor,
Et cum fraude dolus, cædis iniquitas,
Ferrum ſanguineum peſſima dirita
Virtutis ſpecie nitent.
Et Chriſti gladio quilibet altius
Seſe vindicias perficere autumat,
Hoc quum relligio poſtulet ætheris,
Vt nil vi careat ſua.
An ſic nequitiis præſidium ferat
Chriſtus? Quem facitis vos reprobi Deum?
Quem nil ritè, niſi Pacis amor juvat,
Et Pax ipſemet eſt ſimul.
Tranquillæque Dator ſolus & unicus
Vitæ, num necis hic promoveat vias?
Tam dirum horribilis funeris in modum,
Qua non improbitas fremit?
Quis Chriſti valeat diſcipulus pius
Dici, ni ſolido pectore proximum
Indefeſſus amet? Diligere eſtn' idem
Quod fert dira necatio?
O ſæva Fidei perfida falſitas!
O quid non meretrix tu Babylonica
Perſuadere tuis civibus expetis!
An non eſt ſceleris nota?
Condit nemo diem vallibus in ſuis,
Et vitem ſolitas ducit ad arbores,
Aut ad ſacra redit lætus, & entheis
Votis perſequitur Deum.
Proin cedas procul hinc, dira malignitas
Fucoque aufugias tàm rabido micans,
Ut Chriſto melius jam redeat decus,
Et Pax delitias ferat.
Nobis alma ſuas, vota nec amplius
Optata impedias, quod petimus ſimul.
Triſtes mane novo poſcimus anxij,
Quùm ſol occiduis adeſt.

NOTA.

NOTA.

Quantas diſtractiones fœdera & ligæ Rebuſpubl. cunctis cauſſent, & Iuri Majeſtatico vim imponant ſuam, omnia diripiendo membra, id ſupra *lib.5. cap.6. & lib.6. cap.* 4. dictum eſt, ubi ſimul Electoralis propoſitionis mentio facta. Ejus igitur locutio quùm optimè ad ſcopum verum ſit directa, & ſat commodè cum Verbo Dei in hoc conveniat, quod *Eſai. 8. verſ.* 10, 11, 12. in Iudæos itidem confœderationum & ligarum novarum titillatione prurientes, juſſu Dei Iehovæ elocutus eſt; huc meritò referri debet. Quid proſint fœdera? quid conſilia? quæ omnia in vanum abeunt, ſi non adſit Immanuel: ait Propheta. Populus iſte inſanus nil niſi fœderum conjurationes clangere novit & ſpirat meras conjunctiones. Verum irrita fiunt omnia, quam diu non potius ſanctificatio accedat. Iehovæ conteſtatio in Chriſto prius liganda eſt, aliàs meræ inverſiones ligarum & conſiliorum omnium committuntur. Sed cognoſcantur heic ipſa verba Elect.

SECVNDA

Digitized by Google

SECVNDA PROPOSITIO.

Illuſtr. & Serniſſi. D.Electoris Saxonici Dn. Iohan. Georgii Duc. Sax. Iul. Cliv. Berg. &c. per Legatos ejus

Francofurti in conventu univerſali Anno 1634 2 *Iunii Euangelicis ſtatibus exhibita.*

ELectoralis Illuſtr. Saxoniæ, Clementiſſ. noſter Dom. cum repetitione priorum amicabilium in amicitia benevolorum & ex favore firmo profluxorum oblatorum, præſentibus Euangelicis & Proteſtantibus ſtatibus annunciatum cupit, quum jam in propatulo ſit, quod ad reliquos punctos progreſſus inſtituatur: *Nempe* 1. *quomodo firma confidentia ſit conſolidanda.* 2. *Bellum ſimul ritè diſponendum*, & 3. *certa confœderationes perficienda.*

Proinde *E. Elect. Illuſt.* ex ſingulari amore, incumbenti electorali officio & cura, ejus fideles & integras cogitationes ſententiamque mentis exprimere & ſimul ſua competentia notoria Iura & neceſſitates, quodque ab iis dependet, amicè & clementiſſimè admonere voluit,

Primò, quod ad unanimem conjunctionem in Conſiliis, animis & viribus ſpectat, E. Elect. Ill. ſatis noverit, quod coadunitio Deo accepta, admodum utilis & certè ſupra modum neceſſaria eſſet, præſertim in tali pluſquam gravi & periculoſiſſima cauſa, quùm in ea omnis felicitas & robur conſiſteret: Attamen è contrario ſatis cognitum eſſet, quidnam ſeparationes & diſtractiones horribilis infortunii & damni mali cauſarent, ſecumque importarent; quàm multæ potentes Monarchiæ, Regna & provinciæ inde divaſtatæ, quot fortia fœdera conturbata & quàm multæ potentes vires confractæ eſſent. Atteſtarentur etiam idem veteres & hiſtoriæ: Eſſent mere venenum lethale Reipubl. & nullatenus, ſi diſſenſiones erumperent, ad ſcopum perveniri poſſet: Adverſæ verò parti nullum majus fortunium accreſceret.

In ſuo loco *Elect. Ill.* quovis tempore ad bonam integram correſpondentiam & confidentiam ſuſtentandam extremè conata fuiſſet & unicè id egiſſet, atque exinde non exiguis ſe damnis expoſuiſſet, idque ex ſingulari ac fideli

Digitized by Google

ſcriptis apertis ſe obligaſſet, quod quempiam ex ejus D. Filiis dilectiſſimis in Caput Cathed. iſtius Eccl. electurum & recepturum eſſet. Quàm *Caſ. Majeſt.* propter ejus D. Filium in Archiep. Magdeb. immiſſionem tentaſſet, E. *Elect. Ill.* contra hoc contradicendo proteſtatus fuiſſet & licitaſſet, ac Domus ſuæ Ius ſalvum & integrum obtinuiſſet.

In illis ad *Caſ. Majeſt.* tranſportis gravaminibus & inſinuatis adhortationibus, iſtud tanquam intolerabile gravamen ab *E. Elect. Ill.* extremè & indeſinenter urgendo alligatum eſſet; Ad propoſitionem quoque hanc in illa ex Lipſiâ per omnium illic convocatorum Euangelicorum proteſtantiumque ſtatuum ad *Caſ. Maj.* miſſas litteras ſe expreſsè retuliſſet, pro demonſtratione competentis Iuris, & declinatione omnis prohibitæ violentiæ in hanc conceſſam defenſionis poſitutam itum eſſet, & in expeditionem protractum. Quid *E. Elect. Ill.* in hac & in toto negotio cum immutata conſtantia præſtitiſſet, & adhuc præſtaret, meridiana luce clarius extaret. Ideoque confidenti ſpe concepiſſet, quod nemo aliter judicare poſſet, quàm quod ea & ejus dilecti adnati in notorio & benè fundato Iure meritò ſit & debeat relinqui.

Tum quoque nemo Ius belli contra eos, quibus ſuc- „ curſus eſſet præſtitus, quiq; ipſi in prælio adfuiſſent, & „ æquales pertuliſſent partes, ritè & juſtè allegare poſſet. „ Qua autem ratione cum Archiepiſcopatu Magd. proce- „ datur, & quomodo potiſſimæ præfecturæ ejus, ac reli- „ quæ pertinentiæ donationibus diripiantur, & abaliena- „ rentur, Capitulares premantur, ſimiliter in Cathed. Ec- „ cleſia Halberſtad. eadem ratione procedatur & perga- „ tur; Ac quaſi omnia in mundanicum modum commu- „ tentur, atque *E. Elect. Illuſt.* Dom. Filii poſtponantur, „ ante oculos eſſet. „

Quales autem conſiderationes *E. Elect. Ill.* pareret, congregatis ſingulis illuſtratione percolendum traderet, ab iiſdemque peteret amicè & clementiſſimè, ut res juxta ſublimem importantiam, & conſequentiam maturè ponderarent, & debitis in locis earum adhortationem præſtarent, & complationis media adhiberent, ne *Elect. Ill.* domus competens Ius ſubtrahatur, ſed omnimodè ipſi permaneat; ſe erga hanc alias juxta æquitatem accommodet. Quippe illi ex ſe ſatis concludere poſſent „ quod *El. Ill.* tàm ſplendidè conſpicua Iura acquiſita & „ radicata, quorum cauſsâ tot pericula & expenſas im- „

„ pendiſſet, non ita facilè derelinquere poſſet; quùm
„ neque id in conſcientia eſſet evincendum. Vt exercitus, & belli negotium, donec beata pax per Dei gratiam obtineatur, bona ordinatione conſtringeretur, & collapſa militiæ diſciplina elevaretur. nec in regionibus tam dira divaſtatio committatur, nec coanguſtatus paterfamilias, & uſque ad ſanguinem depauperatus vir, tam miſerè torqueretur; tolerabilis æquitas & melioratio inveniri valeret, extrema neceſſitas flagitaret.

Verum Euangel. & Proteſt. Status ipſi, juxta præclaram prudentiam hunc punctum cumque eodem intercurrentes circumſtantias ſapienter ponderarent, & quid in his ſacri Rom. Imp. ſalus honor & utilitas, Electorum quoque Principum, & Statuum dignitas & libertas, tam Teutonicæ Nationis gloria & laus poſtularet, conſiderarent, & quidvis eo diſponerent, ut, velut *E. El. Ill.* antehac ſæpius fideliter & aperto corde adhortata fuiſſet, potentia & directio in manu Euangel. & Proteſt. Statuum permaneret, ne id aliquando, niſi fieret, nimis ſerò pœniteretur: atque hoc ex multis & fortiter firmis urgentibus cauſſis, quas, quùm ſatis per ſe notæ ſint, atque etiam antehac ab *E. El. Ill.* introductæ eſſent, jam ulterius repetendas eſſe pro haud neceſſario haberet. Sed tamen in hoc ſumma æquitas & neceſſitas ipſa requireret, ut tandem *E. El. Ill.* realiter auxilium brachiis ſupponeretur, atque in hunc finem ſuperior & inferior Sax. Circulum, abſque extractione ad ſuſtentationem ejus exercitus accedere curaretur.

Offerrent ſe juxta ejuſmodi, quod erga Status amicè, clementiſſimè, æquiter & laudabiliter demonſtrare vellet, ne quiſpiam intolerabilitatem aut inæqualitatem in uno aut altero etiam in minutiſſimo allegare auderet: ſed potius in omni totaliter juxta indicationem circularis ordinationis procedere, quæ cum aliis Imperii Conſtitutionibus ejus Norma & regula eſſet futura, ut ſolummodo & unicè cum illis diſpiceret, quomodo recuperatio Chriſtianæ, honeſtæ, æqualis communis pacis fideliter eſſet inſtituenda. Ac veluti illa in ejus & Electorali præeminentia, ſuperioritate, ſtatu & dignitate nihil ſibi detrahi pati poſſet; Ita quoque non eſſet ejus animi, quod in tædium honoratis & dilectis ſuis *Dn. Conelectoribus, Dom. Elect. Brandeb. Illuſt.* tàm reliquis Principibus & Statibus utriuſque laudabilium horum Circulorum, in minimis ſubducere; ſed potius pro viribus omnibus & facultatibus

tibus quemque in eo conſervare ſtudere cuperet. Quod ſi verò *E. El. Ill.* præter omnem amicam & clementiſſimam confidentiæ ſpem, ea ratione non in ſubſidium brachiorum ſuccurreretur, impoſſibile illi eſſet ulterius alere exercitum.

Ad hæc autem *E. El. Ill.* relatio quædam applicari voluit, quaſi aliquibus ex Statibus non adeò, à fortibus majoribus ſalutiferè & fructuosè conſideratæ Imperii & Circulorum Conſtitutiones ſufficienter placeant; ſed fortè in alias ut etiam peregrinorum confœderationes ſuas dirigendas ſibi cogitationes eſſe putarent. Iam verò *E. El. Ill.* benè ponderata ſententia in hoc paſſu congregatis pridem cognita eſſet; nec noſceret eam, quamvis diligentiſſimè cuncta ſecum reputaſſet, pluribus extendere: Fundamentum ſtatus in talia deponere, nimis foret meticuloſum. Vetus ille Hiſtoricus *Tacitus* hoc ſuis temporibus jampridem pro periculoſo æſtimaſſet, quùm diceret: *Nihil rerum mortalium tam inſtabile & caducum, quam potentia, non ſua vi nixa. Eſſent hæc præſidia mere carnalia.* Deo talia, quùm quiſque, uti Spiritu dives *Dn. Lutherus* id interpretatus eſſet, ex humana imbecillitate hiſce confidentiam ſuam addixiſſet nunquam placere poſſent. Vbi *Iudas Maccabæus* aliena præſidia captare cœpit mox ce-„ cidit. Per ejuſmodi involverentur omnia periculoſita-„ tibus; Populi cum provinciis inde in anxietates & ca-„ lamitates conjicerentur, ac tandem cuncta in ruinam „ ſui reciderent, veluti talium multiformia exempla ad „ manus eſſent. *In primis autem diſſuaderent omnes experti &* „ *prudentes Politici fœdera perpetua.* Vnicuique regno maxi-„ mè ſuus ſtatus & conſtitutio eſſet attendendus, & quód „ ille admitteret aut pateretur conſiderari oporteret. „

Quas quoque Imperio Romano, etiamſi ultra ſeculi „ ſpacium huc uſque cuncta examinatione deducerentur, Vniones & Ligæ utilitates creaſſent, concluſio „ ipſa facilè detegere poſſet. *Summa ejuſmodi magis de-„ ſtruerent, quam extruerent: Eſſent potius disjunctiones & fomites diffidentiæ, quam Vniones:* Ac Experientia hoc NB. atteſtata eſſet, quod, ſi Imperium ab aliquo morbo liberari NB. debuiſſet, ad ordinaria Regni vincula reverti cogeretur. Propter NB. legum Imperii aliam conſervationem & mutuæ confidentiæ reſtabilitionem tanta vis ſanguinis in dilecta patria effuſa eſſet, tantaque depopulatio facta, & prætereà hujus rei cauſa tot mille miſerias, clades & ærumnas perpeſſa & pertuliſſet.

Quod ſi igitur denuò in ipſo limine ſingulares Ligæ, & adhuc peregrini ad has pertrahi oporteret, conſiderandum foret, num animi per talia media ruſus coaleſcere poſſent. Membra heîc eſſent unius corporis; quod ſi jam iſtud in priſtinam ſanitatem reduci deberet, ut vires recuperaret integras, & in iis conſervaretur, bonam harmoniam inter ea coli heîc oporteret.

" In Imperii conſtitutionibus tanta ſapientia & prudentia adornatis, reperirentur admodum fortia ligamenta & vincula Concordiæ & Salutis, in quibus tàm una quàm altera pars acquieſcere, atque ſecundum ea vivere deberet: *Quandoquidem cum peregrinæ potentiæ patronis talia extruere nimis eſſet ſuſpicioſum:* motivæ & cauſſæ neminem laterent. Atque ſi una pars inclinaret ad tales ſeparatim ſingulares confœderationes inclinaret; ſic & etiam altera pars ſimili modo conatura eſſet cum alienigenis potentioribus ſe arctius conſtringere; unde minus jam quàm antehac diffidentia & ambuſta flammula in cineribus ſepulta jaceret, quæ admodum facilè ab exiguo vento reſuſcitari, ac in ingens incendium exſtimulari poſſet.

Quodcunque omni tempore pro experimento probatiſſimo & feliciſſimo in cunctis regiminibus inveniretur, illud meritò ante omnia in obſervationem protraheretur.

Tum quoque in his cognitæ ſatis eſſent Imperii leges fundamentales, ac præſertim per Conſtitutiones Imperii, præſertim per Receſſum *anno* 1555 in Imperio erectum ita arcte & ſtrictum mutuo ad invicem quiſque obligatus teneretur, ut potius id reſpiciendum, qua ratione tàm ſalutares, prudentes leges benè obſervari & conſervari poſſent, quàm quod circa novorum vinculorum erectionem diſpectio fieret.

Quod ſi Imperium, quando in his acquieverit, in bono vigore, eſſentia, tranquillitate & pace ſe continuiſſet, & cuique extraneo ſufficienter ſe opponere potuiſſet, *E. El. Ill.* ſemper undique inventa eſſet integra fidelis & ſolida: Inde quoque congregatos jam Euang. & Proteſtant. ſtatus rogaret amicè & clementiſſimè, ut vellent ponderoſiſſimum hunc punctum, qui in receſſu tantam molem ſecum induceret, optimè ſecum examinare, nec quicquam præcipitare; ſed potius *E. El. Ill.* fidelia cordis cogitata ad ponderationem abſumere; NB. Leges Imperii, propter quas, uti ſemper conteſtatio, inde facta eſt, belli-

belligeratum fuit, forent verè vincula & ligamenta, in „
quibus eſſet verè acquieſcendum. „

Quod ita *E.El.Ill.* per legatos ſuos altera vice, ſummè laudatis & præſtantiſſimis congregatis Euang. Prot. ſtatibus, & abſentium Conſiliariis nunciis, proponi curare voluit, quibus reſpectivè ad grata officia & conſtantem amicitiam benevole parata; tum Electorali ſingulari gratia & bona affectione dedita manet. *Signatum Francoſurti 2 Iunii, An. 1634.*

Electoral. Illuſt. ad hunc locum miſſi Conſiliarii & Legati.

IN ea, proh dolor! incidimus miſeri tempora deſperatiſſima, ubi nulla rei ulli eſt conceſſa verè libertas, niſi hypocriſi. Itaque merum habemus hypocriticum Chriſtianiſmum. Chriſtus ſub ſpecie Verbi ſui undique cum veritate ſua eluditur. Imò in tantum ab ejus Veritate diſcedimus, ut omnis amor ega Deum ſaltem nudus ſit prætextus. Corde nil niſi mundana ſpiramus, ac ore ſaltem opinabilem fidem clangimus. An non fortis inde vindex ſit in ſuos Iehova? Meliora novimus; deteriora ſequimur. Qualis hinc eventus ſit expectandus? Profectò non poterimus in terra gratiæ ejus permanere, niſi maturè toto corde ad eum revertamur. Revertimini jam, *ait Ierem.* 25. 5. quiſque à via ſua mala, & à pravitate actionum veſtrarum; ita manebitis in terra, quam tradidit Iehova vobis. Ita ipſe Iehova cœlitus clamat. *Ierem.* 18. 11. Ecce ego fingo contra vos malum, &c. revertimini jam quiſque à via ſua peſſima, & bonas efficite vias veſtras, actioneſque veſtras. Quomodo verò bonæ fiunt viæ noſtræ cum actionibus noſtris, rogas? Id Chriſtus ipſe aperto teſtatur ore, ut præſtemus ea, quæ ipſe nos ex Iuſſu Patris Iehovæ docuit; Si quis diligit me, ille ſervabit præcepta mea. *Iohan.* 14. 14, 15. Inde ait, Sequere me: obedientiam hanc à nobis exigit, ut ſive magni ſive parvi ſimus, voluntati ejus obſecundationem integrè toto corde renati abſque fuco & falſitate ulla præſtemus. Nil curat ille hypocriſin, quam toties ad infernum uſque condemnat. Fruſtrà eſt in hoc quiſque mortalium, ſi ullum effugium diſputatione ulla aut exceptione fingere velit; Iehova non ita temerè eludi ſe ſinit. Queînam tu ejus Religionem defendere velis, cui nullam obſecundationem præſtare gaudes ad Verbum ejus? Strictiſſimi hoc adeò eſt

juris,ut cogaris ejus obtemperare voluntati,& adſimilare te Chriſto ejus, alias te iræ fervore cogit & punit graviſſime. Tentes aut prætendas quodcunque velis; totaliter heic teneris obligatus ei, qui te ad verbi nutum ſui creavit,& digreſſum ab eo reſtitutum voluit. Quare non poterit quis rectius bonas ſuas efficere vias in actionibus cunctis,quàm ut cum D.Paulo Chriſtum lucrifacere diſcat penitus, nec in carne uſpiam confidat. *Philip*.3.8.3. Namque ſic ait Iehova, Maledictus vir ille,qui fiduciam habet in homine,& ſtatuit carnem brachium ſuum, à Iehova autem recidit animus ejus. *Ierem*.17.5. Ne igitur dicatis,ait,fœdus: In quibuſcunque dicit populus iſte conjuratio fœderis &c. Iehovam exercituum ipſum ſanctificate, & ipſe ſit timori vobis, idemque ſit pavori vobis, &c. *Eſa*.8.12,13. Non eſt iſtud liberæ nobis facultatis, ut recurramus ad brachium ſeculare; ſed gloria hæc ſoli Iehovæ competit. Beatus ille eſt populus, cui Iehova eſt Deus, hoc ſibi in hæreditatem eligit. *Pſalm*.33.12. Iehova enim deſuper ex cœlo ad omnes mortalium filios reſpicit,ac corda eorum inclinat, operaque eorum omnia notat. Nec quidquam Regi ſua magna potentia prodeſt;nec potens eripitur multitudine virium. *Pſalm*.33.13.15.16. Conſilium vero Iehovæ in æternum conſiſtit. v.11.

Quid igitur ſibi liberum putant homines,quaſi ſuis legibus ſe flectere poſſint,quocunque velint,aut ubi utilitas ipſis ſit plenior? ſunt in familia paraſitarum,qui non verentur hoc magno affirmare clamore, Reſpubl. ita à Verbo Dei in Moyſe liberatas eſſe,quaſi licitum ſit ab eo deviare. Nihilominus,ait,David,Leges tuæ nihil niſi veritas ſunt: Iehovæ Verbum durat in æternum. Veritas tua immutabilis eſt. Cotidiè ad Verbum tuum omnia perſtant; quia nihil eſt,quod tibi non ſerviat. *Pſalm*.119. 86.89.90.91.

Quare craſſiſſimè errant,qui Leges Iehovæ forenſes,ut vocant, nec typum Chriſti in ceremoniis attingunt, non magis ad nos, quàm leges Solonis & Draconis pertinere. Rectius vero judicant, qui unicam Iuſtitiæ rationem & immutabilem faciunt. Proinde qui Iure civili communiter ex Lege Moyſis reus mortis eſt, idem reus mortis hoc & omni tempore ac quovis in loco habendus manet. Quia Iehovæ Verbum, præceptum & conſtitutio eſt ejus oris. Quis homini dedit facultatem talia mutandi? An

hominis

hominis poteſtas, ultra Iehovam ſe extendat? Inſana eſt rabies. Sed David maneat in medio heic audiendus.

Conſtantia Iehovæ in Iuſtitia Verbi.

Paraphr. Pſal. 33. L. Cr.

I. *Gens caſta, ſanctis dedita legibus*
Attolle Ihovam laudibus inclytum:
Fas eſt amicis æquitatis
Cælicolum memorare Regem.

II. *Hunc tinnienti dicite barbito,*
Hunc nabliorum tollite vocibus,
Decem loquantur verberatis
Hunc Citharæ fidibus canoræ.

III. *Audita nondum carmina pangite,*
Non uſitatis pſallite cantibus;
Miſcete voces, quas recurvâ
Dat lituus ſinuoſus alvo.

IV. *Quæcunque dixit non variabili*
Ludo redibunt temporis irrita;
Quæcunque fecit, ſtant ab æquo
Iuſtitiæ ſtabilita Iure.

V. *Attemperatum munificentiâ*
Ius ille toto pectore diligit;
Fœcunda ridet terra cujus
Omnigenum bonitate rerum.

VI. *Verbo ille cæli conſtituit globos,*
Oriśq; juſſu ſyderæ condidit;
Tam grata cælo, quam futura
Luminibus ſpacioſa noſtris.

VII. *Effuſa cinxit rupibus æquora,*
Certiſq; lymphas ſedibus abdidit,
Quas inde promit, quum liquentes
Inferior ſilit ora nimbos.

VIII. *Formidet illum machina pendula*
Suſpenſa molis, quiſquis & algidos
Septentriones, aut ubique
Sub tepido colit arva Cancro.

IX. *Is namq; ſi quid voce rei ſua*
Det prolocutum, protenus editum
Apparet, aut quid mandet idem
Continuò fieri videmus.

X. *Hic acta verſat conſiliantium*
Injuſta quo vult turbine gentium;
Iniqua, plebes & tyranni
Quæ validi ſtatuêre, ſolvit.

XI. *Æternat omnis ſed diuturnitas,*
Decrevit almus, quæ fore, Conditor.
Nec juſſa menti fixa delet
Ludibrium fugientis avi.

XII. *Felix Olympi gens ſibi præſidem*
Sortita Regem, quam propriam vocat
Hæreditatem, ſegregatum
Quam populum Deus ipſe legit.

XIII. *Sic ex Adami ſemine poſteros*
Regnator alto cernit ab æthere;
Sive occidentem, decolores
Sive tenent Orientis oras.

XIV. *Stellante curas ex habitaculo*
Rimatur omnes, omnia lumine
Per corda vadit perſpicaci,
Quæ ſapiens fabricavit Author.

XV. *Is facta ſolus diſpicit, omnium*
Mortalium dum pectora dirigit;
Et annotat certus, quid unquam
Quiſq; ſuis operetur auſis.

XVI. *Non ſe tuetur Rex legionibus,*
Non ſe gigantes robore protegunt;
Non, qui volanti promptiores
Cornipedes aquilone frenant.

XVII. *Fallit vehentem nobilis ungula,*
Euroq; certans fallitur alipes,
Non, ſæpè felix irruendo,
Aut alias fugiendo turmas.

XVIII. *Clemens amicos, en, Deus adſpicit*
Spe, mente, votis, & prece ſupplices.
Is ſe parentem præſtat, ejus
Quos bonitas recreat favoris.

XIX. *Certe piorum non animas ſinit*
Sævo malorum turbine ſupprimi,
Quas effugata morte nutrit,
Quando fames populatur urbes.

XX. *Hunc*

XX. *Hunc mens anhelet fervida Principem,*
Hunc ſperet unum, quum mala detonant;
Qui ſtat bonorum pro ſalute
Indomiti clypeus vigoris.

XXI. *Illo fruemur Præſide gaudiis,*
Illius almâ Nominis anchorâ
Quosvis feremus ritè fluctus,
Qualibet exuperando damna.

XXII. *O Ihova præſens ſit bonitas tua*
Nobis perenni tempore, Te velut
Fiducia certa fovemus,
Te ſimul expetimusq́ nobis.

Quis igitur Iehovæ noſtro ſequentia ſingulis momentis deneget ſuſpiria.

I.

Precatio cotidiana ad Iehovam ex corde fideli effundenda D. Georg. ex quarta parte.

O Cunctipotens ſanctiſſime Iehova, Domine & Pater Spirituum, mundi Lux & Vita, dator æternorum & infinitorum bonorum: Ad tuam venio ſupplex ſedem in adſpectu tuæ ſanctiſſimæ Majeſtatis, me ſiſtens cum humili animo & ſpiritu paupere, in eſuriente & afflicta anima; Te rogando in nomine Iheſu Chriſti, dum ego unicè expeto ejus voluntati per tuam adſiſtentiam & virtutem me obedientiſſimum præſtare. Ideoque me exaudi, ô Domine mi Iehova. Averte à me voluntatem malam, hodiè, & omni tempore abſit falſitas maligna & invida perverſitas cordis: abſit oculus nequam, & belialis natura; ne in malum incidam propoſitum, nec me proditorius ſanguinolentuſque ſeducat Spiritus. Haud me, ô Iehova mi, in voluntatem inimicorum meorum tradas; prohibe à me virulentam linguam; ac largire mihi omni momento bonam mentem, purum & integrum cor, cœleſtia ſemper appetens dona; pias ſanctaſque cogitationes: Ac fac, ut ſanctus tuus Angelus ubique mihi ſemper dux ſit, qui in omnibus vitæ viis comes & tutor ſit, defendatque ab omni malo, meque li-

Digitized by Google

beret ab omni humano metu, honore & amore carnali, ab omni periculo & pernicie animæ & corporis. Concede mihi, ô Deus mi æternitatis ſumme, ut coram te in tua Domo ſanus & vividus compaream, juxta Verbum tuum in æternitatis cœlo, Amen. Te adhuc precor, ô Iehova mi, Pater ac Domine totius mundi, quod velis mihi hoc addere, ut ſemper mecum introſpiciam & examinem, ubicunque exorbitantiam commiſerim, aut adhuc diverſum me à voluntate tua agam: tuam quoque paternam correctionem in corde, mente & animo non mihi ſubtrahas, ne in meipſo errore aliquo devius fiam cum ſpuriis abſque doctrina incaſtigatus maneam, nec in propria, vanitati addicta, & ſtulta mente condemnatus abeam, nec ab hoſtibus meis demum irridear. Id quæſo, ô mi Iehova, fideliter cures, in cujus manum ſpiritum meum, animam & corpus totaliter omni temporis momento trado & traditum volo, ab hac hora uſque in æternitatem omnem. Fiant hæc cuncta ſolidè, Amen.

II.

Pietas adſidua miſericordiæ Dei cliens felix.

Paraphr. Pſal. 25.

I. *AD te levando, Ihova, animam meam*
Attollo, totis viribus anxiè
Deſiderans, dum, Ihova, cordis
Subſidium mihi Te requiro.

II. *Te ſpero ſpirans, Ihova, Deus meus,*
Pudore, fac, ne turpiter obruar,
Nec gaudii forſan quid hoſtes
Inde mei capiendo ſumant.

III. *Pudere namq; haud quem decet omnium,*
Qui te fideli ſpe fovet: aſt pudor
Certâ notat certus ruinâ,
Ludere quos juvat innocentes.

IV. *O Ihova, præſens undiq; Tu mihi*
Quæſo tuarum compita ſedulò
Monſtra viarum, ſemitaſq;
Me bene ſcire tuas doceto.

V. In

V. *In veritatis firmiter orbita*
O me tua duc, meq; doce: meus
Tu quippe, Ihova, es liberator,
Cotidie Te uti ſpero promptum.

VI. *Ah Ihova, ſemper Te memorem Tui*
Tibi reponat commiſeratio,
Memorq; ſis benignitatis
Firma velut fuit uſq; ſeclis.

VII. *Mea juventa crimina ne notes,*
Transgreſſiones nec numeres meas,
Clementia ſed pro vigore
Sis memor ipſe mei benignus.

VIII. *Iehova certe perpetuo eſt bonus*
Probuſq;: Proinde hic ſemper amabilem
Errantibus monſtrare gaudet
Tramitis uſq; ſui tenorem.

IX. *Recti tenax hic quoq; per ardua*
Ducit miſellos, & docet aureum
Salutis afflictos, per avi
Curriculum, retinere callem.

X. *Via Iehova gratia ſunt mera,*
Et veritatis vivida vis ſua
Cunctis, tui qui pacta Verbi,
Fœderis atq; ſtatuta ſervant.

XI. *Iehova, ſanctum Nominis & tui*
Precor decorem; crimina Tu mea
Mi mitis & clemens remittas,
Magna velut miſer eſſe novi.

XII. *Toto, quis eſt hic, pectore qui pius*
Ihovam veretur; vel colit? optimum
Oſtendet huic callem, per omne
Quem ſpacium valeat tenere.

XIII. *Felicitatis munere quolibet*
Hic perfruetur tota animi vice,
Ejusq; terram poſſidebit
Homine progenies beato.

XIV. *Arcana Ihova ſancta patent iis*
In luce vera, quos pietas tenet,
Nec non ſui ſecreta Pacti
His penitus retegiſſe gaudet.

XV. *Fixis Iehovam luminibus meum*
Adſpecto ſemper, cordeq; fervido:
Namq; is meos talos pedeſque
Retibus expediet doloſis.

XVI. *Ad me benignè reſpiciens Deus*
Converte mitem Te, miſerans mei:
Calamitoſus namq; prorſus
Undique, vivoque derelictus.

XVII. *Eſt cordis ingens anxietas mei,*
Hoc cerne, quæſo, jam propius, Deus;
Cunctiſq; tandem, Ihova, vitæ
Eripe me placidus periclis.

XIIX. *Afflictionem reſpice Tu meam,*
Damniſque quotquot conficiar miſer;
Culpam meis ignoſce cunctis
Criminibus, vitiiſque noxam.

XIX. *En, quanta vis in me ruat hoſtium,*
Et factionis copia multiplex,
Quàm ſit, quibus tam pervicaci
Vivo odii expoſitus veneno.

XX. *Tutare, Cuſtos Rex, animam meam;*
Et libera me, nec maculâ ſinas
Infamiæ turpis notari:
Nam mihi ſubſidio es perenni.

XXI. *Integritatis ſimplicitas ſoror,*
Et rectitudo me Fidei Tibi
Cuſtodiant ſemper; fideli
Spe quia me Tibi dedo totum.

XXII. *Iehova fortis, ceu Deus eſt potens,*
Fortiſque vindex, Iſacidum genus
Sic Iſraelis ritè gentem
Omnigenis redimat periclis.

III.

Gratiæ creatricis & miſericordiæ laus infinita, In Iehovah.

Paraphr. 139. Pſal.

I. T*U, Ihova, membris me penitus meis*
Perquiris intus; ſum Tibi cognitus
II. *Totus. Mea Te nulla vitæ*
Pars latet; aut ſedeam quieſcens

Surgam-

ed by Google

Surgamvè; quicquid cogito, plenius
Tu cogitatum perſpicis intimum:
III. *Sive ambulem, ſeu nunc recumbam,*
Circumis accubitus perennis,
Omneſque noſti ritè vias meas.
IV. *Namque, ecce, verbi non mihi naſcitur*
Formatio in lingua, Iehova,
Quæ tibi nota minus ſit omnis.
V. *Hoc Tu creas, quod ſuſcipiam prius,*
Aut poſt agendum, protegis & Tua
VI. *Semper manu me. Vis ſtupenda*
Notitia illa tuæ retundit
Me prorſus, ulla nec valeo aſſequi
VII. *Hoc arte mentis. Quo fugiam Tuo*
A Spiritu, Tuavè quonam
A facie capiam receſſum?
VIII. *Si fortè cœlos exuperem situs*
Tennis, ades Tu mox ibi. In abdito
Si præparem ſtratum ſepulchro,
Mox itidem ſimul ipſe præſto es.
IX. *Aurora ſi mî forſitan applicet*
Alas, ad undas æquoris ultimas
X. *His ut ferar: deducet illuc*
Me manus, & tua dextra prendet.
XI. *Si fortè dicam, me tenebræ occulant;*
Nox ipſa lux ſit continuò mihi.
XII. *Nam ne tenebræ quid tegendo*
Obtenebrare Tibi valebunt.
Sic nox diei lumine lucido
XIII. *Splendet. Tibi lux cum tenebris idem eſt.*
Iuris Tui ſunt quippe renes,
Et mea viſcera: cuncta uta;
Quum matris alvo me Tibi conditum
XIV. *Compegeris. Proin jam Tibi gratias*
Perſolvo, miraclo quod hinc ſim
Plaſmate mirifico creatus.
Miranda certè ſunt opera hinc tua;
Quæ mens tuendo cernere ſat nequit.
XV. *Non oſſium textus meorum*
Ipſe tuum intuitum latebat;
Longè abdito quum primulus in loco
Componerer; quum fingerer embrio
In partibus telluris imis;
XVI. *Meq; tuis oculis notabas;*

Digeſta nondum maſſula, quùm ſimul
Informis eſſem, jamq; dies tuo
Deſcripti erant libro, futuro
Tempore qui numerum foverent;
Quùm ne quidem vel punctulus uſpiam
XVII. *Extaret ullus. Sed, Deus, ô Tua*
Quàm ponderoſi ſunt vigoris
Mî meditamina! Quamq; ſumma
XIIX. *Ingens eorum? Si numerus foret*
Mî computandus, copia nullius
Ubiq; arena æquaret iſtum:
Somnus & inde licet profundè
Confunderet me; En, evigilans adhuc,
XIX. *Vigeſco tecum: Ab ſi, Deus, improbos*
Occideres, fatiſceretq;
Turba cruenta ſtatim malorum!
XX. *De Te loquuntur quippe nefaria,*
Ac ſe Tui hoſtes per ſcelera erigunt.
XXI. *Odi Tibi infeſtos, Iehova;*
Uſq; & abominor intus omnes.
In Te quod auſu perfidiæ ruant.
XXII. *Sic corde toto ſunt odio mihi,*
Ut me velint planè hinc ſubactum:
XXIII. *Perſpice, Ihova, meos labores;*
Perquire mî cor, meq; probans vide;
XXIV. *Quæ ſit voluntas mentis: & adſpice*
Num ſemita me ducat error:
Tramite meq; rege æviterno.

IV.

Oratio Divi Gregorii, quæ habetur ipſi in fine 7. Pſalmorum pœnitentialium.

BOne Iheſu, Verbum Patris, Splendor paternæ gloriæ, in quem deſiderant Angeli proſpicere, doce me facere voluntatem tuam, ut à *Spiritu* tuo bono deductus, ad beatam illam perveniam civitatem, ubi eſt dies æternus, & unus omnium *Spiritus*: ubi eſt certa ſecuritas, & ſecura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, & felix ſuavitas, & ſuavis jucunditas: ubi tu Deus cum *Patre* & *Spiritu ſancto* vivis & regnas per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio

V.

Oratio ad Ieſum ardenter fervida. D. A.

O Bone *Ieſu*, ô piiſſime *Ieſu*, ô dulciſſime *Ieſu*, ô *Ieſu* fili Iehovæ Patris ſummi, plene miſericordia & pietate: ô dulcis *Ieſu*, ſecundum magnam miſericordiam tuam miſerere mei. O clementiſſime *Ieſu*, te deprecor per illum ſanguinem pretioſum, quem pro peccatoribus effundere voluiſti, ut abluas omnes iniquitates meas, & me reſpicias miſerum & indignum, humiliter veniam petentem, & hoc nomen ſanctum *Ieſu* invocantem.

O Nomen *Ieſu*, nomen dulce: nomen *Ieſu*, nomen delectabile: nomen *Ieſu* nomen confortans: Quid eſt enim *Ieſus*, niſi ſalvator? Ergo *Ieſu* propter nomen ſanctum tuum eſto mihi *Ieſus*, & ſalva me: Ne permittas me damnari, quem tu de nihilo creaſti. *O bone Ieſu*, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O dulcis *Ieſu*, recognoſce, quod tuum eſt, & abſterge quod alienum eſt. *O benigniſſime Ieſu*, miſerere mei dum tempus eſt miſerendi: Ne damnes me in tempore judicandi. Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in æternam corruptionem? Non mortui laudabunt te, *Domine Ieſu*; neque omnes, qui deſcendunt in infernum. *O amantiſſime Ieſu*, ô deſideratiſſime *Ieſu*, ô mitiſſime *Ieſu*, ô *Ieſu*, *Ieſu*, *Ieſu*, admitte me intrare in numerum electorum tuorum. O *Ieſu*, ſalus in te credentium: ô *Ieſu*, ſolatium ad te confugientium: ô *Ieſu*, dulcis remiſſio omnium peccatorum: ô *Ieſu* fili Mariæ virginis, infunde per *Spiritum* tuum *Sanctum* in me gratiam, ſapientiam, charitatem, caſtitatem, & humilitatem: ut poſſim te perfectè diligere, te laudare, te perfrui, tibi ſervire, & in te gloriari, & omnes qui invocant nomen tuum, quod eſt *Ieſus*. Amen.

VI.

Oratio B. Thomæ de Aquino.

COncede mihi, *Miſericors Deus*, quæ tibi placita ſunt, ardenter concupiſcere, prudenter inveſtigare, veraciter agnoſcere, perfectè adimplere ad laudem & gloriam

gloriam nominis tui. Ordina ſtatum meum: & quod à me requiris, ut faciam; Tribue, ut ſciam: & da exequi, ſicut oportet, & expedit animæ meæ. Da mihi, *Domine Deus meus*, inter proſpera & adverſa non deficere: ut in illis non extollar, in iſtis non deprimar: de nullo gaudeam, vel doleam, niſi quod ducat ad Te, vel abducat à Te. Nulli placere appetam, vel diſplicere timeam, niſi Tibi. Vileſcant mihi, *Domine*, omnia tranſitoria; & cara mihi ſint omnia Tua, propter Te, & Tu, *Deus*, præter omnia. Tædeat me gaudii, quod eſt ſine Te: nec aliquid cupiam, quod eſt extra Te. Delectet me, *Domine*, labor, qui eſt pro Te: & tædioſa ſit mihi omnis quies, quæ eſt ſine Te. Frequenter da mihi, *Domine*, cor aptè dirigere, & in defectione mea cum emendationis propoſito dolendo penſare. Fac me, *Domine Deus*, obedientem ſine contradictione, pauperem ſine defectione, caſtum ſine corruptione, patientem ſine murmuratione, humilem ſine fictione, & hilarem ſine diſſolutione, triſtem ſine dejectione, maturum ſine gravitate, agilem ſine levitate, timentem ſine deſperatione, veracem ſine duplicitate, operantem bona ſine præſumptione, proximum corrigere ſine elatione, ipſum ædificare verbo & exemplo ſine ſimulatione.

Da mihi, *Domine Deus*, cor verè renatum & pervigil, quod nulla abducat à Te curioſa cogitatio. Da nobile, quod nulla deorſum trahat indigna affectio. Da rectum, quod nulla deorſum obliquet ſiniſtra intentio. Da invictum, quod nulla frangat tribulatio. Da liberum, quod nulla ſibi vendicet perverſa & violenta affectio.

Largire mihi, *Domine Deus meus*, intellectum Te cognoſcentem: diligentiam Te quærentem: ſapientiam Te invenientem: converſationem Tibi placentem: perſeverantiam Te fideliter expectantem: & fiduciam Te finaliter amplectentem: tuis pœnis configi per pænitentiam: tuis beneficiis uti in via per gratiam: & tandem tuis gaudiis in patriâ perfrui per gloriam. O ſancta Trinitas ſis mecum omni tempore, ex hoc nunc uſque in æternum ſeculum, ubi omnia ſine carent lætitiæ. Nunquam ex corde meo recedas, ut in Te, per Te & Tecum vivam in æternùm. Amen. Audias me, & me tibi ſerves undique in cunctis malis, & nuſpiam à me recedas fidelis: Sed fac ex hoc nunc & ſemper in ardore tui vivido vividus ubique vivam & moriar, Teque in æternum fidelis prædicem toto ſpiritu cordis. Amen, Amen, Amen.

Impe-

Imperii Regula.

SI coactio conſcientiarum
Sit praceps nimium, perit fidelis
Mox affectio quaque ſubditorum,
Et creſcit gravius ſubinde cuivis
Perpetim Domino ſuum periclum.
Culcat imperium atque perdit omne,
Ni ſit dilectio, ſitque ſubditorum
Fides integra: quod manet perenni
Signo cuilibet Incluto notandum.

Eugenius.

Multi hodie ſunt, qui neque modum neque media regendi, imò ne quidem officii rationem ſui in tam arduo intelligunt ſtatu: An non inde cotidiana crudelitas exoriatur & omnium vitiorum cumulus in Republ. enaſcatur? Queî igitur à ruina longè ejuſmodi regentes cum ſubditis ſuis abſint? Pietati enim ubi nullus locus, ibi impietates omnes creat immanis confuſio.

Syr. cap. 19. 19, 20, 21.

Οὐκ ἔστι σοφία πονηρίας ἐπιστήμη, καὶ οὐκ ἔστιν, ὅπου βουλὴ ἁμαρτωλῶν, φρόνησις. ἔστι πανουργία, καὶ αὐτὴ βδέλυγμα, καὶ ἔστιν ἄφρων ἐλαττωμένος σοφίᾳ, χρείσσων ἐλαττωμένος ἐν συνέσει ἔμφοβος ἢ περισσεύοντος ἐν φρονήσει, καὶ παραβαίνοντος νόμιμα ὑψίστου. Aſtutia ſive ſcientia pravitatum non eſt ſapientia; nec eſt prudentia, ubi conſilium peccatorum viget: ſed eſt malitia, & res execrabilis; & deſipiens qui caret vera ſapientia. Attamen melior eſt exigua prudentia in timore Dei, quam magna ſapientia in contemptu legis Dei.

IEHOVA SALVS MEA.

Ad

Digitized by Google

Ad Rudigerum Timplerum Medicorum Coriphæum,
De oſtento mirabili 20. Aug. Anno 1634.

Tanti ſit felix ſtudium, Timplere, laboris:
Pergas ſic, nobis mox Theophraſtus eris.

CONCLVSIO.
Ex Pſal. 73.

SEmper Tibi ſum deditus, & Tuis,
O Ihova, totus permaneo Tibi.
Nam Tu meam dextram prehendens,
Me placidus Tibi ritè ſervas.

Tu dirigis me conſilio Tuo;
Ductu gubernas me facili ſimul:
In gloriam tandemq́ ſanctam
Suſcipiens miſerum reponas.

Solummodò ſi Te obtineam mihi,
O Ihova, ſi Te poſſideam modo,
Non curo cœli templa ſumma,
Nec ſpacium facio quid orbis.

Quamvis, fatiſcens vis animæ mea
Et corporis, me deſerat; unica
Es Tu tamen mî petra vitæ
Ipſaq́ portio cordis hujus.

Nam quotquot à Te deficiunt procul,
Omnes peribunt in tenebris ſuis.
Contraq́ Te qui fornicantur,
Stirpitus undiq́ perdis omnes.

Aſt hæc voluptas eſt mea perpetim,
Ut in Deo ſpe me recreem piâ,
Tradendo me, Ihova, Iehova,
Hujus opus celebremq́ quodvis.

Votum

Votum Davidis.

DE teſtor omnes moribus Ethnicis,
Qui Chriſtianum ſe vocitant gregem,
Tantoq; dediſcenda ſemper
In ſtudio ſapere hinc laborant.

O Ihova, cuncti quæſumus unicè,
Noſtri laboris ſit miſeratio
Perpes Tibi, nec dereliquas
Chriſtiadum miſeram cohortem.
Amen Allelujah.

IEHOVA SALVS MEA.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google